

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

2. 1. 183

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ed by Goog

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ,
ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ
ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

EUSEBII PAMPHILI
CÆSARIENSIS EPISCOPI
COMMENTARII IN PSALMOS.

Nunc primùm ex mss. Codicibus eruti, Latinè versi, ac Notis illustrati.

Studio & operâ D. Bernardi DE MONTFAUCON, *Presbyteri & Monachi Ordinis S. Benedicti, è Congregatione S. Mauri.*

PARISIIS,
Sumptibus CLAUDII RIGAUD, viâ Citharæâ.

MDCCV.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google



CLEMENTI XI. PONTIFICI MAXIMO.

CUm per Romanum otium, colloquio non semel dignatus tuo, SANCTISSIME PATER, Græcarum, quas adprimè calles, disciplinarum maximam in te curam animadverterim; ea mihi cùm stimulos addidit, ut jam multis annis initum Græcarum Musarum curriculum prosequerer; tum animos fecit, ut hasce lucubrationes meas SANCTITATI

TUÆ nuncuparem. Est quippe illud iis, qui veterum monumentis eruendis ætatem conterunt, nec modicum ad operam navandam incitamentum, cum, ii qui dignitate & amplitudine cæteris præstant, parem in re literaria gradum gustu & peritia rerum assequuti sunt. Cum autem, SANCTISSIME PATER, rei ecclesiasticæ juxta ac literariæ judex arbiterque sedeas, quorum aliud tibi summa virtus omnium conjuncta votis detulit; aliud eximia disciplinarum omnium notitia unà conciliavit; cui potius labore & sudore nostro parta offeramus, quam ei qui non eruditione minus quam dignitate cæteris antecellat?

Eusebii itaque nostri Commentaria in psalmos SANCTITATI TUÆ sistimus.

Opus

Opus ſane egregium, ſi Scripturæ ſacræ notitiam, veterum Interpretum copioſam ſupellectilem, doctas de cujuſque Pſalmi auctore & tempore obſervationes ſpectaveris. Huc accedunt frequentes contra atheos ac impios velitationes, ac de Pſalmorum ſententia, tum literali, tum myſtagogica accuratiſſimæ meditationes, & alia multa queis rudiores animi ad pietatem; perfectiores autem, ad ſublimem Scripturæ ſacræ notitiam informari ſolent. Hæc ex diuturna tractatione Euſebius, Pamphili martyris Scripturarum ſcientiſſimi contubernio nobilitatus, adprimè calluit, hæc docte diſſeruit & explanavit; unde meritò ſane Hieronymus eruditiſſimos hoſce Commentarios eſſe pronuntiat. quorum

TUÆ nuncuparem. Eſt quippe illud iis, qui veterum monumentis eruendis ætatem conterunt, nec modicum ad operam navandam incitamentum, cum, ii qui dignitate & amplitudine cæteris præſtant, parem in re literaria gradum guſtu & peritia rerum aſſequuti ſunt. Cum autem, SANCTISSIME PATER, rei eccleſiaſticæ juxta ac literariæ judex arbiterque ſedeas, quorum aliud tibi ſumma virtus omnium conjuncta votis detulit; aliud eximia diſciplinarum omnium notitia unà conciliavit; cui potius labore & ſudore noſtro parta offeramus, quam ei qui non eruditione minus quam dignitate cæteris antecellat?

Euſebii itaque noſtri Commentaria in pſalmos SANCTITATI TUÆ ſiſtimus.

Opus

Opus sane egregium, si Scripturæ sacræ notitiam, veterum Interpretum copiosam supellectilem, doctas de cujusque Psalmi auctore & tempore observationes spectaveris. Huc accedunt frequentes contra atheos ac impios velitationes, ac de Psalmorum sententia, tum literali, tum mystagogica accuratissimæ meditationes, & alia multa queis rudiores animi ad pietatem; perfectiores autem, ad sublimem Scripturæ sacræ notitiam informari solent. Hæc ex diuturna tractatione Eusebius, Pamphili martyris Scripturarum scientissimi contubernio nobilitatus, adprimè calluit, hæc docte disseruit & explanavit; unde meritò sane Hieronymus eruditissimos hosce Commentarios esse pronuntiat. quorum

tanta fuit apud veteres existimatio, ut occidentalis Ecclesiæ lumen illud Eusebius Vercellensis in Latinorum usum totum opus, summotis tamen iis quæ Arianismum olerent, Latinè fecerit. Hujus nos diligentiam æmulantes, ne, jamdiu tanti viri interpretatione amissa, nostra ætas hoc insigni opere orbata, segnitiei nobis notam inureret, ex Bibliothecis erutum & Latinè versum publicamus: Tibique offerimus, ut tuis, SANCTISSIME PATER, *auspiciis feliciùs in lucem prodeat, teque duce faciles sibi paret ad Rempublicam literariam aditus.*

Verùm non perindè laudandus Eusebii conatus SANCTITATI TUÆ *videatur, si ad doctrinam de Trinitate, si ad vitiatam de Verbo Dei sententiam animum at-*

tenderis. Est enim eorum, qui nimis ingenio doctrinæque suæ fidunt, perpetuus ille scopulus; ut cum suo marte Religionis capita definire audeant, a veræ fidei tramite passim aberrent. Possem innumerabileis proferre, qui novâ tentatâ ejus explanandæ viâ, naufragium fecerunt; verùm unus esto Eusebius satis: is in exemplum cunctis offeratur. Nam si vir ille tantus, tot disciplinis excultus, ubi sese fidenter sacrorum interpretem præstitit, tantum a veræ pietatis sententia deflexerit; quid aliis sperandum, qui non paribus ingenii doctrinæque dotibus instructi, parem tamen aleam subire non vereantur? Una, una est veræ fidei anchora, statuta scilicet Ecclesiæ: Hujus tu, SUMME PONTIFEX, *caput, an-*

tiſteſque ſacrorum, cui Religionis jura diſcere in officio eſt. Ab hac verò norma quiſquis aberraverit, huic extrema & certa pernicies eſt pertimeſcenda.

Accedit igitur ad pedes SANCTITATIS TUÆ *Euſebius ille Pamphili, ut ejus de Verbo Dei doctrina, quam cum ex peſtiferorum hominum afflatu, tum ex ingenii ſui arbitrio protulit, judicium ſubeat tuum. Verum talibus onuſtus mercibus vix conſpectum illum ferret, vix illam oculorum oriſque dignitatem ſuſtineret, niſi permixta malis bona innumera, niſi multa offerret, quæ paſſim in opere decerpi poſſint emolumenta: ut hac in re nobis Euſebii diligentiam laudare liceat, ſi minus liceat in aliis doctrinæ ſinceritatem. Nos verò,*

etſi

etsi pro more nostro hæc ad Codicum fidem, uti se dabant, publica fecerimus, Eusebii tamen Vercellensis cautionem alia cautione pensamus: in præliminaribus quippe, Eusebii de Verbo Dei opinionem, non ex his modo Commentariis; sed ex aliis item scriptis ejusdem aperimus, confutamus: ac ne malum occultis subinde verbis obvolutum latius serpat, a quibus cavendum sit indicamus, & argumenta contra fidem oblata pro virili depellimus.

Huic nostræ operæ, SANCTISSIME PATER, *si calculum addideris: si hæc studio vigiliisque nostris parta lubenti animo acceperis, unus nobis instar omnium auctor eris, ut cæteris quæ per otium parantur, alacrius manum admoveamus. Te quippe*

hoc in honoris culmine, hac in specula sedente, ad virtutis studium, & ad Literarum cultum acuuntur animi; ut spes sit adflictam & labantem in dies rem literariam ope & patrocinio tuo restauratum iri. Quod omni expectatione maturiùs accidet, si nobis fausta precantibus faverit omnium moderator ille, qui rebus prospicit humanis, nec te modo incolumem diutius servaverit, sed etiam tranquilla pacataque tempora plebi suæ providerit, quod cum primis efflagitat,

SANCTITATIS TUÆ,

Obsequentissimus & addictissimus filius & servus,
F. Bern. DE MONTFAUCON.

INDEX
PRÆLIMINARIUM.

PROOEMIUM. pag. j.

CAPUT I. *Commentarii Eusebii ex quibus Codicibus prodeant.* I. De Codice Taurinensi Cardinalis Peronii. II. De Codice Cardinalis Coislinii. III. De Colbertino & Catenis Regiis. IV. Græci Eusebio & aliis suspectæ fidei Scriptoribus infensi. V. Catenæ Commentarios pessumdederunt. VI. De Præfationibus Eusebii. p. ij.

CAP. II. *Commentarii Eusebii in Psalmos a quibus antiquis Scritoribus laudati.* I. Eusebius hos Commentarios nusquam memorat. II. Hieronymus laudat. III. Eusebius Vercellensis Latine transtulit. IV. Theodoretus eorum meminit. V. Itemque Gelasius. p. iv.

CAP. III. *Notæ Eusebiani styli & ævi in his Commentariis.* I. Hi Commentarii aperte Eusebii sunt. II. Demonstrationis Evangelicæ stylo similes. III. De stylo Eusebii. IV. Maximini carnificinam ut oculatus testis memorat Eusebius. V. Itemque aliorum Christiani nominis hostium. VI. Quo tempore hos Commentarios ediderit. p. vj.

CAP. IV. *De genere interpretandi Eusebii, deque antiquis versionibus ab eo allatis.* I. Interpretandi genus Eusebium Commentarii auctorem prodit. II. Observationes criticæ, egregiæ notæ. III. De literali explanatione. IV. De mystagogica. V. Eusebius Origenem sequitur, alii Eusebium. VI. Antiquis interpretibus frequenter utitur. p. viij.

CAP. V. *De rebus doctrinam spectantibus in hoc Commentario.* I. In Scriptoribus sacris ne minimum vitium admittit Eusebius. II. Sanctorum merita nobis prodesse putat. III. Veram Christi in Eucharistia præsentiam declarat. IV. Quid de libero arbitrio sentiat. V. Gratiam indifferentiæ ad utrumlibet, seu versatilem, docet, VI. & Prædestinationem post prævisa merita. p. xij.

CAP. VI. *Eusebii de Verbo & Filio Dei sententia.* I. Variæ circa Eusebii de Filio Dei doctrinam opiniones. II. Eusebius docet unitatem deitatis in uno Patre servari. III. Filium longe minorem Patre. IV. Diversæ substantiæ. V. Interpres Latinus Demonstrationis Evangelicæ de industria Eusebium ad catholicam sententiam detorsit. VI. Eusebius Filii deitatem aliam statuit a paterna. VII.

Grandis paralogiſmus Euſebii. VIII. Non obſcure docet Filium non eſſe vere Deum. IX. Quo ſenſu Filium Deum eſſe dicat. X. Quam adverſa rationi & priſcorum Patrum ſententiæ tradat. XI. Cum Arianis plane conſentit. XII. Qua ſententiâ τῷ ὁμοουσίῳ, ſive *conſubſtantiali*, ſubſcripſerit. XIII. Quo ſenſu ἐξ οὐκ ὄντων neget, & genitum Filium dicat. XIV. Filium negat æternum. XV. Summa doctrinæ Euſebii. XVI. Ægre defenditur. XVII. Arianum probant tam geſta quam ſcripta. p. xv.

CAP. VII. *De reliquis in quibus vel a fide aberrare videtur Euſebius in his Commentariis, vel explicatione opus habet.* I. Euſebius plerumque ſua non Eccleſiæ ſenſa tradit. II. An neget peccatum originale, & an id dogmatis ex Origene hauſerit. III. An putet B. Virginem alios quam Chriſtum filios ſuſcepiſſe. IV. Eam non quaſi ſuam, ſed quaſi alienam ſententiam adtulit. V. Non ſtatuit duas in Chriſto perſonas. VI. Quid de confeſſione peccatorum ſenſerit. p. xxix.

CAP. VIII. *De iis quæ ad Eccleſiæ diſciplinam pertinent ex variis horum Commentariorum locis.* I. Eccleſia numquam variat in præcipuis. II. De Conventibus Chriſtianorum matutinis. III. De adorandi ritu in Eccleſia, ſingularis Euſebii & Baſilii ſententia explanatur. IV. Infinita dona Eccleſiis Euſebii tempore collata xxxij.

CAP. IX. *Miſcellanea quædam obſervanda in his Commentariis.* I. Euſebii de Matthæi Evangelio ſententia. II. Joannes Hebraïco exemplari uſus eſt, Paulus autem Græco LXX. Interpretum. III. Apoſtoli omnes martyrio coronati: ex qua tribu ſinguli fuerint deprehendi poteſt. IV. An Prophetarum ſucceſſio ad Joannem baptiſtam pervenerit. V. Euſebius labitur dum Monachos a Symmacho memorari putat. VI. Monachi perrari tempore Euſebii. VII. Martyrum cruciatus ſingulares. VIII. Judæi Jeroſolymorum aditu interclusi. Quare. IX. Traditiones quædam Judæorum. X. Chriſtianorum frequentia in Moabitide, Ammonitide & Idumæa. XI. Euſebius ait mundum ſphærica forma eſſe: montes & petras ſenſim creſcere. p. xxxv.

CAP. X. *De idiotiſmis Euſebii in his Commentariis, & de ſingulari quarumdam vocum ſignificatu.* I. Vocis βίος uſus ſingularis. II. Itemque τοῦ δοκεῖν. III. ἐντυγχάνειν quid ſignificat apud Euſebium. IV. περίστασις pro calamitate. V. ὑπακούειν reſpondere. VI. Σωτήριος quid, &c. p. xxxviij.

PRÆLIMI-

PRÆLIMINARIA
IN
EUSEBII COMMENTARIA
IN PSALMOS.

PROOEMIUM.

TANTUM sibi nomen in re literaria peperit Eusebius Cæsariensis, ut cum in ejus scriptis restaurandis, si prostent; eruendis, si lateant, opera navatur, id in præcipua officii parte ponant eruditi. Is enim tot in historia, in chronologia, in antiquitatis notitia, ingenii sui specimina dedit, ut cum primis Ecclesiæ Scriptoribus, censeri mereatur. Unum restabat in quo nullidum Eusebii peritiam internoscendi potestas fuerat, interpretatio videlicet Scripturarum. Qua in re cum non minoris apud veteres pretii fuerit, temporum tamen injuria ignotus pene ad nostrum ævum mansit. Jam vero ubi celeberrimi illi in Psalmos Commentarii, situ & vetustate pene obruti, in lucem veniunt, in omnibus sui se similem prodit Eusebius: qui si quantam eruditionis, tantam sinceræ fidei laudem tulisset, vix parem admitteret. Hos itaque Commentarios, diu expetitos, sed numquam tentatos, tibi, lector erudite, legendos sistimus. Versionem porro Latinam pro more nostro ita adornavimus; ut etsi compendiaria, ut plurimum, via dicta Eusebii interpretemur, Græca tamen non penitus e vestigio sectemur: neque enim importuno scrupulo ita literæ hæremus, ut concinnam sententiæ exprimendæ rationem deseramus, non nescii, iis qui talem vertendi modum aggressi sunt, non feliciter cessisse conatum. Quam vero Latinæ linguæ peregrinitatem intulerunt Ecclesiæ patres, eam non omnino exuere licitum fuit: neque enim abstineri potest a vocibus diuturno Scriptorum Ecclesiæ usu tritis, ut sunt, *mortificare, vivificare, persequutio, tribulatio,* & similes, quæ quodammodo consecratæ, & in libris frequenti Scripturæ lectione intermixtis prorsus necessariæ sunt. Ubi occurrunt Scripturæ sacræ dicta, Vulgatam, si res ita ferat, sequimur: sed quando ex veteri Testamento sententiæ adferuntur, quia plerumque Vulgata, ex Hebræo expressa, cum Græca versione non qua-

drat, tum necesse prorsus est literæ obsequi, aliamque interpretationem parare: quod item necessario præstandum sicubi vel lectio diversa, vel Eusebii sententia aliam versionem postulat. In decursu autem operis breves rarasque Notas dedimus: quia eæ si huc illuc conjiciantur, vulgo pereunt inobservatæ, intactæ. Quare si quid in his Commentariis notatu dignum occurrit, id in Præliminaria contulimus, ubi de stylo, de genere interpretandi, de doctrina, de disciplina deque aliis, quæ omnia unum sub adspectum conjicere e re fore visum est: neque putamus eruditis & sagacibus consilium displiciturum.

CAPUT I.

Commentarii Eusebii ex quibus Codicibus prodeant.

I. De Codice Taurinensi Cardinalis Perronii. II. De Codice Cardinalis Coislinii. III. De Colbertino & Catenis Regiis. IV. Græci Eusebio & aliis suspectæ fidei Scriptoribus infensi. V. Catenæ Commentarios pessumdederunt. VI. De Præfationibus Eusebii.

I. De Codice Taurinensi Cardinalis Perronii.

COMMENTARIOS Eusebii in Psalmos in Bibliothecis latere multorum narratu jam pridem acceperam: verum haud certis notis indiciisque; alii enim quod rumore nuntio, nonnullisque referentibus audierant, nulla data experiundi facultate, dictitabant; alii indicibus Codicum decepti, quædam in Psalmos ὑπομνήματα, Eusebii nomine insignita, pro veris Eusebii Commentariis habuerant. Annis vero ab hinc circiter decem renuntiarunt sodales nostri Sancti Taurini Ebroïcensis Monachi, exstare in Bibliotheca sua, quæ olim Cardinalis Perronii fuerat, antiquissimum Codicem Commentariorum Eusebii Cæsariensis in Evangelia, ac recentiorem alium in quo Commentarii ejusdem in Psalmos. Tum animo utriusque operis publicandi, rogavi ut mihi antiquioris illius copiam facerent. Mittitur, evolvo, & statim fucum olfacio. Quia enim his Commentariis, ex variorum interpretationibus consarcinatis, vulgati illi Eusebii Canones erant præfixi, hinc Eusebio totum adscriptum fuerat. Pari igitur me fortuna usurum in Codice alio, quem recentiorem prædicabant, ratus, consilium intermisi: ac ut principia sese dabant, de restituendis Eusebii Commentariis prope despondebam animum. Sub hæc cum Vir Cl. Boivinius, Græcè peritissimus, istac haberet iter, renuntiavit non ex variis Scriptoribus, neque ex Catenis collectum, sed verum Commentarium isthic haberi, ac maturandæ editionis auctor fuit. Accersitum itaque Codicem deprehendi ipsissimum esse Commentarium Eusebii, quem Cardinalis Perronius in Italia degens ex antiquioribus Codicibus exscribi curaverat. Is etsi ad centesimum usque & duodecimum psalmum pertingeret, in multis deficiebat; ita ut etiam psalmi a quadragesimo-octavo ad octogesimum abessent, in cæterisque non pauca desiderarentur.

II. De Codice Cardinalis Coislinii.

Tunc iteranda mihi diligentia fuit, ut si quid in illo deesset aliorum subsidio sarcire possem. Forte fortuna accidit ut in Bibliotheca Segueriana alter Codex Eusebii in Psalmos adesset. Hunc ab Eminentissimo Cardinali COISLINIO impetravi, qui qua pollet humanitate & beneficentia, suadente ac monente Domino *de la Vergne*, in publicum usum Codicem hujusmodi commodare

nobis dedignatus non est. Habet is Psalmos cum Commentariis plenis integrisque a quinquagesimo ad nonagesimum-quintum; ita ut hujus adminiculo lacunam illam ingentem explendi facultas esset. Quod sane mihi inopinatum & gratum accidit: nam solent esse quæ minus exspectantur lætiora. Est porro Codex ille decimi sæculi, egregiæ notæ, cui titulus hujusmodi secunda manu XIII. sæculi præfixus est, Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου. Ἀρειανοῦ ἐξήγησις εἰς τοὺς ν'. ψαλμοὺς τοῦ Δαυίδ, τοὺς ἀπὸ να'. ἕως ρ'. id est, *Eusebii Pamphili Ariani expositio in quinquaginta psalmos Davidis, a quinquagesimo-primo ad centesimum.* Nam plerique omnes Græci Eusebium, nec immerentem, pro Ariano passim habuerunt. Codex autem ille temporum injuria postremis quinque psalmis mulctatus est: nam in nonagesimum-quintum desinit.

III. De codice Colbertino & de Catenis Regiis.

Cætera quæ deficiebant ex Codice Colbertino 646. admodum recenti & ex Catenis Regiis 1807. & 1878. nonnulla item ex Catena Corderii, mutuati sumus; sunt autem Catenæ illæ mss. optimæ notæ & x. sæculi. Neque tamen id consequi potuimus ut totum Commentarium ad ultimum usque psalmum in lucem proferre liceret: in nullo enim ex memoratis Codicibus ultra centesimum-decimum-octavum psalmum, quidpiam offertur. Quodque per mihi mirum visum est, Catenæ illæ Regiæ quæ usque ad centesimum-decimum-octavum psalmum interpretationibus Eusebii utuntur, ita ut nullus veterum Interpretum adeo frequentatus occurrat, in centesimo-decimo octavo psalmo ita finem faciunt Eusebium in medium adferendi, ut ne verbum quidem ulterius Eusebii compareat.

IV. Græci Eusebio & aliis suspectæ fidei Scriptoribus infensi.

Unde conjectare forte liceat a multis jam sæculis Eusebii Commentarios hac posteriore sui parte truncatos librariorum incuria fuisse. Quia scilicet Scriptores illos, qui ob temeratam fidem male audiebant, non libenter exscriberent. Atque hinc etiam fuerit quod Origenis, Theodori Heracleotæ, Apollinarii, Didymi, & Theodori Mopsuesteni Commentarii in Psalmos jamdiu, exceptis Catenarum laciniis, pessum ierint. Hi quippe Scriptores, violatæ fidei sive rei, sive suspecti, adeo perosi Græcis erant; ut ne nomen quidem proferrent sine indignantis animi significatione. Hinc est quod plerumque in Codicibus Græcis, ubi Origenes, Eusebius, Apollinarius, in medium adferuntur, ad marginem scriptum observes, ψεύδῃ, *mentiris.* Incidi ego in centonem Colbertinæ Bibliothecæ manuscriptum, qui ad singula Origenis, Eusebii, Apollinarii, &c. loca, singularem hanc cautionem, minio exaratam, in margine adfert, ἀνάθεμά σοι, *anathema tibi.* Quamobrem miror hunc Eusebii Commentarium ad nos usque devenisse: quam enim interitui proximus fuerit indicat Codicum illa paucitas, qui etiam non prorsus integrum exhibeant.

V. Catenæ commentarios pessumdederunt.

Nec una ea est tantæ jacturæ causa: verum quando Catenarum usus in orbem invectus est, illa Interpretum varietas ita Græcorum animos demulsit, ut Commentarios illos plenos integrosque negligerent: unde vix ferendum damnum res cùm Ecclesiastica tum literaria subiit. Nam ii Catenarum collectores, cum gustu & peritia rerum non valerent, missis vulgo iis, quæ vel ad historiam, vel ad disciplinam, vel ad lectionem veterum Interpretum pertinerent: ea solum excerpserunt, quæ sui captus erant.

IV. De Præfationibus Eusebii.

Præfationes illæ Græcæ quæ Commentariis præmittuntur ex Codice Taurinensi prodeunt, similiterque argumenta psalmorum, ad mystagogicum cujusque psalmi sensum ut plurimum concinnata, quæ omnia haud dubie ab ipso Eusebio sunt adornata. Nam Eusebianæ illæ præfationes variis Commentario-

rum locis adeo adfines sunt, ut eamdem utrobique Eusebii manum statim deprehendas. Argumenta vero non in Taurinensi modo Codice, sed etiam in prima Catena Regia, quæ decimi sæculi est, Eusebii nomine comparent.

CAPUT II.

Commentarii Eusebii in Psalmos a quibus antiquis Scriptoribus laudati.

I. Eusebius hos Commentarios nusquam memorat. II. Hieronymus laudat. III. Eusebius Vercellensis Latine transtulit. IV. Theodoretus eorum meminit. V. Itemque Gelasius.

I. Eusebius hos Commentarios nusquam memorat.

OPINATUR Vir Cl. Tillemontius se Commentarii in Psalmos sub hæc edendi notam & pollicitationem Eusebii deprehendisse in Demonstratione evangelica, lib. 5. c. 21. ubi de psalmo *Qui habitat in adjutorio Altissimi*, loquens, hæc habet. τούτοις ἀκολούθως ἐφαρμόσεις αὐτῷ τὰ δι' ὅλου τοῦ ψαλμοῦ δηλούμενα, ἃ καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν ἐπιθεωρήσομεν. i. e. *Consequenter ad hæc ipsi*, (Christo scilicet) *coaptabis ea, quæ in toto psalmo declarantur, quæque nos suo tempore speculabimur.* Verum non animadvertit ille hic agi de fusiore ejusdem psalmi interpretatione, quæ lib. 9. Demonstrationis Evangelicæ legitur p. 433. ubi pluribus depugnat Eusebius totum psalmum ad Christi post baptismum tentationem pertinere. Unde nihil hic de Commentariis in Psalmos: neque usquam puto Eusebium in iis quæ jam supersunt operibus eorum meminisse: puta quia cum hos Commentarios postremis vitæ annis adornarit, vel nulla vel pauca secundum hæc edidit.

II. Hieronymus laudat.

Qui prior itaque hos Commentarios memoravit est Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, ubi hæc de Eusebio. *Eusebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus, in Scripturis divinis studiosissimus, & Bibliothecæ divinæ cum Pamphilo martyre diligentissimus pervestigator, edidit infinita volumina:* sub hæc autem enumeratis aliis, hæc adjicit, *Et in CL. psalmos, eruditissimos Commentarios, & multa alia.* In Epistola autem sua ad Augustinum, quæ jam in editis Augustini 75. numero est, talia fatur: *In explanatione Psalmorum, quos apud Græcos interpretati sunt multis voluminibus, primus Origenes, secundus Eusebius Cæsariensis, tertius Theodorus Heracleotes, quartus Asterius Scythopolitanus, quintus Apollinaris Laodicenus, sextus Didymus Alexandrinus. Feruntur & diversorum in paucos Psalmos opuscula; sed nunc de integro Psalmorum corpore dicimus. Apud Latinos autem Hilarius Pictaviensis, & Eusebius Vercellensis episcopi, Origenem & Eusebium transtulerunt. Quorum priorem & noster Ambrosius in quibusdam sequutus est.* Ubi intelligas ab Hilario Origenis Commentarios translatos esse, ut habet idem Hieronymus cum de Hilario agit; ab Eusebio autem Vercellensi gentilis sui Cæsariensis Commentarios Latine datos fuisse.

III. Eusebius Vercellensis Latine transtulit.

Eusebius itaque Vercellensis hos Commentarios Latine transtulit, ut alibi narrat idem Hieronymus: *Edidit*, inquit, *ille in Psalmos Commentarios Eusebii Cæsariensis, quos de Græco in Latinum verterat.* Quia vero hi Commentarii erroribus adspersam de Filio Dei sententiam passim præferrent; ea expunxit Vercellensis quæ Arianam hæresim saperent, eodem teste Hieronymo contra

Vigi-

Vigilantium. *Si igitur*, ait, *quæ bona sunt transtuli, & mala vel aptavi, vel correxi, vel tacui, arguendus sum, cur per me Latini bona ejus habeant, & mala ignorent? Si hoc crimen est, arguatur & confessor Hilarius, qui psalmorum interpretationem & homilias in Job ex libris ejus, id est, ex Græco in Latinum transtulit; sit in culpa ejusdem confessionis Vercellensis, qui omnium psalmorum Commentarios hæretici hominis vertit in nostrum eloquium; licet hæretica prætermittens, optima quaque transtulerit.* Hæc porro Eusebii Vercellensis interpretatio jamdiu interiit: nec memini me uspiam ejus vel codices, vel fragmenta memorata deprehendisse.

IV. Theodoretus eorum meminit.

Theodoretus, non quidem ut hodie in Psalmorum expositionibus legitur, quæ passim truncatæ & in compendium redactæ sunt, & quidem, ut conjectare licet, a Græculis Catenarum auctoribus; sed ut ab Agellio laudatur p. 486. in hæc psalmi 88. verba: *Tu vero repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum: evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctuarium ejus*, hæc habet: Εὐσέβιος δὲ εἰς τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ ταῦτα πειραθεὶς λαβεῖν, οὔτε διασῶσαι τὸν εἱρμὸν τῆς ἑρμηνείας ἠδυνήθη, οὔτε δυσφημίας παντελῶς ἀπαλλαγῆναι; id est, *Eusebius autem, cum hæc de passione Christi explicare tentaverit; neque seriem narrationis servare, neque blasphemia penitus vacuus esse potuit.* Hanc autem Eusebii interpretationem fusissime enarratam habes, p. 577. & seq. An vero hic Eusebio impietatis nota jure inuratur, necne, expendere inutile fuerit; cum ipse temeratæ divini Verbi doctrinæ notam in aliis multo liquidiùs incurrat, ut suo loco comprobatur.

V. Itemque Gelasius.

Gelasius de duabus naturis in Christo, inter Patrum testimonia, Eusebii Cæsariensis locum in psalmum decimum-septimum adfert, qui sic habet: *Deus qui inclinavit cœlos & descendit, ascendens in hominem quem assumsit, quem nunc Cherubim sermo nominat, evolavit cum eo, ascensum faciens cum divinis, spiritualibus, obsequentibus sibi pennarum ventis, ipsis etiam appellatis.* Ubi paucioribus sententiam exprimit, quam ibidem ab Eusebio enuntiatur; etsi eadem prorsus mente & interpretatione: nam Eusebius ibidem Cherubinum illum in psalmo memoratum, pro humanitate Christi habet. Et paulopost idem Gelasius ex eodem Commentario hæc adfert: *Si vero jurantem eum audieris per sanctum & Patrem suum, audi jurantem per Deum Verbum, quod omnibus sæculis præexsistit, sanctum & unigenitum ejus Filium, quem Deum varie loquutæ sunt dudum a nobis propositæ voces: per quem jurat Deus & Pater ejus tamquam dilectum eum, qui ex semine David est, in infinitum sæculum glorificaturus, quod etiam factum est, quando Verbum incarnatum eum, qui ex semine David est assumsit, atque deificat; unde & filium eum appellat dicens:* Ego ero ei in Patrem, & ipse erit mihi in filium; *& iterum*, Ego primogenitum ponam illum. Hæc item compendio exprimuntur ex interpretatione psalmi 88. maximeque, p. 555. 556. & 573.

VI.

Etsi vero Photius inter Eusebii opera hos Commentarios non recenseat, nihil mirum; tum quia vulgo in recensione opera non pauca ipse vel consulto mittit; tum quia, uti supra dictum est, ex Catenarum usu bene multa in Scripturam sacram Commentaria pene obsoleverant. Indeque forte fuerit quod tam infrequens apud Scriptores Græcos horum mentio occurrat.

CAPUT III.

Notæ Euſebiani ſtyli & ævi in his Commentariis.

I. Hi Commentarii aperte Euſebii ſunt. II. Demonſtrationi Evangelicæ ſtylo ſimiles. III. De ſtylo Euſebii. IV. Maximini carnificinam ut oculatus teſtis memorat Euſebius. V. Itemque aliorum Chriſtiani nominis hoſtium. VI. Quo tempore hos Commentarios ediderit.

I. Hi Commentarii aperte Euſebii ſunt.

ADEO manifeſta & per ſe clara res eſt, hos ipſiſſimos eſſe Euſebii Cæſarienſis Commentarios; ut ne vel minimum dubii eruditis & ſagacibus adverſum ſuboriri poſſit. Verum quia hoc ævo non pauci, ut criticorum nomen ſibi pariant, de libris quos ne vel primoribus quidem labris adtigerunt, ſententiam ferre nihil verentur: & primo conſpectu ita pronuntiant, Non ſapit ſtylum Scriptoris, Indignum auctore tanto, ac plerumque in partem negandi procliviores ſunt, hinc ſibi naſutorum famam conciliaturos eſſe rati, quibus non facile ſit verba dare; ideo nobis aliquid de Euſebiano ſtylo his in Commentariis conſpicuo, deque manifeſtiſſimis ibidem Euſebiani ævi notis, ediſſerere animus eſt.

II. Demonſtrationi Evangelicæ ſtylo ſimiles.

Nulli ex Euſebii operibus ita adfinis horum Commentariorum ſtylus eſt, ut Evangelicæ demonſtrationi: non modo enim dictiones & tractandi ratio conſonant; ſed etiam Scripturarum interpretationes, ſententiâ ſemper, verbis non infrequenter ſimiles ſunt. In Demonſtratione item Evangelica, perinde atque in hoc Commentario paſſim offendas in illud, νοήσεις ἐπιστήσας, *intelliges ſi animum adhibueris*, inque ſexcentas alias dicendi formulas, queîs ſermonis ab alio ad aliud ſeries transfertur: voces Euſebio frequentatas, aliiſque Scriptoribus minus uſitatas, in utroque opere ritu pari adhibitas deprehendas: explicationes de Verbi ſubſtantia & deitate ita conſimiles, ut illico unam Euſebii mentem, unam utrobique manum olfacias. Verum iſthæc exercitatione prius, quam ratiocinio, quivis experiri valeat: neque his diutius inſiſtere libet, de quibus nullam ſpero, apud cordatos ſaltem, controverſiam futuram.

III. De ſtylo Euſebii.

Eſt porro ſtyli genus hic ut in aliis ejus operibus, quale deſcribit Photius in Bibliotheca num. 13. τὴν δὲ φράσιν οὐκ ἔστιν οὐδαμοῦ, οὔτε ἡδὺς, οὔτε λαμπρότητι χαίρων. πολυμαθὴς δὲ ἐστιν ὁ ἀνήρ. hoc eſt, *Dictione autem nuſquam ſuavis eſt, neque elegantia ornatus. Eruditiſſimus tamen vir eſt.* Stylus itaque ejus nonnihil ſtrigoſus & perplexus eſt, non arte limatus: oratio nedum excurrat libere, adeo intricata plerumque eſt, ut Scriptoris mentem vix aſſequare. Periodos ita prolixas ducit, ut extractam longius ſeriem, ſi quid novi menti ſuccurrerit, ſubinde intercipiat, dum ſuſpenſus animo Lector, nec quo deducere, nec ubi claudere argumentum velit, intelligere valet. Quod maxime his in Commentariis obſerves, ubi perpetuus veterum verſionum, quæ ut plurimum ſub-barbaræ ſunt, uſus, aliquam ſtylo ejus intulit peregrinitatem. Neque tamen par ubique ſtyli ratio eſt: nam ubi ad deſcriptiones vertitur, ſeriem exornat verbis quam poteſt lectiſſimis; non ut otioſos inani voluptate demulceat, ſed ut ex rerum quæ ſub adſpectum cadunt pulcritudine & concentu, ad opificis contemplationem alliciat. Sic ad pſalmum 18. p. 72. & 73. de curſu ſolis flo-

ridiore stylo mirifice edisserit: alias similiter de verno tempore, deque aquarum divortiis, quæ sapientissimi conditoris nutus ad terræ cultum & fœcunditatem moderatur. Divine autem loquitur sicubi contra eos disceptat, qui temperante fortuna rerum humanarum aleam cadere arbitrantur; sive etiam, qui res omnes, quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiuntur: frequentissime vero illos exagitat, qui mundum fortuitò ac ex temerario partium concursu sponte coaluisse pugnabant, in hisque sane invenimus Eusebium Eusebio elegantiorem.

IV. Maximini carnificinam ut oculatus testis memorat Eusebius.

Ævo suo grassantem Maximini in Christianos carnificinam ut oculatus te-
51. stis memorat ad psalm. 36. ubi postquam gentilium immanitatem recensuit, hæc subdit: ὥσπερ δὲ ταῦτα ἱστορησάμεθα, οὕτω καὶ τὴν μετελθοῦσαν αὐτοὺς θεοῦ δίκην τεθεάμεθα, τοιαύτην γενομένην, ὡς μὴ ἁμαρτεῖν τὸν φήσαντα ἀληθῶς, τὴν ῥομφαίαν αὐτῶν εἰσεληλυθέναι εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν, καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντετρῖφθαι, id est, *Ut autem hæc vidimus, ita & ultionem Dei ipsos invadentem suspeximus, quæ talis utique fuit, ut nihil aberraverit is qui dixit, gladium eorum infixum in corda*
52. *ipsorum, & arcus eorum confractos esse.* Et alibi, *Quis autem oculis contemplatus impios,* (nam Græca compendii causa mittimus,) *qui ævo nostro ex divitiis, gloria, dignitatibus in admiratione fuere, in multasque gentes imperium obtinuere, repente ab hac celsitudine lapsos, non fateatur verum esse oraculum hujusmodi.*

V. Itemque aliorum Christiani nominis hostium.

62. Diserte vero ad psalm. 47. quinam illi Christianorum carnifices Imperatores, & quo mortis genere sublati sint, enarrat his verbis: *Hæc porro opere completa nos ipsis oculis percepimus: quibus sane veri simile est posteros nostros incredulos, cum hæc audient, fidem non habituros esse. Quotquot igitur ævo nostro fuere Ecclesiæ Dei inimici, principes hujus sæculi & tyranni, divinitus immissis flagellis laniati; alii quidem corporis cariem perpessi sunt, ut etiam vel adhuc viventes cum intolerabili fœtore vermibus scaterent: alii viventes item oculis capti sunt; ita ut divinitus immissum sibi flagellum animadverterent, palinodiamque canerent, ac Ecclesiæ Deum magnum verumque, & solum esse dominum confiterentur, summaque cura præciperent, ut civitas illa Dei, ab se olim impugnata, restauraretur, ac denuo construeretur.* Videlicet Galerius Maximianus, qui vermium fœtore computruit, ut habet Eusebius Hist. Eccl. l. 8. c. 16. Alius qui captus oculis fertur, est Maximinus Orientis Imperator, ut ait Eusebius, l. 9. c. 10. Utrumque vero palinodiam cecinisse narrat Eusebius hic & in historia Ecclesiastica. Similiter ad psalmum 78. hæc habet: *Neque solum iis,* (qui tempore Antiochi passi sunt,) *hæc tradita fuere; omnibus quippe similia patientibus competunt: quia in persequutionibus, quæ nostra ætate contigerunt, sexcenti supra recensitis similia sunt perpessi.* Et ad psalmum 90. p. 595. Se non unius tantum sed plurimarum persequutionum testem fuisse narrat, tyrannosque non diu ab illata Christianis clade, interitu plexos his testificatur: *Nos autem veritatem ipsa exemplorum interpretatione percepimus, conspecto variis temporibus Ecclesiam Christi impugnantium exitu, qui confestim, ne diuturno post tempore, debellati sunt.* Ipse namque viderat Diocletianum, Maximianum Galerium, Maximinum & Licinium, qui in Christianos carnificinam exercuerant, infausto mortis genere periisse.

VI. Quo tempore hos Commentarios ediderit.

Manifestissimis igitur notis indiciisque sese horum Commentariorum auctorem prodit Eusebius: jam vero restat ut exploremus quo tempore hoc opus ediderit. Qua de re ex uno tantum loco lucem mutuari licet. Est is in psalmo 87. ad hunc versum, p. 549. *Numquid mortuis facies mirabilia?* ubi sic ha-

bet: εἰ δέ τις νοῦν ἐπιστήσειε τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀμφὶ τὸ μνῆμα καὶ τὸ μαρτύριον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιτελεσθεῖσι θαυμασίοις, ἀληθῶς εἴσεται ὅπως πεπλήρωται ἔργοις τὰ τεθεσπισμένα, id est, *Quod si quis animum adhibeat iis, quæ nostro tempore ad Sepulcrum & Martyrium Salvatoris nostri patrata sunt, mirabilibus, is sane deprehendet quo pacto ea quæ prænuntiata fuerant, opere completa sint.* De miraculis in Sepulcro & Martyrio Christi editis ne verbum quidem habet Eusebius in vita Constantini; etsi detectum, curante Helena, Sepulcrum & Martyrium memoret, exstructam eodem loco per Constantinum magnificentissimam Ecclesiam enarret, Synodum in ejusdem Ecclesiæ Encæniis seu dedicatione celebratam anno 335. minutatim & κόμψας describat. Verum hic de miraculis agi quæ a Rufino, Sulpitio Severo, Socrate, Sozomeno & Theodoreto recensentur, ne ambigas. Aiunt quippe illi, afflante numine locum Sepulcri Helenam detexisse, tres ibi cruces repertas esse: hærentesque omnes quænam ex tribus Christi suspendio consecrata fuisset, dubio tandem levatos fuisse, cum in extremis agens mulier, ex aliarum contactu nihil remedii consequuta, admotâ demum vera Christi cruce, statim a morbo penitus recreata, & pristinæ valetudini restituta est. Cum autem hæc anno 327. aut insequenti gesta sint, hinc consequitur Eusebium sua in Psalmos Commentaria sub hæc edidisse. Neque tamen statim postea, sed multis hinc elapsis annis hæc elucubrasse suadere videtur vox καθ' ἡμᾶς, quæ *nostra ætate* significat; neque enim pro præsentibus aut ita nuperis rebus hæc loquendi ratio usu venire solet. Sic ille cum de tyrannis agit, qui jam multos ante annos fato functi erant, voce καθ' ἡμᾶς utitur, quam tamen nusquam usurpat cum de rebus, quæ vel illo scribente, vel nuperrime gestæ sunt, agitur. Verum ut hæc conjectando solum dicimus; ita post annum 327. ea quam supra diximus de causa, editos Commentarios adfirmari posse putamus. Detecti item Dominici sepulcri meminit Eusebius ad psalmum CVIII. his verbis: *Hoc autem ediscas, si consideres qua mente sint Judæi, videntes quidem veneranda & sancta sua funditus deleta; illius vero qui ab ipsis ignominia adfectus, ac in crucem & mortem traditus est, Sepulcrum, studio & honoribus celebrari: Ecclesias autem, quæ ejus virtute per totum orbem fundatæ sunt, in dies accrescere,* &c. P. 701.

CAPUT IV.

De genere interpretandi Eusebii, deque antiquis versionibus ab eo allatis.

I. Interpretandi genus Eusebium Commentarii auctorem prodit. II. Observationes criticæ egregiæ notæ. III. De literali explanatione. IV. De mystagogica. V. Eusebius Origenem sequitur, alii Eusebium. VI. Antiquis interpretibus frequenter utitur.

I. Interpretandi genus Eusebium Commentarii auctorem prodit

HOSCE Commentarios germanum esse Eusebii opus, non ex præmissis modo, sed etiam ex interpretandi genere, ex frequente illo veterum Interpretum usu, ex Scripturæ sacræ peritia comprobatur. His se tesseris & argumentis exhibet Eusebius ille Pamphili martyris socius, quîcum, teste Hieronymo, divinam bibliothecam diligentissime pervestigarat. Tria porro cum

cum primis contemplanda nobis offert celeberrimus Interpres; criticas in Psalmorum ordinem notas, interpretationem literalem, & mystagogicam explanandi viam, de quibus pauca prælibare e re fuerit.

II. Observationes criticæ, egregiæ notæ.

Observationes Eusebii criticæ, egregiæ notæ sunt: nam præter ea quæ in præfationibus feruntur, non spernenda sane, multa expositionibus suis de ordine & de auctore cujusque psalmi subinde præmittit, quæ judicium peritiamque Scriptoris arguant: qua in re sane vix accuratius sagaciusque disputari posse æstimabunt periti. In his autem Eusebius, qui numquam compendio studuit, sine aliquo lectoris tædio fastidiove prolixius agit. Id vero præsertim observes in ejus de Abimelecho dissertatione, in perquisitionibus de vera Psalmorum serie & de germano cujusque auctore: maximeque ubi de psalmo in spelunca mirifice edisserit. Pedetentim vero ratiocinia profert, nihil, quod ad rem pertineat, intactum relinquit. Parem arguendi vim & methodum animadvertas, cum eorum sententiam depellit, qui numeri rationem ad cujusque psalmi intelligentiam conferre pugnabant: quam Philonianam explanandi methodum, ut futilem & ἀπροσδιόνυσον, explodit Eusebius.

III. De literali explanatione.

Literalem Psalmorum mentem ubi explicat Eusebius, genuinum vulgo sensum adtingit, neque ita frequenter aberrat a scopo & a vera Psalmorum sententia. Aderat quippe opima illa Hexaplorum supellex, unde & Hebraïcam lectionem & veterum Interpretum versionem mutuari posset. Neque enim, ut ex his Commentariis deprehendere licet, Hebraïce peritus fuit Eusebius: siquidem de Hebraïca ille lectione plerumque non ita docte edisserit; utpote qui Hebraïca Græcis literis expressa, qualia in Hexaplis erant, tantum legerit; sed si quid de vocibus & literis Hebraïcis hinc inde tradat, id ex Hebræis mutuatus est. Et mirum sane hominem qui in Palæstina ætatem egit, cum Judæis frequenter sermonem habuit, Hexaplis & Bibliothecæ divinæ cum Pamphilo Martyre digerendis operam dedit, Hebraïcè inerudi-
P. 703. tum fuisse? Doctoribus autem suis, nimis credulum persæpe deprehendas, utpote qui nonnulla interdum adferat, ubi accuratior notitia desideretur; exempli causa ad hunc versum psalmi CXI. *Ex utero ante luciferum genui te*, ubi Hebraïcum מרחם, *Merehem* habet, ut probabilem cujusdam opinionem adfert, qui putabat hic B. Mariam Deiparam indicari, quod sane ἀπροσδιόνυσον est: nam *Maria*, nomen apud Hebræos frequentissimum מרים, *Miriam* scribebatur; & *Merehem* nihil aliud quam, *ex utero*, significat.

IV. De mystagogica.

Mystagogicam explanandi viam, qua ad Christi personam vel Ecclesiam, sive ad fidelem animam, aut demum ad cœlestem Sionem omnia reducuntur, admodum frequentavit Eusebius: quia illo ævo cum Judæi perpetuo Christianis obgannirent, atque ex prave detorta Scripturarum sententia, Christiana de Servatore dogmata traducerent in dies; Scriptores Ecclesiastici contra, ut petulanti & protervo generi occurrerent, omnia ad Christum & ad Christi Ecclesiam referebant: nec modo ea quæ de Christo & de Christi fidelibus diserte & evidenter enuntiata fuerant, sed etiam quæ, haud ita dilucide enarrata, possent in utramvis partem derivari. Nec tutum erat illis temporibus interpretandi aliam inire rationem: certe non impune fuit Theodoro Mopsuesteno, quod neglecta mystagogica illa, literali solum adtenderet.

Cæterùm hunc explanandi ritum, auctore Christo, commonstrantibus Apostolis, sectati sunt Ecclesiæ scriptores. Non modo enim lex vetus legis novæ figura exstitit; sed etiam res in veteri Ecclesia gestæ, præsertim nobiliores,

1. Cor. 10. 11. umbra Christi ejusque Discipulorum erant. Nam *hæc omnia in figuris contingebant illis: scripta sunt autem ad nostram admonitionem.* Unde Tertullianus de resurrectione carnis, *Talia interim*, ait, *divinarum virium lineamenta, non minus parabolis operato Deo, quam loquuto.* Inter Prophetas autem & præstantes viros, qui in veteri lege Christi typum gessere, nemo propius personam ejus retulit, quam David, genere item propinquior. Cujus non modo gesta, sed etiam dicta in psalmis præsertim, ad Christi personam Ecclesiamque pertinere, divino ipsius Christi ore didicimus. Ille vero sensus ἀλληγορούμενος, sive mystagogicus; non a Christianis modo, sed etiam a Judæis adhibitus est: etsi illi, ut obcæcati, atque sensilium rerum mole obruti erant, omnia ad res temporarias, divitias, terreni regni latitudinem, Messiæ sui imperium, reducerent: qua in re a justa allegoriæ ratione immane quantum aberrabant. Allegoria quippe, figura, typus & umbra, signa sunt rerum non earumdem atque illæ quæ allegoriæ & typi munus præstant: atenim vel ipsa allegoriæ vox, signa hujusmodi, rem aliam longe diversam, disparem & digniorem significare subindicat. Multo igitur præstantior & verior illa Christianorum interpretatio, qua res corporeas & sensiles, ad intelligibiles ac cœlestes, incolumi tamen literæ sensu, referunt.

Hoc ergo genus interpretandi summè est ab Eusebio frequentatum. Illud autem hujusmodi est, ut sicubi inimici insurgentes & tumultuantes exprimantur, quod in psalmis frequentissime occurrit, id vel ad Judæos contra Christum frementes & machinantes; vel ad Ecclesiam ab hostibus, scilicet a principibus hujus sæculi, aut a dæmonibus oppugnatam, vel ad fidelem animam vexatam a *Spiritibus* immundis, referatur: si læta & jucunda efferantur, cœlesti Jerosolymæ, sive Ecclesiæ, seu Christiani cujuslibet animæ, totum adscribatur: si flumina inundantia memorentur, id de confluenti ad Christi doctrinam gentium multitudine intelligatur. Quam explanandi viam, non Eusebius modo, sed etiam Theodorus Heracleotes, Chrysostomus, Theodoretus & alii plerique sectati sunt, qua in parte si unum noris, omnes noris. Neque tamen inter mystagogicas interpretationes accensendæ illæ, quæ literam ipsam ad unum Christum referri nec infrequenter comprobant; ut exempli causa, cum Eusebius psalmum, *Deus, Deus meus, respice in me,* in uno Christo impletum esse asseverat: in hoc enim & in similibus, ut nemo non fateatur, sensus ipse literalis Christum respicit. Hæc de interpretandi ritu dicta sunto.

V. Eusebius Origenem sequitur, alii Eusebium.

Cæterum Eusebius Origenis expositiones haud obscure sectatur, tam quod ad ipsam explanandi rationem, quam quod ad verborum seriem; ut in manuscriptis & editis Catenis videre est: nam Commentarios Origenis plenos integrosque jamdiu amisimus: ejus porro Commentarios semel memorat Eusebius ad psalmum CXVIII. Theodoretus item, qui plerumque ab Eusebiana interpretatione deflectit, non raro tamen illâ pene ad verbum utitur, etsi breviore ut plurimum stylo: nam Eusebius, ut jam diximus, ita prolixas subinde periodos ducit, vix ut seriem deprehendas, & ubi sententiam claudat non ita facile comperias. Asterii vero interpretatio psalmi IV. quam Commentario Eusebii in eumdem psalmum subjunximus, a quodam Scholiaste invecta est, qui Asterium Arianum esse indicat, scilicet sophistam illum circulatorem, qui in ipsis Arianismi exordiis contra Catholicos antistites classicum canebat, & doctrinam de Filio Dei spargebat, vel ipsa Arianica deteriorem. Ex

hoc autem specimine deprehendas, Asterium partim literalem, partim mystagogicum interpretandi morem sectatum: nec iis ingenii doctrinæque partibus instructum, quæ fuissent ad tantum opus perficiendum satis. Scholiastes porro ille non Asterium modo Arianica labe adspersum indicat; sed etiam Eusebium, sicubi ad Arianismum deflectit, ut Arianum traducit, ut suo loco videas.

Nihil autem his in Commentariis præstantius, nihil pretiosius frequentissimo illo veterum Interpretum usu. Atenim multo plura ex Aquila, Theodotione & Symmacho adfert Eusebius, quam in Drusii vel Nobilii collectionibus usquam compareant; ita ut ejus adminiculo non raro psalmos integros, ex Symmachi maxime versione, restaurare liceat. Illas porro versiones modo ad literalem, modo ad mystagogicam asserendam sententiam usurpat: nonnumquam ad decem versus una serie adfert: expositionesque eorum Septuaginta interpretum versioni anteponendas asserit haud infrequenter. Aquilam Hebraïcæ literæ servientem, δουλεύοντα τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει, hic & in Evangelica Demonstratione multis in locis nuncupat. Is nimirum ita literæ hæsit, ut dum verba redderet, sententiam non ita curaverit. Symmachum sæpe mirabilem dicit interpretem, ejusque versione utitur libentius, frequentius & copiosius. Ambos tamen ait in gratiam Judæorum prophetias de Christo aliam in sententiam derivasse: Ἰουδαϊκώτερον, sic ille, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος τὴν ἑρμηνείαν ἐκπεποιήκασι, id est, *Modo ad Judaïcam doctrinam propius accedente Aquila & Symmachus interpretati sunt.* Nam in Demonstratione Evangelica ait *P. 316.* utrumque Judæum aut semi-Judæum fuisse. Theodotionem cum laude memorat, & accuratum interpretem ait: Quinta minus frequenter, Sexta vero rarissime interpretationibus utitur. Notas in hujusmodi versiones raras & brevissimas dedimus: quia a multis jam annis ad Hexaplorum excerpta ex Codicibus cum editis tum manuscriptis colligenda animum adpuli: quodque habui cæteris quæ tractabam otii, huic provinciæ consecravi: & jam tanta eorum accessio facta est, ut quadruplo saltem plura penes nos habeamus, quam Nobilius & Drusius ediderint. His propediem postremam admovere manum, eaque publicare animus est. Quare a prolixioribus in veteres Interpretes notis consulto abstinuimus, ne sub hæc actum agere cogeremur.

IV. Antiquis Interpretibus frequenter utitur.

Ait Eusebius Septuaginta interpretes cum Ptolemæi Philadelphi tempore vertendis Scripturæ sacræ libris operam darent, loca quædam, queis Christi ortus apertius prænuntiaretur, ne in Græcorum, quibus versio parabatur, notitiam venirent, obscurius interpretatos esse. Qua de re adeundus ipse, cum psalmi, *Fundamenta ejus in montibus sanctis*, expositionem edit. Nec silentio mittendum est, Eusebium persæpe Scripturæ sacræ loca secus, quam in exemplaribus hodiernis leguntur, adferre, partim quod exemplaria sua variam lectionem præferrent, partim quod ille nonnumquam sine prævia monitione aliorum Interpretum lectiones admisceat: partim etiam, quod plerumque memoriter Scripturarum dicta enuntiet, ac synonyma & extranea verba interserat.

LXX. interpretes.

CAPUT V.

De rebus doctrinam spectantibus in hoc Commentario.

I. In Scriptoribus sacris ne minimum vitium admittit Eusebius. II. Sanctorum merita nobis prodesse putat. III. Veram Christi in Eucharistia præsentiam declarat. IV. Quid de libero arbitrio sentiat. V. Gratiam indifferentiæ ad utrumlibet, seu versatilem, docet, VI. & Prædestinationem post prævisa merita.

HAUD ingratum lectori fore speramus, si quæ sparsim variisque in locis, quo fors tulit, inducta sunt doctrinæ capita, hic in unum collecta ipsi offeramus, cum ad manum nobis sit ea, quæ assidua tractatione hinc inde decerpsimus, una complecti; ut labore diuturno parta harumce rerum notitia, eruditis ingratæ perquisitionis tædium levet.

I. In Scriptoribus sacris ne minimum vitium admittit Eusebius. Æstimat Eusebius non sine audacia & temeritate credi posse, Scriptores illos, qui afflante numine divinas nobis literas transmiserunt, vel in minimis errasse; ita ut etiam nomen pro alio vel ex imprudentia vel ex incogitantia substituerint. Id diserte ait, explanando titulum psalmi 33 in quo dicitur immutasse David vultum suum coram Abimelech: ubi Abimelech legendum, atque in exemplaribus, Beth in Caph mutatum fuisse putat Eusebius: quod sane ob literarum Beth & Caph inter se adfinitatem perfacile fuit. Tum allatâ eorum sententiâ qui dicerent, Abimelech pro Achis positum fuisse, ibique agi de Davidis in Geth peregrinatione, ubi cum periculum capitis immineret, insaniam ille simulavit, & immutavit vultum suum coram Achis rege Geth; hæc in adversum reponit ille: *At ego audax temerariumque facinus*, ἔργον δὲ θρασὺ καὶ προπετὲς, *arbitror illud esse, pronuntiare confidenter divinam Scripturam lapsam esse, & tale vitium præferre, ut pro viro alienigena sacerdos Domini ponatur; cum maxime Hebraïca lectio & reliqui Interpretes omnes, Achimelech circumferant.* Ubi notes velim Hebraïcam lectionem hodie אבימלך circumferre, & in Græcis bibliis Αβιμέλεχ: unde patet Eusebii exemplaria diversam ab ea, quæ nunc habetur, lectionem prætulisse. Ut ut vero sit de Eusebii in memoratum titulum opinione, quæ fortassis non omnibus placitura est, putat sane ille nefas esse vitium, si quod vel minimum subsit, in Scriptorem sacrum refundere.

II. Sanctorum merita nobis prodesse putat. Ait non semel Eusebius Sanctorum, sive Martyrum, sive aliorum Deo acceptorum hominum merita, subsidio apud Deum nobis esse. Sic pag. 486. *Ad hæc in precibus tempore persequutionis dicenda instituimur, hostiarum & holocaustorum loco sanguinem sanctorum Martyrum proponentes, ac hujusmodi supplicationes emittentes;* & pag. sequenti: *Nos siquidem non digni habiti sumus qui ad finem usque certaremus, ac pro Deo sanguinem funderemus; sed quia filii sumus eorum,*
Præp. Evang. p. 575. *qui hæc sunt perpessi, virtute patrum nostrorum ornati, precamur ut illorum gratiâ misericordiam consequamur.*

III. Veram Christi in Eucharistia præsentiam declarat. Veram Christi in Eucharistia præsentiam profitetur cum hunc versum explicans, *Cibavit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturavit eos*, ait, κατὰ P. 504.
τοῦτο δὲ ἐπιλέγει καταξιώσας αὐτοὺς τῆς οἰκείας τροφῆς, οὐ μόνον σωματικῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐπουρανίου καὶ πνευματικῆς, ὁπηνίκα πρώτοις αὐτοῖς ἐπεδήμει ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, προ-

φῶν

φιλῶ αὐτοῖς παρέχειν τὸν ἐπουράνιον ἄρτον, ΑΥΤΟΣ ΕΑΥΤΟΝ. Id est, *Tunc porro proprio illos cibo replere dignatus est, non corporeo solum, sed etiam cœlesti & spirituali, cum ad ipsos primos Christus Dei peregrinatus est, atque in cibum ipsis cœlestem panem, IPSE SEMETIPSUM, dedit.* Ad psalmum vero XXXVI. p. 149. hæc habet, κατατρυφᾷν δὲ τοῦ κυρίου δυνήσεται ὁ τῆς ψυχῆς τὰ αἰσθητήρια κεκαθαρισμένος, ὡς δύνασθαι ἐσθίειν τὸν ζῶντα ἄρτον καὶ τὰς ζωοποιοὺς αὐτοῦ σάρκας, πίνειν τε τὸ σωτήριον αὐτοῦ αἷμα. τούτοις τρεφόμενος καὶ πιαινόμενος, τῆς ἐνθέου μέθης ἀπολαύων, κατατρύφησον τοῦ κυρίου. Id est, *Delectari autem in Domino valebit, quisquis animæ sensibus puris purgatisque fuerit, ita ut panem vivum & vivificas carnes ejus edere possit, ac salutarem ejus bibere sanguinem. His enutritus & impinguatus, divina fruens ebrietate,* delectare in Domino.

Liberum arbitrium in homine ad bonum malumve deligendum sic explicat illle, p. 144. ad psalmum 35. ἀπαρακαλύπτως δὲ ὁ τοιοῦτος ἐξέδωκεν ἑαυτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ, ὡς καὶ τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομίαν εἶναι καὶ δόλον. πάνυ δὲ ταῦτα ἑκὼν εἵλετο· ἅτε δὴ αὐτεξούσιος ὤν, καὶ δυνάμενος ἐπὶ τὴν ἀγαθὴν μετελθεῖν ὁδὸν, μὴ βουληθεὶς δέ. Hoc est, *Palam autem ille se peccato dedidit, ita ut verba oris ejus iniquitas & dolus essent. Hæc autem ipse admodum libere elegit, utpote liberi arbitrii, penes quem erat viam adire bonam: quod ille noluit. Quamobrem dictum est, Noluit intelligere ut bene ageret: sed iniquitatem meditatus est in cubili suo.* Et p. 257. ad psalmum 57. ἐπειδὴ γὰρ φύσεως ἐλευθέρας καὶ αὐτεξουσίου γενόμενοι, διακριτικοί τε τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου, τήν τε εἰς ἑκάτερα ῥοπὴν τὴν ἐν ἑαυτοῖς κεκτημένοι, οὐκ ὀρθῶς ἐχρήσαντο τῷ κριτηρίῳ, οὐδὲ ἠγάπησαν τὴν εὐθεῖαν, καίπερ εἰδότες αὐτὴν, οὐδ' ἔργοις μετῆλθον τὴν δικαιοσύνην, ἣν λόγῳ μόνῳ καὶ χείλεσιν ἐπηγγέλλοντο, τῷ παλαιῷ δὲ ὄφει ὁμοιωθέντες, ἀσπίδος κωφῆς χείρους ἐγένοντο· τούτου χάριν ἐπακούσατε τίνα καὶ αὐτοὺς περιμένει. Id est, *Quoniam enim liberæ & sui arbitrii naturâ præditi, vi internoscendi boni & contrarii instructi, atque liberam ad utrumlibet inclinationem nacti, non recte judicio suo sunt usi, neque rectam viam, etsi notam sibi, dilexerunt, neque operibus justitiam adierunt, quam verbis dumtaxat & labiis sunt professi, veterique serpenti similes, aspide surda deteriores evasere; ideo quæ ipsis eventura sunt audite.* Similiter de Hebræis agens, p. 467. ad hunc versum, *Et obliti sunt benefactorum ejus*, ita loquitur: πάντων γὰρ τούτων λήθην πεπονημένοι, τῶν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐπιδεδειγμένων, ὅπλα ἤροντο κατὰ τοῦ θεοῦ, οὐ βουληθέντες τῷ νόμῳ αὐτοῦ πορεύεσθαι· καίτοι ἐπ' αὐτοῖς κειμένου τοῦ δύνασθαι, καὶ τοῦ βούλεσθαι; id est, *Nam omnium eorum obliti, quæ patribus suis ostensa sunt, arma tulerunt contra Deum, cum nollent in lege ejus ambulare, etiamsi penes ipsos esset ut possent & vellent.*

IV. Quid de libero arbitrio sentiat.

Ne quis vero opinetur putare Eusebium, ex solo liberi arbitrii motu hominem, nec gratia fultum, bonum perinde atque malum adire posse; huic suspicioni occurrit ille his verbis: *Quos præscientia sua prævertens Deus, antequam in lucem prodirent, tales futuros esse noverat; sed tamen permisit ut nascerentur, gratiâ suâ ipsis quoque concessâ, ut palam eorum propositum fieret,* τὴν παρ' αὐτοῦ χάριν καὶ αὐτοῖς δωρησάμενος, εἰς τὸ φανερὰν γενέσθαι τὴν προαίρεσιν. *Siquidem & ordinem justorum rectam ac minime deflexam viam suapte voluntate initurum prævertens Deus noverat. Deinde utrique ordini liberum arbitrii motum dimisit, concedens ut in stadio cursum conficerent. Ac cum universos naturâ similes constituisset, voluntate sua quemque meliora deligere pariter permisit. Illi vero, utpote qui sui ipsorum domini, sui juris, ac liberi quoad motum essent, arbitratu suo disjuncti sunt, aliis rectam, obliquam aliis viam cooptantibus.* Pari sententia de

V. Gratiam indifferentiæ ad utrumlibet, seu versatilem, docet.

Juda loquens hæc habet ad psalm. XL. p. 171. *Sed*, in quo speravi, *ait; vel secundum Aquilam*, Confisus sum; *aut ut Symmachus*, Confisus eram: *quandoquidem ipsum paribus atque cæteros Apostolos donis adfecerat. Confidebat autem ei Salvator, & bonam de ipso spem habebat, quia in eo liberum arbitrium esset. Neque enim Judas ex hujusmodi natura erat, quæ non posset salutem consequi; sed poterat, si quidem voluisset, ut & cæteri Apostoli, a Filio Dei erudiri, ac bonus probusque discipulus effici.* Unde palam est eum gratiam versatilem, ad utrumlibet, sive bonum sive malum indifferentem, in omnibus prorsus hominibus, etiam impiis & peccatoribus, constituisse.

VI. & Prædestinationem post prævisa merita. Nec minus aperte prædestinationem post prævisa merita docet ad psalm. LVI. p. 259. ubi hanc Pauli sententiam explicans, *Nam quos præscivit, & prædestinavit, &c.* ait, ὥσπερ οὖν τούτους προεγνοὺς μέλλοντας ἀγαπᾷν αὐτὸν προώρισεν· οὕτως καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, ἐπειδὴ προέγνω μέλλοντας λαλεῖν δικαιοσύνην διὰ τὸ γινώσκειν αὐτὴν, οὐ μὴν καὶ τοῖς ἔργοις αὐτὴν μετελευσομένους, διὰ τὸ ταῖς χερσὶν ἀδικίας συμπλέκειν, τούτου χάριν ἀπηλλοτρίωσεν ἀπὸ μήτρας, καὶ ἐν πλανωμένοις καὶ λαλοῦσι ψευδῆ παρ' ἑαυτῷ κατηρίθμησε πρὶν γενέσθαι, συνεχώρησέ τε εἰδὼς αὐτοὺς τοιούτους ἐσομένους εἰς φανερὸν ἐλθεῖν, ὡς ἂν τὸ διάφορον τῶν δικαίων καὶ θεοσεβῶν ἀνδρῶν ἐκ τῆς τῶν χειρόνων παραθέσεως διαλάμψειεν. μιᾶς γὰρ οὔσης φύσεως οἱ πάντες· οἱ μὲν ἑκόντες εἵλοντο τὰ κρείττω, οἱ δὲ τὴν ἐναντίαν ὥδευσαν αὐτεξουσίῳ προαιρέσει χρησάμενοι. Id est, *Quemadmodum igitur cum eos præscivisset, qui amaturi ipsum erant, etiam prædestinavit eos; sic & impios cum prævidisset justitiam quidem loquuturos, utpote qui nossent illam; sed ipsam tamen non operibus adituros esse, quia injustitiam manibus complicaturi erant; ideo alienavit eos a vulva, &, vel antequam fierent, in errantium & mendacia loquentium numero apud se computavit: permisitque tamen, etsi tales futuros esse nosset, ut palam prodirent, quo præstantia justorum & religiosorum hominum ex pejorum comparatione eluceret. Nam cum ex una omnes natura constarent, libero usi arbitrio, alii quidem sponte bonum elegerunt, alii contrariam iniere viam.* Quæ omnia ita perspicue enuntiantur, ut Oedipo non egeant.

CAPUT VI.

Euſebii de Verbo & Filio Dei ſententia.

I. Variæ circa Euſebii de Filio Dei doctrinam opiniones. II. Euſebius docet unitatem deitatis in uno Patre ſervari. III. Filium longe minorem Patre. IV. diverſæ ſubſtantiæ. V. Interpres Latinus Demonſtrationis Evangelicæ de induſtria Euſebium ad catholicam ſententiam detorſit. VI. Euſebius Filii deitatem aliam ſtatuit a paterna. VII. Grandis paralogiſmus Euſebii. VIII. Non obſcure docet Filium non eſſe vere Deum. IX. Quo ſenſu Filium Deum eſſe dicat. X. Quam adverſa rationi & priſcorum Patrum ſententiæ tradat. XI. Cum Arianis plane conſentit. XII. Qua ſententiâ τῷ ὁμοουσίῳ, ſive Conſubſtantiali, ſubſcripſerit. XIII. Quo ſenſu ἐξ οὐκ ὄντων *neget, & genitum Filium dicat. XIV. Filium negat æternum. XV. Summa doctrinæ Euſebii. XVI. Ægre defenditur. XVII. Arianum probant tam geſta quam ſcripta.*

I. Variæ circa Euſebii de Filio Dei doctrinam opiniones.

JAMDIU inter doctos diſceptatum eſt, quæ vera fuerit Euſebii Cæſarienſis de Filio Dei opinio; alii enim catholice ſenſiſſe defendunt, nec quidpiam Arianæ labis in ſcriptis ejus deprehendi pugnant; vel ſi quid deprehendatur, in iis certe ſcriptis obſervari, quæ ante Nicænam ſynodum edidit; in poſterioribus non item: alii contra ab Arianiſmi exortu, ad obitum ſuum, adeo manifeſtas cum geſtis tum ſcriptis ſuis dediſſe contendunt Arianiſmi notas, ut incunctanter inter Arianorum primipilares connumerandum cenſeant. Talemne, inquiunt, hominem, qui ſemper augendæ Arianicæ rei tam acriter adlaboravit, qui diuturnas cum Arianis ad reſtituendum Arium excubias egit, qui capitalibus odiis Catholicæ rei proceres aſſidue exagitavit, Catholicum cenſeamus? Hinc ſi ſcriptis ejus adtendas, aiunt, probe cum geſtis conſonare deprehendes: nam qui Filium paſſim minorem Patre, alterum deum inferiorem, ac miniſtrum purum ait, quî Catholicus habeatur? Ego vero iis qui orthodoxum Euſebium cenſent ad tanti viri purgationem adſtipulari peroptarem, ſi per ejus ſcripta liceret; at ſecus ſuadent cum cætera ejus opera, tum maxime hi Commentarii, ubi Arianiſmum aperte profitetur. Non ex aliqua igitur præjudicata opinione ad eam ſententiam accedimus: nedum enim ægre feram, ſummopere gaudebo, ſi quis ab eo non modo culpam, ſed etiam ſuſpicionem, dimovere poſſit: idque mihi non minus ex voluntate, quam præter opinionem cadet. Vereor enim ut qui Catholicum Euſebium adfirmant, tantam in adverſum mox proferendam locorum ſylvam concoquere, & ad ſincera dogmata detorquere valeant. Euſebii itaque de Verbo & Filio Dei ſententiam in certa capita diſtinctam, tam ex his Commentariis, quam ex aliis ejus ſcriptis, maximeque ex Evangelica Demonſtratione, & ex libris contra Marcellum in medium adferemus: eamque ſententiam amplectemur, quæ ab ipſa rei veritate & perſpicuitate ſuadebitur.

II. Euſebius docet unitatem Dei in uno Patre ſervari.

Ab unitate Dei ordiri operæ pretium erit, quam Euſebius in uno Patre ſervari, neque Filium, multoque minus Spiritum ſanctum, in ejuſdem unitatis conſortium venire clare & multis in locis adfirmat. Patrem enim in ſe

totam deitatis plenitudinem, excluso Filio, complecti indicat, dum ipsum solum passim vocat, τὸν τῶν ὅλων θεὸν, τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν, τὸν ἐπέκεινα πάντων θεὸν, id est, *Deum universorum, Deum supra omnia, Deum ultra omnia*; Filiumque contra nuncupat, δεύτερον θεὸν, δεύτερον κύριον, *secundum deum, secundum dominum.* Ne quis vero reponat, Patrem ideo Deum universorum ab Eusebio vocari, quod sit origo & fons Trinitatis, & in ratione principii primus exsistat; hoc catholicum interpretandi genus respuere occupat Eusebius, dum ait, p. 424. ad psalmum Asaphi decimum, ἵνα μή τις αὐτὸν ψιλὸν ὑπολάβοι ἄνδρα καὶ τοῖς πολλοῖς ὅμοιον, θεολογεῖ αὐτὸν ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας, φήσας ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν. καὶ ὅπως μὴ ταραχθείη τις εἰς τὸν περὶ μοναρχίας λόγον, θεὸν ἀκούων τὸν χριστὸν τοῦ θεοῦ, εἰκότως καὶ πλείονας θεοὺς ὀνομάζει τοὺς διὰ τῶν ἑξῆς κατηγορουμένους, μονονουχὶ παρακελευόμενος μὴ ἀποκνεῖν καὶ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ θεὸν ἀποκαλεῖν. εἰ γὰρ οἱ διαβαλλόμενοι τοῦ ἔθνους ἄρχοντες, θεοὶ ἠξιώθησαν ὀνομασθῆναι, ποῖος ἂν γένοιτο κίνδυνος τὸν ἄνδρα τῆς δεξιᾶς τοῦ θεοῦ καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου τὸν κεκραταιωμένον, θεὸν ὁμολογεῖν; id est, *Ne quis ipsum merum hominem, & multis aliis similem, arbitraretur, ipsum hic Deum prædicat his verbis:* Deus stetit in synagoga deorum. *Ac ne quis ob Monarchiæ, sive unius principii, rationem turbaretur, Christum Dei deum esse audiens; congruenter hic multos deos nominat eos, qui sub hæc incusantur: tantum non præcipiens ut ne cunctemur Filium quoque Dei Deum vocare. Si enim gentis principes, qui male audiebant, dei nomine dignati sunt, quod, quæso, periculum fuerit, si virum dexteræ Dei & filium hominis confirmatum, deum fateamur?* Clarius autem in expositione psalmi LXXXVIII. p. 560. idipsum exprimit his verbis: Δοκεῖ δέ μοι ὁ προφήτης.... ὑπερεκπλήττεσθαι τὸν ἐπέκεινα πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντας τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ· εἶτ᾽ ἐκ τοῦ θαύματος ἀναπεφωνηκέναι τὸ, ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον τίς γὰρ ἐν αἰθέρι ἀντιπαραθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ; ταῦτα δὲ περὶ μὲν τοῦ μονογενοῦς τοῦ θεοῦ λεγόμενα σώζοι ἂν εὐσεβῆ τὴν διάνοιαν, οὐ μὴν περὶ τοῦ πατρὸς καὶ θεοῦ τῶν ὅλων· ἀνοίκειος γὰρ καὶ ἀσεβὴς ἡ παράθεσις. τὸ γὰρ υἱοῖς θεοῦ παραβάλλειν τὸ πάντων αἴτιον, καὶ τὸ συγκρίνειν ἑτέροις τολμᾶν τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων θεὸν, πάντων ἂν γένοιτο ἀνοσιώτατον. ἀκίνδυνος δ᾽ ἂν εἴη ὁ λόγος υἱοῖς θεοῦ συγκρίνειν υἱὸν θεοῦ μονογενῆ, καὶ τὸ πρὸς πάντας ἀσύγκριτον αὐτοῦ καὶ ἀπαράθετον, καθ᾽ ὑπερβολήν τε ὑπερέχον σημαίνειν; id est, *Videturque mihi propheta..... eum qui omnes excedit, omnes superat, unigenitum Dei cum stupore considerare: deinde ex admiratione hæc effari,* Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? *sive secundum Symmachum,* Quis enim in æthere conferet se Domino in filiis Dei? *Hæc de unigenito Dei dicta, piam servant sententiam; de Patre vero ac Deo universorum secus: impropria enim & impia comparatio esset. Nam filiis Dei omnium Causam conferre, & eum, qui supra omnia est Deus, aliis comparare, improbissimus omnium ausus esset. At sine periculo Filius Dei unigenitus, filiis Dei comparatur, ac dicitur eum incomparabilem esse, cum nullo conferendum, atque admodum antecellere asseritur?* Hic manifeste vides Filium longe inferiore quam Patrem gradu ab Eusebio reponi; ita ut nec ad unitatem Dei, nec ad unitatem principii universorum pertineat, neque deitate cum illo primo principio unum sit. Nam ubi dictum illud, *Deus stetit in synagoga deorum* de Filio Dei explicat, ac nihil metuendum ait, etsi Filius Deus vocetur, ne unitas principii & deitatis tollatur; non veram ille causam adfert, cur hinc nulla multiplicitas deorum metuenda sit, quia scilicet Pater & Filius, unus Deus unum principium rerum sunt; sed, ait, quoniam ipsi homines dii vocantur, quin ulla hinc deorum multiplicitas inferri possit, posse pariter Filium, Deum dici, quin

III. Filium longe minorem Patre.

quin multos esse Deos suspicemur. Etenim ut in loco sub hæc allato significatur, longe inferioris gradus est, quam ut possit ad primam illam Dei unitatem pertinere, utpote quem creaturis comparare liceat, etsi multo excellentior iis sit: quod de Patre asserere impiissimum & improbissimum esse ait Eusebius. Similia habet in Demonstratione Evangelica, l. 6. p. 257. ubi de Patre & Filio talia fatur: Σαφῶς ἐν τῷ πέμπτῳ συγγράμματι τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως ὡρισμένου τοῦ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ λόγου, καὶ θεοῦ μὲν ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων ὁμολογημένου, δευτέρας δὲ μετ' αὐτὸν ἀποδεδειγμένης οὐσίας ἡγουμένης τῶν γενητῶν ἁπάντων, τῆς σοφίας θεοῦ. Hoc est, *Cum in quinto Evangelicæ demonstrationis libro, clare de Patre & Filio definitum statutumque fuerit, ac Deum quidem unum supra omnia esse declaratum, secundam vero post ipsum substantiam esse, quæ omnibus opificiis præsit, commonstratum sit, quam sapientiam Dei*, &c. ubi interpres qui solet Eusebii dicta, ad piam sententiam in versione sua detorquere, postrema sic interpretatur: *Et Patrem quidem Deum unum esse constitit; alteram autem præter illum & cum illo personam esse, quæ omnia quæ facta sunt antecedat, demonstratum est.* Quo in loco οὐσίαν ille *personam*, vertit, etsi substantiam significet hic & in aliis Eusebii locis, ut ex repetitis sub hæc exemplis propalam erit: illud autem μετ' αὐτὸν, perperam vertit ille, *præter illum & cum illo*, cum aperte significet, *post illum*, nec numero tantum, sed dignitate & præstantia; ut ex jam dictis manifestum est, & ex infra dicendis liquidius constabit. Ait siquidem lib. 2. contra Marcellum, p. 109. οὐδὲ δύο θεοὺς ἀνάγκη δοῦναι τὸν τὰς δύο ὑποστάσεις τιθέντα· οὐδὲ γὰρ ἰσοτίμους αὐτὰς ὁριζόμεθα. Id est, *Neque necesse est eum duos Deos fateri, qui duas admiserit substantias: non enim illas honore pares esse definimus*; ita ut eatenus unitatem deitatis statui velit, quatenus illa prima deitas, primumque principium in uno Patre servatur, cui longe inferior Deus Filius, in unitate illa non comprehendatur. Quod ille ibidem adfirmat his verbis: Ἀλλὰ φοβῇ, ὦ ἄνθρωπε, μὴ δύο ὑποστάσεις ὁμολογήσας, δύο ἀρχὰς εἰσαγάγῃς, καὶ τῆς μοναρχικῆς θεότητος ἐκπέσοις· μάνθανε τοίνυν, ὡς ἑνὸς ὄντος ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου θεοῦ, τοῦ δὲ υἱοῦ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένου, μία ἔσται ἀρχὴ, μοναρχία τε καὶ βασιλεία μία. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ἀρχὴν ἐπιγράφεται τὸν αὐτοῦ πατέρα. κεφαλὴ γὰρ Χριστοῦ ὁ θεὸς, κατὰ τὸν ἀπόστολον. Hoc est, *At vereris, mi homo, ne si duas fateare substantias, duo item principia inducas, & a monarchica deitate excidas. Discas igitur, quod cum unus sit sine principio & ingenitus Deus, Filius autem ex illo gignatur, unum necessario principium fuerit, monarchia & regnum unum; quia ipse Filius Patrem suum principium adscribit: caput enim Christi Deus est, secundum Apostolum.* Ubi videas monarchicam sive unam illam & primariam deitatem, ex Eusebio in Patre solo servari. Quia vero aliquam Patris & Filii unitatem esse concedere necesse fuit secundum illud: *Ego & Pater unum sumus*, animadverte in quo talem constituat unitatem Eusebius, l. 3. contra Marcellum, c. 19. p. 192. καὶ δὴ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἓν πρὸς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν οἱ πάντες γενησόμεθα. ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ἑαυτόν τε καὶ τὸν πατέρα ἓν εἶναι ἔλεγε, φάσκων· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· οὕτω καὶ πάντας ἡμᾶς, κατὰ τὴν αὐτοῦ μίμησιν, τῆς ἑνότητος τῆς αὐτῆς μετασχεῖν εὔχεται· οὐ κατὰ Μάρκελλον τοῦ λόγου ἡνωμένου τῷ θεῷ, καὶ τῇ οὐσίᾳ συναφθησομένου· καθὼς δὲ ἐμαρτύρησεν ἡ ἀλήθεια, ὁ σωτὴρ αὐτὸς εἰπών· τὴν δόξαν ἣν ἔδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς· ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἕν ἐσμεν. Hoc est, *Atque ad hunc modum nos omnes cum Patre & Filio unum erimus. Quemadmodum enim ipse se & Patrem unum esse dixit,* Ego, *inquiens*, & Pater unum sumus; *ita quoque, ut ad ipsius imitationem nos omnes ejusdem unionis participes simus, precatus est. Non quod Verbum, ut Mar-*

cellus vult, uniatur Deo, & substantialiter ipsi conjungatur: sed ut veritas, ipse Servator scilicet, testificatur dicens: Gloriam quam dedisti mihi dedi eis: ut sint unum sicut & nos unum sumus, &c. Ubi unitatem illam substantialem Patris cum Filio dilucide explodit Eusebius; vultque tantum illam unitatem concedere, qua ex dignatione quadam Pater Filium gloriæ suæ participem efficit, ut & Filius nos ejusdem gloriæ consortes reddidit. Sub hæc autem eidem comprobandæ sententiæ totus insistit, atque ita demum concludit: οὕτως δῆτα ἕν εἰσιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς κατὰ τὴν κοινωνίαν τῆς δόξης, ἧς τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς μεταδιδοὺς,

*L. αὐτοῖς. τῆς αὐτῆς ἑνώσεως καὶ * αὐτοὺς ἠξίου. Hoc est, *Ita Pater & Filius unum sunt communione gloriæ: quam cum discipulis suis impertiat, ejusdem eos unionis participes efficit.* Qua in re grandi paralogismo utitur Eusebius, ut infra videbitur, dum unitatem illam gloriæ, in quam ex dignatione tantum discipuli Christi vocantur, pari modo a Patre communicari Filio suo, atque hinc substantialem unitatem excludi, contendit. Hanc porro deitatis unitatem & monarchiam sexcentis in locis docet ille, quæ ne longius abducamur indicare solum sufficiat. Cæterum ubi vox ὑπόστασις occurrit, nos substantiam vertimus; tum quia sic Eusebii ævo ex recepto more accipiebatur, ut habet Athanasius; tum quia, cum Eusebius diversam in Patre & Filio substantiam admittat & doceat, inutilis sane fuerit personarum & hypostasium vulgata distinctio.

Comment. in Psal. p. 86. 244. 337. 318. 372. 376. 377. 416. 426. 497. 513. 514. 581. 584. 607. 607. Demonstr. Evang. 147. 145. 146. 148. 215 Contra Marc. 33. 63. 69. 70. 90. 96. 106. 107. 110. 137. 141.

IV. Diversa substantia.

Licet autem ex præmissis propalam sit Eusebium diversam a Paterna substantiam & deitatem in Filio constituere: nam duas in allatis locis substantias aperte profitetur: & sane qui unitatem principii & deitatis in uno Patre, excluso Filio, servat, consequenter aliam in Filio & diversam substantiam & deitatem, si quidem Deus sit, statuat necesse est; e re tamen fuerit ex multis pauca Eusebii loca in medium adferre, ubi ille substantiam & deitatem Filii, a paterna aliam & diversam, separatam, ipsique multo inferiorem commonstrare nititur: unde etiam planius evadat quod superius probatum est, Eusebium videlicet unitatem principii & deitatis in uno Patre, excluso Filio, statuere. Ait igitur in Demonstratione Evangelica, l. 4. c. 3. p. 147. ἀλλὰ τοῦ μὲν

*L. ὑφέστηκε. αἰσθητοῦ φωτὸς ἀχώριστος ἡ αὐγή, ὁ δὲ υἱὸς ἰδίως παρὰ τὸν πατέρα καθ' ἑαυτὸν * ἐφέστηκε. (sic) καὶ φωτὸς μὲν ἡ αὐγὴ χώραν ἐνεργείας ἐπέχει, ὁ δὲ υἱὸς ἕτερόν τι ἢ κατ' ἐνέργειαν τυγχάνει, καθ' ἑαυτὸν οὐσιωμένος. καὶ πάλιν, ἡ μὲν αὐγὴ συνυπάρχει τῷ φωτὶ, συμπληρωτική τις οὖσα αὐτοῦ· ἄνευ γὰρ αὐγῆς οὐκ ἂν ὑποσταίη φῶς, ὁμοῦ τε καὶ κατ' αὐτὸ συνυφέστηκεν· ὁ δὲ πατὴρ προϋπάρχει τοῦ υἱοῦ, καὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν, ᾗ μόνος ἀγέννητος ὤν. καὶ ὁ μὲν καθ' ἑαυτὸν τέλειος καὶ πρῶτος, ὡς πατὴρ, καὶ τῆς τοῦ υἱοῦ συστάσεως αἴτιος, οὐδὲν εἰς συμπλήρωσιν τῆς ἑαυτοῦ θεότητος παρὰ τοῦ υἱοῦ λαμβάνων· ὁ δὲ ὡς ἐξ αἰτίου γεγενὼς υἱὸς, δεύτερος οὗ ἐστιν υἱὸς καθέστηκεν, παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τὸ εἶναι, καὶ τοιόσδε εἶναι εἰληφώς. καὶ πάλιν, ἡ μὲν αὐγὴ οὐ κατὰ προαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἐκλάμπει, κατά τι δὲ τῆς οὐσίας συμβεβηκὸς ἀχώριστον· ὁ δὲ υἱὸς κατὰ γνώμην καὶ προαίρεσιν εἰκὼν ὑπέστη τοῦ πατρός. βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς γέγονεν υἱοῦ πατὴρ, καὶ φῶς δεύτερον κατὰ πάντα ἑαυτῷ ἀφωμοιωμένον ὑπεστήσατο. Quæ sic ego interpretor: *Sed a sensibili quidem lumine splendor separari non potest, Filius vero seorsum a Patre per seipsum subsistit. Ac luminis quidem splendor locum efficientiæ obtinet, Filius autem aliud quidpiam quam secundum efficientiam est, per seipsum substantia præditus. Rursum, splendor simul exsistit cum lumine, illudque quodammodo complet: nam sine splendore lumen nequaquam subsistat, simulque cum illo ac secundum illud subsistit; Pater autem Filio præexsistebat, & ante ortum ejus exsistebat, quatenus solus non-genitus erat. Et ille quidem per seipsum perfectus & primus, utpote Pater, & constitutionis Filii causa,*

*nihil ad deitatis ſuæ complementum a Filio accipiens; hic autem tamquam ex cauſa factus filius, ſecundus eſt ab eo cujus eſt filius, quippe qui a Patre & ut ſit, & ut talis ſit, acceperit. Ac rurſum, ſplendor quidem non ex propoſito & voluntate luminis ſplendet, ſed ſecundum accidens quidpiam a ſubſtantia inſeparabile; Filius vero ex ſententia & propoſito voluntatis, imago Patris ſubſtitit. Volens enim Deus Filii Pater exſtitit, ac ſecundum lumen * per omnia ſimile ſibi ſubſiſtere fecit.* Ubi interpres ſive ex inſito erga Euſebium adfectu; ſive alia ignota de cauſa, multa ſecus poſita ad catholicam ſententiam pro more ſuo deflexit: nam illud, καθ' ἑαυτὸν οὐσιωμένος, ſic tranſtulit, *Non per ſeipſum ſubſtantiam nactus, ſed a Patre;* cùm diſparatam omnino ſententiam efferat Euſebius, ſcilicet, *Per ſe & ſeorſim ſubſtantiam habens.* Pari modo illud: ὁ δὲ πατὴρ προϋπάρχει τοῦ υἱοῦ, καὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν, ᾗ μόνος ἀγέννητος ὤν; ſic ille vertit: *At a Patre Filius procedit, & illum generat, at ipſe non genitus eſt.* At vera ſententia hæc eſt: *Pater autem Filio praexſiſtebat, & ante ortum ejus exſiſtebat, quatenus ſolus non-genitus erat.* Sic etiam ille fere ubique Euſebii dicta in aliam ſententiam detorſit, ut catholicum redderet: nam lib. 4. c. 15. p. 173. hæc Euſebii verba, καὶ μόνον ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα θεὸν λόγον, μετοχῇ τε τοῦ γεννήσαντος, ἀγεννήτου καὶ πρώτου καὶ μείζονος, θεὸν ἐκ θεοῦ ἀποφανθέντα, χριστὸν καὶ ἠλειμμένον ἀπεκάλεσε, ſic tranſtulit ille, *Et qui ſolus ex illo genitus Deus Verbum, communicatione gignentis ingeniti, Deus de Deo eſt declaratus, Chriſtum atque unctum vocavit;* ubi voces illas πρώτου καὶ μείζονος, *primi & majoris*, prætermiſit ille, ſic autem vertendum fuit, *Et ſolum ex ipſo genitum Deum Verbum, participatione genitoris non-geniti, primi & majoris, Deum de Deo declaratum, Chriſtum & unctum vocavit.* Et p. 181. b. διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε, ὦ θεὲ, ὁ ἀνωτάτω καὶ μείζων αὐτὸς, ὁ καὶ σοῦ θεὸς, ὡς εἶναι καὶ τὸν χριόμενον καὶ τὸν χρίοντα πολὺ πρότερον, πάντων μὲν ὄντα θεὸν, καὶ αὐτοῦ διαφερόντως τοῦ χριομένου. ubi in Græcis neceſſario legas, ὡς εἶναι καὶ τοῦ χριομένου τὸν χρίοντα πολὺ πρότερον, alias ſententia non conſtabit. Locum ita vertit, ſive potius pervertit interpres: *Propterea ob hanc ipſam cauſam, unxit te, ô Deus, ille, qui tuus quoque eſt Deus; ut ſit & qui ungitur, Deus, & qui ungit: qui quidem ſit omnium Deus.* Ea porro eſt vera dicti ſententia: *Ideo unxit te, ô Deus, qui ſupremus & major, ac tui quoque Deus eſt; ita ut ungens uncto multo prior ſit, cum omnium quidem ſit Deus, præſertim vero ejus qui ungitur.* Et p. 236. a. καὶ ὁ θεὸς Ἰσαὰκ, ᾧ καὶ στήλην ἀνέστησεν ὁ θεοφιλὴς, θεὸς μὲν ἦν καὶ κύριος· αὐτῷ γὰρ λέγοντι πιστευτέον· οὐ μὴν ὁ ἐπὶ πάντων, ἀλλ' ὁ ἐκείνου δεύτερος, τὰ τοῦ πατρὸς εἰς ἀνθρώπους διακονούμενος καὶ διαγγέλλων, ubi interpres more ſolito: *Et Deus Iſaac, cui & titulum erexit Dei amicus, Deus quidem erat & Dominus, (ipſi enim dicenti credendum eſt,) non tamen is qui Pater eſt & a nullo eſt; ſed qui ea, quæ ad Patrem pertinent, hominibus ſubminiſtrat & nuntiat.* Ubi vertendum erat, *Et Deus Iſaac, cui & titulum erexit vir ille religioſus, Deus quidem erat & Dominus; ipſi enim dicenti credendum eſt; nec tamen erat ille ſupra omnia [Deus], ſed illi ſecundus, qui res Patris in hominibus miniſtrat & nuntiat.* Quæ recidunt in illam ſuperius commonſtratam Euſebii ſententiam, unitatem ſcilicet Dei univerſorum in uno Patre ſervari, Filio excluſo, & in ſecundum locum ablegato. Similiter p. 138. c. hæc Euſebii verba, ὅτε δὲ κύριον καὶ θεὸν οἶδε τὸν ἐπιφαινόμενον, ταύταις αὐταῖς σαφῶς κέχρηται ταῖς προσρήσεσι. κύριον δὲ καὶ θεὸν, ὅτι μὴ τὸν αἴτιον λέγοι, προφανῶς ἐπιδεῖξαι τῆς θείας γραφῆς αἱ λέξεις, ἄγγελον θεοῦ προσειποῦσαι τὸν ἐπὶ τοῦ Ἰακὼβ κύριον καὶ θεὸν προσωνομασμένον. λείπεται τις ἄρα ὢν ἐν τοῖς οὖσι θεὸς καὶ κύριος μετὰ τὸν παμβασιλέα καὶ θεὸν τῶν ὅλων. εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ πρὸ αἰώνων τοῦ θεοῦ λόγος, ὁ

** Quo ſenſu per omnia ſimilem Filium dicat, vide infra.*

V. Interpres Latinus Demonſtr. Evangelicæ Euſebium de induſtria ad catholicam ſententiam detorſit.

κρείττων μὲν ἡ πᾶσα ἀγγελικὴ φύσις, μείων δὲ ἢ κατὰ τὸ πρῶτον αἴτιον, ita Latine fecit ille, *Quoties vero Dominum & Deum, eum qui apparet intelligit, his ipsis palam utitur locutionibus: quod vero Dominum Deumque non eum significet qui Pater est, ipsæ Scripturæ divinæ locutiones in superioribus evidentissime ostendunt, ubi Angelum Dei appellant eum quicum de Jacob sermo esset; superest igitur ut quæramus, quisnam sit, in iis quæ sunt, Deus & Dominus, præter Patrem omnium, & regem deumque universi: erit autem hic Verbum Dei, quod est ante sæcula, superior quidem omni Angelicæ natura, profectus autem ab eo, qui Pater est.* Sed longe alia profert Eusebius, scilicet, *Cum vero Dominum & Deum eum, qui apparet, esse agnoscit, iisdem ipsis clare utitur appellationibus: quod vero Dominum & Deum dicens, non eum, qui Causa est, significet, evidenter ostendunt divinæ Scripturæ voces, quæ Angelum Dei ipsum nuncupant, qui Jacobo [visus] Dominus & Deus antea appellatus est. Restat ergo quispiam inter ea quæ exsistunt Deus & Dominus, post omnium regem & Deum universorum: is autem fuerit, qui ante sæcula est, Dei Verbum, major quidem omni Angelica natura; minor vero illâ primâ causâ.* Ubi de more Eusebius Filium Dei, a primaria illa deitate & omnium causâ seclusum, dignitate & ordine ceu medium inter Deum & Angelos constituit. Sexcenta alia ex Evangelica demonstratione loca adferre in promtu esset, ubi interpres Eusebium ad catholicam doctrinam vel invitum deduxit: sed hæc lectori erunt ad cautelam satis, ne in Latina versione se Eusebii sententiam expiscari posse confidat. Æstimo sane multos interpretis artificio ad Eusebii tutandas partes accessisse: nam is sciens & prudens Scriptorem Græcum vitiavit, & catholice loqui compulit.

Jam quo destinavimus pergamus: substantiam ergo Filii Eusebius, aliam & diversam docet a Patris substantia, idque non in præmissis modo locis, sed etiam alibi plerumque; sic in Demonstratione Evangelica, l. 5. c. 1. p. 215. postquam in quo quadret comparatio Patris & Filii cum luce & splendore, explicaverat; in quo differant Pater & Filius a splendore & luce sic enarrat: ἀλλ' οὐ τοῖς ὑποδείγμασι κατὰ πάντα τρόπον ὁμοίως, ὥσπερ ἤδη πρόσθεν εἴρηται. τὰ μὲν γὰρ ἄψυχα σώματα τὸ συμβεβηκὸς ἐν ποιότησι κέκτηνται· ἥ τε γὰρ αὐγὴ σύμφυτος οὖσα τῇ τοῦ φωτὸς φύσει, καὶ οὐσιωδῶς συνυπάρχουσα τῷ φωτί, οὐκ ἂν δύναιτο ἐκτὸς ὑφεστάναι τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν· ὁ δέ γε τοῦ θεοῦ λόγος καθ' ἑαυτὸν οὐσιωταί τε καὶ ὑφέστηκε, καὶ οὐκ ἀγεννήτως συνυπάρχει τῷ πατρί, ἀλλ' ὡς μονογενὴς υἱὸς μόνος πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένος. Hoc est, *Sed non omnimode exemplorum similitudo convenit, ut jam dictum fuit: nam corpora inanimata, accidens in qualitatibus obtinent: splendor enim cum naturæ lucis connatus sit, & substantialiter cum luce coëxistat, extra idipsum in quo est nequaquam subsistere possit; at Dei Verbum per se & seorsim substantiam obtinet & subsistit; neque ingenitè,* (i. ut non-genitus,) *Patri coexistit; sed ut unigenitus Filius, solus ante omnia sæcula ex Patre genitus.* Pariterque l. 6. initio proœmii, in eo quem supra retulimus loco, ait Filium esse secundam post Patrem substantiam, quæ rebus factis omnibus præsit. Et lib. 1. contra Marcellum, p. 5. ait, eum qui dixerit Patrem & Filium substantiâ unum, aperte Sabellianum esse & p. 25. accusatus a Marcello Eusebius, quod teste Narcisso Neroniadis, duas esse Patris & Filii substantias diceret; rem ille non negat, sed alio rem & sermonem divertit. Tempus me deficeret, si similia Eusebii loca congerere vellem: de industria enim ille passim rem agitat & comprobare nititur *.

* *Vide Comment. in Psal. p. 249. 534. Demonstr. Evang. 148. 155. 202. 230. 233. 234. 235. Contr. Marcell. 4. 69. 79. 104.*

Cum

Cum ergo Filium diversæ a paterna substantiæ dicat, hinc consequitur ut deitatem aliam a paterna in Filio esse doceat: quod licet eodem recidat, ex ipsis Eusebii dictis planius evadet: unde etiam asseratur quod initio comprobavimus, scilicet Eusebium unitatem deitatis in uno Patre constituere. Ait igitur l. 5. Dem. Evangelicæ, c. 30. p. 255. ἀλλὰ γὰρ δι' ὅλων τριάκοντα προφητικῶν κεφαλαίων, δεύτερον θεὸν μετὰ τὸν ἀνωτάτω καὶ ἐπὶ πᾶσι, τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν, τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, εἶναι μεμαθηκότες, ἐφ' ἑτέραν τῆς κατ' αὐτὸν οἰκονομίας ὑπόθεσιν μεταβησόμεθα. Ubi interpres pro more hæc impia dicta ad catholicam sententiam detorsit: nam sic transtulit: *Atenim postquam hactenus ex totis triginta propheticis capitibus, Deum, Salvatorem ac Dominum nostrum, Dei Verbum esse, didicimus, ad alterum ejus, quæ ad eumdem pertinet, dispensationis argumentum, transeamus.* Ubi vertendum fuit, *Atenim postquam ex totis triginta propheticis capitibus, secundum Deum, post illum supremum & qui supra omnia est, Salvatorem scilicet Dominum nostrum, Dei Verbum, esse didicimus; jam ad aliud ejus œconomiæ argumentum transeamus.* Hic vides secundum, sive alterum Deum, a supremo illo & qui supra omnia est, distinctum, prædicari: nam utrique suam deitatem adscribit, alteram supremam & majorem, quæ ad Patrem; alteram vero minorem, quæ ad Filium, pertineat. Et vero in libro primo contra Marcellum, diserte & sine ambage de Patre ait, ὁ τὴν οἰκείαν θεότητα κεκτημένος, *qui propriam sibi deitatem obtinet.* Neque enim, ut ille passim loquitur, Filium ad illam primariam pertinere deitatem putat; sed seorsim a Patre minorem esse deum pronuntiat: nam in secundo contra Marcellum libro, cap. 16. & 17. p. 126. & 127. pro viribus depugnat ille Patrem & Filium non eumdem esse deum; sed ex inani illa distinctione, quam in primo Evangelii Joannis versiculo comminiscitur, alium esse deum qui supra omnia est; alium vero deum, qui Verbum dicitur. Siquidem ait ille, hæc Evangelistæ verba, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, Deum Patrem cum articulo exprimunt, πρὸς τὸν θεόν, Deum verò Filium sine articulo, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος: ex quo arguit ille, Deum Verbum sine articulo expressum, alium esse deum ab eo qui cum articulo exprimitur; atque ita Sabellii errori se occurrere putat, qui crederet, Patrem & Filium non eumdem modo Deum; sed eamdem esse personam, quæ secundum varias intelligendi rationes distingueretur, ac modo pater, modo filius & verbum appellaretur.

VI. Eusebius Filii deitatem aliam statuit a paterna.

At non videt Eusebius se in impietatem Sabelliana forte deteriorem incidere, ac sacro Evangelistæ grandem paralogismum adfingere. Nam si, ut putat Eusebius, Evangelista deum alium majorem & supremum hic indicet, alium vero minorem & longe inæqualem; incogitanter admodum Joannes, ut ait plerumque Athanasius, res adeo disparatas sine ulla distinctione, uno eodemque vocabulo utramque copulans, significavit, *Et Verbum,* ait, *erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Nam quis non voci, *Deus,* conjunctim repetitæ, eamdem utrobique significationem statim aptaverit? Quis eamdem vocem, bis eodem loco enuntiatam, tam disparata significare putaverit? Hinc item longe deterrima impietas consequitur, a qua semper tam vetus quam nova Ecclesia summe abhorruit: nam si Filium alium a Patre deum esse admittamus; duos esse deos fateamur necesse est, alium majorem aliumque minorem: atque sic in pluralitatem deorum incidamus, & in πολύθεον ἀθεΐαν, ut habet Gregorius Nazianzenus: sic ὁ θεόλογος Joannes initio Evangelii sui deorum multiplicitatem induxerit. Hic se mirè contorquet Eusebius, & ne duos

VII. Grandis paralogismus Eusebii.

* f

cogatur admittere deos tot circuitionibus & ambagibus utitur, ut perplexam arguendi methodum mirari subeat. Ait igitur Eusebius l. 2. contra Marcellum, δέον ἐντεῦθεν συμφάναι ὡς οὐ δύο θεοὺς ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ κηρύττει· οὐ γὰρ δύο ἀγέννητα, οὐδὲ δύο ἄναρχα, ὡς πολλάκις ἡμῖν εἴρηται, οὐδὲ δύο οὐσίας ἐξ ἰσοτιμίας ἀντιπαρεξαγομένας ἀλλήλαις εἰσάγει· διὸ οὐδὲ δύο θεούς· ἀλλὰ μίαν ἀρχὴν, καὶ θεὸν εἶναι, τὸν αὐτὸν πατέρα διδάσκουσα εἶναι τοῦ μονογενοῦς καὶ ἀγαπητοῦ υἱοῦ. Hoc est, *Hinc intelligendum est Ecclesiam Dei non duos deos prædicare: non enim duo non-genita, nec duo principio carentia, ut sæpe dictum a nobis est, neque duas substantias, honore pari ex adverso mutuo collatas, inducit; ideoque nec duos deos: sed unum principium & Deum, ipsum Patrem unigeniti & dilecti Filii esse docet.* Itaque eatenus non duos deos esse dicit, quatenus solus Pater non-genitus & sine principio, unus Deus & unum principium est, Filius vero, utpote ipsi inæqualis, non in primaria & una illa deitate censetur esse: atqui hinc solum concludi potest, non esse duos æquales deos; sed unum Patrem supremum esse Deum: cum autem Filius, licet impar & minor, deus tamen esse dicatur; hinc sane consequetur duos esse deos; majorem alium, alterum vero minorem.

P. 141.

VIII. *Non obscure docet Filium non esse vere deum.*

Probe animadvertit Eusebius non posse ratiocinia sua consistere: quamobrem, quæ ipsi una supererat elabendi ratio, ne duos admittere deos cogatur, modo aperte docet, mox nec obscure insinuat Filium non esse vere deum. In epistola quippe sua ad Euphrationem, ab Athanasio & a Nicæna secunda synodo laudata, de Filio talia fatur, τὸν αὐτὸν δὲ καὶ μόνον ἀληθινὸν εἶναι διδάσκει δι' ὧν φησίν· ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν. οὐχὶ ὡς ἑνὸς ὄντος μόνου τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἑνὸς ὄντος μόνου ἀληθινοῦ θεοῦ, μετὰ προσθήκης ἀναγκαιοτάτης τοῦ, ἀληθινοῦ. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς θεὸς μὲν ὁ υἱὸς, ἀλλ' οὐκ ἀληθινὸς θεός. εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος ἀληθινὸς θεός, διὰ τὸ μὴ ἔχειν πρὸ αὐτοῦ τινά. εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ἀληθινὸς, ἀλλ' ὡς εἰκὼν τοῦ ἀληθινοῦ, εἴη ἂν καὶ θεός· ἐπεὶ καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, οὐ μὴν ὡς ὁ μόνος ἀληθινὸς θεός. Hoc est, *Eumdem autem & solum verum esse docet his verbis:* Ut cognoscant te solum verum Deum, *non quasi unus solus sit Deus, sed quasi unus solus sit verus Deus, cum hoc pernecessario additamento,* verus. *Nam & ipse quidem Filius, Deus, sed non verus deus: unus est enim solus verus Deus, eo quod non habeat aliquem ante se. Quod si ipse quoque Filius verus est, sed sicut imago veri Dei, Deus fuerit: siquidem & Deus erat Verbum, non tamen sicut ille solus verus Deus.* Idipsum diserte declarat in Demonstr. Evang. c. 4 p. 226. his verbis: οὐκοῦν διὰ τούτων ὁ μὲν ἀληθὴς καὶ μόνος θεὸς, εἷς ἂν εἴη, μόνος κυρίως τυγχάνων τῆς προσηγορίας· ὁ δὲ δεύτερος, μετουσίᾳ τοῦ ἀληθοῦς τῆς κοινωνίας ἠξίωται, οὔτε ὢν καθ' ἑαυτὸν, οὔτε ὑφεστὼς δίχα τοῦ θεοποιοῦντος αὐτὸν πατρὸς, οὔτ' αὖ τοῦ πατρὸς θεολογούμενος: missa vero interpretis versione, quam ille pro more suo ad Catholicam fidem concinnavit, sic nos reddimus: *Itaque ex his verus & solus Deus, unus fuerit, qui solus hanc appellationem proprie obtinet; secundus autem participatione veri, communicatione illa dignatus est, qui, non sine Patre qui ipsum Deum efficit, per se exsistit & subsistit; neque sine Patre deus vocatur.* Ubi clare dicit solum unum Deum Patrem esse, cui Dei nomen proprie competit, secundum autem deum participatione tantum a Deo Patre deum factum fuisse. Cum autem ait secundum illum deum, cui scilicet, non vere & proprie competit quod deus sit, non sine Patre exsistere, ad illud Evangelii Joannis respicit, *Et Verbum erat apud Deum.* Ideo autem Filium deum dignatione Patris esse, (vel potius ex iis quæ supra diximus vocari) ait, quia est imago Patris: non quidem imago quæ eamdem quam Pater substantiam obtineat, nam, ut supra comprobatum est, diversam a paterna

Athan. T. 1. II. Nic. Act. V. p. 366.

L. 1. contra Marcellum p. 70. μόνος ἀληθινὸς θεός. *Et lib. 2. contra Marcel. p. 109. & p. 87. 96.*

ſubſtantiam Filii conſtituit; ſed imago perfectiſſima, quantum ea poteſt eſſe quæ alia a ſupremo Deo fuerit. Idipſumque multis in locis tam in Demonſtratione Evangelica, quam in libris contra Marcellum declarat. Nam lib. 1. contra Marcellum p. 70. de Patre clare & ſine ambage ait, μόνος ἀληθινὸς θεός· *Solus verus Deus.* In Demonſtratione autem Evangelica, l. 5. c. 4. 227. ſuam dilucide de Patre & Filio ſententiam explicat, aitque Filium ob ſuam cum Patre ſimilitudinem deum vocari, licet non proprie & per ſe talem nuncupationem obtineat: nam poſtquam dixerat Filium natura deum eſſe, mentem ſuam ſic aperit, πλὴν εἰ καὶ φύσει μονογενὴς υἱὸς, καὶ θεὸς ἡμῶν ἀναφημίζεται, ἀλλ' οὐχ ὁ πρῶτος θεός, πρῶτος δὲ τοῦ θεοῦ μονογενὴς υἱὸς, καὶ διὰ τοῦτο θεός. καὶ ὅλως γε τοῦτο αἴτιον ἂν εἴη τοῦ καὶ αὐτὸν εἶναι θεόν, τὸ μόνον εἶναι φύσει τοῦ θεοῦ υἱὸν, καὶ μονογενῆ χρηματίζειν, καὶ τὸ δι' ὅλου σώζειν τοῦ μόνου θεοῦ τὴν ἔμψυχον καὶ ζῶσαν νοερὰν εἰκόνα, κατὰ πάντα τῷ πατρὶ προσωμοιωμένην, καὶ τῆς θεότητός τε αὐτῆς τὴν ὁμοίωσιν ἐπιφερομένην. ταύτῃ τοιγαροῦν καὶ αὐτὸν ὡς ἂν μόνον υἱὸν καὶ μόνον εἰκόνα ὄντα τοῦ θεοῦ, καὶ τῆς ἀγεννήτου καὶ ἀνάρχου τοῦ πατρὸς οὐσίας τὰς δυνάμεις κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς ὁμοιώσεως περιβεβλημένον, ὑπό τε τοῦ πάντων τεχνικωτάτου καὶ πανεπιστήμονος ζωγράφου τε καὶ ζωοποιοῦ πατρὸς εἰς τὸ ἔτι ἀκριβὲς τῆς ὁμοιώσεως ἀπειργασμένον, θεὸν εἰκότως οἱ θεῖοι ἀναγορεύουσι λόγοι, ὡς καὶ ταύτης μετὰ τῶν ἄλλων παρὰ τοῦ πατρὸς ἠξιωμένον προσηγορίας, εἰληφότα τε, ἀλλ' οὐκ ἰδιόκτητον αὐτὴν ἐσχηκότα. ὁ μὲν γὰρ δίδωσιν, ὁ δὲ λαμβάνει. ὥστε κυρίως καὶ ἕνα ἐκεῖνον εἶναι θεόν, καὶ μόνον γὰρ καὶ φύσει ὄντα, καὶ μὴ παρ' ἑτέρου λαβόντα· τὸν δὲ τῶν δευτερείων ἠξιῶσθαι, καὶ τὸ θεὸν εἶναι λαβόντα παρὰ τοῦ πατρὸς ἔχειν, ὡς ἂν εἰκόνα τοῦ θεοῦ, μιᾶς ἐπ' ἀμφοῖν κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς θεότητος ἐπινοουμένης, ἑνός τε ὄντος θεοῦ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἀνάρχως καὶ ἀγεννήτως ὄντος, διὰ δὲ τοῦ υἱοῦ, ὡς ἂν δι' ἐσόπτρου καὶ εἰκόνος, ἐπιθεωρουμένου. Miſſa Latini interpretis verſione, qui pro more ſuo hæc ad catholicam ſententiam detorſit, ſic nos ad verbum interpretamur. *Cæterum etiamſi naturâ unigenitus filius & Deus noſter celebretur; at non eſt primus deus; ſed primus Dei unigenitus Filius, & ideo deus. In ſumma hæc cauſa fuerit quod ille Deus ſit, quia ſolus naturâ filius Dei eſt, ac unigenitus vocatur, & quia ſolius Dei animatam, viventem & intelligentem imaginem ſervat, ſecundum omnia Patri ſimilem, ac etiam ipſius deitatis imaginem ferentem. Hac ergo de cauſa ipſum etiam, utpote ſolum filium, qui ſolus Dei imago ſit, ac non-genitæ & principio carentis ſubſtantiæ Patris virtutibus ſecundum exemplum ſimilitudinis indutus ſit, atque ab omnium peritiſſimo ac ſcientiſſimo pictore ac vitæ auctore Patre, ad accuratiſſimam ſimilitudinem effectus ſit, Deum merito divini ſermones appellant; utpote qui cum aliis a Patre hac appellatione dignatus ſit, eamque acceperit, non autem ut propriam ſibi habuerit. Nam ille quidem dat, hic vero accipit. Ita ut proprie ille unus ſit Deus, & ſolus quidem natura exſiſtens, neque ab alio accipiens; hic vero ſecundo loco dignatus ſit, atque a Patre acceperit ut Deus eſſe obtineat, utpote imago Dei, cum una in ambobus ſecundum exemplum deitas intelligatur, uno Deo ſecundum ſe ſine principio & generatione exſiſtente, qui per Filium quaſi per ſpeculum & imaginem conſideratur.* Quorum hæc ſumma fuerit, eatenus Filius naturâ Deus eſt, quatenus naturâ ſuâ ad ſimilitudinem Dei per omnia effectus eſt, atque ideo deitatis nomine dignatus eſt, quæ tamen non ipſi proprie competebat; ſed propter ſimilitudinem deitatis quam repræſentabat, Deus vocatur: nec primus Deus eſt, ſed ſecundas in deitate ex dignatione occupat, non ex jure & proprietate: nam ipſi Deus ob accuratiſſimam ſimilitudinem hac illum appellatione donavit. Euſebianæ de Filii deitate doctrinæ luculenta item teſtimonia adfert Nicephorus Patriarcha in Antirrheticis, cujus operis non hactenus editi ac luce digniſſimi, editionem parat

*f ij

eruditissimus Anselmus Bandurius noster. Hæc igitur excerpta adfert ille ex epistola Eusebii ad Constantiam Augustam: *μόνος γοῦν οὗτος μετὰ τὸν ἀνωτάτω θεὸν καὶ πατέρα δίκαιός ἐστι κύριος καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησε*; id est, *Hic itaque solus post supremum Deum & Patrem, justus est Dominus, & justitias dilexit*; & paucis interjectis, *ὅτι ἔχομεν καὶ ἡμεῖς ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς Ἰησοῦν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ· οὗ τὰ μὲν ἀνωτάτω καὶ κορυφαῖα τῆς θεότητος ἐπέκεινα πάσης κτίσεως διήκοντα, καλύμματι πατρικῷ τῆς ἐνθέου ἀϊδιότητος καὶ ἀγεννησίας ἐπικαλύπτεται*: id est, *Quia habemus & nos pontificem magnum, qui cælos præterivit, Jesum Filium Dei, cujus deitatis suprema & summa, supra omnem creaturam pervadentia, paterno divinæ æternitatis & innascibilitatis operimento conteguntur.* Sub hæc autem clarius: *ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ μετώπου στέφανος τῆς ἐνθέου καὶ παντοκρατορικῆς βασιλείας τε καὶ δεσποτείας ἐδήλου προσηγορίαν, ἣν μόνῳ τῷ μονογενεῖ ὁ ἀνωτάτω καὶ μόνος αὐτοῦ πατὴρ ἐδωρήσατο, θεὸν καὶ κύριον καὶ βασιλέα τῶν ὅλων μόνον αὐτὸν μετά γε ἑαυτὸν ἀναδείξας.* id est, *Corona autem in fronte posita, divini & omnipotentis regni ac dominii appellationem declarat: quam soli unigenito supremus & solus ejus pater donavit, deum, dominum & regem universorum solum ipsum post se declarans.* Ubi vides ex Eusebio, Filium, dei & domini appellationem ex sola dignatione Patris obtinere, ac secundum a Patre deum esse, quo respicit etiam ille Commentariorum locus, p. 424.

IX. Quo sensu Filium esse Deum dicit.

Ac ne quis ob Monarchiam, sive unius principii, rationem turbaretur, Christum Dei deum esse audiens; congruenter hic multos deos nominat eos, qui sub hæc incusantur: tantum non præcipiens ut ne cunctemur Filium quoque Dei deum vocare. Si enim gentis principes, qui male audiebant, dei nomine dignati sunt, quod, quæso, periculum fuerit, si virum dexteræ Dei, & filium hominis confirmatum, Deum fateamur. Id est, cum homines etiam dii vocentur, multo magis possumus Christum appellare deum, quin hinc metus sit ne pluralitatem deorum & principiorum inducamus: quia scilicet Filius non proprie & vere deus est, quod hic ille insinuat, & alibi clare & sine ambage dixit. Ideo autem, ut ipse in allato loco, in libris contra Marcellum, & in Comment. in psalm. p. 534. explicat, deus ille præ omnibus iis, qui dei nomine dignati sunt, appellatur, quia in ipso solo Patris similitudo servatur; & in ortu suo a Patre deus factus & deputatus est, *θεοποιηθεὶς* ut supra, unde etiam est quod *αὐτόθεος* vocetur in Hist. Eccl. l. 10. p. 375. comparatione scilicet hominum, qui dii vocantur; nec tamen dii dici possunt, si cum illo conferantur, ut habet in his Commentariis, p. 533. *Quod si illud adjiciatur,* (sic ille) Tu es Deus solus; *id adplices Salvatori, hoc item adponens,* Non est similis tui in diis, Domine: *sicut enim si te cum memoratis diis comparemus, non est similis tui; sic si te conferamus cum iisdem, tu es Deus solus. Siquidem solus Salvator & Dominus noster in principio erat, Dei Verbum erat, apud Deum erat, & Deus erat: quamobrem non est similis ipsi in diis, ac solus ipse quasi in diis Deus fuerit; cum nullus ex multis illis, qui dii vocantur, comparatione illius deus dici possit.* Hinc intelligas illud *αὐτόθεος*, *ipse Deus*; sive quod alibi dicit, *ἀληθινὸς θεὸς*, *verus Deus*; scilicet comparatè ad homines, qui aliquando dii appellantur: nam comparatè ad Patrem, sive Deum universorum, non vere & proprie deus dicitur, secundum Eusebii sententiam.

Dem. Ev. p. 156.

X. Quam adversa rationi & priscorum Patrum sententiæ tradat.

Sic ille ne duos deos dicere cogatur, Filium vere Deum esse negat, Evangeliorum dicta distorquet, a priscorum Patrum doctrina discedit, & ad Arianorum partes accedit. Nam ut Evangelia tres esse in uno Deo personas clare indicant; ita rationem Dei in tribus unam & eamdem esse docent: stultum quippe est in hoc Joannis dicto, *In principio erat Verbum, & Verbum erat*

apud

apud Deum, & Deus erat Verbum, duas & disparatas Dei rationes somniare, & ineptissimam amphibologiam Scriptori sacro adfingere, unde prisci Ecclesiæ Patres, tam ii qui ad quartum usque sæculum floruere, quam ii qui ex toto orbe coacti Nicænam Synodum celebrarunt, etsi hypostasium & personarum vocibus non uterentur, eadem sententiâ tres unum constituere Deum, constanter docebant. Hic apposite aurea illa Dionysii Alexandrini, quem patrocinari sibi falso jactitabant Ariani, sententia locum habeat: οὕτω μὲν ἡμεῖς εἴς τε τὴν τριάδα τὴν μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον, καὶ τὴν τριάδα πάλιν ἀμείωτον εἰς τὴν μονάδα συγκεφαλαιούμεθα. Hoc est, *Sic quidem nos indivisibilem unitatem in Trinitatem dilatamus, & Trinitatem iterum, quæ imminui nequit, in unitatem contrahimus.* Ubi vides unitatem Dei, contra quam Eusebius sentit, in tribus personis constitui. Siquidem Trinitas illa nihil unitati officit, quia in tribus una natura, substantia & deitas exsistit. De sententia vero Eusebii circa Spiritum sanctum, non est quod disseratur: etenim vel ii qui ejus de Filio doctrinam tueri conantur, non inficias eunt ipsum de Spiritu sancto non recte loquutum. Nam libro contra Marcellum ait, Spiritum sanctum neque deum *P. 174.*
neque filium esse; ita ut illum decernat Filio inferiorem, quippe quem ne *& 175.*
ex dignatione quidem Deum nuncupari velit: sed post Filium non numero tantum, sed etiam gradu & dignitate constituat. In his vero Commentariis perraro de Spiritu sancto verba facit, quia nondum mota fuerat de Spiritu sancto quæstio. Nam etsi ab exortu Arianismi, sequaces Arii de Spiritu sancto impie sentirent, nondum quidpiam adversum protulerant. Sed post mortem Arii & Eusebii, ubi Arianorum sunt facta divortia, Macedoniani & Pneumatomachi Spiritum sanctum, perinde atque Filium, inter opificia & res creatas palam computare cœperunt.

XI. Cum Arianis plane consentit.

Athan. p. 728. 729. In iis porro quæ supra adtulimus, cum Ario & Arianis plane consentit Eusebius: nam & ipsi perinde atque Cæsariensis ille præsul, unum & solum vere Deum, Patrem scilicet, admittebant; Filium vero alius a paterna substantiæ, neque verum esse deum prædicabant: etsi, perinde atque Eusebius, de Filio loquentes a dei appellatione non abhorrerent; Filium longe imparem & inæqualem Patri, ipsoque minorem, adfirmabant: quod Eusebius in hisce Commentariis, in Evangelica Demonstratione & in libris contra Marcellum frequentissime dicit ac repetit, nec ea in re umquam circuitione vel ambage utitur.

XII. Quâ sententia τῷ ὁμοουσίῳ sive consubstantiali subscripserit.

Objicere solent qui Eusebii partes tutantur, ipsum in Synodo Nicæna, τῷ ὁμοουσίῳ, sive consubstantiali subscripsisse. Et id sane testificatur Eusebius in epistola sua ad Cæsarienses; nam cum, Imperatore præsente, instaret exsilii metus, Eusebius, qui non ex eorum numero fuit, qui de civitate maluerunt quam de sententia dimoveri, ægre tandem Synodi placitis adsensus est; ut ipse nec obscure innuit in eadem epistola, καὶ μέχρις ἐσχάτης ὥρας ἐνιστάμεθα, *usque ad extremam horam obstitimus.* Quare id non puto esse tanti ad ejus defensionem: quid enim exoneratus metu fecisset, experiundi potestas non fuit. Sed tamen ita ibidem τοῦ ὁμοουσίου significatum extulit, ut sibi pristina repetere liceret, sicubi facultas adesset. Nam hæc eadem in epistola profert: παραστατικὸν δὲ εἶναι τὸ ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, τὸ μηδεμίαν ἐμφέρειαν πρὸς τὰ γενητὰ κτίσματα τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ φέρειν, μόνῳ δὲ τῷ πατρὶ τῷ γεγεννηκότι ἀφωμοιῶσθαι, καὶ μὴ εἶναι ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεώς τε καὶ οὐσίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρός. Hoc est, *Verum hisce verbis, consubstantialem Patri, indicari nullam Filio Dei cum factis & creatis rebus esse simili-*

tudinem; sed soli Patri, qui ipsum genuit, omni modo similem esse, neque ex alia quam ex Patris hypostasi & substantia esse. Ubi vides eatenus Filium Patri consubstantialem dici, quatenus non creatis rebus, sed Patri omni modo similis est. ὁμοούσιος quippe, sive consubstantialis, Patri Filius est secundum Eusebium, quia ejus substantia, Patris substantiam refert; ita ut ratione similitudinis una sit in utraque substantia repræsentatio. Quod alibi passim enuntiat, maximeque in libris contra Marcellum: in quo autem eam similitudinem constituat, mox pluribus expendemus. Quod adjicit ille Filium non ex alia, quam ex Patris hypostasi & substantia esse; non ita intelligit Eusebius, quod jam conspicue probatum est, ut eamdem putet esse Patris & Filii substantiam: id enim sexcentis in locis explodit ille, & ut Sabellii doctrinam traducit; sed quod substantiam a paterna, quoad imaginem & similitudinem, expressam acceperit, licet minorem & longe imparem: illud porro perinde atque τὸ ὁμοούσιον, quia in Nicæna fide contineretur, admittere coactus est.

XIII. Quo sensu ἐξ οὐκ ὄντων neget, & genitum Filium dicat.

Quia vero in Nicæna fide, cui subscripsit Eusebius, damnatur item Arianicum illud, ἐξ οὐκ ὄντων, *ex non exsistentibus*, & Filium genitum & non factum esse declaratur; hanc Synodi doctrinam ore tenus defendit Eusebius, ne Constantini Nicænæ doctrinæ tenacissimi indignationem incurreret; ore tenus dixi, non ex conjectura, & opinione quadam; sed ex ipsis Eusebii dictis, qui ea in re unus sui ipsius interpres esse valeat. Nam illud, ἐξ οὐκ ὄντων, duobus potest modis intelligi; primo, ita ut qui non antea exstiterit, initium exsistendi accipiat, & cum nihil antea fuisset, in rerum natura prodeat: quam veram fuisse puto Arianorum mentem: & huic sententiæ Eusebius semper institit, qui Filium ante creationem non sempiternum esse defendit; secundo, ex non exstantibus aliquid fieri dicatur, cum ex nullo præexsistente originem ducit: quo sensu Eusebius Filium ex non exsistentibus prodiisse negat, nam passim dicit & pugnat Filium ex Patre genitum esse, licet non sua sibi ratiocinia constent: siquidem in hoc Commentario ait, p. 186. Filium a Patre ex corde & ex visceribus produci: Et in Demonstratione Evangelica, l. 4. c. 2. p. 146. Filium genitum declarat, similiterque p. 148. & passim ubique cum in hoc ipso opere, tum in libris contra Marcellum, genitum Filium contendit: & tamen aliam a Patre substantiam Filii esse, non numero tantum, sed dignitate, & magnitudine pronuntiat; ita ut nec vere & proprie Deus dici possit; sed ait illum imaginem non modo deitatis, sed etiam unitatis paternæ perfectissimam esse; atque ideo ex Patre prodeuntem, quia ad Patris similitudinem sit expressa, κατὰ γνώμην καὶ προαίρεσιν, id est, ex voluntate & proposito Patris, non ex naturæ necessitate; quæ tamen imago, alia sit a paterna deitate, minor, impar, quæ dignatione quidem Patris in ortu suo Dei nomen acceperit; sed non vere & proprie Deus sit.

Contr. Marcell. lib. 1. p. 67. 69. 69.

Ex Deo autem & ex substantia Dei esse Filium dicit ratione similitudinis; quemadmodum imago cujuspiam a peritissimo pictore concinnata, ex eo & ex persona ejus expressa eumque perfecte exhibere dicitur: etsi alterius & diversæ substantiæ sit; ita Filius secundum Eusebium, ex substantia Dei & ex Deo esse dicitur, quia est imago ex Deo expressa, Deum perfecte repræsentans, etsi alterius & diversæ substantiæ sit. In quo sane Eusebius a recto ratiocinandi genere immane quantum aberrat: nam ex communi & recepto hominum usu, qui vere gignitur, gignentis substantiam plenam integramque accipit, ut filius vocari possit. Ea quippe est filii proprie dicti ratio, ut eamdem

prorſus quam pater naturam obtineat; alias, non filius, ſed opificium erit; eamdem inquam ſpecie naturam in rebus creatis, quæ multiplicari poſſunt; eamdem vero numerice in divinis, quia natura Dei cum multiplicari nequeat, utpote infinita, non poteſt niſi una & ipſa eademque communicari. Verum hæc minime quadrare non neſciebat Euſebius, & quia arduum eſt contra animi ſententiam diu multumque ſcribere, quin nonnihil ex mente Scriptoris vel imprudenter effluat; non pari ſemper modo Euſebius loquitur: nam in Demonſtr. Evangelica Filium ſic nuncupat, τὸ τέλειον τοῦ τελείου δημιούργημα, καὶ σοφοῦ σοφὸν ἀρχιτεκτόνημα, *Perfectum perfecti opificium, & ſapientis ſapiens artefactum:* & in epiſtola ad Alexandrum, Filium rem factam eſſe dicit: & Arianorum cauſam aperte propugnat, qui dicebant Filium factum fuiſſe, ſed non ut aliquam ex rebus factis; & creatum item fuiſſe, ſed non ut aliquam ex rebus creatis. Cæterum etiamſi ex animi ſententia Euſebius Verbum vere genitum & filium dixerit, verbo tantum tenus ab Arianis diſcrepabit: nam illi perinde atque Euſebius Verbum a Patre productum, ſubſtantia diverſum ac minus eſſe Patre putabant; an vero id dici poſſit genitum eſſe, de nomine tantum quæſtio eſt. *II. Nic. Act. VI. p. 498.*

XIV. Filium negat æternum.

Quod ad æternitatem vero Filii ante creationem, ne latum unguem ab Arianorum ſententia deflectere videtur, qui dicebant Filium non ἀΐδιον ſive ſempiternum eſſe: ſed ante omnia factum. Sic & ille Filium quidem πρῶτον τῶν ὄντων ἁπάντων dicit Demonſtr. Evang. p. 146. id eſt, *Primum omnium quæcumque ſunt;* idque paſſim repetit in his Commentariis, inque libris contra Marcellum: itemque ait Filium πρὸ χρόνων αἰωνίων, & πρὸ πάντων αἰώνων, id eſt, *ante ſæcula*, productum: nam ſæcula & tempus omne cum mundo cœpiſſe cum multis aliis veteribus arbitratur, nec vox αἰώνιος apud Euſebium, pro æternitate ante creationem uſquam ſumitur: nam hujuſmodi æternitatem in Filio evidenter negat & contra Marcellum agens adfirmat Filium non poſſe dici ἀΐδιον ſive ſempiternum, ut videre eſt, l. 2. c. 12. & alibi. Nec diffiteor tamen in Commentariis in Pſalmos ad hunc verſum, *Ego hodie genui te*, hæc haberi, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, δηλονότι περὶ τῆς χρονικῆς ἔφη γεννήσεως· περὶ γὰρ τῆς ἀνάρχου φησὶν αὐτὸς ὁ Δαυίδ, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου γεγέννηκά σε. Hoc eſt, *Ego hodie genui te; id videlicet de temporali generatione dictum, quæ per œconomiam facta eſt: de illa namque quæ ſine principio eſt, ait ipſe David: Ex utero ante luciferum genui te.* Verum id nihil veræ Euſebii ſententiæ officiat, nam, ut vides, ἄναρχον vocat verbi generationem, quia ante luciferum, id eſt, ante principium temporis fuit: ſiquidem Verbum, ut ait Joannes, in principio erat, quod ille de principio temporis explicat, atque ideo hic ἄναρχος Verbi ortus dicitur, quia cum ante omne tempus & ante omnia ſæcula fuerit, non habet principium temporis. ἄναρχον tamen ille ubique alias cum de Filio loquitur reſpuit, & ſoli Patri competere dicit: parique modo tetragrammon יהוה, quod paſſim ait in his Commentariis uni Patri competere poſſe; ſemel in Commentario itemque ſemel in Demonſtratione Evangelica, ait Filio nonnumquam adſcriptum fuiſſe; accommodate ſcilicet, neque proprie, ut alibi de Dei appellatione dictum eſt. Non ſempiternum autem fuiſſe Verbum ante creationem probat hoc dilemmate Euſebius, in loco contra Marcellum ſuperius memorato: Si Filius ſit ἀΐδιος ſive ſempiternus; vel duo erunt ſempiterna, nempe Pater & Filius, quod eſt a fide abſonum; vel Pater & Filius unum erunt ſempiternum, quod eſt Sabellianum. Ante creationem igitur Verbum non

sempiternum esse docuit Eusebius: neque tamen res creatas statim post Verbi ortum editas esse putat; sed interpositum spatium inter Verbi & opificiorum productionem constituit ille: qua in re paulum deflectere videtur ab Arianæ sectæ principibus, qui Verbum ad rerum omnium creationem productum sine intermedio spatio arbitrabantur; ut illo Deus ad opificia edenda ceu instrumento uteretur.

XV. Summa doctrinæ Eusebii.

En ergo totam Eusebianæ theologiæ summam. Unus verus ab æterno Deus Pater fuit, qui omnibus atque etiam Filio suo præexsistit: filiumque sibi postea non ex necessitate naturæ, sed ex libero voluntatis arbitrio ac proposito, produxit ex substantia sua: non substantiam suam sive totam, sive decisam, Filio communicans; sed substantiam aliam ad sui per omnia similitudinem & imaginem producens; quantum scilicet potest substantia a Deo diversa Dei imaginem ferre: nam longe impar & minor Patre Filius est. Cum autem imago illa una Deum perfectissime, quantum fieri potest, repræsentet, non substantiæ modo Dei, sed etiam unitatis ejus imago est. Unde ob illam unicam & singularem similitudinem, Filius ab origine deus vocatus & factus est, θεοποιηθεὶς: qui etsi vere deus dici non possit, si cum Patre comparetur, comparate tamen ad creaturas vere Deus dicitur: quia ipsæ imagines Dei longe imperfectiores sunt. Quare αὐτόθεος dicitur, sive, *ipse Deus*, quia ex omnimoda illa similitudine Deus ab ortu appellatus est; cum contra Angeli & homines secundum aliquam similitudinis rationem dii nuncupentur. Genitus etiam dici potest & debet Filius, quia etsi non eamdem quam Pater substantiam habeat, ex substantia Patris eo quo supra diximus modo productus est. Æternus autem non est Filius; sed ante omnes creaturas genitus. Hanc ipsissimam esse Eusebii de Verbo doctrinam liquido comprobatum superius est. Quod si in his Eusebius secum pugnare deprehendatur; id sane proprium erroris est, ut consistere non valeat, sibique ipsi adversetur.

XVI. Ægre defenditur.

At qui purgatum Eusebium volunt, cum veteres, tum recentiores, in medium ejus dicta adferunt, quæ catholicum hominem arguere pugnant; hujusmodi sunt, quod dixerit ille ex Deo, & ex substantia Dei esse Filium, quod vere Deum & αὐτόθεον prædicaverit, quod æternum, quod ὁμοούσιον, quibus nos omnibus, ipso Eusebio usi interprete, jam occurrimus. Verum hæc illi ex arbitrii sui sententia, neque ex ipsa Eusebii mente, pluribus in locis expressa, comprobare nisi sunt: alii quoque interpretis versione decepti, ex libris de Demonstratione & contra Marcellum, Latinè tantum lectis, ad eam opinionem accesserunt, pars Marcelli dicta pro Eusebianis substituentes, æternum ab Eusebio Filium prædicari arbitrati sunt: nulli hosce Eusebii Commentarios inspexerunt, ubi palam ille mentem suam aperit, & nonnisi comparate ad homines Filium vocari deum insinuat. Ego vero me profiteor hac in quæstione nihil præjudicati adtulisse, sed pronum semper ad mitiorem ferendam sententiam, Eusebii scripta assidue lectitasse, ponderasse dicta & sententias, ac demum rei perspicuitate victum, contra Eusebium calculum posuisse. Certe,

XVII. Arianum probant tam gesta, quam scripta.

ut initio dixi, Eusebii gesta cum scriptis ita consonant; ut hinc etiam testatior animus sententiaque illius omnibus esse valeat. Ab exordio enim Arianismi ad obitum usque cum Arianis concordissime vixit, nascenti hæresi nomen dedit: in Nicæna Synodo, quantum licuit, Catholicis obstitit; sed qui adprime calleret concedere tempori, demum cessit & subscripsit: sic enim suadebat timor, non diuturni magister officii: qua enim mente id egerit, sibi subditis populis

lis sic enarravit, ut sibi pristina repetendi, sicubi liceret, aditum reliquerit. Non diu vero postea ficte reconciliatam cum catholicis gratiam disturbavit; ut nescias pluf-ne operæ in pellendo Athanasio posuerit, quam in restituendo Ario. Contra Marcellum intemperantior fortasse quam debuerat, non plus ad propulsandum illum, quam ad purgandos Arianorum primipilares scripsit. Historiam Nicænæ Synodi fuse narravit, & quasi per dissimulationem ignorandi, quia gestorum pudor silentium imperabat, ne verbum quidem fecit de Ario & de Ariana hæresi: quod perinde est ac si quis Tridentinæ Synodi historiam texens, de quibusdam ἐκ παρέργου gestis ageret, de Luthero nihil. Si cum talibus gestis talia scripta non obsint quominus Eusebius catholicus dicatur, meo periculo, nemo umquam fuit aut futurus est, quin Eusebianis conditionibus orthodoxus dici valeat. Nihil moror eos qui Eusebium ante Nicænam quidem Synodum Arianice sensisse ac scripsisse fatentur, postea vero secus: nam cum sine controversia hos Commentarios & libros contra Marcellum, unde perspicuas & frequentes Arianismi notas eruimus, longe post illam Synodum ediderit, inutilis prorsus illa distinctio: nam ut vere de Eusebio dicatur, nec pœnituit cœpisse nec libuit desistere. Qua in re quid certius Evangelica cautione, *Ex fructibus eorum cognoscetis eos?* Certe secundum Nicænam Synodum fovendæ Arianicæ rei ita totus incubuit ille, ut nihil prætermisisse videatur quo se Arianum proderet.

CAPUT VII.

De reliquis in quibus vel a fide aberrare videtur Eusebius in his Commentariis, vel explicatione opus habet.

I. Eusebius plerumque sua non Ecclesiæ sensa tradit. II. An neget peccatum originale, & an id dogmatis ex Origene hauserit. III. An putet B. Virginem alios quam Christum filios suscepisse. IV. Eam non quasi suam sed quasi alienam sententiam adtulit. V. Non statuit duas in Christo personas. VI. Quid de confessione peccatorum senserit.

CUM quis eo devenit ut fidei dogmata ex judicii sui arbitrio definiat, ac sive ex præjudicata opinione, sive ex adfectu partiumque studio, divinarum rerum explicationem aggrediatur, nihil mirum si frequenter aberret: omnia quippe sunt incerta, cum semel ab Ecclesiæ statutis discessum est. Nam cum arcana deitatis & religionis, ab humano sensu remotissima, numen ipsum tradiderit, nonnisi ejusdem numinis ope & afflatu ea possunt explicari ac recte percipi: ac cum uni Ecclesiæ earumdem rerum arbitrium Deus permiserit, ipsi soli eadem explananti se adfuturum pollicitus est. Nihil itaque insolens est si Eusebius, qui plerumque Scripturarum & Ecclesiæ dogmata ex sensu & opinione sua æstimare ausus est, in multis lapsus sit. Et jam quidem ejus de Verbo Dei mentem, ex ejusdem Eusebii scriptis, Ariana labe vitiatam commonstravimus; superest ut cætera Commentariorum loca, ubi vel heterodoxa vel suspecta tradidisse videtur, breviter expendamus. *I. Eusebius plerumque sua, non Ecclesiæ, sensa tradit.*

Peccatum originale, sive culpam ab humano genere ex Adami lapsu contractam, negare prorsus videtur Eusebius ad psalm. 48. v. 6. *Cur timebo in die* *II. An neget peccatum originale.*

mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me: ubi sic habet, εἰ δὲ πρόσωπον κυρίου τὸ λέγον, πτέρναν αὐτοῦ εὕροις ἂν ἔσχατον τοῦ σώματος καὶ τῇ γῇ πλησιάζοντα Ἰούδαν· σῶμα γὰρ κυρίου οἱ ἀπόστολοι. οὐ φοβοῦμαι οὖν τὴν Ἰούδα προδοσίαν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ· ἐπεὶ μηδὲ ἕκαστος τὴν τοῦ Ἀδὰμ παρακοήν. ταύτην γὰρ ὑπηνιξάμεθα πτέρναν ἀνομίας εἶναι. οὐδεὶς γὰρ δι' ἄλλου κακίαν καταδικάζεται. Id est, *Si persona Domini est quæ loquitur, calcaneum ejus deprehendas esse Judam, qui ultimus in corpore, & terræ propinquior erat. Nam corpus Domini sunt Apostoli. Non timeo itaque Judæ proditionem in tempore crucis: quandoquidem neque singuli homines Adami inobsequentiam timere debent: hanc quippe calcaneum iniquitatis esse subindicavimus. Nemo enim propter alterius nequitiam condemnatur.* Ubi innuit ille, non magis damnandum genus humanum esse ob Adami inobsequentiam, quam cæteri Apostoli ob Judæ proditionem. Qui Origenem de peccato originali non catholice sensisse putant, Eusebium ex Origeniana disciplina, in qua eductus fuit, hæc hausisse opinabuntur. Nam is, ut ignorat nemo, Origenianis semper partibus hæsit. Verum in hodiernis Origenis scriptis nihil non sanum & orthodoxum de peccato originali traditur. Sic Comment. in Matthæum Huet. p. 391. arguit ille ex lavacro regenerationis, quod etiam infantibus conferebatur, hominem sordibus inquinatum nasci. Et in Joannem Huet. p. 300. ait, Nos quamdiu peccamus nostram ex diabolo generationem nondum exuisse ac deposuisse, ὅσον ποιοῦμεν ἁμαρτίας, οὐδέπω τὴν ἐκ τοῦ διαβόλου γένεσιν ἀπεκδυσάμεθα. In Levitic. autem edit Genebrard. p. 90. *Quæcumque anima in carne nascitur, iniquitatis & peccati sorde polluitur,* & inferius, *Si nihil esset in parvulis, quod ad remissionem deberet & indulgentiam pertinere, gratia baptismi superflua videretur.* Nec prætermittendum, hæc commentaria in Leviticum pro spuriis passim haberi. Idipsum tamen alibi docet Origenes in suis, quæ hodieque supersunt, operibus: unde inferatur eos qui Origenem hac in parte violatæ fidei accusant, ex objectis priscorum ejus adversariorum, non ex ejus hodiernis operibus, id opinionis mutuatos esse. Et sane in Synodo v. Origenes ideo damnatus & proscriptus est: unde forte dicatur quæ in hodiernis ejus scriptis pro peccato originali comparent, aliena manu invecta fuisse. Nam opera Origenis in Scripturam, variis in locis interpolata, aut vitiata vel truncata fuere: neque in promtu est dicere quænam in scriptis ejus corrupta, quænam germana, & Græculorum ausibus intacta sunt. Rufini quoque versio vulgo suspecta habetur. Quod Eusebium vero spectat, duo forte possint ad purgationem ejus proferri; primo locum superius allatum, non integrum, sed truncatum fuisse: ut hinc manifeste arguitur, quod ipse se superius indicasse testificetur, calcaneum iniquitatis esse Adami inobsequentiam, quod nusquam alias in his Commentariis habetur; secundò quod alibi in his Commentariis peccatum originale admittere videatur: sic in hæc verba psalmi 50. *Ecce enim iniquitatibus conceptus sum;* ait infantes non in matris iniquitatibus, sed in suis, nasci.

An id dogmatis ex Origene hauserit.

III. *An putet B. Virginem alios præter Christum filios habuisse.*

Est alius Eusebii locus, in quo prima fronte videatur credere, aut probabile existimare B. V. Mariam alios præter Christum filios suscepisse; verum accuratius exploratâ verborum serie deprehenditur, illum hanc sententiam quasi alienam, non vero suam, proponere. Locus sic habet ad hunc versum, *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ,* p. 373. *Si igitur filios Matris ejus in hoc psalmo sic vocatos, pro istis accipiamus, necesse est nos sanctam Virginem reliquorum fratrum ejus matrem dicere. Verum Jacobus, qui dicitur frater Domini, non videtur peregrinus ipsi fuisse, nec fidei in ipsum extra-*

neus; imo vero unus erat ex iis, qui cum primis inter germanos ejus discipulos computabantur; ita ut ipse primus Jerosolymitanæ Ecclesiæ thronum acciperet. Reliqui item ejus fratres, etsi a principio non crederent in ipsum, at certum est eos postea credidisse. Narrat enim Evangelium, Matrem & fratres ejus foras stetisse, quærentes eum alloqui. Et in Actibus Apostolorum dicitur, fuisse Apostolos una perseverantes in oratione cum Maria matre ejus & fratribus ejus. Quî ergo existimetur iis peregrinus esse? Nullus itaque locus superest, ut de iis dicatur, Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ. Non enim iis peregrinus, sed multum pretiosus erat; ita ut nullatenus credere liceat supra memoratos fratres ejus filios Mariæ fuisse. Alii sane fuerint qui in psalmo filii Matris ejus dicuntur, quibusque extraneus factus est. Intelligas porro matrem quidem ejus esse Judæorum synagogam, &c. Græca brevitatis causa mittimus, quia nulla de iis potest oriri controversia. Hic autem, ut videre est, rem προβληματικῶς tantum proponit, nec eam velut suam sententiam adfert. Nam ita arguit ille: Si filios matris ejus hic ad literam accipiamus, hinc consequitur sanctam Virginem reliquorum fratrum ejus esse matrem; cum autem nolit hic germanos fratres ejus significari, neque sequelam haud dubie admittit. Et sane non nesciebat ille veterum Ecclesiæ Patrum eam sententiam fuisse, Mariam unius Christi esse matrem, Tertulliani, Clementis Alexandrini, Origenis: qui tamen postremus innuit nonnullos secus æstimare, & Eusebio suppar Basilius rem quasi nondum definitam proponit. Verum Ecclesia deinceps in Helvidium sententiam ferente, quotquot B. Virginem alios præter Christum filios suscepisse dixerunt, pro heterodoxis habiti sunt.

IV. Id non quasi suam, sed quasi alienam sententiam adtulit.

Passim Eusebius in his Commentariis de humanitate Christi, quasi de persona quadam propria, verba facere videtur, dum sexcenties humanam, quam Christus adsumsit naturam, *hominem Servatoris*, & *hominem Christi* nuncupat, & alium a Verbo Christi hominem indicare videtur: quod loquendi genus secundum hæc multis nominibus suspectum esse cœpit, cum hæretici quidam, Verbum Dei in hominem ex Maria natum, perinde atque olim in prophetas, advenisse pugnarent: maxime vero postea, cum horum vestigiis insistens Nestorius, duas in Christo personas esse adfirmaret. Verum antequam hac in re novarent hæretici, SS. Patres ab his loquendi generibus non abhorrebant. Nam Athanasius virum ex Maria natum, *hominem Dominicum*, non semel appellavit. Epiphanius similiter hac loquendi formula est usus. Quia tunc temporis cum nihil ea in re dubii vel erroris esset obortum, hæc fidei capita non erant certis verborum limitibus circumscripta. Quare non videtur Eusebius ea de causa in novatæ fidei suspicionem vocari posse. Secus tamen bene multi æstimant, ac Eusebium duas in Christo personas statuisse persuasum habent. Verum cum ea de re Eusebii tempore nihildum controversum aut quæsitum fuisset, non in promtu est dicere novandi-ne studio ac de industria, an perfunctorie & obiter loquutus sit. Cui posteriori sententiæ libentius adstipularer, quia non semel ille B. Virginem vocat θεοτόκον: quam vocem respuebant, qui duas in Christo personas esse arbitrabantur. Vox autem illa Eusebii tempore a Patribus frequentabatur. Occurrit enim in epistola Alexandri Alexandrini ad Alexandrum Byzantinum, & apud Athanasium frequentissime.

V. Non statuit duas in Christo personas.

Neque puto item in jus vocandum Eusebium esse quod ad psalmum, *Bonum est confiteri Domino*, p. 608. dixerit, καὶ γὰρ προσήκει μὴ ἀνθρώποις ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἐξομολόγησιν, id est, *Par quippe est non hominibus confessionem*, peccato-

VI. Quid de confessione peccatorum senserit.

rum ſcilicet, *edere*. Hic enim agit de priſcæ illius Eccleſiæ ritu, quo Dominica die primo diluculo in Eccleſia coacti Chriſtiani populi, Deo confitebantur, cum peccatorum ſordes per ſinceram ad Deum emiſſam confeſſionem deplorantes, tum pro collatis beneficiis Deo gratias agentes: nam utroque modo confeſſionem edi non ſemel docet Euſebius. Quod autem de illa tantum confeſſione matutina, in cœtu Eccleſiæ edenda, hic agat Euſebius, propalam ex præcedentibus eſt. Nam cum pſalmus ille, inſcriptus, *In die Sabbati*, ſic exordium ducat, *Bonum eſt confiteri Domino*, hîc Sabbatum pro Dominica poſitum aſſeverans, nonniſi de matutino Dominicæ conventu pertractat ille: ſic enim habet: *Quare ut ea die conveniamus traditum nobis eſt, & ea quæ in pſalmo jubentur nobis exſequi præceptum eſt, quorum primum eſt confiteri:* moxque adjicitur illa ſuperius allata clauſula, qua dicitur par non eſſe hominibus, ſcilicet Chriſtianorum cœtui, confiteri, ſed Deo. Quæ ſequuntur pariter ad matutinum illum conventum pertinent. Ea eſt igitur Euſebii ſententia, non oportere in cœtu Chriſtianorum, ac in matutinis conventibus peccata publice & alta voce confiteri, ſed uni Deo corda ſcrutanti conſcientiam aperire ſuam. Cui accinit Baſilius in epiſtola ad clericos Neocæſarienſes, ubi ſic habet; ἐκ νυκτὸς γὰρ ὀρθρίζει παρ' ἡμῖν ὁ λαὸς ἐπὶ τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς, καὶ ἐν πόνῳ καὶ ἐν θλίψει καὶ ἐν συνοχῇ δακρύων ἐξομολογούμενοι τῷ Θεῷ· id eſt, *A nocte apud nos populus vigilias agit in domo orationis, ac in labore, contritione & lacrymarum contentione confitentur Deo:* & paucis interjectis, ἡμέρας ἤδη ὑπολαμπούσης, πάντες κοινῇ, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος καὶ μιᾶς καρδίας, τὸν τῆς ἐξομολογήσεως ψαλμὸν ἀναφέρουσι τῷ Κυρίῳ, ἰδίᾳ ἑαυτῶν ἕκαστος τὰ ῥήματα τῆς μετανοίας ποιούμενοι: hoc eſt, *Die jam illuceſcente, omnes ſimul, quaſi uno ore & uno corde, confeſſionis pſalmum Domino referunt, ſinguli pœnitentiæ verba quaſi ſua proferentes.* Hæc una confeſſio eſt, de qua hic Euſebius agit. Nam confeſſionem ſaltem publicam homini faciendam ne heterodoxi quidem hodierni tunc in more fuiſſe negant. Quare cum hic Euſebii locus non magis contra privatam, quam contra publicam confeſſionem adferri valeat, neutram vere impetit. Certe in Hiſt. Eccleſiaſtica legem confitendi peccata iis, quibus ſolvendi facultas conceditur, aperte memorat Euſebius: nam de Philippo Imperatore agens hæc habet, l. 3. c. 34. τοῦτον κατέχει λόγος, χριστιανὸν ὄντα, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ πάσχα παννυχίδος, τῶν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας εὐχῶν τῷ πλήθει μετασχεῖν ἐθελῆσαι· οὐ πρότερον δὲ ὑπὸ τοῦ τηνικάδε προεστῶτος ἐπιτραπῆναι εἰσβαλεῖν, ἢ ἐξομολογήσασθαι, καὶ τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις, μετανοίας τε χώραν ἴσχουσιν, ἑαυτὸν καταλέξαι· ἄλλως γὰρ μὴ ἄν ποτε πρὸς αὐτοῦ, μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαντα, διὰ πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἰτίας παραδεχθῆναι· id eſt, *Narratur hunc, Chriſtianus cum eſſet, in die poſtremi Paſchæ pervigilii, precationum Eccleſiæ cum reliqua multitudine participem fieri voluiſſe: ſed non prius ei ab eo, qui iſthic præerat, aditum conceſſum fuiſſe, quam confeſſus eſſet, ac iis qui lapſi fuerant & in pœnitentium ordine ſtabant, ſe adjunxiſſet. Alioquin ob ea quæ admiſerat crimina numquam ab illo admiſſus fuiſſet.* Ubi vides, teſtificante Euſebio, confeſſionem peccatorum homini factam, neceſſariam prorſus fuiſſe. Eò reſpicit item quod habet his in Commentariis Euſebius, pag. 158. ad verſiculum, *Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me. Putruerunt, &c.* διὰ τούτων, inquit, διδάσκει ἡμᾶς ὁ λόγος, μὴ κρύπτειν τὰ ἑαυτῶν κακά, μηδὲ ὥσπερ τινὰ μελανίαν καὶ σῆψιν κατὰ βάθους τῆς ψυχῆς συνέχειν τὰ ἁμαρτήματα. Hoc eſt, *His docemur, ne mala occultemus noſtra, neu peccata ceu quemdam nigrorem & corruptionem in intimo animæ concludamus.* Non Deo autem, cui arcanum nihil,

oc-

occultare peccata vetat; sed hominibus qui & medendi & peccata solvendi potestate donati sunt.

CAPUT VIII.

De iis quæ ad Ecclesiæ disciplinam pertinent ex variis horum Commentariorum locis.

I. Ecclesia numquam variat in præcipuis. II. De conventibus Christianorum matutinis. III. De adorandi ritu in Ecclesia singularis Eusebii & Basilii sententia explanatur. IV. Infinita dona Ecclesiis Eusebii tempore collata.

I. Ecclesia numquam variat in præcipuis.

OCCASIONE solùm pauca Eusebius tangit & explicat, quæ ad ævi sui disciplinam spectant, quæque nos in lectoris commodum unà conferemus. Licet enim in rebus præcipuis & capitalibus una semper Ecclesiæ consuetudo, ritus unus fuerit; in iis tamen quæ ad externum morem minoresque cæremonias pertinent, & temporum & locorum consuetudines variæ observantur: quæ scilicet possunt, illibata Christiana religione, mutari.

II. De conventibus Christianorum matutinis.

Quod plerique priscorum Ecclesiæ Scriptorum tradunt de conventibus Christianorum in Ecclesia, Dominica die celebrari solitis, deque sacri corporis Christi ibidem usitata comestione; id Eusebius in variis horum Commentariorum locis nec obiter explicat. In more quippe tunc erat, ut Dominica die Christiani omnes exortum solis anteverterent & ad Ecclesiam properarent, ubi matutinos conventus exoriente luce unà coacti celebrabant; ut in die resurrectioni Domini consecrata, sacro Dominici corporis cibo refecti, pignus futuræ & gloriosæ in carne resurrectionis acciperent: unoque concentu Deum & Christum celebrarent, pro bonis acceptis gratias agerent, pro necessariis tum animæ tum corpori, Deum obnixe precarentur. De his itaque conventibus hæc habet Eusebius in psal. 21. p. 85 Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues terræ, & in conspectu ejus cadent, &c. *Singulis resurrectionis Salvatoris nostri diebus, quæ Dominicæ vocantur, ipsis oculis cernere est eos qui sacrum cibum & Salutare (id est, Salvatoris) corpus accipiunt, post ipsum esum vivifici alimenti largitorem & promum adorare, atque mirari verborum hujusmodi eventum, ac re gesta, quoad planiorem dicti sententiam, impletum vaticinium.* Quæ autem quod ad ritum exteriorem illa adoratio esset, sic, paucis interpositis, explicat: *In conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram: pro quo Aquila, In vultum ejus flectent se omnes qui descendunt in pulverem. Queis manifeste eorum, qui in Ecclesia Dei genua flectunt, morem declarat: ibi enim genua flectentes, atque frontibus suis terræ incumbentes, hunc adorandi ritum servant.* ἐν ᾗ γόνατα κλίναντες, καὶ τὰ μέτωπα εἰς γῆν ἐρείσαντες, τοῦτον προσκυνήσεως εἰώθασι τὸν τρόπον. De matutinis item conventibus agit, p. 195. & 272. ubi genua flectendi morem antiquissimum declarat: procumbendi item consuetudinem, vel primis Ecclesiæ sæculis statutam, diserte explicat. Ad psalmum vero 91. fusius enarrat cur Christiani Sabbatum in Dominicam transtulerint: qua ratione primo diluculo conventus agant, panes propositionis offerant, ad orientem versi precentur, psalmos una multitudinis voce concinant, & cætera, quæ μυστικωτέρως ille prosequitur. Psalmorum autem cantum in omnibus univer-

si orbis tam Græcorum, quam Barbarorum, Ecclesiis observari testificatur ille, pag. 325.

III. *De adorandi ritu in Ecclesia singularis Eusebii & Basilii sententia explanatur.*

Singulare prorsus ac ponderandum est quod ait Eusebius, non licere extra Ecclesiam Deum adorare: ut ipse ad psalmum 27. p. 108. his verbis enuntiat, *οὐ γὰρ ἔξω τῆς ἐκκλησίας βούλεται, οὐδὲ ἀναχεχωρηκότας ἰδιάζοντας προσκυνεῖν, ἀλλ' ἀπαντῶντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ*: id est, *Non vult enim extra Ecclesiam, neque in secessu semotos adorare ipsum; sed accedere jubet ad Ecclesiam suam.* Idipsumque Basilius habet in eumdem psalmum, Hom. 28. p. 181. *ἔξω τῆς ἁγίας αὐλῆς οὐ χρὴ προσκυνεῖν τῷ κυρίῳ, ἀλλ' ἔνδον γενόμενον*: id est, *Non oportet quempiam extra sacram aulam adorare Dominum, sed intus positum.* At nemo rerum sacrarum vel mediocriter peritus ignorat, hanc præcipue novæ legis tesseram, hoc institutum, hanc solemnem Christi doctrinam esse, quod Deus ubique adorandus sit *in spiritu & veritate:* neque ad eam rem necesse sit adsignatum quempiam adire locum; sed quisque privatim hunc cultum persolvere possit ac debeat. Cur ergo viri doctrina insignes, Basilius Magnus & Eusebius, ab hujusmodi cultu, qui ab ipso Christo traditus & sancitus est, homines absterreant? At enim nec in veteri quidem Testamento, cum post Templi conditum, non sacrificia, non certas statasque cæremonias alibi persolvere licitum esset, vetitum usquam legimus quemque penes se orare & adorare Deum, si liberet. Imo vero Daniel, in Babylone versans, frequenter Deum adorabat: aliique bene multi sancti viri Deum extra templum adorasse deprehenduntur. Hæc itaque Basilii & Eusebii loca ex superius allato Eusebii loco sunt explicanda, ubi recitatâ Aquilæ versione sic habet ille, *Queis manifeste eorum, qui in Ecclesia Dei genua flectunt, morem declarat: ibi enim genua flectentes, atque frontibus suis terræ incumbentes, hunc adorandi ritum servant.* Opinor igitur hunc adorandi morem, utpote quodammodo consecratum, extra Ecclesiam vetitum fuisse: ea prorsus ratione qua hodie non licet cuique arbitrio suo, exempli causa incensum & thymiamata in vicis & plateis promiscue offerre, quia hæc speciali ritu consecrata & statuta sunt; ita illis temporibus, etsi licitum cuique esset Deum penes se precari & adorare; illo tamen modo genu flectendi ac in frontem procumbendi extra Ecclesiam adorare vetitum erat: eratque huic rei locus atque tempus Ecclesiastico canone constitutum: ne fortassis hinc risus & cachinnorum materia Judæis & Ethnicis, quorum tum ingens erat multitudo, subministraretur; neve hinc quidam ex frequentiori adorationis usu infidelium animos exasperarent in Christianos; neu demum ementita pietatis specie gloriam & laudem humanam aucuparentur, aut aliâ nobis ignotâ de causâ. Hunc itaque adorandi morem vetant Basilius & Eusebius extra Ecclesiam peragere: neque volunt ideo adoratione illa interna, ubique Numini præstanda, piis hominibus interdici: quod neminem puto inficias iturum. Alias enim iidem Basilius & Eusebius, Deum pro lubito cujusque adorandum statuunt: quod in scriptis Basilii frequenter comperias, ac in his item Commentariis Eusebius nec semel adorandum ubique Deum esse docet. In promtuque esset, multa ad id comprobandum loca congerere: verum cum nullus hac de re controversiæ locus esse valeat, iis adferendis supersedemus.

IV. *Infinita dona Ecclesiis Eusebii tempore collata.*

In psalmum, *Deus judicium tuum regi da*, ad hunc versum, *Et vivet & dabitur ei de auro Arabiæ*, ait Eusebius: *Et alias quoque in Ecclesiis Christi, ipsis oculis videmus infinita ex auro puro cimelia, in ejus honorem consecrata.* Quo videas non novum, neque recens inductum morem esse, dona & cimelia in Ec-

clesiis Christi consecrandi: quin potius quod Eusebius frequentissimum indicat, jam perrarum esse comprobatur: neque enim ita multa ex auro puro cimelia in templis hodie deprehendas. Narrat vero idem Eusebius Constantinum, Ecclesiam sive Martyrium Salvatoris, quod ipse magnificentissimum exstruxerat, infinitis donariis locupletasse, partim ex auro & argento, partim ex gemmis & aliis pretiosis cimeliis. Qui Imperator aliis fortasse exemplo ac stimulo fuerit, ut similia dona certatim in Ecclesiis consecrarent. Idipsum paucis repetit ad psalmum 117. p. 716. additque diebus præsertim solemnitatum Ecclesiam donis exornandam esse. Ubi ad hæc Symmachi verba, *συνδήσατε ἐν πανηγύρει πυκάσματα, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου.* id est, *Colligate in celebritate densitates usque ad cornua altaris;* hæc habet, *His autem præcipit, multis cimeliis domum Dei replere, atque donariis frequentibus ipsam temporibus solemnitatum coronare.*

CAPUT IX.

Miscellanea quædam observanda in his Commentariis.

I. Eusebii de Matthæi Evangelio sententia. II. Joannes Hebraïco exemplari usus est, Paulus autem Græco LXX. interpretum. III. Apostoli omnes Martyrio coronati, ex qua tribu singuli fuerint deprehendi potest. IV. An Prophetarum successio ad Joannem baptistam pervenerit. V. Eusebius labitur dum Monachos a Symmacho memorari putat. VI. Monachi perrari tempore Eusebii. VII. Martyrum cruciatus singulares. VIII. Judæi Jerosolymorum aditu interclusi. Quare. IX. Traditiones quædam Judæorum. X. Christianorum frequentia in Moabitide, Ammonitide & Idumæa. XI. Eusebius ait mundum sphærica forma esse; montes & petras sensim crescere.

P. 463. Psal. 77. 2. Matth. 13. 35.

I. Eusebii de Matthæi Evangelio sententia.

AIT Eusebius Matthæum, Hebræus cum esset, ubi veteris Testamenti loca adtulit, propria usum esse interpretatione: nam illud, אביעה חידות מני-קדם quod ita a Septuaginta interpretibus redditur, *φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς*, *Loquar problemata ab initio*, in Græco Matthæi textu his verbis vertitur, *ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*, *Eructabo abscondita a constitutione mundi.* At cum Matthæus, Irenæo, Origene, Eusebio ipso & Hieronymo testibus, Evangelium Hebraïcè scripserit, cujus exemplar ævo Hieronymi in Bibliotheca Cæsariensi, a Pamphilo Martyre collecta, servabatur; Matthæus sane propria interpretatione Græca usus non est, sed ipsa Hebraïca verba Syro-Chaldaïco sermone, qualis tunc apud Judæos usu veniebat, expressit, ut in voce *Lamma Sabacthani* deprehendas, in aliisque non paucis, queis palam est Matthæum in Evangelio suo Hebraïce conscripto, sicubi loca ex veteri Testamento occurrebant, ea Syro-Chaldaïco sermone expressisse: an vero propria ille interpretatione sit usus, an ex alia prius adornata versione loca sit mutuatus, haud levis quæstio est. Postea autem interpres Græcus, quis ille fuerit incertum esse narrat Hieronymus, hæc propria interpretatione donavit, nec LXX. interpretatione est usus.

II. Joannes Hebraïco exemplari usus est, Paulus autem Græco LXX. interpretum.

Joannem similiter, utpote Hebræum & ex Hebræis ortum, ait Eusebius ad psalmum 40. propria interpretatione usum esse ubi πτέρναν, sive, *calcaneum* vertit, quo loco LXX. πτερνισμὸν, id est, *supplantationem*, posuerant. Contra vero Apostolus Paulus, sic Eusebius, p. 15. *legisperitus cum esset*, in Epistola ad Hebræos Septuaginta interpretum versione est usus. Hæc vero pluribus in collectione Hexaplorum, a nobis propediem adornanda, exploranda venient.

III. Apostoli omnes martyrio coronati.

In illum psalmi 71. versum, *Et honorabile nomen eorum coram illo;* sive secundum Symmachum, *Et pretiosus erit sanguis eorum coram illo*, hæc habet Eusebius, p. 413. *Queîs aperte necem illorum* (Apostolorum) *subindicavit, qua singuli vario martyrii genere adfecti sint, ac alius alio modo, ob testimonium de illo datum, sanguinis agonem subiit.* Ex monumentis autem certis, quæ jam supersunt, haud facile est singulorum Apostolorum martyrium comprobare. Verum Eusebius, ut Apostolicis temporibus vicinior, potuit forsitan de cujusque Apostoli martyrio certiores notas invenire. Est vero illa jam usu pene recepta opinio, Apostolos omnes pro Christo passos esse: etsi non desint, qui secus arbitrentur. Verum ea in re perquam difficile est explorati quidpiam adferre: nam Apostolica tempora & gesta tantis sunt tenebris offusa, ut nec ubi mortem obierint Apostoli, paucis exceptis, nec quas orbis regiones peragrarint, ita perspicue narrari possit. Nec modo quæ jam traduntur incerta sunt: sed etiam si qua ab Eusebio, & a coævis aut supparibus scriptoribus carptim de illis proferantur, non ita clare recensentur.

Ex qua tribu singuli fuerint deprehendi potest.

Quod autem ait Eusebius, p. 360. *Si quis vero per otium accurate perquisierit, cujusque Apostoli tribum reperiet: nam cuivis quærenti datur a Servatore inveniendi promissio;* id inquam, Eusebii ævo fortasse poterat ex monumentis veterum explorari. Jam vero cum eorum bene multa fuerint vetustate obliterata & exstincta; frustra, ut arbitror, quæratur ex qua tribu singuli Apostoli prodierint: quod etiam si deprehendi posset, non magno operæ pretio fieret.

IV. An Prophetarum successio ad Joannem Baptistam pervenerit.

Neque item probatu facile est quod ait Eusebius, p. 439. Prophetarum successionem usque ad Joannem Baptistam devenisse: nam ex libri Macchabæorum & Flavii Josephi testimonio, Persarum tempore desiit illa Prophetarum series; ut ne vel unum a Nehemiæ temporibus Prophetam assignare valeas. Quare æstimo Eusebii dictum non ad literam accipiendum esse; sed indicare solum legem & Prophetas in Joannem Baptistam desinere, quin neget intermissam aliquando fuisse Prophetarum successionem.

V. Eusebius labitur dum Monachos a Symmacho memorari putat.

Ad hunc versum psalmi 67. *Qui inhabitare facit unius moris in domo*, p. 348. veterum Interpretum lectionem adfert Eusebius, ubi Symmachi versio sic habet, δίδωσιν οἰκεῖν μοναχοῖς οἰκίαν id est, *Dat inhabitandam Monachis domum:* nam ita nos vertimus quia Eusebius de Monachis locum explicat: etsi, mea quidem sententia, non Monachorum institutum hîc Symmachus respiciat; sed solitarios generatim quoslibet. Atenim quo tempore Symmachus versionem suam concinnavit, scilicet Septimio Severo, ut verior fert opinio, imperante, Monachorum ne nomen quidem notum erat, neque ullus tunc in orbe Monachus, nisi fortasse in penitioribus Ægypti recessibus, fuisse putatur. Quare hîc vox μοναχὸς pro solitario quolibet in secessu degenti accipienda; non pro Monachis, quorum a quarto sæculo institutum floruit.

VI. Monachi ferrari tempore Eusebii.

Nam quia solus vivat oportet qui velit abesse a malorum consortio, quotquot declinandæ frequentiæ causa in secessu degebant, μοναχοὶ Græce vocitabantur. Attamen quæ de Monachis hic habet Eusebius non prætermittenda: *Primus itaque*, ait, *ordo*

eorum

eorum qui in Christo proficiunt, est Monachorum. Sed rari sunt illi, quare secundum Aquilam, Unigeniti Dei vocati sunt, similes facti unigenito Filio Dei: secundum Septuaginta interpretes autem, unius, non diversi moris sunt, neque subinde morem variant; sed unum colunt, qui ad virtutis cacumen advenit. Ipsos autem unius zonæ, Quinta editio vocavit, ut pote qui solitarii & pracincti sint. Et p. 519. *E re autem dixeris, expeditos illos milites, qui monasticam vitam amplexi sunt, pro passeribus habendos esse; eos autem qui liberis dant operam, ac reliquis vitæ negotiis & curis se dedunt, turturis vicem agere.* Quo tempore igitur Eusebius hæc scriberet perpauci in orbe Monachi erant, ac nonnisi in Ægypto Monasticum genus frequentabatur, auctoribus Antonio, qui anno 271. Monachi statum amplexus, innumeros exemplo suo pellexit ad parem vitæ conditionem amplectendam; Pachomio, qui in Thebaïde Monasticum genus mirum in modum adauxit, & Amune Nitriensi, complurium Monasteriorum fundatore. In Palæstina vero, ubi sedes habebat Eusebius, Hilario & fortasse alii perrari in desertis & latibulis agebant. Sub hæc autem Hilario in Palæstina & Syria mirum in modum Monachorum institutum auxit, & tunc Monasteria bene multa condita sunt.

VII. Martyrum cruciatus singulares.

Martyrum sui temporis cruciatus, in hæc verba, *Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum,* non obiter describit Eusebius. (*P. 333. & seqq.*) Ac licet in historia Ecclesiastica, de Maximini carnificina agens, multorum Martyrum agones descripserit, hic tamen nonnulla tangit singularia, nec forte alibi enuntiata. V. g. *Et vero plerumque vel pupillas oculorum verberabant, dum capita athletarum Dei plagis caderent.* Atrocitatem vero suppliciorum subjicit his verbis: *Ferrum quippe, & ferro illata supplicia, aliaque mortis genera, quæ maxima pars nostrûm sustinuit, pro nihilo computantur ex deteriorum comparatione. Quamobrem hæc quidem tacemus. Quia vero inter atrocia, nihil crudelius nece per ignem & aquam illata existimatur, hæc nos perpessos dicimus. Nam alii nostrum in mari & in fluminibus demersi sunt, alii ignis supplicium luerunt.* Et cætera quæ fusius ibi ille prosequitur.

VIII. Judæi Jerosolymorum aditu interclusi, quare.

Trita res & nulli non nota est, Judæis, postquam Barchocheba duce, seditione facta, sub Hadriano principe armis subacti ac pene internecione deleti sunt, Jerosolymorum aditum interclusum fuisse; concessum tamen ut quotannis ad certos limites lugendi causa proxime urbem accederent. Verum Eusebius ad suum usque tempus hunc morem vigere graphicè narrat his verbis: (*P. 267.*) *Irruentes Romani, dictis propheticis finem intulerunt: siquidem victorum lege, universæ Judaïcæ genti aditu locorum interdictum est: inevitabilis quippe legis transgressoribus impendet ultio. Quamobrem ad hanc usque diem, ad certos terminos in circuitu accedentes, procul consistunt: neque solum illud, quod sacrum olim reputabatur, vel procul conspicere ipsis conceditur; sed foras circumeuntes, Scripturæ, de qua jam agitur, fidem conciliant, dicenti,* convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem. Idipsum repetit p. 382. adjicitque nullum Jerosolymis Judæorum domicilium superesse, in quo Græci habitare possint, verùm excisa omnia ac funditus deleta universaque prorsus ipsis sublata fuisse; ita ut Sacerdotum, Sadducæorum & Pharisæorum ne nomen quidem superesset.

IX. Traditiones quædam Judæorum.

P. 461. Hebræorum traditionem ait esse, mare Rubrum *in duodecim sectiones divisum fuisse secundum numerum duodecim tribuum;* ita ut singulæ tribus in assignato sibi meatu pertransirent; quæ narratio non videtur cum divina Scri-

ptura consonare, atque ideo inter Rabbinicas fabulas forte computanda. Inter Hebræorum traditiones pariter recensendum est quod habet Eusebius, Azotios ideo in posterioribus & podicibus percussos esse, quod iis in partibus peccassent, & ἀρρενοκοῖται essent: nisi fortasse ea Eusebii ipsius, nec ab aliis accepta, fuerit opinio.

X. Christianorum frequentia in Moabitide, Ammonitide & Idumæa.

In hæc verba, *Moab lebes spei meæ, in Idumæam extendam calceamentum meum*, duo nobis aperit Eusebius, nimirum Ammonitas & Moabitas inter Arabas ævo suo sedes habuisse; itemque penes Ammonitas, Moabitas & Idumæos infinitam esse Christianorum multitudinem: hæc ejus verba sunt, *Et hæc opere completa licet ipsis oculis percipere iis, qui in Arabum regione peregrinantur, cum videant Moabitas & Ammonitas, qui penes illos magno numero sunt, Ecclesias Dei implere. Similiterque, in Idumæam*, inquit, *conscendam calceamento meo, secundum Symmachum. Quam item prædictionem in promtu est completam videre, iis, qui in Idumæam concedunt, & multitudinem Ecclesiarum Dei ibi conspiciunt; ut cunctetur nemo confiteri, vere in loca illa conscensum factum esse.* P. 282.

XI. Eusebius ait mundum sphærica forma esse.

Eusebius, qui uti diximus, descriptionibus plerumque gaudet, ad physicam subinde speculationem vertitur. Ait vero non uno loco mundum sphærica forma esse: quæ opinio olim agitabatur inter scriptores; aliis planam, montibus tamen distinctam, terræ superficiem prædicantibus, è quorum numero Augustinus & Cosmas Ægyptius Monachus, qui librum ea de re edidit topographiam Christianam inscriptum, ubi sphæram sacris Literis aperte repugnare contendit ille; aliis veram, & experimento demum assertam, opinionem tuentibus, qualis Eusebius, qui mundum sphæricum esse non semel indicavit. Eam tamen sententiam, non ut suam ille, sed ut alienam adfert. P. 460. 630.

Montes & petras sensim crescere.

Verisimile item arbitratur, montes & petras sensim crescere, atque occultis intimisque incrementis majores evadere; quæ quorumdam, inquit ille, sui ævi Physiologorum erat opinio; ut jam è nostris sunt qui idipsum propugnent, experimentisque manifestis rem comprobari adfirment. P. 583.

CAPUT X.

De idiotismis Eusebii in his Commentariis, & de singulari quarumdam vocum significatu.

I. Vocis βίος *usus singularis. II. Itemque* τοῦ δοκεῖν. *III.* ἐντυγχάνειν *quid significat apud Eusebium. IV.* περίστασις *pro calamitate. V.* ὑπακούειν *respondere. VI.* Σωτήριος *quid, &c.*

ETSI à multis Græceque peritissimis viris, in colligenda Græcarum omnium vocum significatione tanta sit industria desudatum, ut perpauca jam ad perfectam Græcorum scriptorum intelligentiam desiderentur; subinde tamen nomina verbaque occurrunt, quorum vis & sententia nondum observata, interpretibus errandi occasio esse possint. Hujusmodi autem pauca his in Commentariis exstant, quorum præcipua hîc consignare & explanare visum: nam minutiora ad Indicem rerum allegamus.

I. Vocis βίος *usus singularis.*

Singularis est apud Eusebium vocis βίος significatio: passim quippe pro genere hominum accipitur: sic p. 31. b. τοιοῦτος μὲν οὖν ἐτύγχανεν πᾶς ὁ πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας βίος, id est, *hujusmodi profecto erat ante Salvatoris*

adventum totum hominum genus: & p. 347. ἵνα γὰρ ἐπιβῇ ὁ θεὸς τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ: hoc eſt, *Nam ut Deus ad hominum genus accederet*, & paſſim aliàs: itemque in fine 6. libri Præp. Evangelicæ, ὁ σύμπας τῶν ἀνθρώπων βίος, *univerſum hominum genus.* Similiter Athanaſius T. 1. pag. 1233. καταλαζονευόμενοι τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου, *ſuperbe agentes adverſum genus humanum.* Quo etiam uſu in aliis item ſcriptoribus occurrit, & in Heliodori Æthiopicis non ſemel obſervatur.

II. Itemque τῷ δοκεῖν.

Alia vox eſt, in qua item Latine transferenda non pauci interpretes labuntur, ſcilicet δοκεῖν, videri, δοκεῖ, videtur: quod verbum vulgo uſurpatur ad minuendam adfirmationem; ita ut ſi verbi cauſa, de quopiam dicatur, δοκεῖ εἶναι σοφὸς, *videtur eſſe ſapiens*, id ut aſſeveranter dictum non habeatur, ſed dubitationem quamdam præferat. Verum frequentiſſime apud ſcriptores bene multos δοκεῖ nihil minuit adfirmationem, ut exempli gratia in his Commentariis ad Pſalmum 118. p. 729. de Deo dicitur δικαιότατος εἶναι δοκεῖ, ubi vertendum ſine dubio, *juſtiſſimus eſt.* Innumera proferri poſſent cum ex Euſebio, tum ex aliis ſcriptoribus exempla. Sic apud Athanaſium, ἵνα τοίνυν καὶ ὧν ἐπιθυμεῖς τετυχηκέναι δοκεῖς, *ut igitur optata conſequaris.* Sed jam hac de re tractatum à nobis eſt.

III. ἐντυγχάνειν quid ſignificet apud Euſebium.

In Onomaſtico ad Athanaſii opera monuimus vocem ἐντυγχάνειν plerumque ſignificare, *conqueri de aliquo, accuſare, petitionem adverſus quempiam principi vel magiſtratui offerre*: & vocem ἐντυχία, *petitionem* adverſus aliquem, ſive *accuſationem* exprimere. Eodem uſu κατεντυγχάνειν in his Commentariis occurrit, p. 179. ἥρμοζε δὲ τὰ προκείμενα καὶ τῷ προφήτῃ Ἠλίᾳ, ὃς ἔλεγεν κατεντυγχάνων τοῦ λαοῦ, κύριε τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν. i. *Hæc porro Heliæ prophetæ congruebant, qui Domino contra populum ſupplicans ita loquebatur*, Domine prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſubverterunt, &c.

IV. περίστασις pro calamitate.

Περίστασις idem ſibi vult quod *circumſtantia*, apud Quintilianum, Senecam & A. Gellium. Verum aliquando ſignificat ærumnam, infauſtum caſum, calamitatem. Quo ſenſu ſemper in his Commentariis uſurpatur. Sic p. 29. μαθὼν γὰρ παρὰ τοῦ σωτῆρος καὶ τῶν σῶν ἐπαγγελιῶν, ὅτι εἰ καὶ τὰ μάλιστα κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βίον λῦπαι μοι καὶ θλίψεις καὶ πειρασμοὶ καὶ περιστάσεις οὐ διαλείπουσιν· ἀλλ' ἔσται μοι καιρὸς ὁ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ σώματος καθ' ὃν ἐν εἰρήνῃ ποιήσομαι τὴν κοίμησιν: hoc eſt, *Cùm enim à Salvatore, exque promiſſis tuis edidicerim, etiamſi mihi dolores, ærumnæ, tentationes, calamitates in præſenti vita non deficiant, futurum tamen mihi tempus eſt, quo a corpore decedam ac in pace dormiam.* Etſi autem his in Commentariis vox περίστασις paſſim occurrat, vix uſpiam alio ſenſu uſu venit, quam pro calamitate: frequenter item dicitur περιστατικὸς καιρὸς, pro tempore calamitoſo, & ærumnis pleno.

V. ὑπακούειν reſpondere.

Obſervatu item dignus eſt vocis ὑπακούειν uſus pro *reſpondere*: cujus jam exempla adtulimus Tom. 1. operum Athanaſii p. 334. Fuit autem vox iſthæc multorum tam veterum, quam recentiorum interpretum ſcopulus, qui *audire vel ſubaudire* verterunt: quamobrem non abs re fuerit exempla quædam ex his Commentariis proferre. In præfatione Euſebii in Pſalmos, p. 7. Ἡνίκα τοίνυν ἐσκίρτα τὸ πνεῦμα ἐπί τινα τῶν ἀρχόντων τῶν ψαλτῳδῶν, οἱ λοιποὶ ἡσυχίαν ἦγον παρεστῶτες καὶ ὑπακούοντες συμφώνως τῷ ψάλλοντι, ἀλληλούϊα. i. *Cum itaque Spiritus in quempiam principum cantorum inſiliret, cæteri quietè agebant adſtantes, ac voce conſona pſallenti reſpondentes, Alleluia.* Apertius vero p. 418. Καὶ ἐπειδήπερ τοῦ-

τε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προφητικῶς μέλλοντα ἔσεσθαι προανεφώνει, χορὸς ἀγγέλων ὑπαχοεῖ συνευχόμενος τῇ τῶν πραγμάτων τελειώσει, πιστούμενός τε αὐτὰ καὶ λέγων, γένοιτο, γένοιτο. Hoc est, *Et quia hæc Spiritus sanctus prophetice futura prædixerat, chorus Angelorum respondet unà deprecans pro rei consummatione, illaque confirmans ac dicens, Fiat, fiat.* Eodem quoque significatu vox προσυπακούειν occurrit p. 48. id est, *ad aliquid respondere.* Hujus vocis, hac sententia acceptæ, frequentissimus est apud scriptores præsertim Ecclesiasticos usus.

VI. σωτήριος quid, &c. Parem cautelam adhibeas in voce σωτήριος pro utroque genere masculino & feminino usurpari solita, cujus prior significatio est *salutaris;* sed frequentiori usu apud Ecclesiasticos, *salvatoris* vertenda est, sic ἡ σωτήριος διδασκαλία, *salutaris doctrina;* aptius autem vertas, *Salvatoris doctrina;* eodem modo apud Athanasium, τὸ σωτήριον μαρτύριον, *martyrium* sive Ecclesia *Servatoris.* In his vero Commentariis sic fere semper intelligas.

In his Commentariis passim observes, vocem ἀλλ' ἢ, quæ significat, *nisi*, ubi sequitur vocalis, omissa particula ἢ, exprimi: Sic p. 350. lib. 3. κληρονομία δὲ αὐτοῦ, τίς ἦν μετὰ τὸν πρότερον λαὸν, ἀλλ' ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία; id est, *hæreditas porro illius, quænam erat post priorem illum populum, nisi Ecclesia gentium?* ubi ἀλλ' ἡ pro ἀλλ' ἢ ἡ ponitur. Sexcenta notes similia in his Commentariis, ubi hiatus vitandi causa ἢ ante vocalem omittitur. Et principio quidem putabam ego amanuensium vitio ἢ illud excidisse; verùm quia in omnibus, nullo excepto, Codicibus etiam antiquissimis, ita passim legitur, certum habeo ab ipso auctore suppressam δυσφωνίας ergo particulam fuisse. Parem omnium Codicum consensum advertas in voce ἀποκλάεσθαι pro ἀποκλαίεσθαι, *flere;* quæ frequentissime hoc in opere comparet, & ὀξέχειν, pro ὀξέχιον. Ubi eorum qui antehac Græcorum scriptorum opera publica fecerunt, morem sectamur. Ii enim, quia euphoniæ gratia ταμεῖον pro ταμιεῖον, ὑγεία pro ὑγίεια legebatur in Codicibus, omisso primo ι, ταμεῖον & ὑγεία plerumque ediderunt. Quamquam leve fortasse videatur, monere ne pigeat, vocem Δαυὶδ, quæ vulgo in Codicibus Δᾶδ legitur; sicubi tota describatur in vetustioribus manuscriptis, per υ efferri Δαυὶδ, non autem Δαβὶδ, ut in editis Bibliorum legitur, quia nempe in Hebraïcis exemplaribus, per *vau* דוד describitur. Qua in re veterum omnium Codicum morem sequi visum est.

Cæterum, ut speramus non ingratum Lectori fore Eusebium nostrum; ita in partem gratiæ vocandos censemus eos, qui nobis vel Codices vel operam contulere suam. Ex Regia certe Bibliotheca, jubente illustrissimo Abbate DE LOUVOIS, ejusdem præfecto, Codices nobis pro voto, idque ad diuturnum usum traditi sunt a Doctissimis & Amicissimis viris *Clemente* & *Boivinio*, custodibus. Parem beneficentiam experti sumus penes Eminentissimum Cardinalem DE COISLIN, qui nobis Codicis præstantissimi supra memorati copiam fecit. Et Illustrissimum Archiepiscopum Rotomagensem, cujus Bibliothecæ Codicibus ad nutum frui licet, curante Dom. *du Chesne* Bibliothecario. Salve, erudite Lector.

EUSEBII

EUSEBII CÆSARIENSIS COMMENTARII IN PSALMOS.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΕΙΣ ΤΑΣ ΕΠΙΓΡΑΦΑΣ ΤΩΝ ΨΑΛΜΩΝ.

Ἑρμηνεία τινῶν κατ᾽ ἐπιτομήν.

EUSEBII IN PSALMORUM INSCRIPTIONES.

Interpretatio quarumdam compendii more descripta.

A ΕΚΑΤΟΝ πεντήκοντα τυγχάνουσιν οἱ ψαλμοὶ, ἱεροῦ τοῦ ν΄. τυγχάνοντος ἀριθμοῦ· ἐν μὲν ἡμέραις ποιῶν τὴν πεντηκοστὴν, ἐν δὲ ἐνιαυτοῖς τὸν παρ᾽ Ἑβραίοις καλούμενον Ἰωήλ. Νάβλα δὲ παρ᾽ Ἑβραίοις λέγεται τὸ ψαλτήριον, ὃ δὴ μόνον τῶν μουσικῶν ὀργάνων ὀρθότατον, καὶ μὴ συνεργούμενον εἰς ἦχον ἐκ τῶν κατωτάτω μερῶν, ἀλλ᾽ ἄνωθεν ἔχειν τὸν ὑπηχοῦντα χαλκόν. ψαλμοὶ μὲν οὖν οἱ διὰ μόνου τοῦ ὀργάνου χωρὶς φωνῆς ἀνακρουόμενοι· ᾠδὴ δὲ οἱ διὰ φωνῆς ἐμμελοῦς· ᾠδὴ δὲ ψαλμοῦ, τὸ τῷ ὀργάνῳ σύμφωνον ἐπάγειν φωνήν. B ψαλμὸς δὲ ᾠδῆς ἀνάπαλιν, προηγουμένης τῆς τῶν κρουσμάτων φωνῆς. ἀλληγορίας δὲ νόμῳ, ψαλμὸς μὲν, σώματος κίνησις ἐναρμόνιος εἰς ἐργασίαν ἀγαθὴν, κἂν μὴ πάνυ τις ἐπακολουθῇ θεωρία. ᾠδὴ δὲ χωρὶς πράξεως, ἀληθείας κατάληψις, φωτιζομένης ψυχῆς περὶ θεοῦ καὶ τῶν λογίων αὐτοῦ. ᾠδὴ δὲ ψαλμοῦ προαγούσης πράξεως γνώσεως· κατὰ τὸ· Ἐπιθυμήσας σοφίας διατήρησον ἐντολάς, καὶ κύριος χορηγήσει σοι αὐτήν. ψαλμὸς δὲ ᾠδῆς, πρᾶξις ὑπὸ γνώσεως ὁδηγουμένη, περὶ τοῦ πῶς καὶ πότε πρακ-

CENTUM & quinquaginta psalmi sunt: & sane sacer est quinquagenarius numerus, illo siquidem dierum curriculo instituitur Pentecoste, ac totidem annorum numero Jubilæus, ut vocant Hebræi, celebratur. Nabla apud Hebræos vocatur psalterium; quod ex musicis instrumentis solum rectissimum est, neque ab infimis partibus ad sonum adhibetur, sed à supernis sonanti ære instruitur. Psalmi itaque vocantur, quotquot sola instrumentorum pulsatione, nullis admixtis vocibus, persolvuntur. Canticum dicitur, quod suavi æquabilique voce canitur: Canticum psalmi, quod unà cum instrumentis consonas admittit voces: Psalmus cantici rursum, cum instrumentorum musicorum sonus vocibus præit. Si allegoricè res accipiatur, psalmus est concinnus corporis motus ad opus bonum exsequendum, etiamsi contemplatio parva subsequatur. Canticum nullo opere admixtum, est veritatis comprehensio, mente ad Dei ejusque sermonum contemplationem illustrata. Canticum psalmi dicitur cum cognitio actum præcedit: juxta illud: *Concupiscens sapientiam, serva mandata, & Dominus præbebit illam tibi.* (Eccli. 1. 26.) Psalmus cantici est actus ducente cognitione admissus, docente scilicet quo pacto quove tempore sit agendum: quapro-

prer in inscriptione, psalmorum vox, canticis præit; non enim à contemplatione vir sanctus orditur, sed fide omnino ad opera exsequenda currit. Sub finem multa cantica sunt. Ubi autem gradus habentur nusquam psalmus, neque per se solus, neque alia adjuncta voce inscribitur: sed ibi cantica solùm apponuntur; nam ubi adscensus graduum est, ibi sola contemplatio spectatur. Diapsalma porro apud Aquilam & in Hebraïco non exstat: sed ejus loco, *semper*, adscribitur.

Aquila.

Hebraïcus textus.

A τέον, διὸ καὶ πρῶται τῶν ψαλμῶν αἱ ἐπιγραφαί. οὐ γὰρ ἀπὸ θεωρίας ὁ ἅγιος ἄρχεται, ἀλλ' ἁπλῶς πίστει ταῖς πράξεσιν ἐπιτρέχει. ἐπὶ δὲ τῷ τέλει πολλαὶ αἱ ᾠδαί· καὶ ὅπου ἀναβαθμοί, οὐδαμοῦ ψαλμός, οὔτε καθ' ἑαυτόν, οὔτε μετ' ἐπιπλοκῆς. ᾠδαὶ δὲ πάντα καθ' ἑαυτάς. ἡ γὰρ ἀνάβασις πρὸς μόνην ὁρᾷ θεωρίαν. διάψαλμα δὲ παρὰ μὲν Ἀκύλᾳ καὶ τῷ Ἑβραϊκῷ οὐ κεῖται· ἀντὶ δὲ αὐτοῦ τὸ ἀεί.

Argumentum Eusebii Pamphili.

Libri psalmorum isthæc divisio fuerit, ut cum ipsa acuratiora exemplaria, tum Hebraïcus textus circumferunt. Neque vero, ut quis forte existimaverit, omnes psalmi sunt Davidis; sed aliorum quoque Prophetarum, qui psallendo prophetica oracula edebant. Quare apud Hebræos, universa psalmorum scriptura, non Davidis fert inscriptionem; sed indefinite liber psalmorum vocatur. In partes porro quinque Hebræi librum psalmorum dividunt. Prima pars à primo ad quadragesimum psalmum complectitur; secunda à quadragesimo primo ad septuagesimum secundum; tertia à septuagesimo secundo ad octogesimum octavum; quarta ab octogesimo nono ad centesimum quintum; quinta à centesimo sexto ad finem: psalmi non inscripti sunt 19. inscripti vero 131. Inscriptorum autem hæ sunt divisiones. Davidis septuaginta duo psalmi sunt: filiorum Core undecim; Asaphi duodecim; Ætham Israëlitæ unus; Salomonis duo; Moysis unus; anonymi septemdecim; *Alleluia* inscripti quindecim. Anonymi autem dicuntur quotquot inscriptionem quidem habent, neque cujus sint enuntiant.

B Ὑπόθεσις Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.

Τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν ἥδε ἂν εἴη ἡ διαίρεσις, ὡς τὰ ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων αὐτό τε τὸ Ἑβραϊκὸν περιέχει. οὐχ ὡς ἄν τις ὑπολάβοι πάντες εἰσὶ τοῦ Δαυὶδ οἱ ψαλμοί, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων προφητῶν ἐν τῷ ψάλλειν προφητευόντων. διόπερ ἡ πᾶσα γραφὴ παρ' Ἑβραίοις τῶν ψαλμῶν οὐ τοῦ Δαυὶδ ἐπιγράφεται· ἀλλ' ἀδιορίστως βίβλος ψαλμῶν ὀνομάζεται. εἰς πέντε δὲ μέρη τὴν πᾶσαν τῶν ψαλμῶν βίβλον παῖδες Ἑβραίων C διαιροῦσι. πρῶτον εἰς τοὺς ἀπὸ α΄. μέχρι μ΄. δεύτερον εἰς τοὺς ἀπὸ μα΄. μέχρις οβ΄. τρίτον εἰς τοὺς ἀπὸ οβ΄. μέχρις πη΄. τέταρτον εἰς τοὺς ἀπὸ πθ΄. μέχρις ρε΄. πέμπτον εἰς τοὺς ἀπὸ ρϛ΄. μέχρι τέλους. ἀνεπίγραφοι δέ εἰσι ψαλμοὶ ιθ΄. ἐπιγεγραμμένοι ρλα΄. τῶν ἐπιγεγραμμένων δέ εἰσιν οὕτως αἱ διαιρέσεις. τοῦ μὲν Δαυὶδ οβ΄. τῶν υἱῶν Κορὲ ια΄. τοῦ Ἀσάφ, ιβ΄. Αἰθὰμ τοῦ Ἰσραηλίτου εἷς, Σολομῶντος β΄. Μωϋσέως εἷς, ἀνώνυμοι ιζ΄. τῶν εἰς τὸ ἀλληλούϊα ιε΄. εἰσὶ δὲ ἀνώνυμοι D ὅσοι ἐπιγραφὰς μὲν ἔχουσιν, οὐ μὴν δηλοῦσι τίνος εἰσίν.

Ejusdem Eusebii argumenta in Psalmos.

1. Adhortatio ad Dei cultum, & avocatio ab opposito.
2. Prophetia de Christo & de vocatione gentium.
3. Prophetia de bonis Davidi conferendis.
4. Prophetia Davidi de iis quæ passus est.
5. Oratio ex persona Ecclesiæ.
6. Doctrina confessionis.
7. Davidi confessio & doctrina vocationis gentium.
8. Prophetia vocationis gentium.
9. Mors Christi ejusque resurrectio, de regno quod accepit; deque omnibus inimicis ejus deletis.
10. Hymnus victoriæ ejus, qui Dei causâ certamen init.
11. Accusatio scelestorum, & prophetia de Christi adventu.

Ὑποθέσεις τοῦ αὐτοῦ Εὐσεβίου εἰς τοὺς ψαλμούς.

α΄. Προτροπὴ θεοσεβείας καὶ ἀποτροπὴ τοῦ ἐναντίου.

β΄. Προφητεία περὶ Χριστοῦ καὶ κλήσεως ἐθνῶν.

γ΄. Προφητεία γενησομένων ἀγαθῶν τῷ Δαυίδ.

E δ΄. Προφητεία τοῦ Δαυὶδ περὶ ὧν πέπονθεν.

ε΄. Ἐκ προσώπου τῆς ἐκκλησίας προσευχή.

ϛ΄. Διδασκαλία ἐξομολογήσεως.

ζ΄. Τῷ Δαυὶδ ἐξομολόγησις καὶ διδασκαλία κλήσεως ἐθνῶν.

η΄. Προφητεία κλήσεως ἐθνῶν

θ΄. Θάνατος Χριστοῦ καὶ ἀνάστασις, καὶ βασιλείας * παράληψις, ἐχθρῶν τε πάντων καθαίρεσις.

* Reg. 1. παράλημψις.

ι΄. Ἐπινίκιος ὕμνος τοῦ κατὰ θεὸν ἀγωνιζομένου.

ια΄. Κατηγορία πονηρῶν, καὶ προφητεία Χριστοῦ παρουσίας.

ιβʹ. Ἐχθρῶν ἐπανάστασις, καὶ προσδοκία Χριστοῦ παρουσίας.	A 12. Inimicorum commotio, & exspectatio adventûs Christi.
ιγʹ. Κατηγορία πονηρῶν, καὶ προφητεία Χριστοῦ παρουσίας.	13. Accusatio improborum & prophetia de adventu Christi.
ιδʹ. Τοῦ κατὰ θεὸν τελείου ἀποκατάστασις.	14. Ejus qui secundum Deum perfectus est restitutio.
ιεʹ. Ἐκλογὴ ἐκκλησίας καὶ Χριστοῦ ἀνάστασις.	15. Electio Ecclesiæ & Christi resurrectio.
ιϛʹ. Τελείου ἀνδρὸς ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ προσευχὴ ὑπὲρ τῶν δι᾽ αὐτοῦ σωθησομένων.	16. Perfecti viri, sive ipsius Christi precatio pro iis qui per ipsum salutem consequentur.
ιζʹ. Εὐχαριστία τοῦ Δαυὶδ καὶ προφητεία Χριστοῦ παρουσίας καὶ ἀναλήψεως.	17. Gratiarum actio Davidis & prophetia de adventu & assumtione Christi.
ιηʹ. Θεολογία σὺν διδασκαλίᾳ ἠθικῇ.	B 18. Theologia cum doctrina morali.
ιθʹ. Εὐχὴ τῶν συμπαραπλόντων τῷ Δαυὶδ δικαίων.	19. Oratio justorum qui Davidi operam dabant.
κʹ. Ἔντευξις τῶν συμπαραπλόντων τῷ Δαυίδ.	20. Supplicatio eorum qui Davidi operam dabant.
καʹ. Προφητεία τῶν Χριστοῦ παθῶν καὶ ἐθνῶν κλῆσις.	21. Prophetia cruciatuum Christi & vocatio gentium.
κβʹ. Διδασκαλία καὶ νέου λαοῦ εἰσαγωγή.	22. Doctrina & novi populi institutio.
κγʹ. Προφητεία κλήσεως ἐθνῶν, καὶ τελείωσις τῶν σωζομένων.	23. Prophetia vocationis gentium, & consummatio eorum qui salutem consequuntur.
κδʹ. Διδασκαλία ἐξομολογήσεως.	24. Doctrina confessionis.
κεʹ. Ἔντευξις τοῦ κατὰ θεὸν προκόπτοντος.	25. Supplicatio ejus qui secundum Deum proficit. C
κϛʹ. Εὐχαριστία καὶ αἴτησις ἀγαθῶν.	26. Gratiarum actio & petitio bonorum.
κζʹ. Δέησις μετὰ προφητείας.	27. Supplicatio cum prophetia.
κηʹ. Προφητεία αἰνιγματώδης σὺν θεολογίᾳ.	28. Prophetia ænigmatica cum theologia.
κθʹ Εὐχαριστία σὺν ἐξομολογήσει.	29. Gratiarum actio cum confessione.
λʹ. Ἐξομολόγησις σὺν ἱκετηρίᾳ.	30. Confessio cum supplicatione.
λαʹ. Προφητεία τῶν διὰ Χριστοῦ σωθησομένων.	31. Prophetia eorum qui per Christum salutem consequuturi sunt.
λβʹ. Παρακέλευσις ὑμνολογίας σὺν θεολογίᾳ.	32. Adhortatio ad hymnos canendos, cum theologia.
λγʹ. Διδασκαλία εὐχαριστίας.	33. Doctrina gratiarum actionis.
λδʹ. Ἱκετηρία δικαίου καὶ προφητεία περὶ Χριστοῦ.	34. Supplicatio justi & prophetia de Christo.
λεʹ. Ἔλεγχος ἀσεβῶν σὺν θεολογίᾳ.	D 35. Confutatio impiorum cum theologia.
λϛʹ. Διδασκαλία θεοσεβοῦς βίου	36. Doctrina religiosæ vitæ.
λζʹ. Διδασκαλία ἐξομολογήσεως.	37. Doctrina confessionis.
ληʹ. Ἔντευξις σὺν ἐξομολογήσει.	38. Deprecatio cum confessione.
λθʹ. Εὐχαριστία τοῦ κατὰ θεὸν σωθέντος καὶ μνήμη ἐκκλησίας.	39. Gratiarum actio ejus qui secundum Deum salutem consequutus est, & commemoratio Ecclesiæ.
μʹ. Προφητεία περὶ Χριστοῦ καὶ περὶ τοῦ προδότου.	40. Prophetia de Christo & de proditore.
μαʹ. Ἱκετηρία προφητῶν ἐπὶ τῇ ἀποβολῇ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους.	41. Deprecatio prophetarum circa reprobationem Judaïci populi.
μβʹ. μγʹ. Ἔτι περὶ τοῦ αὐτοῦ.	42. 43. De eodem argumento.
μδʹ. Ἐπιφάνεια Χριστοῦ βασιλείας.	E 44. Adventus regni Christi.
μεʹ. Ἀποστόλων κήρυγμα.	45. Apostolorum prædicatio.
μϛʹ. Κλῆσις ἐθνῶν.	46. Vocatio gentium.
μζʹ. Ὕμνος εἰς θεὸν περὶ τῆς ἐκκλησίας, καὶ καθαίρεσις διωγμῶν.	47. Hymnus in Dei honorem de Ecclesia, persequutiones de medio sublatæ.
μηʹ. Θείας κρίσεως διδασκαλία.	48. Doctrina de divino judicio.
μθʹ. Ἀνατροπὴ τοῦ περὶ θυσιῶν Μωϋσέως νόμου, καὶ εἰσαγωγὴ τοῦ τῆς καινῆς διαθήκης.	49. Abrogatio legis Moysis de sacrificiis, & introductio legis novi Testamenti.
νʹ. Διδασκαλία ἐξομολογήσεως.	50. Doctrina confessionis.
ναʹ. Ἔλεγχος τοῦ πονηροῦ τρόπου, καὶ τέλος τοῦ αὐτοῦ.	51. Confutatio improbi moris, & finis ipsius.

52. Salutaris adventus, & ἀθεότητος ejectio.	A	νβʹ. Σωτήριος ἐπιφάνεια καὶ ἀθεότητος ἀπαλλαγή.
53. Precatio ejus qui Dei causâ concertat.		νγʹ. Προσευχὴ τοῦ κατὰ θεὸν ἀγωνιζομένου.
54. Declaratio facinorum contra Christum admissorum.		νδʹ. Δήλωσις τῶν κατὰ * Χριστοῦ πεπλημμελημένων. (* Reg. 1. Saul.)
55. Gratiarum actio justi ab inimicis liberati.		νεʹ. Δικαίου εὐχαριστία ῥυσθέντος ἐξ ἐχθρῶν.
56. Gratiarum actio Davidis & prophetia de vocatione Gentium.		νϛʹ. Εὐχαριστία τοῦ Δαυὶδ καὶ προφητεία κλήσεως ἐθνῶν.
57. Doctrina de recto Dei judicio.		νζʹ. Διδασκαλία τῆς τοῦ θεοῦ δικαιοκρισίας.
58. Vocatio gentium & Judæorum ejectio.		νηʹ. Κλῆσις ἐθνῶν καὶ Ἰουδαίων ἀποβολή.
59. Abrogatio Judaïsmi & gentium vocatio.		νθʹ. Ἀποβολὴ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ καὶ κλῆσις ἐθνῶν.
60. Supplicatio cum gratiarum actione.		ξʹ. Δέησις σὺν εὐχαριστίᾳ.
61. * Doctrina de Deo colendo. (* Hæc interpretatio ad Psalmi seriem accommodatur.)	B	ξαʹ. Διδασκαλία θεραπευτική.
62. Gratiarum actio ejus qui secundum Deum perfectus est.		ξβʹ. Εὐχαριστία τοῦ κατὰ θεὸν τελείου.
63. Doctrina religiosi athletæ.		ξγʹ. Διδασκαλία τοῦ θεοσεβοῦς ἀθλητοῦ.
64. Vocatio gentium.		ξδʹ. Κλῆσις ἐθνῶν.
65. Vocatio gentium & Apostolorum testimonium.		ξεʹ. Κλῆσις ἐθνῶν καὶ ἀποστόλων μαρτυρία.
66. Vocatio gentium & Apostolorum prædicatio.		ξϛʹ. Κλῆσις ἐθνῶν καὶ ἀποστόλων κήρυγμα.
67. Christi incarnatio & vocatio gentium.		ξζʹ Χριστοῦ ἐνανθρώπησις καὶ ἐθνῶν κλῆσις.
68. Passiones Christi & Judæorum ejectio.		ξηʹ. Πάθη Χριστοῦ καὶ Ἰουδαίων ἀποβολή.
69. Deprecatio justi & ipsius Christi.		ξθʹ. Ἱκετηρία δικαίου καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ.
70. Christi cruciatus & resurrectio.	C	οʹ. Χριστοῦ πάθη καὶ ἀνάστασις.
71. Prophetia de Christi regno & vocatione gentium.		οαʹ. Προφητεία Χριστοῦ βασιλείας καὶ κλήσεως ἐθνῶν.
72. Confessio humanæ infirmitatis circa impiorum felicitatem & Dei tolerantiam.		οβʹ. Ἐξομολόγησις τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἐπὶ τῇ τῶν ἀσεβῶν εὐπραγίᾳ, καὶ τῇ τοῦ θεοῦ μακροθυμίᾳ.
73. Prænuntiatio postremæ Judæorum obsessionis, quæ sub Vespasiano & Tito contigit.		ογʹ. Προαναφώνησις τῆς ἐσχάτης Ἰουδαίων πολιορκίας, τῆς ἐπὶ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένης.
74. Christi theologia, & admonitio de divino tribunali.		οδʹ. Χριστοῦ θεολογία καὶ ὑπόμνησις τοῦ θείου δικαστηρίου.
75. Ultio divini judicii de impiis sumta.	D	οεʹ. Ἐκδίκησις κατὰ ἀσεβῶν τῆς τοῦ θεοῦ κρίσεως.
76. De tolerantia Dei & admirandis ejus operibus.		οϛʹ. Περὶ τῆς τοῦ θεοῦ μακροθυμίας καὶ τῶν θαυμαστῶν ἔργων αὐτοῦ.
77. Christi reconciliatio cum Ecclesia, de primi populi prævaricatione.		οζʹ. Χριστοῦ διαστολὴ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, περὶ τῆς τοῦ προτέρου λαοῦ παρανομίας.
78. Prophetia de iis quæ sub Antiocho Judææ contigerunt; sive historia quæ in Macchabæorum libris habetur.		οηʹ. Προφητεία τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντιόχου τῇ Ἰουδαίᾳ συμβάντων αὖθις ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Μακκαβαίοις.
79. Prophetia de obsidione ab Assyriis, ac supplicatio pro Christi adventu.		οθʹ. Προφητεία τῆς ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων πολιορκίας, καὶ δέησις περὶ τῆς Χριστοῦ ἐπιφανείας.
80. Vocatio gentium ac doctrina eorum quæ priori populo contigerunt.	E	πʹ. Κλῆσις ἐθνῶν καὶ διδασκαλία τῶν συμβεβηκότων τῷ προτέρῳ λαῷ.
81. Confutatio principum Judaïci populi.		παʹ. Ἔλεγχος τῶν ἀρχόντων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους.
82. Deprecatio pro populo tristia perpesso; & prophetia de fine inimicorum Christi.		πβʹ Δέησις περὶ τοῦ πεπονθότος σκυθρωπὰ λαοῦ, καὶ προφητεία περὶ τοῦ τέλους τῶν ἐχθρῶν τοῦ Χριστοῦ.
83. Christi incarnatio & de ecclesiis.		πγʹ. Χριστοῦ ἐνανθρώπησις καὶ περὶ τῶν ἐκκλησιῶν.
84. Prophetia de Christo & iis qui per illum redemti sunt.		πδʹ. Προφητεία εἰς τὸν Χριστὸν καὶ τοὺς δι᾽ αὐτοῦ λελυτρωμένους.
85. Oratio Davidis & prophetia vocationis gentium.		πεʹ. Προσευχὴ Δαυὶδ καὶ προφητεία κλήσεως ἐθνῶν.

πϛʹ. Χριστοῦ ἐνανθρώπησις.	A 86. Christi incarnatio.
πζʹ. Χριστοῦ θάνατον προφητεύει.	87. Christi mortem prænuntiat.
πηʹ. Χριστοῦ βασιλεία ἐκ σπέρματος Δαυίδ.	88. Christi regnum ex semine David.
πθʹ. Ἰουδαίων ἀποβολή.	89. Judæorum reprobatio.
ϟʹ. Χριστοῦ νίκη καὶ πάντων τῶν κατ' αὐτὸν τελειουμένων.	90. Christi victoria, nec non omnium quotquot secundum illum consummati sunt.
ϟαʹ. Περὶ τῆς κατὰ θεὸν ἀναπαύσεως.	91. De quiete secundum Deum habenda.
ϟβʹ. Ὕμνος βασιλείας Χριστοῦ ἐπὶ τῆς προτέρας αὐτοῦ παρουσίας.	92. Hymnus regni Christi in primo ejus adventu.
ϟγʹ. Περὶ τῶν κατὰ τῆς ἐκκλησίας δογμάτων.	93. De dogmatibus adversus Ecclesiam.
ϟδʹ. Κλῆσις Ἰουδαίων καὶ ἀπόγνωσις αὐτῶν.	94. Vocatio Judæorum ac desperatio ipsorum.
ϟεʹ. Κλῆσις ἐθνῶν καὶ Χριστοῦ παρουσία.	B 95. Vocatio gentium & Christi adventus.
ϟϛʹ. Ὕμνος βασιλείας Χριστοῦ ἐπὶ τῆς προτέρας αὐτοῦ παρουσίας.	96. Hymnus regni Christi in primo ejus adventu.
ϟζʹ. Κλῆσις ἐθνῶν καὶ Χριστοῦ παρουσία.	97. Vocatio gentium, & adventus Christi.
ϟηʹ. Ὕμνος βασιλείας Χριστοῦ.	98. Hymnus regni Christi.
ϟθʹ. Κλῆσις ἐθνῶν.	99. Vocatio gentium.
ρʹ. Ὕμνος τοῦ κατὰ θεὸν τελείου.	100. Hymnus ejus qui secundum Deum perfectus est.
ραʹ. Ὀδυρμὸς ἐπὶ τῷ προτέρῳ καὶ προφητεία τοῦ λαοῦ, καὶ κλῆσις ἐθνῶν.	101. Lamentatio de priori populo, prophetia de (novo) & vocatio gentium.
ρβʹ. Διδασκαλία εὐχαριστίας.	102. Doctrina gratiarum actionis.
ργʹ. Διδασκαλία ἐξομολογήσεως.	103. Doctrina confessionis.
ρδʹ. Διδασκαλία τοῖς ἔθνεσι, τῶν εἰς τὸν πρότερον λαὸν τοῦ θεοῦ εὐεργεσιῶν.	C 104. Doctrina gentibus, de beneficiis Dei priori populo collatis.
ρεʹ. Διδασκαλία δυσσεβείας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους.	105. Doctrina de impietate Judaïci populi.
ρϛʹ. Προφητεία κλήσεως ἐθνῶν, καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους τοῦ θεοῦ λόγου ἐπιλάμψεως.	106. Prophetia vocationis gentium, ac de fulgido Christi ad homines adventu.
ρζʹ. Κλῆσις ἐθνῶν.	107. Vocatio gentium.
ρηʹ. Πάθη Χριστοῦ.	108. Christi passiones.
ρθʹ. Νίκη Χριστοῦ.	109. Christi victoria.
ριʹ. Εὐχαριστία Χριστοῦ.	110. Gratiarum actio Christi.
ριαʹ. Διδασκαλία Χριστοῦ.	111. Doctrina Christi.
ριβʹ. Νέου λαοῦ κλῆσις.	112. Vocatio novi populi.
ριγʹ. Νέου λαοῦ διδασκαλία.	D 113. Novi populi doctrina.
ριδʹ. Νέου λαοῦ προκοπή.	114. Novi populi profectus.
ριεʹ. Νέου λαοῦ τελείωσις.	115. Novi populi consummatio.
ριϛʹ. Κλῆσις ἐθνῶν.	116. Vocatio gentium.
ριζʹ. Νίκη τῶν ἐν Χριστῷ ἀγωνιζομένων καὶ προφητεία περὶ Χριστοῦ.	117. Victoria eorum qui in Christo concertant, & prophetia de Christo.
ριηʹ. Στοιχείωσις τῆς κατὰ θεὸν ἀναγωγῆς.	118. Capita alphabetica recti secundum Deum instituti.
ριθʹ. Παροικίας.	119. Habitationis.
ρκʹ. Ἐπανόδου Βαβυλῶνος καὶ τῆς διασπορᾶς.	120. Reditûs Babylone & dispersionis.
ρκαʹ. Ἀγαθῶν εὐαγγέλια.	121. Bonorum annuntiationes.
ρκβʹ. Εὐχῆς.	122. Orationis.
ρκγʹ. Εὐχαριστίας.	E 123. Gratiarum actionis.
ρκδʹ. Ἀποκαταστάσεως.	124. Restitutionis.
ρκεʹ. Προσδοκία μελλόντων.	125. Exspectatio futurorum.
ρκϛʹ. Οἰκοδομὴ ἐκκλησίας.	126. Ædificatio Ecclesiæ.
ρκζʹ. Κλῆσις ἐθνῶν.	127. Vocatio gentium.
ρκηʹ. Νίκη Χριστοῦ στρατιᾶς.	128. Victoria exercitus Christi.
ρκθʹ. Εὐχὴ μαρτύρων.	129. Oratio martyrum.
ρλʹ. Περὶ ταπεινοφροσύνης.	130. De humilitate.
ρλαʹ. Προσευχὴ τοῦ Δαυὶδ καὶ ἐπιφάνεια.	131. Oratio Davidis & adventus (Christi.)
ρλβʹ. Λαοῦ τελείου.	132. Populi perfecti.
ρλγʹ. Λαοῦ ἐρχομένου.	133. Populi venturi.

134. Doctrina ad institutionem.	A ρλδʹ. Διδασκαλία εἰσακτική.
135. Gratiarum actio redemti.	ρλεʹ. Εὐχαριστία λελυτρωμένου.
136. Sanctorum qui in captivitate degebant dicta.	ρλϛʹ. Ἁγίων φωναὶ τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ.
137. Gratiarum actio cum prophetia.	ρλζʹ. Εὐχαριστία μετὰ προφητείας.
138. Supplicatio justi cum theologia.	ρληʹ. Ἔντευξις δικαίου σὺν θεολογίᾳ.
139. Voces ejus qui secundum Deum pugnat.	ρλθʹ. Φωναὶ τοῦ κατὰ θεὸν ἀγωνιζομένου.
140. Precatio ejus qui secundum Deum perfectus est.	ρμʹ. Προσευχὴ τοῦ κατὰ θεὸν τελείου.
141. Vox ejus qui Dei causa impugnatur.	ρμαʹ. Φωναὶ τοῦ κατὰ θεὸν πολεμουμένου.
142. Precatio confitentis.	ρμβʹ. Προσευχὴ ἐξομολογουμένου.
143. Gratiarum actio victoris.	ρμγʹ. Εὐχαριστία νενικηκότος.
144. Hymnus cum theologia.	B ρμδʹ. Ὕμνος σὺν θεολογίᾳ.
145. Hymnus cum theologia.	ρμεʹ. Ὕμνος σὺν θεολογίᾳ.
146. Hymnus cum theologia.	ρμϛʹ. Ὕμνος σὺν θεολογίᾳ.
147. Hymnus cum theologia.	ρμζʹ. Ὕμνος σὺν θεολογίᾳ.
148. Hymnus cum theologia.	ρμηʹ. Ὕμνος σὺν θεολογίᾳ.
149. Hymnus cum theologia.	ρμθʹ. Ὕμνος σὺν θεολογίᾳ.
150. Adhortatio universalis ad hymnum persolvendum.	ρνʹ. Παρακέλευσις ὕμνου καθολική.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.
EUSEBII IN PSALMOS.

Videtur psalmus à psalterio ex nominis consonantia sic nuncupatus. Dicitur autem psalterium instrumentum musicum quodpiam, formâ à cithara distinctum; canticum vero hujusmodi instrumento pulsatum psalmus appellatur. Canticum porro, dictum musicum est sine instrumento modulate prolatum. Psalmus autem cantici dicitur, quando praeeunte cantici modulatione, psalterio pulsatur: canticum psalmi è converso. Ut in Regnorum & Paralipomenôn historiis fertur, David Rex post Saülis obitum, cùm reduxisset arcam Testamenti Domini, quæ in domo Abdodom, ex quo ex Azotiis translata fuerat, viginti annis consederat; atque in Jerusalem reposuisset illam, ex tribu Levi psalmorum cantores quatuor, Canticorum principes, sibi sorte delegit; ut in conspectu Arcæ Domino psallerent & cantarent, vocemque lætitiæ, in confessionem & laudem instrumentis concinnis proferrent, canticis, cinyris, nablis, tympanis, cymbalis, psalterio, & tubâ corneâ; videlicet Asaph, Æman, Æthan, Idithum, queis certus canticorum numerus constitutus erat; deputatis cantoribus ducentis octoginta octo; singulis nimirum septuaginta duo. Ex Chamo sive Chami progenie triginta duo; ex

C Ὁ μὲν ψαλμὸς ἔοικεν ἀπὸ τοῦ ψαλτηρίου παρωνύμως ἐπικεκλῆσθαι· λέγεται δὲ ψαλτήριον ὄργανόν τι μουσικὸν παρὰ τὴν κιθάραν διαλλάττον τῷ σχήματι, ἐν ᾧ τὴν κρουομένην ᾠδὴν ψαλμὸν προσαγορεύεσθαι. ᾠδὴν δὲ εἶναι τὴν διὰ μέλους ἀναφωνουμένην ἄνευ ὀργάνου ῥῆσιν μουσικήν. ψαλμὸν δὲ ᾠδῆς λέγεσθαι, ἐπειδὰν προηγησαμένης τὸ αὐτὸ τῆς ᾠδῆς μέλος, διὰ τοῦ ψαλτηρίου κρουσθῇ· ᾠδὴν δὲ ψαλμοῦ τὸ ἀνάπαλιν. ὡς ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν βασιλειῶν καὶ τῶν παραλειπομένων, Δαυὶδ ὁ βασιλεὺς μετὰ τὴν τοῦ Σαοὺλ D τελευτὴν, ἀναγαγὼν τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου, οὖσαν ἐν οἴκῳ Αβεδδὼμ ἔτεσιν εἴκοσιν, ἐξότου ἐκ τῶν Ἀζωτίων μετενήνεκτο, καὶ καταστήσας αὐτὴν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐπιλέγεται ἐκ τῆς φυλῆς Λευὶ κλήρῳ ψαλτῳδοὺς ἄρχοντας ᾠδῶν τέσσαρας, τοῦ ψάλλειν καὶ ᾄδειν ἐνώπιον τῆς κιβωτοῦ τοῦ κυρίου, καὶ ἀναφέρειν φωνὴν εὐφροσύνης εἰς ἐξομολόγησιν καὶ αἴνεσιν ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις, καὶ ᾠδαῖς, καὶ κινύραις, καὶ νάβλαις, καὶ τυμπάνοις, καὶ κυμβάλοις, καὶ ψαλτηρίῳ, καὶ κερατίνῃ, τὸν Ἀσὰφ, Αἰμὰν, Αἰθὰν, E Ἰδιθούμ· οἷς ἀριθμὸς ᾠδῶν ἐπετέτακτο, ᾀδόντων διακοσίων ὀγδοήκοντα ὀκτὼ, ἑκάστῳ ἑβδομήκοντα δύο, ἐκ τοῦ Χὰμ λβʹ. τοῦ Σὴμ κεʹ. τοῦ Ἰάφεθ ιεʹ. οἵ τινες ἑστῶτες ἐμπροσθεν

τῆς κιβωτοῦ διαθήκης κυρίου, ἔψαλλον καὶ ᾖδον τῷ κυρίῳ· ὃς μὲν ἐν κινύρᾳ, ὃς δὲ ἐν κυμβάλοις· ὃς δὲ ἐν κιθάρᾳ, ὃς δὲ ἐν ψαλτηρίῳ, ὧν μέσος ἵστατο ὁ μακάριος Δαυΐδ, αὐτὸς ἄρχων ἀρχόντων ᾠδῶν, κρατῶν ἐπὶ χεῖρας τὸ ψαλτήριον. ἕκαστος δὲ ᾖδεν καὶ ἔψαλλεν ὑμνῶν τὸν θεὸν ἁγίῳ πνεύματι τεταγμένως. ἡνίκα τοίνυν ἐσκίρτα τὸ πνεῦμα ἐπί τινα τῶν ἀρχόντων τῶν ψαλτῳδῶν, οἱ λοιποὶ ἡσυχίαν ἦγον παρεστῶτες καὶ * ὑπακούοντες συμφώνως τῷ ψάλλοντι, Ἀλληλούϊα.

Ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν ἄνευ τῆς τοῦ ἀριθμοῦ προσθήκης ἀνεγράφησαν οἱ πάντες καὶ διαφόρως. οἱ μὲν εἰσὶ συνημμένοι, οἱ δὲ διῃρημένοι. ἀμέλει ὁ μὲν πρῶτος καὶ δεύτερος συνημμένοι εἰσὶ κατὰ τὸ Ἑβραϊκόν, καὶ πάλιν ὁ ἔνατος συνημμένος παρ' ἡμῖν, ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ διῄρηται εἰς δύο. παρατηρητέον δὲ ὅτι μὴ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν τῆς ἱστορίας χρόνων ἡ τῶν ψαλμῶν σύγκειται τάξις, ἐνήλλακται δὲ παρὰ πολύ, καθὼς ἡ βίβλος τῶν βασιλειῶν, καὶ αὐτὴ ἡ τάξις δηλοῖ. πολλῆς τοίνυν κατακρατησάσης εἰδωλολατρείας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, λήθην αὐτούς φασι πεποιῆσθαι τῶν πατρίων γραφῶν, ὡς μηδὲ τοῦ Μωϋσέως νόμου βίβλον ἐπιφέρεσθαι· μηδὲ μνήμην τῆς τῶν πατέρων εὐσεβείας ἀποσώζειν. οὕτω γοῦν τοὺς προφήτας ἀνῄρουν διελέγχοντας αὐτῶν τὰς δυσσεβείας. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἐν τοιαύτῃ καταστάσει καιρῶν καὶ τῶν ἐμφερομένων τινὰς τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν διαπεπτωκέναι, λήθῃ τε μακροῖς παραδεδόσθαι χρόνοις. ὕστερον δὲ μετὰ ταῦτα εἴτε Ἔσδραν, εἴτε τινὰς ἑτέρους προφήτας, περὶ τὴν συναγωγὴν αὐτῶν ἐσπουδακέναι, μεθ' ὧν καὶ τὴν βίβλον τῶν ψαλμῶν ἠνοχέναι,(sic) οὐκ ἀθρόως εὑρόντα τοὺς πάντας, ἀλλὰ κατὰ διαφόρους χρόνους. καὶ τάξαι δὲ ἐν πρώτοις τοὺς πρώτους εὑρισκομένους· μηδὲ τοὺς τοῦ Δαυΐδ ἐφεξῆς κεῖσθαι πάντας· ἔν τε τῷ μεταξὺ καὶ τῶν υἱῶν Κορέ, καὶ τοῦ Ἀσάφ, καὶ Σολομῶντος, καὶ Μωϋσέως, Αἰμάν τε, καὶ Αἰθάν, καὶ Ἰδιθούμ, καὶ πάλιν τοῦ Δαυΐδ εὑρίσκεσθαι ἀναμὶξ ἐν τῇ βίβλῳ κατατεταγμένους, οὐ καθ' οὓς ἐλέχθησαν χρόνους, ἀλλὰ καθ' οὓς εὕρηνται. ὅθεν τε συμβῆναι τοὺς τοῖς χρόνοις ὑστέρους πρώτους εὑρεθέντας, ἀναληφθῆναι προτέρους· τοὺς δὲ προτέρους μετὰ ταῦτα εὑρεθέντας, ἐν δευτέρᾳ ταγῆναι χώρᾳ· τὸ δ' αὐτὸ εὕροις γεγενημένον ἐν τοῖς προφήταις.

Πάντα ὥσπερ ἐν μεγάλῳ τινὶ καὶ κοινῷ ταμείῳ τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν τεθησαύρισται. κἀκεῖνο δὲ τηρητέον, ὡς ἡ βίβλος τῶν ψαλμῶν καινὴν διδασκαλίαν περιέχει μετὰ τὴν Μωϋσέως νομοθεσίαν. καὶ ὅτι δευτέρα μετὰ τὴν

A Semo viginti quinque; ex Japheto quindecim, qui stantes coram Arca testamenti Domini, psallebant, canebantque Domino; alii cinyrâ, alii cymbalis, quidam citharâ, aliqui psalterio: in quorum medio consistebat David, ipse princeps principum canticorum, manu tractans psalterium. Singuli vero canebant & psallebant, hymnis Deum concinne, Spiritu sancto moti, celebrantes. Cùm itaque Spiritus in quempiam principum cantorum insiliret, cæteri quietè agebant adstantes ac voce consona psallenti respondentes, *Alleluia.*

B In Hebraïco psalmorum libro, psalmi omnes sine numeri additione variè inscripti sunt. Et sunt quidem alii conjuncti, alii vero divisi. Sane primus & secundus juxta Hebraïcum copulantur: nonus contra qui apud nos conjunctus est, in duos apud Hebraïcum textum distribuitur. Observandum autem est, non ad seriem historiæ temporum, psalmorum ordinem constitutum esse: siquidem multum commutatur, uti Regnorum liber ac vel ipse ordo declarat. Cum itaque multo idololatriæ genere Judaïcus populus detinere- C tur, dicunt eo usque devenisse, ut patrias scripturas è memoria oblitterarent; ita ut neque Mosaïcæ legis liber ultra reperiretur, neque paternæ pietatis memoriam conservarent. Enimvero prophetas impietatem suam coarguentes interficiebant. Nihil itaque mirum est in tali temporum conditione, psalmos aliquot olim in psalmorum libro occurrentes, longo annorum curriculo incuria oblitteratos excidisse. Sub hæc autem aiunt sive Esdram, sive alios quosdam prophetas, ipsos colligendi curam suscepisse: posteaque psal- D morum librum consecrasse, nec confertim repertos omnes fuisse, sed diversis temporibus. Primos autem collocasse eos qui primi inventi fuerant; hincque factum ut ii qui à Davide conscripti sunt non consequenter jaceant, sed commixti cum iis qui filiorum Core, Asaphi, Salomonis, Moysis, Æman, Æthan, Idithum, rursumque Davidis inscribuntur: non ratione temporis quo primùm editi & pronuntiati, sed quo deprehensi sunt. Hincque contigisse, ut qui tempore posteriores erant, cum primi reperti fuerint, primi E repositi sint; ac vice versa qui primi fuerant, quia post alios eruti sunt, posteriorem in locum sint constituti: quod ipsum in Prophetis factum deprehendas.

In libro psalmorum omnia ceu in magno ac publico penuario recondita sunt. Observandum autem est librum psalmorum post Moysis legem, novam complecti doctrinam, ipsumque post memoratam Moysis scriptu-

* Ὑπακούειν, id est, *respondere* : multa hujus significationis exempla adtulimus in editione Athanasii. Vide in Onomastico ibidem.

ram, secundum, ad doctrinam spectantem, esse librum. Cum itaque post mortem Moysis & Jesu, & post Judicum tempus, David ætatem duxerit; utpote qui Salvatoris pater nuncupari meruerit, novum ipse modum, psalmodiæ scilicet, primus Hebræis tradidit; quo illa quæ de sacrificiis à Moyse sancita fuerant de medio tollit, novumque divini cultûs morem per hymnos ac jubilationes invehit: aliaque bene multa Moysis legem longe superantia per totum opus edocet.

A Μωϋσέως νομοθεσίαν γραφὴν διδασκαλικὴ βίβλος αὕτη τυγχάνει. μετὰ γοῦν τὴν Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ τελευτὴν καὶ μετὰ τοὺς κριτὰς Δαυὶδ γενόμενος· ὡσανεὶ τοῦ σωτῆρος αὐτὸς χρηματίσαι πατὴρ καταξιωθεὶς, καινὸν τρόπον τὸν τῆς ψαλμῳδίας πρῶτος Ἑβραίοις παρέδωκεν· [a] δι' ἧς ἀναιρεῖ μὲν τὰ παρὰ Μωϋσῇ περὶ θυσιῶν νενομοθετημένα, καινὸν δὲ τὸν δι' ὕμνων καὶ ἀλαλαγμῶν τρόπον τῆς τοῦ θεοῦ λατρείας εἰσάγει. καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα τὸν Μωϋσέως νόμον ὑπερβεβηκότα δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς πραγματείας διδάσκει.

B

Eusebii Cæsariensis de Diapsalmate.

Diapsalma scripserunt interpretes illi quinque principes, qui à Davide rege ex tribu Levi adlecti sunt: quorum hæc nomina; Asaph, filii Core, Æman, Ætham, Idithum: hosce certus canticorum numerus consequebatur: scilicet singulos septuaginta duo. Hi stabant in conspectu sanctuarii Domini, laudantes omnium Dominum; alius cymbala, alius psalterium, alius cinyram, alius tubam corneam, alius citharam tenebat. Quorum in medio stabat David. Hocque pacto cantica auspicabantur, hujusmodi instrumenta manibus tenentes. Atque singuli Spiritu sancto movente Deum hymnis celebrabant, omnesque unà psallenti succinebant, *Alleluia.* Absistente autem ad breve tempus Spiritûs sancti gratiâ: organis deinceps cessantibus, tunc, uti par erat, diapsalma scribebant.

Εὐσεβίου Καισαρείας περὶ τοῦ διαψάλματος.

Ἔγραψαν τὸ διάψαλμα οἱ ἑρμηνεύσαντες πέντε ἄρχοντες, οἳ ἐξελέγοντο ὑπὸ Δαυὶδ τοῦ βασιλέως ἐκ τῆς φυλῆς Λευὶ ὧν τὰ ὀνόματα εἰσὶ ταῦτα, Ἀσάφ, οἱ υἱοὶ Κορὲ, Αἱμὰν, Αἰθὰμ, Ἰδιθοὺμ, τούτοις ἀριθμὸς ᾠδῶν παρηκολούθει, ἑκάστῳ ἑβδομήκοντα δύο. οὗτοι ἵσταντο ἐνώπιον τοῦ ἁγιάσματος κυρίου, αἰνοῦντες τὸν πάντων δεσπότην· ὃς μὲν κύμβαλα, ὃς δὲ ψαλτήριον, ὃς δὲ κινύραν, ὃς C δὲ κερατίνην, ὃς δὲ κιθάραν ἔχων. ὧν μέσος ἵστατο ὁ Δαυὶδ, καὶ οὕτως ἤρχοντο τῶν ᾠδῶν κρατοῦντες ἐπὶ χεῖρα τὰ τοιαῦτα ὄργανα· καὶ ἕκαστος πνεύματι ἁγίῳ κινούμενος ὕμνει τὸν θεὸν, καὶ πάντες ἐπεφώνουν τῷ ψάλλοντι τὸ Ἀλληλούϊα. ὁπηνίκα δὲ ἡ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀπέστη χάρις πρὸς βραχὺ, τῶν ὀργάνων λοιπὸν μὴ κινουμένων, τὸ τηνικαῦτα εἰκὸς καὶ τὸ διάψαλμα ἔγραφον.

[a] Id est: de medio tollit sacrificiorum leges, non reipsâ abolendo, sed prænuntiando abrogandas esse.

ΨΑΛΜΟΣ

ΨΑΛΜΟΣ Α΄.

Μακάριος ὁ ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. ἐπεὶ φυσικῶς ὀρεγόμεθα πάντες τοῦ μακάριοι εἶναι, τέλος ἀγαθοῦ τὸ μακάριον δεχόμενοι, πεπλανημένως γε μὴν πολλοὶ τοῦτο μεταδιώκειν ἐν σωμάτων ἡδοναῖς ἡγοῦνται, πλούτους θαυμάζοντες καὶ ἀξιώματα, καὶ τὰς ἐν τῷ παρόντι βίῳ τρυφάς, εἰκότως ὁ λόγος ἐν τούτοις ὅθεν ἐχρῆν τὴν καταρχὴν ἐποιήσατο τῆς κατὰ θεὸν ὑμνῳδίας, τὸν ἀληθῶς μακάριον καὶ τέλους ἀγαθοῦ τοῦ παρὰ θεῷ ἠξιωμένον ὑπογράφων. καὶ ἐνταῦθα μὲν διὰ τὸ σπάνιον τῶν πάλαι πρότερον κατορθούντων, ἕνα τινὰ μακαρίζει. ὁ δὲ σωτὴρ ἡμῶν πλείονας ποιῶν μακαρίους, πληθυντικῶς τοὺς μακαρισμοὺς προσφέρεται· πάντων δὲ πρῶτος αὐτὸς ἂν εἴη ὁ μακαριζόμενος· διὸ καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀνοίσει τις τὸν παρόντα ψαλμόν, ἅτε γενόμενον ἄνδρα τῆς νύμφης αὐτοῦ ἐκκλησίας· τοῦτο δὲ ἔοικεν ἡ ἑβραϊκὴ φωνὴ παριστᾶν, καθ' ἣν μακάριος * ὁ ἀνὴρ μετὰ τῆς τοῦ ἄρθρου προσθήκης εἴρηται.

* Hebraicus textus.

Καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν. πρῶτοί εἰσιν οἱ τὴν ψευδώνυμον ἔχοντες γνῶσιν, μηδὲν ἔχοντες ἑστηκός, ἀλλ' ἀνεξετάστοις κινούμενοι λογισμοῖς ἐν οἷς ἂν βουληθῶσιν, οἱ ἀσεβεῖς. δεύτεροι, πάντες οἱ μετὰ γνῶσιν ἀληθείας ἐξαμαρτάνοντες. οἱ δὲ λοιμοὶ τρίτοι, μὴ μόνον νοσοῦντες, ἀλλὰ καὶ φθοροποιοῦ διδασκαλίας μεταδιδόντες τοῖς ἄλλοις, ἢ κατὰ γνῶσιν, ἢ κατὰ πρᾶξιν, ἢ κατ' ἀμφότερα. οἱ καὶ ἐνίδρυνται τῷ κακῷ, τῶν δευτέρων ἑστηκότων ἐν ἁμαρτίαις, τῶν δὲ πρώτων ὁδευόντων ἐν πλάνῃ. ὁ δὲ πάντων τούτων ἀπηλλαγμένος μακάριος.

Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. ἐπειδὴ πολλή τις ἐστὶ διαφορὰ τῶν φόβῳ τιμωριῶν εὖ πράττειν κατηναγκασμένων, καὶ τῶν προαιρέσει αὐτῶν τὸ καλὸν αἱρουμένων, διὰ τοῦτό φησι, ἐν τῷ νόμῳ κυρίου θέλημα αὐτοῦ· νόμον δέ φησιν, οὐ πάντως τὸν σκιώδη καὶ τυπικὸν νόμον, πολὺ δὲ πρότερον τὸν ἐν αὐτῷ λεληθότα πνευματικὸν λόγον. εἴη δ' ἂν νόμος κυρίου καὶ ὁ κατὰ φύσιν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐνεσπαρμένος, δι' οὗ κατορθῶσαι λέγονται οἱ πρὸ τοῦ διὰ Μωϋσέως νόμου ἅγιοι, περὶ ὧν φησιν ὁ ἀπόστολος· ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, τὸν γραπτὸν δηλονότι, φύ-

PSALMUS I.

BEATUS *vir qui non abiit in consilio impiorum.* Quandoquidem vel ipso naturæ instinctu omnes beatitudinem appetimus, boni finem statuentes felicitatem; erroreque mentis ducti complures, illam in voluptatibus corporeis quærendam putant, divitias, dignitates, præsentisque vitæ voluptates in pretio habentes; hinc jure hymnorum ad Deum laudandum exordium ductum est, describiturque quisnam vere beatus sit, atque bonum finem à Deo consequatur. Et sane hic, quia perquam rari fuerant ii qui olim probè vitam egerant, unum quempiam beatum prædicat Psalmista. At Servator noster qui complures beatos effecit, pluraliter beatitudines profert. Primus autem ipse jure dicatur eorum qui beati prædicantur. Quamobrem in illum referendus primus psalmus est; utpote qui vir fuerit Ecclesiæ sponsæ suæ. Quod videtur Hebraica voce significari, juxta quam, *Beatus vir*, cum articuli addito dictum est. 1.

Et in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestiferorum non sedit. Primi sunt qui falsò nominata cognitione imbuti sunt (i. Gnostici) qui nihil firmum stabileque habent; sed pro lubito suo, nullo examine ponderatis cogitationibus moventur, impii homines. Secundi sunt quotquot post cognitionem veritatis in peccata incidunt. Tertii pestiferi homines, qui non modo ægritudine laborant; sed corruptâ doctrinâ alios imbuunt; sive secundum cognitionem, sive secundum operationem, sive secundum utramque: qui scilicet in malo firmantur, dum secundi in peccatis perseverant, & primi in erroris via gradiuntur. Qui autem omnibus iis liberatus & vacuus est, beatus dicitur.

Sed in lege Domini voluntas ejus, & in legi ejus meditabitur die ac nocte. Quia multum discriminis est inter eos qui metu supplicii necessitateque coacti bene agunt, & eos qui propriæ voluntatis delectu ad bonum se conferunt, ideo ait: *In lege Domini voluntas ejus.* Legem autem dicit, non umbratilem illam & figuratam, sed potius spirituale verbum in ea latens & obvolutum. Fuerit etiam fortasse lex Domini ea quæ omnibus hominibus ab ipsa natura insita est; qua duce dicuntur probe vixisse sancti qui ante Moysis legem fuerunt: de quibus ait Apostolus: *Cum enim gentes, quæ legem non habent*, scriptam videlicet, *natu-* 2.

Rom. 2. 14.

* In Hebraico legitur האיש quasi dicas, *ille vir.*

taliter ea quæ legis sunt faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex. Aut lex Domini fuerit Evangelicum verbum, ab ipso Domino & Salvatore nostro omnibus gentibus annuntiatum.

3. *Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Qui per totam vitam suam omnique tempore nocte ac die divinæ legi vacat, & rivis, ex eo fluentibus, spiritualibus irrigatur, admodum apposite ligno, cujus radices proxime aquas positæ sunt, comparatur. Quapropter revera beatus ille, utpote qui divinis potus irrigatusque disciplinis, suum opportuno tempore fructum præbeat. Deinceps quia Dei filius lignum vitæ est juxta Salomonem qui
Prov. 3. 18. de Sapientia talia fatur: *Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam*, & qui ea, sive ipso Domino, nixi fuerint, securè degunt; jure ac merito qui beatus prædicatur, filio Dei similis dicitur, qui secus decursus aquarum situs est, quique testimonio ac prædicatione doctorum divinæ Scripturæ, ac prophetarum annuntiatur: nam ii emissiones aquarum in Scriptura divina appellantur. Huic itaque comparatur qui beatus dicitur, irrigatus fluentis rivorum spiritualium à Scriptura Sacra manantium, & fructum proferens bonum.

Et folium ejus non defluet, & omnia quæcumque faciet prosperabuntur. Et folia ejus, ut alius inquit, quæ diversa sunt à perfecto fructu, videlicet opera mortalis hujusce vitæ, humanique vivendi curriculi, in quo fructus ille perfectus spectatur & observatur, non defluent, dum ipse probè vivendi curam habebit; quamobrem in cunctis operibus suis à Deo rectè prospereque dirigetur. Alia vero ratione sic explicatur: Beatus ille qui semper intelligibilibus divinæ doctrinæ aquis irrigatur, & in præsenti vita ceu ager congruenter colitur, dabit fructum suum in tempore suo. Tempus porro ejus, futurum sæculum est: præsentis quippe vitæ tempus non ipsi proprium, sed alienum est; quamobrem in tempore suo præsentis agriculturæ fructus Deo proferet. Alio quoque modò intelligitur; nimirum, ille qui beatus prædicatur, ex mortali vita translatus, promissionem habebit se futurum in paradiso Dei quasi lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.

4. *Non sic impii, non sic, sed tamquam pulvis quem projicit ventus à facie terræ.* Beatus ille qualis hic describitur: & sane hujusmodi homines admodum rari paucique sunt. At impii magno numero; qui ut

A σι τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος· ἢ νόμος κυρίου εἴη ἂν ὁ παρ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατηγγελμένος εὐαγγελικὸς λόγος.

Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ· ὁ διὰ πάσης τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς καὶ ἐν παντὶ καιρῷ νυκτός τε καὶ ἡμέρας τῷ θείῳ σχολάζων νόμῳ, καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ λογικοῖς νάμασιν ἀρδόμενος, σφόδρα
B οἰκείως φυτῷ παρ' ὕδασιν ἐρριζωμένῳ παραβέβληται· διὸ καὶ μακάριος ὡς ἀληθῶς οὗτος, ἅτε μάλιστα ποτιζόμενος τοῖς θείοις μαθήμασιν, ὥριμον ἑαυτοῦ τὸν καρπὸν ἀποδίδωσιν. Εἶτ' ἐπειδὴ ξύλον ἐστὶ ζωῆς ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς κατὰ τὸν Σολομῶντα φήσαντα περὶ τῆς σοφίας· ξύλον ἐστὶ ζωῆς πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν ὡς ἐπὶ κύριον ἀσφαλῆ (sic) εἰκότως ὁ μακαριζόμενος τῷ τοῦ θεοῦ υἱῷ ἀφωμοίωται τῷ παρὰ τὰς διεξόδους ὄντι τῶν ὑδάτων μαρτυρουμένῳ καὶ κηρυττομένῳ ὑπὸ
C τῶν τῆς θείας γραφῆς διδασκάλων καὶ προφητῶν, οἵτινες καὶ ἀφέσεις ὑδάτων παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ λέγονται γραφῇ· τούτῳ οὖν ἀφωμοίωται ὁ μακαριζόμενος, ἀρδόμενος διεξόδοις τῶν ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς πνευματικῶν ναμάτων, καρπόν τε ἀγαθὸν προφέρων.

Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. καὶ τὰ φύλλα δὲ αὐτοῦ, ὡς ἄλλος φησίν, ἕτερα ὄντα παρὰ τὸν τέλειον καρπόν, τὰ κατὰ τὸν θνητὸν δηλαδὴ βίον πράγματα, τά τε κα-
D τὰ τὴν ἀνθρωπίνην ζωήν, καθ' ἣν καὶ ὁ τέλειος καρπὸς σκέπεταί τε καὶ φυλάττεται καὶ οὐκ ἀπορρεῖ, * μέχρι καὶ τούτων ἀκριβῶς βίου παραφυλαττομένου, διὸ καὶ ἐν πᾶσιν οἷς ἂν ποιῇ ὑπὸ τοῦ θεοῦ κατευοδωθήσεται. καὶ ἄλλως ὁ μακάριος διὰ παντὸς ἀρδόμενος ὕδασι λογικοῖς τῆς ἐνθέου διδασκαλίας, καὶ τῆς προσηκούσης γεωργίας κατὰ τὸν παρόντα βίον τυγχάνων ἐν καιρῷ τῷ ἑαυτοῦ δώσει τὸν ἑαυτοῦ καρπόν. καιρὸς δὲ αὐτοῦ ὁ μέλλων ἐστὶν αἰών. ἐπειδὴ τοῦ παρόν-
E τος οὐκ ἔστιν οἰκεῖος, ἀλλ' ἀλλότριος. διὸ ἐν ἐκείνῳ τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ τῆς ἐνταῦθα γεωργίας ἀποδώσει τῷ θεῷ τοὺς καρπούς. καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, ὁ μακαριζόμενος μεταφυτευθεὶς ἐκ τοῦ θνητοῦ βίου ἐπαγγελίαν ἔχει ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ θεοῦ ἔσεσθαι, ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων.

Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκριπτεῖ ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. ὁ μὲν μακάριος τοιοῦτος οἷον ὁ λόγος διέγραψεν· σπάνιος δὲ οὗτος καὶ ἐν ὀλίγοις εὑρισκόμενος. πολλοὶ δὲ οἱ ἀσεβεῖς, οἵτινες

A ὡς μηδὲν ἔχοντες τοῦ μακαρίου διαβέβληνται. καρπὸν γὰρ πρόσκαιρον καὶ σκεδαστὸν καὶ ἀπολλύμενον κτησάμενοι, γεγόνασιν ὡς ὁ χνοῦς ὃν ἐκριπτεῖ ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων. κατὰ κοινοῦ τὸ, ἐν βουλῇ δικαίων ἀκούσεις, ὡς εἶναι τὴν διάνοιαν τοιαύτην· ἐπεὶ μηδὲν γόνιμον μηδὲ ζωτικὸν, ἀλλ' οὐδὲ καρπὸν θεοῦ ἄξιον τοῖς δικαίοις παραπλησίως οἱ ἀσεβεῖς προηνέγκαντο· B διὰ τοῦτο ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ, οὔτε οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων ἀναστήσονται. ἀντὶ δὲ βουλῆς ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων συναγωγὴν ἡρμηνεύκασι, συνέλευσιν δὲ ὁ Σύμμαχος. βουλὴν τοίνυν ἡγητέον ἐνταῦθα εἰρῆσθαι τὴν σύνοδον τῶν ἁγίων, ὡς καὶ ἐν ἀρχῇ εἴρηται. κατὰ δὲ τὸ ἐναντίον τὴν σύνοδον τῶν ἀσεβῶν δηλοῦσθαι ἐκ τοῦ ἐν βουλῇ ἀσεβῶν. πλὴν ἀναστήσονται ἐπὶ κολάσει καὶ τιμωρίᾳ. πᾶν γὰρ C τὸ ποίημα ἄξει ὁ θεὸς εἰς κρίσιν ἐν παντὶ παρεωραμένῳ, ἐάν τε ἀγαθὸν ᾖ, ἐάν τε πονηρόν. σημείωσαι δὲ ὅτι πρῶτος Δαυὶδ καὶ ἀνάστασιν καὶ κρίσιν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐσομένην, καὶ ἐπαγγελίαν ζωῆς μελλούσης σαφῶς ἐδίδαξεν, Μωϋσέως μηδὲν τοιοῦτον παραδεδωκότος.

Ὅτι γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. σημείωσαι καθολικῶς ὅτι καλὸν μὲν γινώσκεται ὑπὸ κυρίου, φαῦλον D δὲ οὐδὲν οὐδέποτε. καλὸν γὰρ ὁδὸς δικαίων, καὶ οὐκ εἶπεν· γινώσκει κύριος ὁδὸν ἀσεβῶν, ἤτοι τῶν ἀπολλυμένων. ἀλλὰ, καὶ ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. ὁδὸς δὲ δικαίων ὁ εἰπών· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. καὶ τό· ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθή. ἐπὶ τούτων ἀναφέρεται.

A nihil habentes apud beatum illum male audiunt; fructum quippe temporaneum, mutabilem ac periturum possidentes, facti sunt quasi *pulvis quem projicit ventus à facie terræ.*

Ideo non resurgent impii in judicio, neque 5.
peccatores in concilio justorum. In communi, illud, *In concilio justorum* accipias; ita ut hæc sententia fuerit: Quandoquidem nihil fertile, vitale nihil, neque fructum Deo dignum, qualem dederunt justi, impii protulere; B ideo in judicii tempore, *Neque peccatores in concilio justorum* resurgent. Pro concilio autem Aquila & Theodotio *Synagogam* interpretati sunt; Symmachus verò, *Conventum*. Concilium igitur hic intelligas conventum Sanctorum, ut in principio dictum est. Oppositoque sensu illud, *in concilio impiorum*, pro conventu impiorum accipias. Cæterum resurgent ipsi quoque, sed ad pœnam atque C supplicium; *Nam cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, sive bonum sive malum illud fuerit.* Notandum autem est, primum Davidem resurrectionem & futurum post resurrectionem judicium, necnon futuræ vitæ promissionem, aperte docuisse: Moyses quippe nihil hujusmodi uspiam tradidit.

Aquila Theodotionis Symmachi.

Eccles. 12. 14.

Quoniam novit Dominus viam justorum, 6.
& iter impiorum peribit. Hic generatim notes velim, bonum quidem Domino cogni- D tum esse, sed malum neutiquam. Bona quippe est justorum via, neque dicitur: novit Dominus viam impiorum, videlicet eorum qui in perniciem eunt; sed: *Novit Dominus qui sunt ejus.* justorum autem via est is qui dixit: *Ego sum via*, & illud: *Videte quæ sit via bona.* Hæc respicit psalmus.

Joan. 14. 6.

Jerem. 6. 16

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩι ΔΑΥΙΔ Β.

Ἐξήγησις ψαλμοῦ β΄.

Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά. προφητείαν ἐντίθησι Χριστοῦ παρουσίας προσαγορευτικήν. καὶ ὡς ὑπὸ Ἰουδαίων μὲν ἐπιβουλευθήσεται, κρατήσει δὲ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων, καὶ ὡς δι' αὐτοῦ πάντες μακάριοι ἔσονται οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ. ὁ μὲν οὖν πρῶτος ψαλμὸς ἕνα τινὰ σπανίως σωζόμενον ἐμακάριζεν· ὁ δὲ παρὼν, ὁμοῦ πλήθη καλεῖ ἐπὶ τὸν μακαρισμόν· ἐπεὶ καὶ κλῆσιν τῶν ἐθνῶν ἁπάντων περιέχει, καὶ τὰς βασιλείας τῆς γῆς ἐπὶ τὴν σωτηρίαν καλεῖ. ταῦτα δὲ πάντα διὰ τοῦ Χριστοῦ προξενηθήσεσθαι ἀνθρώποις θεσπίζει σφόδρα ἀκολούθως. ἔδει γὰρ ἡμᾶς προμεμαθηκότας περὶ τῶν δύο ὁδῶν, ἑξῆς καὶ τὰ περὶ

PSALMUS DAVID II.

Explanatio Psalmi II.

E QUARE *fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?* Prophetiam adfert, 1.
qua Christi adventus enuntiatur; quo pacto scilicet futurum sit ut Judæorum insidiis appetatur, gentiumque omnium dominetur, & quotquot in eum fiduciam habebunt, ejus opera felices evadant. Primus itaque psalmus parcè loquens unum dumtaxat qui salutem consequutus est beatum prædicat; hic vero psalmus ad felicitatem multitudinem vocat. Siquidem omnium unà gentium vocationem complectitur, regnaque terræ invitat ad salutem. Hæc porro bona per Christum hominibus obventura consequenter admodum vaticinatur. Par enim erat nos de duabus viis prius

instructos, ea quæ Salvatorem spectant deinceps ediscere; per quem omnes homines cùm impiorum viam effugerunt, tum viam salutarem per fidem in ipsum ingressi sunt: quod hisce verbis declaratur: *Beati omnes qui confidunt in eo.*

2. *Astiterunt Reges terræ, & principes convenerunt in unum, adversus Dominum & adversus Christum ejus.* Salvator hominibus, advenit Christus Dei; Salvator, inquam, & luminare gentibus universis, doctor pietatis, autor temperantiæ, justitiæ antistes, omnium virtutum ac divinæ veræque cognitionis causa. Cur ergo, inquit, pro tot tantorumque bonorum adventu gentes tumultuantur? Si is advenit qui Moysis legem implet ac perficit, ut ipse declarat his verbis: *Non veni solvere legem, sed adimplere;* si per ipsum oracula prophetarum finem nacta sunt; quid causæ est cur ii qui hæc meditantur, hæc in ore ferre procurant, Judaici videlicet populi, vanam adversus eum meditationem & curam susceperint? Imo verò principes gentium per universum orbem, & Reges terræ qui variis temporibus dominatum obtinuere, quid grave perpessi, quamve calumniandi & querendi causam habentes, unà omnes in hanc improbam concordiam adducti sunt, ut insidias simul struerent, impiumque consilium inirent adversus universorum dominum ac regem Deum, & adversus Christum ejus? Ii ergo qui adversus Salvatorem, ab omnium Domino ac Deo hominibus missum, bella gesserunt, quique doctrinam ejus insectati sunt, Ecclesiamque diversis temporibus vexarunt, reges nimirum ac principes terræ, ignoraverunt se non modò contra Christum, sed etiam adversus eum à quo missus Christus est, impietatem extendisse suam. Christum igitur nominatim insidiis hominum appetitum, aperte hoc in vaticinio expressum habemus: in sequentibus autem filius Dei nominatur; sed etiam docemur gentes omnes finesque terræ in hæreditatem ipsi à Patre donandos: quæ omnia in uno Salvatore nostro completa esse demonstratur. Quia vero apud Judæos alii Christi fuere, Sacerdotes videlicet & Reges gentis illius; perpende mihi, quæso, cui eorum, quæ in vaticinio feruntur contigere: num quis alius insidiis appetitus sit; num quis filius Dei audierit; num quis gentibus universis imperarit; num quis per universum orbem ut Christus habitus fuerit. Sed neminem hujusmodi quispiam proferre valeat; solus namque Salvator noster Jesus Christus, hoc suo nomine totum adimplevit orbem, dum Christianis suo nomine sic vocatis universam terram replevit: atque in hoc solo quæ dicta sunt omnia ad terminum deducta sunt.

Matt. 5.17. (margin, beside "ut ipse declarat his verbis")

A τοῦ σωτῆρος παιδευθῆναι, δι' οὗ πάντες ἄνθρωποι τὴν μὲν τῶν ἀσεβῶν ὁδὸν ἐξέφυγον, ἔτυχον δὲ τῆς ὁδοῦ τῆς σωτηρίου διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως. ὃ δὴ παρίστησι φάσκων ὁ λόγος· μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτόν.

Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ. σωτὴρ ἀνθρώποις ἐπιδεδήμηκεν ὁ χριστὸς τοῦ θεοῦ, σωτὴρ καὶ φωστὴρ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων, διδάσκαλος εὐσεβείας, σωφροσύνης καθηγεμών,
B δικαιοσύνης ἀρχηγός, ἀρετῆς ἁπάσης καὶ θεογνωσίας ἀληθοῦς αἴτιος. τί δὲ οὖν φησὶ, ταράττεται τὰ ἔθνη ἐπὶ τῇ τῶν τοσούτων ἀγαθῶν παρουσίᾳ; Εἰ δὲ καὶ πληρωτὴς ἐλήλυθεν τοῦ Μωϋσέως νόμου, ὥσπερ οὖν αὐτὸς διδάσκει λέγων· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι, καὶ τὰ τῶν προφητῶν λόγια δι' αὐτοῦ τέλους ἐτύγχανεν, τί δὲ οἱ ταῦτα μελετῶντες, καὶ διὰ στόματος αὐτὰ φέρειν σπουδάζοντες, οἱ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους λαοὶ ματαίαν ἐποιήσαντο περὶ αὐτοῦ μελέτην; ἀλλὰ καὶ οἱ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης
C τῶν ἐθνῶν ἄρχοντες, οἵ τε κατὰ χρόνους βασιλεῖς τῆς γῆς, τί δὴ παθόντες δεινὸν, ἢ τί λέγειν ἔχοντες διαβολῆς ἄξιον, ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ κακὴν ταύτην συνετάξαντο συμφωνίαν, ὡς μίαν ἐπιβουλὴν ἀρτῦσαι καὶ μίαν ἀσεβῆ γνώμην βουλεύσασθαι κατὰ τοῦ τῶν ὅλων δεσπότου τε καὶ βασιλέως θεοῦ, καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ; οἱ γοῦν τὸν ὑπὸ τοῦ πάντων κυρίου τε καὶ θεοῦ ἀπεσταλμένον ἀνθρώποις σωτῆρα πολεμοῦντες, ἐλαύνοντές τε αὐτοῦ τὴν διδασκαλίαν καὶ τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ
D κατὰ χρόνους διώκοντες βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες τῆς γῆς λελήθασιν οὐ μόνον εἰς τὸν χριστὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ἀπεσταλκότα αὐτὸν ἐκτείνοντες τὰ τῆς ἀσεβείας. χριστὸν μὲν οὖν ὀνομαστὶ ὑπὸ ἀνθρώπων ἐπιβουλευόμενον σαφῶς ἐν τούτοις ὁ λόγος θεσπίζει. προϊὼν δὲ καὶ υἱὸν τοῦ θεοῦ ὀνομάζει· ἀλλὰ καὶ κλῆρον αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς δοθήσεσθαι πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς διδάσκει. ἃ δὴ ἐπὶ μόνῳ τῷ ἡμετέρῳ σωτῆρι πεπληρωμένα δείκνυται. ἐπεὶ δὲ γεγόνασι παρὰ
E Ἰουδαίοις καὶ ἕτεροι χριστοὶ, ἱερεῖς δηλαδὴ καὶ βασιλεῖς τοῦ ἔθνους, σκόπησον ἐπὶ τίνος τούτων τὰ θεσπιζόμενα συμβέβηκεν. εἴ τις καὶ ἄλλος ἐπιβουλεύεται, εἴ τις υἱὸς θεοῦ κέκληται, εἴ τις τῶν ἐθνῶν ἁπάντων κεκράτηκεν· εἴ τις καθ' ὅλης χριστὸς ἐγνώσθη τῆς οἰκουμένης. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, μόνος γὰρ ὁ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς τῆς οἰκείας προσηγορίας τὸν σύμπαντα κατέπλησε κόσμον, χριστιανῶν ἐξ αὐτοῦ τὴν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πληρώσας, καὶ ἐπὶ μόνῳ αὐτῷ * ἕκαστος τῶν εἰρημένων τέλους ἔτυχεν. *ἴσως.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

ΤΟ διάψαλμα παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα κεῖται, οὐκέτι δὲ παρὰ Θεοδοτίωνι καὶ Συμμάχῳ. καίτοιγε εἰώθασι πολλάκις χρῆσθαι τῇ λέξει ταύτῃ ὁμοίως τοῖς ἑβδομήκοντα. διὸ εἰκὸς εἰ καὶ τὸ πρόσωπον μεταβέβληκεν, τὸν μουσικὸν ῥυθμὸν τετηρῆσθαι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ προστεθεικέναι τὸ διάψαλμα τὸν Θεοδοτίωνα καὶ τὸν Σύμμαχον. Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτοὺς, καὶ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. πρὸς τοὺς πρώτους στίχους τοὺς πρὸ τοῦ διαψάλματος ἡγούμεθα τούτους ἀποδίδοσθαι.

Similia ipse ait in Evangeliis: *Confitebor tibi pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* In psalmo quoque de occultis gratias agit, & post gratiarum actionem, quam pro salute nostra edidit, nos de mirabilibus Patris sui

Matth. 11. 25.

edocturum se, de ipsa Patris contemplatione exsultans, pollicetur. Sane utpote filio inerat ipsi cognitio nominis quod deitati Patris sui, nulla voce nulloque nomine explicandæ, competebat. Hæc maxime, inquit, faciam postquam inimicam vitæ mortem vicero, de qua dicitur: *Novissima inimica destruetur mors.* Nam retrorsum convertetur, id est, in pristinam suam conditionem, qua non existebat: *Deus* enim *mortem non fecit: sed invidia diaboli mors intravit in mundum.* Quæ cum evenerint, reliqui etiam omnes verbi tui inimici, infirmi evadent ac in perniciem ibunt.

1. Cor. 15. 26.

Sap. 2. 24.

9. *Et ipse judicabit orbem terra in æquitate,*
judicabit populos in justitia. Si ii qui in mun-
do versantur, non similia opera edidissent,
judicium Dei justum non esset; qui pari ra-
tione peccatores supplicio, justos gloria ad-
ficit. *Judicabit populos in æquitate.* Orbem
terræ vocat Ecclesiam, quæ inhabitatur à
Patre, Filio, & Spiritu sancto, juxta illud:
Ego & Pater *ad eum veniemus, & mansio-*
nem apud eum faciemus. Populos autem ap-
pellat cæteros omnes qui extra Ecclesiam
versantur, aut qui ex circumcisione sunt.
Quotquot enim in lege peccaverunt, per le-
gem judicabuntur; qui vero sine lege trans-
gressi sunt, sine lege peribunt.

Joan. 14. 23.

Rom. 2. 12.

10. *Et factus est Dominus refugium pauperi, ad-*
11. *jutor in opportunitatibus, in tribulatione. Et*
sperent in te qui noverunt nomen tuum, quo-
niam non dereliquisti quærentes te Domine. Cui
pauperi judex refugium factus est, nisi in
primo vitæ curriculo, in angusta & arcta
via incesserit; necnon mendico & pauperi,
spiritu scilicet, qui beatus prædicatur? Hoc
cum edidicerint qui noverunt nomen tuum,
gnari quoque te justi judicii tempore non
relicturum eos qui nunc quærunt te; inde
bene sperent in te, patientiam in omnibus
habentes ob paratam retributionem.

16. *Exultabimus in salutari tuo, infixæ sunt*
gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo
isto quem absconderunt, comprehensus est pes eo-
17. *rum. Cognoscetur Dominus judicia faciens. In*
operibus manuum suarum comprehensus est pec-
cato. Canticum diapsalmatis. Imo vero dum
piis hominibus insidias struerent, sese in per-
niciem & interitum conjecerunt. Tunc au-
tem cognoscetur Deus justo judicio usus.
Canticum diapsalmatis dicitur, ut facta mu-
tatione, sive metri, secundum Hebraïcam
vocem, sive melodiæ, sive verborum senten-
tiâ in aliam significationem translatâ.

Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliviscuntur Deum. Etiamsi jam nullo sensu moventur, at veniet judicii tempus. Interim homo Dei, etsi videatur ab ipso

A γέλλεται τῇ τοῦ πατρὸς ἐναγαλλόμενος θέα. ὡς δὲ υἱῷ καὶ ἡ γνῶσις παρῆν τοῦ ὀνόματος τῆς θεότητος τοῦ ἀρρήτου καὶ ἀκατονομάστου πατρός. Ταῦτα δὲ μάλιστα φησὶ ποιήσω τὸν τῆς ζωῆς νικήσας ἐχθρὸν θάνατον, περὶ οὗ λέλεκται· ἔσχατος ἐχθρὸς καταργήσεται ὁ θάνατος. ἀποστραφήσεται γὰρ εἰς τὰ ὀπίσω, τουτέστι τὴν προτέραν αὐτοῦ κατάστασιν ὅτε μὴ ὑφεστήκει. ὁ γὰρ θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν· φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. οὗ δὴ γεγονότος καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐχθροὶ τοῦ λόγου σου καὶ πολέμιοι
B ἀσθενήσαντες ἀπολοῦνται.

Καὶ αὐτὸς κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. εἰ οἱ ἐν τῇ οἰκουμένῃ οὐκ ἐν ὁμοίοις εἰσὶν ἔργοις, οὐκ ἂν εἴη δικαιοσύνη ἡ κρίσις τοῦ θεοῦ· ὁμοίως τοὺς ἁμαρτάνοντας κολάζει, ἢ τοὺς δικαίους δοξάζει. κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι. οἰκουμένην μὲν τὴν ἐκκλησίαν, ἥτις οἰκεῖται ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, κατὰ τό· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐλευσόμεθα πρὸς αὐτὸν, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα. λαοὺς
C δὲ τοὺς λοιποὺς παρὰ τὴν ἐκκλησίαν, ἢ τοὺς ἐκ περιτομῆς. ὅσοι γὰρ ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται· τῶν ἀνόμως ἁμαρτανόντων, ἀνόμως ἀπολλυμένων.

Καὶ ἐγένετο κύριος καταφυγὴ τῷ πένητι βοηθὸς ἐν εὐκαιρίαις, ἐν θλίψει. καὶ ἐλπιζέτωσαν ἐπὶ σὲ οἱ γινώσκοντες τὸ ὄνομά σου, ὅτι οὐκ ἐγκατέλιπες τοὺς ἐκζητοῦντάς σε κύριε. ποίῳ δὲ πένητι καταφυγὴ γέγονεν ὁ κριτὴς, ἀλλ' ἢ τῷ κατὰ τὸν πρότερον βίον τὴν στενὴν ὁδεύσαντι καὶ τεθλιμμένην, καὶ τῷ μακαριζομένῳ πτωχῷ, δηλονότι τῷ πνεύματι·
D τοῦτο δὲ μαθόντες οἱ γινώσκοντες τὸ ὄνομά σου. καὶ ὅτι ἐν τῷ τῆς δικαιοκρισίας καιρῷ, τοὺς ἐκζητοῦντάς σε νῦν οὐκ ἐγκαταλείψεις. ἐντεῦθεν ἐλπιζέτωσαν ἐπὶ σὲ πάντα διὰ τὰς ἀμοιβὰς ὑπομένοντες.

Ἀγαλλιασόμεθα ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου, ἐνεπάγησαν ἔθνη ἐν διαφθορᾷ ᾗ ἐποίησαν. ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν συνελήφθη ὁ πούς αὐτῶν. γινώσκεται κύριος κρίματα ποιῶν, ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλὸς, ᾠδὴ διαψάλματος. ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐσεβέσιν ἐπιβουλεύσαντες, ἑαυτοὺς περι-
E έπειραν ἀπωλείᾳ. τότε καὶ γνωσθήσεται δικαίᾳ κρίσει χρώμενος ὁ θεός. ᾠδὴ δὲ διαψάλματος ὡς ἂν μεταβολῆς γενομένης, ἤτοι μέλους κατὰ τὴν Ἑβραΐδα φωνὴν, ἢ μελῳδίας, ἢ καὶ τῆς διανοίας αὐτῆς τῶν λελεγμένων ἐφ' ἕτερον νοῦν μεταβαλλόντων τὸν λόγον.

Ἀποστραφήτωσαν οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸν ᾅδην, πάντα τὰ ἔθνη τὰ ἐπιλανθανόμενα τοῦ θεοῦ. εἰ γὰρ καὶ νῦν ἀναισθητοῦσι, ἀλλ' ἥξει τῆς κρίσεως ὁ καιρός. θεοῦ δὲ ἄνθρωπος κἂν δοκῇ καταπεφρονῆσθαι

παρὰ

παρὰ θεοῦ, τοῦ παρὰ τῶν ἁμαρτωλῶν διηνεκῶς πάσχειν· ἀλλ' οὐ παραδίδοται λήθῃ. οὐ γὰρ εἰς τὸ τέλος ἐπιλησθήσεται ὁ πτωχὸς τῷ πνεύματι. ἕξει δὲ καρπὸν καὶ τέλος ἀγαθὸν διὰ τὴν ἐν τοῖς παροῦσιν ὑπομονήν.

Ἀνάστηθι κύριε μὴ κραταιούσθω ἄνθρωπος, κριθήτωσαν ἔθνη ἐνώπιόν σου. κατάστησον κύριε νομοθέτην ἐπ' αὐτούς, γνώτωσαν ἔθνη, ὅτι ἄνθρωποί εἰσι. διεγείρει τὸν θεὸν ὡς τῆς ἀνοχῆς αὐτοῦ καὶ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος καὶ τῆς μακροθυμίας, ἀναβολὴν μὲν ἐμποιούσης αὐτῷ, ἐπιτειβὴν δὲ τοῖς ἀσεβέσιν ἀνθρώποις. εὐξάμενος δὲ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ κριθῆναι τὰ ἔθνη, νῦν ἀκολούθως πρὸ τῆς μελλούσης κρίσεως ἀξιοῖ δοθῆναι τοῖς ἔθνεσι νομοθέτην, ἵνα μάθωσιν ὡς εἰσὶν ἄνθρωποι, ἀλλ' οὐκ ἄλογα ζῶα· οὐ γὰρ ἀλόγοις δίδοται νόμος. οὐκ ἂν δὲ λέγοι Μωσῆν τὸν ἐξ ἀνθρώπων πάλαι γεγενημένον, οὐδὲ νόμον τὸν μόνοις τεθέντα τοῖς ἰουδαίοις· ἀλλ' οὐδὲ προσδοκᾶν ἕτερον εἶναι, τὸ διὰ πάσης ἐλθεῖν τῆς οἰκουμένης τῆς καινῆς διαθήκης τὸν νόμον. χριστὸς γὰρ ὁ νομοθέτης, καὶ τοῦ εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα κεκράτηκε τῶν ἐθνῶν. περὶ οὗ διὰ τοῦ προφήτου φησὶν ὁ πατήρ· ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ᾑρέτισα, ὁ ἐκλεκτός μου εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει. οὐκ ἐρίσει, οὐδὲ κραυγάσει, οὐδὲ ἀκουσθήσεται ἡ φωνὴ αὐτοῦ. κάλαμον συντεθλασμένον οὐ συντρίψει, καὶ λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει· ἀλλ' εἰς ἀλήθειαν ἐξοίσει κρίσιν· ἀναλάμψει καὶ οὐ θραυσθήσεται, ἕως ἂν θῇ ἐπὶ τῆς γῆς κρίσιν, καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. [a] τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἑρμηνευταί, καὶ τῷ νόμῳ αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν ἐξέδωκαν.

A Deo negligi, dum intolerandis à peccatoribus adficitur malis; nequaquam in oblivionem venit. Non enim usque in finem pauper spiritu à Deo negligendus; sed ob præsentem patientiam, & fructum suum & bonum finem consequetur.

Exsurge Domine, non confortetur homo, judicentur gentes in conspectu tuo. Constitue Domine legislatorem super eos : sciant gentes quoniam homines sunt. Deum excitat, ut qui tolerantia sua, atque vi clementiæ & patientiæ, sibi quidem ærumnarum diuturnitatem, B impiis vero hominibus vexandi tempus tribuat. Postquam autem precatus est, ut *judicentur gentes in conspectu Dei*; jam rogat ut ante futurum judicium gentibus legislator constituatur, ut discant se homines, non bruta animalia, esse : nam brutis animalibus lex minime datur. Cæterum non hic de Moyse agit, qui jam olim de medio hominum sublatus fuerat ; neque de lege quæ solis Judæis data fuerat, neque vult aliam exspectari legem, ut novi Testamenti lex totum orbem pervadat. Christus enim le- C gislator, Evangeliique prædicatio in gentibus obtinuit. De quo per prophetam ait Pater : *Ecce puer meus, quem elegi, electus meus; complacuit sibi in illo anima mea. Judicium gentibus proferet. Non contendet, neque clamabit, neque audietur vox ejus. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non exstinguet; sed in veritate educet judicium. Resplendebit & non collidetur, donec ponat in terra judicium, & in nomen ejus gentes sperabunt.* Hebraïcum autem & reliqui omnes inter- D pretes ediderunt : *Et in legem ejus gentes sperabunt.*

20.
21.

Hesaiæ. 42.

Lectio Hebraïci textus & interpretum.

[a] In Hebraïco legitur, ולתורתו איים ייחלו, id est, ut vulgata interpretatur : *Et in legem ejus insulæ exspectabunt.*

PSALMUS X. SECUNDUM HEBRÆOS.

Ἵνα τί κύριε ἀφέστηκας μακρόθεν, ὑπερορᾷς ἐν εὐκαιρίαις ἐν θλίψει; ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι τὸν ἀσεβῆ, ἐμπυρίζεται ὁ πτωχός, συλλαμβάνονται ἐν διαβουλίοις οἷς διαλογίζονται. ἢ ἐπειδὴ ὁ θεὸς ὁ δρασσόμενός ἐστι τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, κατὰ τὸν ἀπόστολον, τοῦτο αὐτὸ ἤδη γενέσθαι παρακαλεῖ; ἐπὶ πολλαῖς γὰρ ἀσεβείαις ὁρῶντες αὐτοὺς οἱ πολλοὶ εὐθηνουμένους τε καὶ μηδενὶ λυπηρῷ περιπίπτοντας, μακαρίους αὐτοὺς ἡγοῦνται καὶ ἐπαίνων ἀξίους. κἀκεῖνοί τε μεγάλα βλάπτονται καὶ οἱ ζηλωταὶ τῆς κακίας γενόμενοι.

Ὅτι ἐπαινεῖται ὁ ἁμαρτωλὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ὁ ἀδικῶν εὐλογεῖται. παρώξυνε τὸν κύριον ὁ ἁμαρτωλός, κατὰ τὸ

UT quid Domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulatione? Dum 1.
E *superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.* An quia Deus est, secundum Apostolum, qui comprehendit sapientes in astutia sua, idipsum jam fieri postulat? Multi enim cum videant se, etsi in impietatibus plurimis versantes, prospere agere, ac in calamitates incidere nullas; sese beatos & laude dignos arbitrantur. At tum ipsi, tum improbitatis æmuli, ingenti adficiuntur detrimento. 2.

Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbavit 3.
Dominum peccator : secundum multitudinem 4.

F

5. *iræ suæ non quæret. Non est Deus in conspectu ejus, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Auferuntur judicia tua à facie ejus, omnium inimicorum suorum dominabitur.* Præsentem impiorum conditionem insectatur, ut futuri judicii necessitatem comprobet. Illud porro, *exacerbavit*, Aquila, *traduxit*, interpretatus est. (Aquilæ.) Sermones quippe de futuro Dei judicio ipsi revera traducunt. Dum vero quis in peccatis perseverat, is impeditur quominus quærat Deum, ac vim iræ magnam sibi comparat. Quamobrem ne nimio labore & anxietate notitias Dei naturales experieris, dum vitæ tuæ viæ inquinatæ sunt: idque ea maxime de causa, quod judicia Dei non animo reputes, cum maxime concessus tibi dominatus fuerit in omnes inimicos tuos.

7. *Cujus maledictione os plenum est & amaritudine & dolo; sub lingua ejus labor & dolor.* Siquidem heterodoxorum os maledictione repletur, utpote qui Creatorem conviciis incessant, quod itidem maledici faciunt: os item iracundorum amaritudine, dolosorum dolo, plenum est.

8. *Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem.* Dum autem id agit, seipsum decipit, quasi scilicet nihil videat Deus.

11. *Dixit enim in corde suo: Oblitus est Deus, avertit faciem suam ne videat in finem.* Hæc omnia agit impius adversus Dei pauperes, sibique ipse ludificatur, dum suis sibi cogitationibus confingit non esse Deum inspectorem.

12. *Exsurge Domine Deus meus, exaltetur manus tua, ne obliviscaris pauperum tuorum in fi-*
13. *nem. Vides quoniam tu laborem & dolorem con-*
14. *sideras, ut tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eras adjutor.*
15. *Contere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum ejus, & non invenietur.* Dei tolerantiam excitat ad judicium de impiis ferendum. Per manum autem exaltatam, vim judicialem significat. Dum enim ipsa impios non ulciscitur, ceu victa videri potest. Quando vero unicuique reddit quod æquum est, exaltari dicitur, nemoque ipsam effugere valet. Quamobrem ait tradendum esse impium in manus suas. Enimvero pauper ille tuus hæc verba abs te prolata audivit: *Non vosmetipsos defendentes, charissimi; sed date locum iræ: mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus.* (Rom. 12. 19.)

A πλῆθος τῆς ὀργῆς αὐτοῦ οὐκ ἐκζητήσει. οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς ἐνώπιον αὐτοῦ, βεβηλοῦνται αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ. ἀνταναιρεῖται τὰ κρίματά σου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κατακυριεύσει. τῇ παρούσῃ τῶν ἀσεβῶν ἐπεξέρχεται καταστάσει, τὴν μέλλουσαν κρίσιν ἀναγκαίαν δεῖξαι βουλόμενος. τὸ δὲ, παρώξυνε, διέσυρεν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν, τοὺς περὶ θεοῦ γὰρ κρίσεως λόγους ἀληθῶς διασύρουσιν. ἐπιμένων δέ τις ἁμαρτίαις, πρὸς τὸ θεὸν ζητεῖν ἐμποδίζεται, συνάγων ἑαυτῷ πλῆθος ὀργῆς. διὸ μὴ ζήτει καὶ τὰς περὶ θεοῦ B φυσικὰς ἐννοίας περισκοπούμενος, καὶ τοῦ βίου τὰς ὁδοὺς ἀκαθάρτους ἔχων· τούτου γε χάριν διὰ πάντος καὶ τοῦ θεοῦ τὰ κρίματα μὴ λαμβάνων εἰς νοῦν, ἐν τῷ συγχωρεῖσθαι μάλιστα κατακυριεῦσαι τῶν ἐχθρῶν.

Οὗ ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει καὶ πικρίας καὶ δόλου, ὑπὸ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ κόπος καὶ πόνος. τῶν γὰρ ἑτεροδόξων τὸ στόμα ἀρᾶς γέμει, κακολογούντων τὸν δημιουργόν, καὶ τῶν λοιδόρων· * πικρίας δὲ τῶν θυμικῶν, δόλου τῶν δολίων.

Ἐγκάθηται ἐνέδρα μετὰ πλουσίων ἐν C ἀποκρύφοις, τοῦ ἀποκτεῖναι ἀθῷον. καὶ ταῦτα πράττει παραλογιζόμενος ἑαυτὸν, ὡς οὐχ ὁρῶντος θεοῦ.

Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, ἐπιλέλησται ὁ θεὸς, ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τοῦ μὴ εἰδεῖν εἰς τέλος. ταῦτα δὲ πάντα ὁ ἀσεβὴς κατὰ τῶν πενήτων τοῦ θεοῦ διαπράττεται, ἑαυτὸν ἀπατῶν, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ λογισμοῖς μὴ εἶναι θεὸν ἔφορον διανοούμενος.

Ἀνάστηθι κύριε ὁ θεός μου, ὑψωθήτω ἡ χείρ σου, μὴ ἐπιλάθῃ τῶν πενήτων σου εἰς τέλος. βλέπεις, ὅτι σὺ πόνον καὶ θυμὸν κατα- D νοεῖς, τοῦ παραδοῦναι αὐτοὺς εἰς χεῖράς σου. σοὶ ἐγκαταλέλειπται ὁ πτωχός, ὀρφανῷ σὺ ἦσθα βοηθός. σύντριψον τὸν βραχίονα τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ πονηροῦ· ζητηθήσεται ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ. οὕτως ἐπὶ τὴν τῶν ἀσεβῶν κρίσιν διεγείρει λοιπὸν τὴν ἀνοχὴν τοῦ θεοῦ. ἡ δὲ χεὶρ ὑψουμένη δύναμιν ἐδήλωσε κριτικήν. ἐν ὅσῳ γὰρ αὐτὴ μὴ τιμωρεῖται τοὺς ἀσεβεῖς τετιμωρεῖσθαι δοκεῖ· ἀποδιδοῦσα δὲ ἑκάστῳ κατὰ τὸ δίκαιον, ὑψοῦσθαι λέγεται, καὶ ταύτην οὐδεὶς ἀποδράσεται. διό φησι, τοῦ παραδοῦναι αὐτὸν εἰς χεῖ- E ράς σου. τοιγαροῦν ὁ σὸς πτωχὸς ἀκούσας τῶν σῶν λόγων φασκόντων· μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες ἀγαπητοὶ, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ. ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ι'.

Ἐπειδὴ καὶ τῷ Δαυὶδ εἰς τὸ τέλος γέγραπται· καὶ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, τῷ νικοποιῷ, κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ἐπινίκιος τοῦ Δαυὶδ, φήσεις ὅτι καὶ ὁ Δαυὶδ μετὰ τὴν συμβᾶσαν αὐτῷ συμφορὰν ἔφασκε τὰ προκείμενα.

Ἐπὶ τῷ κυρίῳ πέποιθα, πῶς ἐρεῖτε τῇ ψυχῇ μου, μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον; τελείου φωνὴ, καὶ κατὰ τὸν ἀπόστολον εἰπεῖν δυναμένου, τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ; οὐ κατὰ τὸν ἀτελῆ τὸν φυγῇ μεταναστεύοντα τόπον ἐκ τόπου, καὶ προφθάνοντα τοὺς διώκοντας. καθὰ δὴ στρουθίον τοὺς θηρεύοντας, ὃς κἂν διαφύγοι, λέγοι ἂν· ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων.

Ὅτι ἃ κατηρτίσω καθεῖλον· ὁ δὲ δίκαιος τί ἐποίησεν; κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, κύριος ἐν οὐρανῷ ὁ θρόνος αὐτοῦ. οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὸν πένητα ἀποβλέπουσι, τὰ βλέφαρα αὐτοῦ ἐξετάζει τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. κύριος ἐξετάζει τὸν δίκαιον καὶ τὸν ἀσεβῆ. ὁ μόνος δίκαιος καὶ κριτὴς θεὸς τοὺς ἑαυτοῦ πολεμουμένους ὁρῶν, τί ἐποίησεν; ἐν οὐρανῷ κατοικῶν καὶ βασιλείαν ἔχων ἀσάλευτον, οὐδὲν τῶν ἐπὶ γῆς παρορᾷ. χαρίζεται δὲ τῷ πένητι τῶν εὐεργετικῶν αὐτοῦ δυνάμεων τὴν ἐπισκοπὴν, ἃς φησιν ὀφθαλμοὺς· ὥσπερ οὖν βλέφαρα τὴν κριτικὴν αὐτοῦ καὶ πάντα διακρίνουσαν πρόνοιαν. διὰ δικαιοσύνην δὲ κρίνει καὶ τοὺς δικαίους, μή τι καὶ αὐτοὺς πεπλημμέληνται.

Ἐπιβρέξει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς παγίδας, πῦρ καὶ θεῖον καὶ πνεῦμα καταιγίδος ἡ μερὶς τοῦ ποτηρίου αὐτῶν. τὰς ἐπιπόνους κολάσεις πολλαχῆ δηλοῖ τὸ ποτήριον ὡς ἐν Ἡσαΐᾳ· ἐξεγείρου, ἐξεγείρου Ἱερουσαλὴμ, ἡ πιοῦσα τὸ ποτήριον εἰσπτώσεως, τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ. λέγει δὲ καὶ τῷ Ἱερεμίᾳ θεός· λάβε τοῦ οἴνου τοῦ ἀκράτου ἐκ χειρός μου, καὶ ποτιεῖς αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη, πρὸς οὓς ἐγὼ ἀποστελῶ σε. ὁποῖον τὸ προκείμενον ποτήριον, οὗ τὸ πλήρωμα πῦρ καὶ θεῖον καὶ πνεῦμα καταιγίδος. οὗ δὴ σύμβολα τὰ κατὰ Σοδόμων ἐπενεχθέντα. δηλοῖ δὲ τὸ πῦρ τὴν διακαύσεως ἀπειλὴν· τὸ δὲ θεῖον, τὴν διεγείρουσαν ἔτι μᾶλλον τὸ πῦρ ἀφορμὴν, τὸ δὲ πνεῦμα τῆς καταιγίδος, πειρασμοῦ συστροφήν. εἴρηται γὰρ ἐν Ἡσαΐᾳ· ὡς καταιγὶς δι' ἐρήμου διέλθοι ἐρχομένη ἐγγὺς, φοβερὸν τὸ ὅραμα καὶ σκληρὸν ἀνηγγέλη μοι. ἔστι δὲ καὶ τοῖς εὐσεβέσι ποτήριον τὸ μεθύσκον ὡς κράτιστον, περὶ οὗ τάχα κἀκεῖνο λέλεκται· κύριος ἡ μερὶς τῆς κληρονομίας μου καὶ τοῦ ποτηρίου. καὶ δι' ἔργων ἀγαθῶν τὸ μὲν φυγεῖν τὸ δὲ αἱρήσασθαι.

A *In finem psalmus David X.*

Quandoquidem Davidi in finem inscriptus est; & juxta Aquilam, *victori*; juxta Symmachum, *triumphalis Davidis*: probe inferas, Davidem isthæc post illatam sibi calamitatem pronuntiasse. Aquilæ. Symmachi.

In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, Transmigra in montes sicut passer? Hæc viri perfecti vox est, qui secundum Apostolum dicere valeat: *Quis nos separabit à charitate Christi?* Non more imperfecti hominis, B qui persequentibus ut se proripiat, de loco in locum transmigrat. Qui si, ut passer venatores, effugere valeat, jure dixerit: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.* 2. Rom. 8. 35.

Quoniam quæ perfecisti destruxerunt, justus autem quid fecit? Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes ejus. Oculi ejus in pauperem respiciunt, palpebræ ejus interrogant filios hominum. Dominus interrogat justum & impium, &c. Deus qui solus justus & judex est, cum suos oppugnari cerneret, C quid fecit? Is sane etsi in cœlo habitet, ac firmum immobileque regnum obtineat, nullam terrenarum rerum negligit. Pauperi autem id gratiæ confert, ut beneficarum virtutum suarum inspectione servetur: quas virtutes, oculos nuncupat; qua item ratione palpebræ ejus significant judicialem illius providentiam qua omnia dijudicat. Propter justitiam autem suam vel ipsum justum judicabit, ne & ipse quoque in peccatum inciderit. 4. 5. 6.

Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum. 7.
D Calix graviora plerumque supplicia significat, ut in Hesaia: *Exsurge, exsurge Jerusalem, quæ bibisti calicem ruinæ, poculum iræ.* Hesaia. 51. 17.
Jeremiæ quoque dicit Deus: *Sume vinum non dilutum de manu mea, & potabis ex eo omnes gentes, ad quas ego mittam te.* Qualis est calix de quo jam agitur, cujus plenitudo ignis & sulphur & spiritus procellarum; cujus sane symbola ea ipsa sunt quæ contra Sodoma immissa fuere. Indicat porro ignis incendii ac adustionis minas: sulphur, ignis fomentum, quo plus exardescit; spiritus E procellarum, tentationis conversionem. In Hesaia namque dicitur: *Sicut procella per desertum pertransierit, prope accedens: terribilis visio & dura nuntiata mihi est.* Piis quoque hominibus calix inebrians quam potentissimus, de quo fortasse dicitur: *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei.* Ac per recte facta vitandus ille, hic amplectendus est. Jerem. 25. 15. Hesaia. 21. 1. Psalm. 15. 5.

8. *Quoniam justus Dominus & justitias dilexit,* A
æquitatem vidit vultus ejus. Nam utpote justus pauperem respicit, peccatores corripit. Naturâ autem sua, non participatione justus est. Cæterùm cum ita se habeat, justitias, quæ in multis probis viris reperiuntur, diligit, ac cujusque propositum approbat. Singulis sane judiciis quædam justitia inest: multa autem sunt judicia Dei, de quibus scriptum est: *Judicia Domini vera, justificata in semetipsa.* Multæ igitur justitiæ sunt. Æquitatem quoque videt; videlicet sanam verbi sententiam & doctrinam: gaudet quippe de ejus cultoribus, etiamsi videat eos conviciis & maledictis impetitos. Numquam autem plures æquitates, perinde atque justitiæ in judiciis multæ, habentur. Vultus verò ejus ideo æquitatem videt, quia ipsam approbat. Nam Deus præsens esse deprehenditur, cùm providentiæ operibus, tum effectu judiciorum.

Psal. 18. 10.

Ὅτι δίκαιος κύριος καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν, εὐθύτητα εἶδεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. ὡς γὰρ δίκαιος ἐπιβλέπει μὲν τὸν πένητα, παιδεύει δὲ τοὺς ἁμαρτωλούς· οὐσίᾳ δὲ δίκαιός ἐστιν οὐ μετοχῇ. πλὴν καὶ οὕτως ἔχων ἀγαπᾷ τὰς ἐν τοῖς πολλοῖς δικαίοις δικαιοσύνας, τὴν ἑκάστου πρόθεσιν ἀποδεχόμενος. ἀλλὰ καὶ ἑκάστου κρίματός ἐστί τις δικαιοσύνη· πολλὰ δὲ τὰ κρίματα τοῦ θεοῦ, περὶ ὧν γέγραπται· τὰ κρίματα κυρίου ἀληθινὰ δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό. πολλαὶ ἄρα καὶ αἱ δικαιοσύναι. βλέπει δὲ καὶ εὐθύτητα, τὴν πρὸς B τὸν ὀρθὸν λόγον γνώμην· χαίρει γὰρ ἐπὶ τοῖς ἔχουσι, κἂν ὀνειδιζομένους ὁρᾷ. μήποτε δὲ ὡς πολλαὶ δικαιοσύναι ἐπὶ τοῖς κρίμασιν, οὕτως εὐθύτητες. διὰ δὲ τὸ ἀποδέχεσθαι τὴν εὐθύτητα τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὁρᾷ. ἐπιφαίνεται γὰρ παρὼν ὁ θεὸς τοῖς ἔργοις τῆς προνοίας καὶ τοῖς ἀποτελέσμασι τῶν κριμάτων.

PSALMUS DAVID XI.

1. *In finem, pro octava.*

Vide supra pag. 31.

EA ipsa est quæ psalmi sexti inscriptio. Diximus autem solvi legem Moysis, si puer ducatur in Sabbato [circumcidendus,] quando diem circumcisionis octavam in ipso cadere contingit: eamdemque vim & præstantiam habere diem Dominicam, quæ Domini resurrectione nobilitatur, estque à primo die, octava. Et ipsa quoque naturâ suâ prima habetur, quia in eadem omnes animæ emundantur.

2. *Salvum me fac, Domine, quoniam defecit*
sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates à D
3. *filiis hominum. Vana loquuti sunt unusquisque*
ad proximum suum, labia dolosa in corde, &
corde loquuti sunt. Totam illam sui temporis generationem criminatur: nam in sequentibus dicet: *Tu, Domine, servabis nos & custodies nos à generatione hac in æternum.* Talis enim est prior illa generatio, de qua Salvator hæc effatur: *Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt eam: & Regina Austri* & cætera; & rursum: *Sic erit generationi nequam huic.* Neque injuriâ ipsam accuso, ait Propheta; sed quia nemo E sanctus in illa, nemo verax. Quandoquidem igitur nullum mihi salutis auctorem invenio; tu mihi, Domine, talis esto. Arguit porro Judæorum incredulitatem, de quibus ait Moyses: *Filii in quibus nulla fides.* Quod autem vana loquuti sint, insidias Salvatori struentes, atque dolosè aggredientes illum, disertè testificatur Evangeliorum scriptura.

Matth. 12. 41.

Deut. 32. 20.

4. *Disperdat Dominus universa labia dolosa, &*

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ιαʹ.

Εἰς τὸ τέλος περὶ τῆς ὀγδόης.

C

Ἡ αὐτή ἐστι τῇ τοῦ ϛʹ. ἐπιγραφή. ἐλέγομεν δὲ ὡς καὶ τὸν νόμον λύει Μωϋσέως, εἰ ἄγοι βρέφος ἐν σαββάτῳ, ἡμέραν ὀγδόην τῆς περιτομῆς ἐν αὐτῇ γινομένης. τὴν ὁμοίαν ἔχειν ἐλέγομεν δύναμιν καὶ τὴν κυριακήν, τὴν ἀναστάσιμον οὖσαν τοῦ κυρίου, καὶ τυγχάνουσαν ἀπὸ τῆς πρώτης ὀγδόην. πρώτην δὲ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν, καθαρτικὴ γάρ ἐστι πάσης ψυχῆς.

Σῶσόν με κύριε ὅτι ἐκλέλοιπεν ὅσιος, ὅτι ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. μάταια ἐλάλησαν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, χείλη δόλια ἐν καρδίᾳ καὶ ἐν καρδίᾳ ἐλάλησαν. διαβάλλει πᾶσαν τὴν καθ' ἑαυτὸν γενεάν, λέξει γὰρ καὶ προϊών. σὺ κύριε φυλάξεις ἡμᾶς καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. τοιαύτη γὰρ ἡ προτέρα γενεὰ περὶ ἧς ἔφη καὶ ὁ σωτήρ· ἄνδρες Νινευῖται ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν. καὶ βασίλισσα νότου καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν οὕτως ἔσται τῇ γενεᾷ τῇ πονηρᾷ ταύτῃ. οὐκ ἀδίκως δὲ ταύτης κατηγορῶ φησὶν ὁ προφήτης· ἀλλ' ὅτι μηδεὶς ὅσιος ἐν αὐτῇ, μηδεὶς ἀληθής. ἐπεὶ οὖν μηδένα μοι σωτηρίας αἴτιον εὑρίσκω, αὐτός μοι κύριε τοῦτο γενοῦ. διελέγχει δὲ τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀπιστίαν, περὶ ὧν φησι καὶ Μωσῆς· υἱοὶ οἷς οὐκ ἔστι πίστις ἐν αὐτοῖς. ὅτι δὲ μάταια ἐλάλουν ἐπιβουλεύοντες τῷ σωτῆρι καὶ δολίως αὐτῷ προσερχόμενοι, σαφῶς ἡ τῶν εὐαγγελίων διδάσκει γραφή.

Ἐξολοθρεύσαι κύριος πάντα τὰ χείλη τὰ

δόλια, γλῶσσαν μεγαλορρήμονα. τοὺς εἰπόντας, τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν, τὰ χείλη ἡμῶν παρ' ἡμῶν ἐστιν· τίς ἡμῶν κύριός ἐστιν; θεοῦ γὰρ ἦν, οὐκ ἀνθρώπου, τῆς ἐκείνων περιγενέσθαι κακίας, καὶ σβέσαι λόγους βλασφημοῦντας τὸν Ἰησοῦν. ὁμοίως δὲ τῷ Φαραὼ φήσαντι· οὐκ οἶδα τὸν κύριον, καὶ αὐτοὶ φασί, τίς ἡμῶν κύριός ἐστι; νομίσαντες εἶναι κύριοι διὰ τὸν ἴδιον λόγον τὴν τοῦ σωτῆρος σβέσαι διδασκαλίαν, ὡς ἂν ὄντες αὐτεξούσιοι. ταῦτα δὲ ἦν τὰ Φαρισαίων, καὶ Σαδδουκαίων χείλη, μεθ' ὑποκρίσεως προσιόντων τῷ σωτῆρι, καὶ Ῥαββὶ καλούντων αὐτόν, λάθρα δὲ κατ' αὐτοῦ τυρβούντων. μεγαλορρήμονες δὲ ἦσαν οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς τοῦ λαοῦ, τολμῶντες ἀνακρίνειν τὸν σωτῆρα καὶ λέγειν αὐτῷ· ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς, καὶ τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην;

Ἕνεκε τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν καὶ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων, νῦν ἀναστήσομαι λέγει κύριος. θήσομαι ἐν σωτηρίῳ παρρησιάσομαι ἐν αὐτῷ. * ἢ καὶ οὕτως, οἱ πτωχοὶ δι' ἐμὲ καὶ πένητες γεγονότες τῷ πνεύματι, στένουσιν ἀεὶ ταπεινούμενοι προσέχοντές μου τῷ λόγῳ, καὶ πίστιν ἀκλονῆ διασώζοντες· ὧν ἕνεκεν ἀναστήσομαι, καὶ κατὰ τὸ πρέπον τῇ ἐμῇ ἀναστάσει, σωτήριον στήσομαι πᾶσιν ἀνθρώποις ἐφ' ὥπερ ὡς μεγάλῳ παρρησιάσομαι κατορθώματι.

Τὰ λόγια κυρίου λόγια ἁγνά, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ, κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως. ὁ δὲ ἄργυρος πολλάκις πυρούμενος ἀμιγὴς ἑτέρας ὕλης ἐστίν, οὕτω καθαρὰ ψεύδους τοῦ κυρίου τὰ λόγια.

Σὺ κύριε φυλάξεις ἡμᾶς καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. ἐπειδὰν φυλάξῃς τοὺς σοὺς πτωχούς, καὶ ἐπειδὰν ἡμᾶς περιτειχίσῃς ἅμα τῇ ἐρχομένῃ γενεᾷ, τῇ καλουμένῃ αἰωνίᾳ, οἱ παράνομοι τότε, ἐκτὸς γενόμενοι τῆς εἰς πάντας ἀνθρώπους χυθησομένης σου χάριτος, κύκλῳ περιπατήσουσι, θεωροὶ γενησόμενοι τῶν σωζομένων· καὶ τοῦτο ἔσται ὅταν ὑψωθῶσιν οἱ εὐτελεῖς τῶν ἀνθρώπων.

Κύκλῳ οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦσι, κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ἐπειδὴ ὁ κύκλος τῇ εὐθείᾳ ἐναντίος ἐστὶ κατὰ τὴν σκολιότητα καὶ εὐθύτητα, οἱ δὲ ἀσεβεῖς κύκλῳ περιπατοῦσιν, οἱ εὐσεβεῖς ἄρα εὐθεῖαν περιπατοῦσιν.

A *linguam magniloquam. Qui dixerunt: Lin-* 5.
guam nostram magnificabimus, labia nostra à
nobis sunt; quis noster dominus est? Dei enim,
non autem hominis, erat eorum malignitatem
superare, & blasphema in Jesum verba com-
primere. Perinde atque Pharao dixit, *Non* Exod. 5. 2.
novi Dominum; jam ii dicunt, *Quis noster*
dominus est? rati verborum suorum effica-
cia, penes se potestatem esse extinguendæ
Salvatoris doctrinæ, quasi scilicet ipsi sui ju-
ris & arbitrii essent. Hæc ipsa erant Phari-
sæorum & Sadducæorum labia; qui cum
B dissimulatione Salvatorem adibant, Rabbi
compellantes, & clam interim conspiratio-
nem in illum conflabant. Magniloqui autem
erant Seniores & principes sacerdotum po-
puli, ausi percontari Salvatorem, ipsique
dicere: *In qua potestate hæc facis, & quis de-* Matth. 21. 23.
dit tibi hanc potestatem?

Propter miseriam inopum & gemitum paupe- 6.
rum nunc exsurgam, dicit Dominus. Ponam
in salutari, fiducialiter agam in eo. Hoc item
modo interpretari licet: qui mei causa men-
dici & pauperes spiritu facti sunt, humili
C semper affectu verbo meo hærentes ingemi-
scunt, fidemque inviolatam conservant. Ho-
rum ego causâ exsurgam; atque ut resurre-
ctioni meæ consentaneum est, salutem pa-
riam omnibus hominibus: qua in re, ut
præclare gesta, fiducialiter agam.

Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne 7.
examinatum, probatum terræ, purgatum septu-
plum. Argentum vero igni sæpe traditum, cum
nulla alia materia commiscetur; eodemque
prorsus modo eloquia Domini omni menda-
cio vacua sunt.

D *Tu Domine servabis nos & custodies nos à* 8.
generatione hac in æternum. Cum mendicos
tuos custodieris, cumque nos circummunie-
ris in generatione futura, quæ æterna voca-
tur; tunc iniqui illi, exclusi tuâ gratiâ per
omnes homines diffusa, in circuitu ambula-
bunt, ut eos qui salutem obtinebunt circum-
spiciant: idque tunc eveniet, cum vel te-
nuiores ex hominibus exaltati fuerint.

In circuitu impii ambulant: secundum alti- 9.
tudinem tuam multiplicasti filios hominum. Quia
circulus rectæ lineæ secundum obliquitatem
E & rectitudinem oppositus est; cum impii in
circuitu ambulent, pii sane viri in recto gra-
diuntur.

1. *In finem psalmus David XII.*

PRopter finem, quem apud Deum consequuturus erat, ante finem viriliter omnino concertabat. Nam laborum fructus, est finis, qui & vitam æternam & regnum cœlorum procurat. In finem igitur canticum Deo emittit: atque à principio, utpote adhuc in
certamine constitutus, hasce primas profert
2. voces: *Usquequo, Domine, oblivisceris me in
finem? Usquequo avertis faciem tuam à me?*
Obliviscitur autem Deus eorum qui per peccatum ipsius immemores sunt: avertitque faciem suam ab iis qui turpia quævis perpetrant, quos providentiâ suâ indignos reputat. Quamobrem stimulante conscientia, judicium Dei pertimescens, subjungit.

*Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolo-
3. res in corde meo die ac nocte? Usquequo exaltabi-
4. tur inimicus meus super me? Respice & exaudi
5. me, Domine Deus meus. Illumina oculos meos;
ne umquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.*
Exaltatur inimicus in peccantem peccato depressum; secus vero agitur cum is probè se agit. Cum autem nolit se præter meritum exaudiri, præmittit illud, *respice*, rogans scilicet ut rectè facta sua perpendat. Aut forte ideo sic loquitur, quod Deus nonnisi eum qui justus est exaudire soleat. Vultus porro Dei, lumine plenus, est virtus quædam ad beneficia conferenda prospiciens, cujus quisquis particeps fuerit illuminabitur, ac si solaribus radiis frueretur. Quod si avertatur, tum anima non illustrata in tenebris agit; quia interiores oculi, videlicet mentis cogitationes, nihil operantur. Cum autem in peccato perseverat, tenebris magis magisque obtinentibus, quia vultus Dei penitus aversus manet; tum, malitiâ id operante, ceu incurabilis evadit: nec ultra saluti suæ advigilans, ad mortem peccasse jure dicatur.

A Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυίδ, ιβ΄.

ΔΙὰ τὸ τέλος τὸ παρὰ τῷ θεῷ, πάντα περὶ τὰ τέλους ἀνδρείως ἠγωνίζετο· τὸ δὲ τέλος ὁ τῶν πόνων ἐστὶ καρπὸς, ζωὴν αἰώνιον καὶ βασιλείαν οὐρανῶν παρέξενον. εἰς αὐτὸ οὖν τὸ τέλος ἀνέπεμψε τὴν ᾠδὴν τῷ θεῷ· κατὰ δὲ τὴν ἀρχὴν, ὡς ἀγωνιζόμενος ἔτι, τὰς πρώτας προσφέρει φωνάς· ἕως πότε κύριε ἐπιλήσῃ μου εἰς τέλος; ἕως πότε ἀποστρέψεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ᾽ ἐμοῦ. λήθην δὲ θεὸς ποιεῖται τῶν ἐπιλανθανομένων αὐτοῦ B διὰ τῆς ἁμαρτίας. ἀποστρέφει καὶ τὸ πρόσωπον ἀπὸ τῶν αἰσχρόν τι πραττόντων, ἀναξίους εἶναι κρίνας τῆς ἐποπτείας αὐτοῦ· διόπερ ὑπὸ τοῦ συνειδότος νυττόμενος, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ δεδιὼς κρίσιν ἐπάγει.

Ἕως τίνος θήσομαι βουλὰς ἐν ψυχῇ μου, ὀδύνας ἐν καρδίᾳ μου ἡμέρας καὶ νυκτός. ἕως πότε ὑψωθήσεται ὁ ἐχθρός μου ἐπ᾽ ἐμέ. ἐπίβλεψον, εἰσάκουσόν μου κύριε ὁ θεός μου. φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μή ποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον· μήποτε εἴποι ὁ ἐχθρός μου· ἴσχυσα πρὸς αὐτόν. ὑψοῦται δὲ κατὰ τοῦ ἁ- C μαρτάνοντος ὁ ἐχθρὸς ταπεινουμένου τῇ ἁμαρτίᾳ· καὶ τοὐναντίον δικαιοπραγοῦντος. ὡς μηδὲ βουλόμενος ἀμισθεὶ εἰσακουσθῆναι, προστάττει τὸ, ἐπίβλεψον, παρακαλῶν ἰδεῖν αὐτοῦ τὰ κατορθώματα. ἢ καὶ ὡς τοῦ θεοῦ μὴ εἰσακούοντος, εἰ μή τις δίκαιος ᾖ. πρόσωπον δὲ θεοῦ φωτὸς γέμει, δύναμις οὖσα πρὸς εὐεργεσίαν προνοουμένη· οὗ τις μετέχων φωτισθήσεται, καθάπερ ἡλιακῶν ἀπολαύων αὐγῶν. ἀποστραφέντος δὲ, μηκέτι φωτιζομένη σκοτοῦται ψυχὴ, μηδὲν ἐνεργούντων τῶν ἔνδον ὀφθαλμῶν, οἵτινες διανοίας εἰσὶ D λογισμοί. ἐπιμενούσης δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ τοῦ σκότους ἐπὶ πλέον ἐπικρατοῦντος, τὸ καὶ λοιπὸν ἀπεστραμμένον τὸ πρόσωπον τοῦ θεοῦ, ἑξῆς οἱονεί πως γίνεται κακίας ἀθεράπευτα πλημμελούσης, καὶ μήτι γρηγοροῦσα λέγοιτ᾽ ἂν εἰς θάνατον ἡμαρτηκέναι.

1. *In finem psalmus David XIII.*

QUia hæc propheticè dicta in consummatione sæculorum futura erant, præmittitur illud, *in finem*: psalmus autem non dicitur, quia incusat omnes homines.
2. *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis: non est qui faciat bonum.* Ex atheis alii quidem

Εἰς τὸ τέλος τῷ Δαυίδ, ιγ΄.

E Ἐπεὶ ταῦτα προφητικῶς εἰρημένα ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἤμελλεν γίνεσθαι, προγέγραπται τὸ εἰς τὸ τέλος· [a] ψαλμὸς δὲ οὐκ εἴρηται διὰ τὸ κατηγορεῖν πάντων ἀνθρώπων.

Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἔστι θεός. διεφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασιν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα. τῶν δὲ ἀθέων

[a] In Eusebii exemplari hæc vox, ψαλμὸς non legebatur: nec est in Hebræo, מזמור.

οἱ μὲν μὴ εἶναι θεὸν παντελῶς ἔδοξαν, ἀλλ' εἶναι δὲ κενὸν ὄνομα· οἱ δὲ μὴ ὄντας ἀνέπλασαν τὸν ὄντα παρωσάμενοι. οἱ δὲ εἶναι μὲν ἔφασαν, μὴ προνοεῖν δὲ τῶν ἐπὶ γῆς. οἱ δὴ πάντες εἰς ἀθεΐαν περιετράπησαν φρονοῦντες οὕτως· εἰ καὶ μὴ ἐτόλμων εἰπεῖν δι' ἃς ἔχουσι πάντες φυσικὰς ἐννοίας περὶ θεοῦ. διὸ καρδίᾳ ἔλεγον, ἀλλ' οὐ στόματι. ἐν τούτῳ γὰρ καὶ πολλοὺς λέγειν ἐδόκουν θεούς. ἠλέγχοντο δὲ ἀφ' ὧν ἔδρων, ἀπὸ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται· μηδεμιᾶς γὰρ ἀσελγείας φειδόμενοι, παντὶ δὲ τρόπῳ τὸν βίον διαφθειρόμενοι, εἰ καὶ μυρίους ὡμολόγουν θεούς, δῆλοι ἦσαν οὐδὲν ὑγιὲς φρονοῦντες περὶ θεοῦ. ἄφρων οὖν ὄντως ὁ πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας [a] βίος. εἴπερ ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου, οὐκοῦν τῷ μὴ φοβεῖσθαι καὶ ἀθετεῖν ἀντίκειται ἡ σοφία.

Πάντες ἐξέκλιναν ἅμα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. δοκεῖ δέ μοι τὰ προκείμενα καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους λεληθυῖαν κατηγορίαν περιέχειν. εἰ γὰρ διακύψας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κύριος καὶ ἐπισκοπήσας τοὺς ἐπὶ γῆς πάντας εὗρεν ἐκκλίναντας καὶ ἀχρειωθέντας, ὡς μηδένα μηδαμῶς εὑρίσκεσθαι ἐν ἀνθρώποις, μηδὲ μέχρις ἑνὸς, τὸν μηδὲ ἠχρειωμένον, μηδὲ ἐκκλίναντα· ἀκόλουθόν ἐστι τοῖς πᾶσι συμπεριλαμβάνεσθαι, καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, καὶ αὐτὸν τὸν καλούμενον Ἰσραήλ. τὰ μέν τοι προκείμενα λόγια σαφῶς ἀπεφήνατο, ὅτι πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, ὡς μηδὲ εἶναι ποιοῦντα χρηστότητα, μηδὲ ἕως ἑνός. ἔδει γὰρ τὸ μέγεθος παραστῆναι τῆς ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐγγινομένης νόσου πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος παρουσίας· ὡς ἂν ἡ ἄφιξις αὐτοῦ φανείη τοῖς πᾶσιν ἀναγκαία. πάντες γὰρ ἥμαρτον καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι. ταύτην δὲ καὶ ὁ Ἡσαΐας συμφώνως ἀποδίδωσι τὴν διάνοιαν, ἐν οἷς φησι πρὸς τὴν Ἰουδαίων συναγωγὴν ἀποτεινόμενος· ἰδοὺ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐπράθητε, καὶ ταῖς ἀνομίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν, διότι ἦλθον καὶ οὐκ ἦν ὁ ἄνθρωπος· ἐκάλεσα, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων. τὸ γὰρ, διότι ἦλθον, ὅμοιον ἂν εἴη τῷ, κύριος ἐξ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. τὸ δὲ καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων, ὅμοιον τῷ· πάντες ἐξέκλιναν καὶ ἠχρειώθησαν.

Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου βρώσει

A existimaverunt Deum nullatenus exsistere, sed vanum esse nomen; alii, vero Deo ejecto, alios qui nullatenus sunt confinxerunt; alii vero esse quidem Deum dixerunt, sed terrena non prospicere. Omnes porro qui utramvis harum sententiarum tuentur, in atheïam, sive omnis religionis despectum, prolapsi sunt. Etsi vero, quia omnibus à natura insita est Dei notitia, id palam effari non audebant, non ore sed corde talia loquebantur: nam ore tenus multos deos profitebantur. Sed ex eorum gestis arguebatur quid mente tenerent: nam ex fructu arbor dignoscitur. Cum enim à nullo B flagitiorum genere temperarent, omnique modo vitam inquinarent, etiamsi infinitos esse deos confiterentur; palam tamen erat eos sanum nihil de Deo sentire. Itaque ante Salvatoris adventum tota vita genusque hominum insipiens erat. Nam si *initium sapientiæ timor* *Psal. 110. 10.* *Domini*; sane Deum non timere ac despicere, oppositum sapientiæ fuerit.

Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. 3. Hæc mihi videntur tacitam quamdam Judaici populi criminationem comple- C cti. Nam si respiciens de cœlo Dominus atque considerans, deprehenderit omnes qui in terra versabantur, declinasse & inutiles factos esse, ut nemo prorsus reperiretur in hominibus, ac ne vel unus, qui non inutilis factus esset, & qui non declinasset: consequens omnino est cum omnibus comprehendi etiam ipsum Judaïcum genus, quod item Israël nuncupatum est. Istis itaque eloquiis clare pronuntiatur, quod scilicet omnes declinaverint, & simul inutiles facti sint, ita ut nullus fuerit D qui faceret bonum, ne vel usque ad unum. Par fuit enim magnitudinem morbi, qui ante Salvatoris adventum in omnibus hominibus grassabatur, palam facere: ut manifestum omnibus esset, ejus in terra peregrinationem fuisse prorsus necessariam. Omnes siquidem peccaverunt, omnes gloria Dei privabantur, & jam ejus gratia gratis justificati sunt. Huic consonam Hesaïas sententiam tradit, ubi Judæorum synagogam compellans ait: *Ecce* *Hesaia 50. 1.* *in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram: quia veni, &* E *non erat vir; vocavi, & non erat qui responderet.* Illud enim, *quia veni*, his verbis affine fuerit, *Dominus de cælo prospexit super filios hominum*; illud autem, *Et non erat vir, & non erat qui responderet*, simile illi, *Omnes declinaverunt & inutiles facti sunt.*

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam comestione pa- 4.

[a] Eusebio familiaris est hic usus vocis βίος, scilicet pro hominum genere, p. 31. sic superius accipitur, & in fine sexti libri de Præparatione Evangelica, ὁ σύμπας τῶν ἀνθρώπων βίος, *Universum hominum genus*, aliisque in locis non infrequenter hoc usu occurrit.

nis? Videtur mihi vaticinari futuram gentium, ex vita ferina & ignorantia Dei, in mansuetos ac religiosos mores mutationem: quod est, re oculis percepta, veritatem prophetiæ testificari. Hæc itaque interrogandi more legenda sunt; percontatur enim Psalmista ac si diceret: Etiamsi omnes ante Christi adventum declinaverunt & inutiles facti sunt; nonne in sequenti tempore cognoscent omnes qui operantur iniquitatem? Cui nos re-
5. spondemus, *Dominum non invocaverunt*, & quæ sequuntur in communi accipimus. Nonne iidem ipsi qui olim populum Dei quasi panem comedebant, & numquam Dominum invocaverunt, tandem illum cognituri sunt? Huic accinit Hesaïas, qui de iisdem vaticinatur his verbis: *Quibus non annuntiatum est de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent.* (Hesai. 52. 15.)

Illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Quoniam Dominus in generatione justa est. Quinam ergo nisi ii qui operantur iniquitatem, & qui prius Dominum non invocabant? Erit enim tempus quo cognoscent illum, ac tunc timore Dei formidineque bona adficientur. Quod autem proba res sit timore Domini adfici, palam est ex hisce verbis. *Initium sapientiæ timor Domini.* (Psal. 110. 10.) Illi itaque de quibus jam sermo, *illic*, id est *tunc* trepidabunt timore. Quem porro timebunt nisi Dominum? Illic autem, ubinam, nisi in ea quæ ventura est
6. generatione? quamobrem subjungit: *Quoniam Dominus in generatione justa est.*

Consilium inopis confudistis, Dominus autem spes ejus est. Quemadmodum in aliis quoque judiciis, quæ de contractibus & de commercio feruntur, nulla habenda est personarum ratio; sic in consultationibus, non imperium, non facultates; sed mens recte instituta proboque conscientia spectanda est. Hæc porro quæ jam proposita sunt, possunt meâ quidem sententiâ de Judæis Salvatoris consilium confundere conantibus accipi, quia putarent ipsum esse inopem virum, nec thesaurum divinitatis pensarent. Ii itaque doctrinæ illius semper contradicunt; ac miraculorum virtutes, quasi non divina vi, sed alia quapiam ratione exhibitas, calumniantur.

7. *Quis dabit ex Sion salutare Israël? cum averterit Dominus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob & lætabitur Israël.* Cum omnes unà declinassent & inutiles facti essent, jam tempus aderat, ut ad precandum sermonem verteret; ita ut ceu legatione suscepta diceretur: *Quis dabit ex Sion salutare Israël?* Ipso enim salutari tunc opus erat, quod peccatorum remissionem tribueret, & auctor salutis esset. Idipsum salutare quod secundum carnem ex semi-

A ἄρτου; καὶ μοὶ δοκεῖ προφητεύειν μεταβολὴν ἔσεσθαι τῶν ἐθνῶν ἐκ θηριώδους βίου, καὶ ἐξ ἀγνωσίας θεοῦ ἐπὶ ἥμερον καὶ θεοσεβῆ τρόπον· ὃ καὶ ἔστιν ὀφθαλμοῖς παραλαβόντα μαρτυρῆσαι ἀληθείαν τῇ προφητείᾳ. ἀναγνώσῃ τοίνυν τὰ προκείμενα ἐρωτηματικῶς, πυνθανομένου τοῦ λόγου καὶ φάσκοντος· εἰ καὶ πάντες ἐξέκλιναν πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας καὶ ἠχρειώθησαν· μὴ τοίνυν οὐχὶ γνώσονται ἐν τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν; [a]προσυπακουόντων ἡμῶν, τὸν κύριον, καὶ κατὰ κοινοῦ πάλιν B λαμβανόντων τὰ ἑξῆς. καὶ αὐτοὶ γὰρ οἱ πάλαι τὸν λαὸν τοῦ θεοῦ ὡσεὶ ἄρτον ἐσθίοντες, καὶ τὸν κύριον μηδεπώποτε ἐπικαλεσάμενοι, μὴ οὐχὶ γνώσονται αὐτόν; καὶ Ἡσαΐας δὲ συνᾴδει περὶ τῶν αὐτῶν θεσπίζων καὶ λέγων· οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ ὄψονται· καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι συνήσουσιν.

Ἐκεῖ ἐδειλίασαν φόβῳ, οὗ οὐκ ἦν φόβος. ὅτι ὁ θεὸς ἐν γενεᾷ δικαίᾳ. τίνες δὲ, ἀλλ' ἢ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν· καὶ οἱ πρότερον μὴ ἐπικαλούμενοι τὸν κύριον; ἔσται γάρ ποτε καιρὸς, ὅτε ἐπιγνώσονται αὐτὸν, καθ' ὃν καὶ C φόβον ἀναλήψονται τοῦ θεοῦ καὶ δειλίαν ἀγαθήν. ὅτι δὲ τὸν φόβον ἀναλαβεῖν κυρίου ἀγαθόν ἐστι· δῆλον ἀπὸ τοῦ λέγεσθαι· ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου. οἱ δηλούμενοι τοίνυν φοβηθήσονται ἐκεῖ φόβῳ· τουτέστι τότε. τίνα δὲ φοβηθήσονται ἢ τὸν κύριον; ἐκεῖ δὲ, ποῦ ἢ ἐν τῇ μελλούσῃ συστήσεσθαι γενεᾷ; διὸ ἐπιλέγει, ὅτι ὁ θεὸς ἐν γενεᾷ δικαίᾳ.

Βουλὴν πτωχοῦ κατῃσχύνατε, ὁ δὲ κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ ἐστιν. ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις κρίμασι τοῖς γινομένοις περὶ συναλλάγματα καὶ κοινωνίας, οὐκ εἰς πρόσωπα βλέπειν δεῖ· D οὕτως ἐν τοῖς βουλευομένοις οὐκ εἰς ἀρχὴν καὶ περιουσίαν σκεπτέον· ἀλλ' εἰς νοῦν διηρθρωμένον καὶ τὸ εὐσυνείδητον ἔχοντα. ἐπιστατέον ἐκλαβεῖν, εἰ δυνατὸν, περὶ τῶν Ἰουδαίων τὰ προκείμενα, τὴν τοῦ σωτῆρος βουλὴν καταισχῦναι σπευδόντων, τῷ ἡγεῖσθαι αὐτὸν πτωχόν τινα εἶναι, καὶ μὴ πλοῦτον θεότητος. ἀεὶ γοῦν καὶ ἀντιλέγουσι τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ, καὶ τὰς τεραστίους δυνάμεις κακολογοῦσιν, ὡς μὴ θεϊκῇ δυνάμει, ἀλλ' ἄλλοθεν πόθεν γεγενημένας.

Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ; E ἐν τῷ ἐπιστρέψαι κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ. πάντων ἐκκλινάντων καὶ ἅμα ἀχρειωθέντων, καιρὸς ἦν εἰς εὐχὴν τρέψαι τὸν λόγον, ὡς πρεσβείας πρόσωπῳ φάναι· τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ; αὐτοῦ γὰρ χρεία λοιπὸν, τοῦ ἄφεσιν ἁμαρτημάτων παρέχοντος, τοῦ αἰτίου τῆς αἰωνίου σωτηρίας. τοῦτο τὸ σωτήριον τὸ κατὰ σάρκα ἐκ σπέρ-

a Προσυπακούειν, id est *respondere*. Vide in Onomastico ad calcem operum Athanasii in voce ὑπακούειν, & supra p. 47.

ματος

ματος Δαυὶδ γεγονὸς, ἐκ τῆς Σιὼν δέδοται· ἥξει γὰρ ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ. εἰς τοῦτο λήψῃ τὸ ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ, δυνατὸν ἐκλαβεῖν· ὡς καὶ ἐκ τῆς ἐπουρανίου Σιὼν ἐλήλυθεν τὸ σωτήριον. ἐπειδὴ ἐν αὐτῇ εἴρηται τὴν βασιλείαν ἔχειν ὁ Χριστός. διὸ καὶ ὁ σκοπὸς ἡμῶν καὶ ἡ ἐλπὶς τῆς ἄνω κλήσεως, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν τυγχάνει. εἶτ' ἐξῆς τὴν μέλλουσαν ἅπασιν ἀνθρώποις παρέξεσθαι ἀπὸ κακῶν ἐλευθερίαν διὰ τοῦ σωτηρίου παρίστησιν. καὶ θέα ὅνπερ τρόπον, ἑτέρων λυτρουμένων, ἑτέρους φησὶν ἀγαλλιᾶσθαι· ἐν τῷ γὰρ ἐλευθεροῦσθαι τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ κυρίου, ἀγαλλιάσεται φησὶν Ἰακώβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ. τῶν οὖν πάλαι ᾐχμαλωτισμένων ὑπὸ τῆς δαιμονικῆς πλάνης ψυχῶν, μελλουσῶν διὰ τοῦ σωτηρίου τοῦ θεοῦ ἐλευθερίας τυγχάνειν, καὶ ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν μελλόντων ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν κύριον· οἱ πάλαι παρὰ τῷ θεῷ ἀναπεπαυμένοι δίκαιοι καὶ προφῆται, αὐτοὶ ὄντες ὁ ἀληθῶς Ἰσραὴλ, καὶ ὁ ἀληθῶς Ἰακώβ, ἀγαλλιάσονται καὶ εὐφρανθήσονται διὰ τὸ πληροῦσθαι αὐτῶν τὰς περὶ ἡμῶν προφητείας, καὶ διὰ τὸ συγχαίρειν τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ. διὸ καὶ ὁ Συμεὼν εἰπὼν περὶ τοῦ σωτῆρος, ὅτι φῶς ἔσται εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, ἐπήγαγεν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ.

A ne Davidis prodiit, ex Sion datum est. *Nam veniet ex Sion redemtor, & avertet iniquitates à Jacob.* (Hesai. 59. 20) Eodem quoque sensu illud accipias licet: *Ex Sion species decoris ejus:* (Psal. 49. 2.) ut apposite intelligatur, Salutare illud ex cœlesti Sion advenisse; siquidem in ipsa Christus regnum obtinere dictus est. Quamobrem scopus noster, ac spes supernæ vocationis, est regnum cœlorum. Sub hæc, futuram omnibus hominibus ab ipsomet salutari conciliandam libertatem declarat. Ac perpende mihi, quæso, quo pacto, cum alii redemti sint, alios tamen dicat B exsultare: nam cum populus Domini à captivitate liberabitur, *exsultabit,* inquit, *Jacob, & lætabitur Israel.* Cum igitur futurum esset, ut animæ olim à dæmonico errore in captivitatem abductæ, per salutare Dei libertatem assequerentur, & ex omnibus gentibus ad Dominum homines converterentur; qui olim in Deo defuncti sunt justi atque Prophetæ, qui vere Israël, vere Jacob nuncupari possunt, exsultabunt ac lætabuntur, quod vaticinia ab se de nobis edita completa sint; quodque ipsi nobis de adepta salute congratulentur. Qua- C propter Symeon, cum de Salvatore dixisset: *Lumen erit ad revelationem gentium;* addidit, *& gloriam plebis tuæ Israel.* (Luc. 2. 32.)

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ιδ'.

In finem psalmus David XIV. 1.

Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; καὶ τίς κατασκηνώσει ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ σου; ἀπὸ τῶν προσεχεστέρων προβαίνων διαγράφει τὸν τέλειον. παροικία δέ ἐστι διαγωγὴ πρόσκαιρος ἐπ' ἐλπίδι τῆς κρείττονος. διὸ φησὶ καὶ Δαβίδ· πάροικός εἰμι καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. πάροικος γὰρ Ἀβραάμ, μηδὲ βῆμα κεκτημένος ποδὸς, μόλις δὲ τάφον πριάμενος. ὃ δὴ σύμβολον τοῦ ζῶντα μὲν ἐν σαρκὶ πάροικον εἶναι προσήκειν, μεταβαίνοντα δὲ ταύτης, τοῖς οἰκείοις τόποις ἀναπαύεσθαι. καὶ μακάριόν φησιν ἐν ἀλλοφύλοις παροικοῦντα, μὴ ὡς οἰκείοις προσεστηκέναι τοῖς ἐν τῇ γῇ. σκήνωμα δὲ θεοῦ, ἡ παρ' αὐτοῦ δεδομένη σὰρξ τῇ τοῦ ἀνθρώπου ψυχῇ πρὸς ἐνοίκησιν. τίς οὖν ὡς ἀλλοτρίᾳ κεχρημένος, ἔγκαρπον αὐτὴν παραδώσει τῷ δεδωκότι, ὡς ἂν γένηται καὶ σκήνωμα τοῦ θεοῦ τοῖς ἁγίοις ἐνοικοῦντος; εἶτα πρὸς τὸ μεῖζον προσκόπτει, καὶ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; οὐκ ἐν τῇ γηΐνῃ Σιὼν, ὅπερ Ἰουδαίοις δοκεῖ, ἀλλὰ περὶ ἧς ὁ Παῦλός φησιν· προσεληλύθατε ὄρει θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. παρελθὼν οὖν τις τὴν σάρκα

D *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?* A vicinioribus procedens, perfectum virum describit. Habitatio autem est temporanea commoratio, cum spe melioris conjuncta. Quamobrem ait David: *Advena sum & peregrinus, sicut omnes patres mei.* (Psal. 38. 13.) Advena quoque erat Abraham, utpote qui ne vestigium pedis possideret, vixque sepulturæ locum coëmerit. Quod sane symbolice significat, hominem in carne viventem, ceu advenam reputari debere; cumque ab ipsa carne transmigraverit, tunc propriis in sedibus quiescere. Ac beatum esse E dicit eum, qui cum apud alienigenas habitaverit, terrenis quasi propriis sibi rebus non addictus fuerit. Tabernaculum autem Dei est caro, animæ ab ipso ad habitandum concessa. Quis itaque eâ ut alienâ usus, frugiferam eamdem largitori restituet, ut fiat tabernaculum Dei, qui in sanctis habitat? Deinde vero ad præstantiora procedit: *aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Non in terrestri Sion, ut Judæi arbitrantur; sed in ea de qua Paulus ait: *Accessistis ad montem Dei viventis, Jerusalem cælestem.* (Hebr. 12. 22.) Quisquis igitur eadem carne

quasi in transcursu usus, ejus membra super terram mortificaverit, postquam sanctificationem illam consummaverit, habitabit in sancta illa civitate: cujus desiderio motus
Psalm. 41. 5. David aiebat: *Transibo in locum tabernaculi*
Psal. 83. 2. *admirabilis usque ad domum Dei*: &, *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!* Illud autem, *quis*, talium hominum raritatem subindicat; cujusmodi est illud: *Quis novit sen-*
1. Cor. 2. 16. *sum Domini?* & illud: *Quis annuntiabit vobis*
Luc. 12. 42. *locum æternum?* atque illud: *Quis est prudens ac fidelis œconomus?* Numquid postquam Deum interrogavit, responsionem obtinuit?

I. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Fortassis etiam qui in cœlum transfertur, utpote qui à peregrinis sedibus veniat, habitare dicitur. Nam tabernaculum Dei cœlum est. Atque consideres velim, num qui sub lege versatur, quæ scilicet veluti pædagogus ad Christi disciplinam haberi potest, habitet in tabernaculo Domini, circa tabernaculum Testimonii sollicitudinem habens; atque is qui ad Christum usque pervenit & ad evangelicam doctrinam, num tabernaculum posuerit in monte sancto Dei, de quo Propheta dicit: *Perspi-*
Hesai. 2. 2. *cuus est mons Domini.* Ac iterum mihi perpendas velim, annon mons ille sanctus Domini sit Verbum ejus; tabernaculum autem ejus, homo quem assumsit: annon oporteat primo Christum secundum carnem cognoscere; deindeque tabernaculum ponere in monte sancto Dei, eum scilicet qui viderit gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre; atque
2. Cor. 5. 16. dicere: *Si enim cognovimus secundum carnem Christum: sed nunc jam non novimus.* Hujus-
Hesai. 40. 9. modi namque homini dictum est: *Super montem excelsum adscende qui evangelizas Sion.* Alia autem ratione dicatur, montem Dei esse, in quo dumtaxat animæ sanctæ & in justitia perfectæ habitabunt; videlicet ipsum cœlum, atque illud à Salvatore annuntiatum regnum cœlorum. Hæc est Jerusalem cœlestis: hæc ipsa est mons Sion, & civitas Dei viventis
Hebr. 12. 22. juxta sacrum Apostolum qui ait: *Accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis Jerusalem cœlestem.* Per tabernaculum autem idipsum intelligitur, quod sursum in monte con-
Hebr. 9. 11. stitutum est, uti dicitur: *Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non hujus creationis.*

Hæc cum Davidi in mentem venirent, sic vociferatus est: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Talis enim revera homo, qui scilicet adscensu hujusmodi & habitatione cœlesti dignus sit, rarus admodum, & non obvius, ut vix unus in millibus occurrat. Tabernaculum itaque illud cœleste jam memoratum,

A ταύτην, καὶ νεκρώσας αὐτοῦ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν ἁγιασμὸν κατορθώσας, ἐν τῇ ἁγίᾳ κατασκηνώσει πόλει· ἧς ἐπιθυμῶν ὁ Δαυὶδ ἔλεγε· διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ. καὶ, ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, κύριε τῶν δυνάμεων. τὸ δὲ τούτων σπάνιον ἐμφαίνει τὸ, τίς, ὡς τὸ, τίς ἔγνω τὸν νοῦν κυρίου; καὶ τὸ, τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον; καὶ τὸ, τίς ἄρα φρόνιμος καὶ πιστὸς οἰκονόμος; μήποτε δὲ καὶ τὸν θεὸν ἐρωτήσας, ἔτυχε ἀποκρίσεως;

B

Κύριε τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; τάχα δὲ καὶ ὁ μεθιστάμενος εἰς οὐρανὸν, ὡς ἀπὸ ξένης ἥκων διατριβῆς, παροικεῖ. θεοῦ γὰρ σκήνωμα ὁ οὐρανός. ὅρα δὲ μήπως ὁ ἐπιμένων τῇ πολιτείᾳ τοῦ νόμου, εἰς Χριστὸν ὄντος παιδαγωγοῦ, παροικεῖ ἐν τῷ σκηνώματι τοῦ κυρίου, περὶ τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου πευτάζων· ὁ δὲ φθάσας ἐπὶ Χριστὸν καὶ τὴν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν, κατασκηνοῖ ἐν ὄρει ἁγίῳ τοῦ θεοῦ, περὶ οὗ προφη-
Τί οὖν ἐνεργεῖ ἡ ὀργὴ κατὰ τῶν ἀποδοθέντων ὀρέων ἑξῆς διδάσκει λέγων· ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ. ὥσπερ γὰρ δαλοῦ καιομένου ὑπὸ πυρός, κἄπειτα σβεννυμένου, καπνὸς ἀποδίδοται, τὸν αὐτὸν τρόπον αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις, πάλαι μὲν πρότερον πυρὶ παραβαλλόμεναι, τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς κατέφλεγον καὶ ἐξέκαιον. ἐπεὶ δ' ἐσβέννυτο αὐτῶν τὸ πῦρ ὑπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ κυρίου, τὰ σημεῖα τῆς σβέσεως αὐτῶν ἐδήλου ὁ ἐξ αὐτῶν ἀναπεμπόμενος καπνός. εἶθ' ἑξῆς εἴρηται· καὶ πῦρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ καταφλεγήσεται· ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ. ταῦτα γὰρ ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς ἐνήργει ἀφανῶς κατὰ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, ὃ πῦρ αὐτῶν σβεννὺς ἑτέρῳ πυρὶ κρείττονι καὶ δυνατωτέρῳ. διὸ λέλεκται παρὰ Μωϋσεῖ· ὁ θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστίν· καὶ ἐν ψαλμοῖς· πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. καὶ πάλιν, ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται· πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα. τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐδηλοῦτο πῦρ, λέγων· πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; ταῦτα πάντα ἐγίνετο, ἐπειδήπερ ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη· οὐχ ἕνα δὲ οὐρανὸν ἔκλινεν· ἀλλὰ τοὺς πάντας ὅσοι ποτέ εἰσιν. ἡ γὰρ ταπείνωσις τοῦ ὕψους αὐτοῦ καὶ ἡ κένωσις τῆς θεότητος ἐδηλοῦτο διὰ τῶν εἰρημένων. ἐμφατικώτατα γὰρ τὴν κατάβασιν αὐτοῦ, ἔκλινεν οὐρανούς, σωματικώτερον τὴν κάθοδον αὐτοῦ σημαίνων.

A *Commota est & contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt, quoniam iratus est eis Deus.* 8. Istis manifestissime vaticinatur futurum Domini descensum propter mortem, necnon propter torrentes iniquitatis, dolores inferni, & laqueos mortis; quæ in causa fuere cur ex cœlis descenderet. In descensu autem ejus quænam gesta sint, prius enarravit his verbis: *Commota est & contremuit terra:* pro quo Aquila, *mota est & concussa est terra,* interpretatur. Aquilæ. Et sane dicti illius veritatem res ipsa gesta testificatur: cum enim B filius Dei in terra, tempore adventus sui carnalis, peregrinabatur; quotquot terrenum elementum incolunt, commoti ac concussi sunt, ac per Græcorum, Barbarorumque aures ubique fama ejus percrebuit: ea vero quæ fundamenta montium vocantur, conturbata sunt & commota sunt, vel juxta Symmachum, *circumversa sunt, quoniam iratus est eis.* Symmachi. Montes autem erant sublimitates omnes quæ adversus cogitationem Dei erigebantur, scilicet adversariæ quædam potestates, quæ per longa sæculorum spatia terrigenas omnes in multi- C plicium deorum superstitionem atque errorem abduxerant. Horum igitur montium fundamenta, id est altiora consilia & cogitationes, Domini virtutem cum persentiscerent, conturbata sunt, quoniam iratus est eis.

Quid itaque operetur ira adversus montes illos sibi traditos, deinde aperit hisce verbis: *Adscendit fumus in ira ejus.* 9. Sicut enim torris ignitus si exstinguatur, tunc fumus emittitur, pari modo adversariæ potestates jam pridem conjectæ in ignem, hominum animas incendebant comburebantque: igne D autem ab ira Domini exstincto, emissus inde fumus exstinctionis signa edidit. Deinde pergit dicere, *& ignis à facie ejus exardescet, carbones succensi sunt ab eo.* Hæc omnia enim Dei filius contra adversarias potestates clam operabatur, qui eorum ignem altero igne potentiori ac ardentiori exstinxerat. Quare apud Moysem dicitur: *Deus noster ignis consumens est;* Deut. 4. 24. & in psalmis: *Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus:* Psal. 96. 3. ac rursum: *Deus manifeste veniet, Deus noster & non silebit: ignis in conspectu ejus exardescet,* Psal. 49. 3. E *& in circuitu ejus tempestas valida.* Hunc etiam ignem Salvator indicavit: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo si jam accensus sit?* Luc. 12. 49. Hæc porro omnia facta sunt, quoniam *inclinavit cælos & descendit.* 10. Neque unum solummodo cœlum inclinavit; sed omnes quotquot sunt cœlos. Nam humiliatio celsitudinis ejus & exinanitio divinitatis ejus, supradictis verbis indicantur. Cum maxima enim emphasi descensum ejus significat his verbis: *Inclinavit cælos;* eumdemque descensum corporeo prorsus more exprimit.

11. *Et caligo sub pedibus ejus. Et adscendit super* A
Cherubim & volavit, volavit super pennas ven-
torum. Per caliginem & tenebras illas, clam
& arcana ratione suam secundum hominem
œconomiam adumbrat. Demumque eodem
revertitur unde profectus erat: ac in cœlos
adscendit cum Cherubino & volavit; tametsi
non cum ipso Cherubino descenderat: sine
Cherubino quippe inclinavit ipse cœlos &
descendit. In reditu autem dicitur: *& adscen-*
dit super Cherubim & volavit, cum corpore
scilicet quod assumserat. Illæ porro divinæ
virtutes ipsum sic adscendentem conspicatæ, B
circumadstantes satellitum more, Dominum
stipabant, ejus adscensum celebrantes sicque
Psal. 23. 7. vociferantes: *Attollite portas, principes vestras,*
& elevamini portæ æternales, & introibit Rex
gloriæ. Impleta autem isthæc sunt eo tem-
pore, quo in Apostolorum Actibus narratur:
Act. 1. 9. *Et cum hæc dixisset, videntibus illis elevatus est,*
& nubes suscepit eum ex oculis eorum. Cum-
que intueretur eum euntem in cælum.

Latentem illam & occultam Salvatoris
cum hominibus, ab adscensu suo ad hoc C
usque tempus, conversationem his verbis in-
12. dicat: *Et posuit tenebras latibulum suum, in cir-*
cuitu ejus tabernaculum ejus, tenebrosa aqua in
nubibus aëris. Nemini quippe latet quo pacto
nobiscum versetur, secundum illud ab eo di-
Matth. 28. 20. ctum: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus*
usque ad consummationem sæculi. Tabernacu-
lum porro ipsius non aliud significat, quam
sanctam Ecclesiam ejus, in qua se tabernacu-
Matth. 18. 20. lum positurum pollicitus est cum dixit: *Ubi*
duo vel tres congregati fuerint in nomine meo,
illic sum in medio eorum. Quandoquidem
vero prophetiæ ipsum spectantes caliginoso D
& obscuro more prolatæ sunt, jure adjicitur:
13. *Tenebrosa aqua in nubibus aëris. Præ fulgore*
in conspectu ejus nubes transierunt, grando &
carbones ignis. Quod autem nubes, prophe-
tas; ac pluviam ex nubibus delapsam, pro-
pheticos sermones Spiritus sanctus soleat ap-
Hesaia. 5. pellare; docebit Hesaïas qui, quemadmo-
dum dictum est, populum vineam compel-
lat, aitque nubes non ultra pluviam ipsi sub-
ministrare.
14. *Et intonuit de cælo Dominus, & Altissi-* E
mus dedit vocem suam. In præsenti docemur
ea quæ post Salvatoris adscensum per ejus
virtutes gesta sunt: dilucideque adscensum
ejus his significavit verbis: *Et intonuit de*
cælo. Quomodo intonuerit qui superius cœ-
los inclinasse ac descendisse fertur, nisi pror-
sus adscendisset? quod utique hisce dictis
comprobatur: *Et adscendit super Cherubim &*
volavit, volavit super pennas ventorum. Com-
monstratum ergo fuit ipsum descendisse, de-

A Καὶ γνόφος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ· καὶ ἐπέβη ἐπὶ * χερουβ, καὶ ἐπετάσθη, ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. τῇ μὲν οὖν ὁμίχλῃ καὶ τῷ γνόφῳ τὸ λεληθὸς καὶ ἀπόκρυφον παρίστησι τῆς κατὰ ἄνθρωπον αὐτοῦ οἰκονομίας· ἐπάνεισι δὲ λοιπὸν ὅθεν καὶ παρῆν· εἰς οὐρανούς τε αὖθις καὶ μετὰ τοῦ χερουβὶμ, καὶ ἐπετάσθη· καίτοι μὴ σὺν αὐτῷ καταβάς. δίχα γὰρ τοῦ χερουβὶμ ἔκλινεν οὐρανοὺς αὐτὸς καὶ κατέβη. ἐν δὲ τῇ ἐπανόδῳ λέλεκται· καὶ ἐπέβη ἐπὶ χερουβὶμ καὶ ἐπετάσθη, μεθ' οὗ ἀνείληφεν σώματος. καὶ ἐπειδὴ ἀναβαί-
B νοντα οὕτως ἐθεώρουν αὐτὸν αἱ δυνάμεις αἱ θεῖαι, περὶ αὐτὸν γενόμεναι ἐδορυφόρουν αὐτοῦ τὴν ἄνοδον ἐπιβοῶσαι καὶ λέγουσαι· ἄρατε τὰς πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. ἐπληροῦτο δὲ ταῦτα κατὰ τὸν καιρὸν, καθ' ὅν φησιν ἡ γραφὴ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων, καὶ ταῦτα εἰπὼν, βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη, καὶ νεφέλη ἀνέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ.

Τὴν ἀφανῆ καὶ λανθάνουσαν τοῦ σωτῆρος
C διατριβὴν τὴν σὺν ἀνθρώποις εἰς ἔτι καὶ νῦν ποιεῖται μετὰ τὴν ἀνάληψιν, διδάσκει λέγων· καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, κύκλῳ αὐτοῦ, ἡ σκηνὴ αὐτοῦ, σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων. οὐ λανθάνει γὰρ τοὺς πάντας ὅπως σύνεστιν ἡμῖν κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ· ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. σκηνὴν δὲ αὐτοῦ σημαίνει οὐχ ἑτέραν, ἢ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν αὐτοῦ· ἐν ᾗ κατασκηνώσειν ἐπηγγείλατο εἰπών· ὅπου δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰσὶν εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ
D αὐτῶν. ἐπειδὴ δὲ καὶ αἱ περὶ αὐτοῦ προφητεῖαι σκοτεινῶς εἴρηνται καὶ ἐπικεκρυμμένως, εἰκότως ἑξῆς λέγεται· σκοτεινὸν ὕδωρ ἐν νεφέλαις ἀέρων. ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως ἐνώπιον αὐτοῦ αἱ νεφέλαι διῆλθον, χάλαζα καὶ ἄνθρακες πυρός. ὅτι γὰρ νεφέλας τοὺς προφήτας, καὶ τὸν ἐξ αὐτῶν φερόμενον ὑετὸν, δηλαδὴ τοὺς προφητικοὺς λόγους, τὸ πνεῦμα τὸ θεῖον εἴωθεν ὀνομάζειν, διδάξει Ἡσαΐας, ἀλληγορικῶς τὸν λαὸν ἀμπελῶνα προσειπὼν, καθὰ εἴρηται· καὶ νεφέλας μηκέτι εἰς αὐτὸν ὑετὸν φερούσας.

E Καὶ ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ κύριος, καὶ ὁ ὕψιστος ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ. διδάσκει ἐν τῷ παρόντι ὁ λόγος τὰ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως κατορθωθέντα, σαφῶς δὲ τὴν ἄνοδον αὐτοῦ παρέστησε διὰ τῶν προκειμένων εἰπών· καὶ ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ. πῶς δὲ ἐβρόντησεν ὁ ἀνωτέρω κλίνας τοὺς οὐρανοὺς καὶ καταβὰς, εἰ μὴ πάντως ἀνεληλύθει. ὅπερ ἐδηλοῦτο διὰ τοῦ· καὶ ἐπέβη ἐπὶ χερουβὶμ καὶ ἐπετάσθη, ἐπετάσθη ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων. οὐκοῦν ἀποδέδεικται κατε-

* ad marg. χερουβὶμ

ἀπελυθότος· εἶτα μετὰ τῶν χερουβὶμ ἀνεληλυθότος· εἶτ' ἐξ οὐρανοῦ βροντῶν, καὶ ἑξῆς τὰ ἀναγεγραμμένα πεπραχότων κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ. πρῶτον μὲν, ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ αἱ νεφέλαι αὐτοῦ διῆλθον, χάλαζα καὶ ἄνθρακες πυρός. ὡς γὰρ ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου κατὰ τὴν ἑβδόμην πληγὴν εἴρηται· κύριος δὲ ἔδωκε φωνὴν καὶ χάλαζαν, καὶ διέτρεχε φησὶ τὸ πῦρ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἔβρεξεν κύριος ἐπὶ γῆν Αἰγύπτου. ἦν δὲ ἡ χάλαζα καὶ τὸ πῦρ φλογίζον ἐν τῇ χαλάζῃ. ἐπάταξεν δὲ ἡ χάλαζα ἐν πάσῃ γῇ Αἰγύπτου· καὶ ταῦτα πάντα ἐγίνετο ἵνα ὁ λαὸς τοῦ θεοῦ ἐλευθερίας τῆς παρὰ Αἰγυπτίοις δουλείας τυχεῖν δυνηθῇ. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐνταῦθα τὰς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς τῆς ὑπὸ τὴν ἄθεον εἰδωλολατρείαν, καὶ τοὺς πονηροὺς δαίμονας ὑποταγῆς ἐλευθερῶν, κατὰ τῶν νοητῶν Αἰγυπτίων ἠφίει χάλαζαν καὶ ἄνθρακας πυρὸς ὁ ἐπὶ τῶν χερουβὶμ ἀναπτὰς κύριος. οἶμαι δὲ τὰς κατὰ τῶν ἀσεβῶν τιμωρητικὰς δυνάμεις, χάλαζαν καὶ ἄνθρακας πυρὸς ὀνομάζεσθαι. δυνάμεις τοίνυν τιμωροὶ καὶ κολαστικαὶ, τῷ βουλήματι τοῦ κυρίου ἀφανῶς ἐξυπηρετούμεναι κατὰ τῶν δαιμόνων τῶν τὴν πολύθεον πλάνην ἐνεργούντων, πάντας αὐτοὺς ἤλαυνον. διὸ σχεδὸν πάντα αὐτῶν ἐκλελοίπεν τὰ χρηστήρια, καὶ αἱ μαντεῖαι κατελύθησαν· ἔρημοί τε αὐτῶν κατέστησαν οἱ ναοί· σεσύληνται τὰ ἀφιερώματα ἀοράτῳ καὶ ἀφανεῖ δυνάμει. τοῦ κυρίου ταῦτα πάντα μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον διαπεπραχότος.

Καὶ ἐξαπέστειλε βέλη καὶ ἐσκόρπισεν αὐτούς, καὶ ἀστραπὰς ἐπλήθυνε καὶ συνετάραξεν αὐτούς. καὶ ὤφθησαν αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων, καὶ ἀπεκαλύφθη τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης· ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου κύριε, ἀπὸ ἐμπνεύσεως πνεύματος ὀργῆς σου. θεμέλια οἰκουμένης νοήσεις τὰς τῆς σοφίας τοῦ θεοῦ δυνάμεις, δι' ὧν καὶ πάλαι ἡ σύμπασα κτίσις τεθεμελίωτο, καὶ μετὰ ταῦτα ἐστερεώθη ἡ οἰκουμένη, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. εἰ δὲ καὶ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ τὴν οἰκουμένην ἐθέλεις νοεῖν· θεμέλιον δὲ αὐτῆς, πρῶτον μὲν τὴν ἀρραγῆ καὶ στερεὰν πέτραν, ἐφ' ἣ ᾠκοδόμηται κατὰ τὸ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. ἡ πέτρα δὲ ἦν ὁ Χριστός· ἢ κατὰ τὸν ἀπόστολον, ὅπερ οὖν διδάσκει αὐτὸς λέγων· θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός· εἶτα μετ' αὐτὸν θεμέλιοι τῆς ἐκκλησίας προφητικοὶ καὶ ἀποστολικοὶ λόγοι κατὰ τὸν ἀπόστολον φήσαντα· ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὐκ ἂν ἐκτὸς βάλοις τῆς ἀληθείας. τὰ αὐτὰ οὖν τὰ θεμέλια τῆς οἰκου-

inde cum Cherubino adscendisse, post ex cœlo intonuisse; demum ea contra inimicos suos designasse quæ in sequentibus describuntur. Primo quidem *præ fulgore ejus in conspectu ejus nubes transierunt, grando & carbones ignis.* Sicut enim de Ægypto in septima plaga narratur, *Dominus autem dedit vocem & grandinem, & discurrebat*, inquit, *ignis super terram: pluitque Dominus super terram Ægypti. Eratque grando, ignisque ardens in grandine. Et percussit grando in omni terra Ægypti.* Hæc porro omnia facta sunt ut populus Dei ab Ægyptiorum servitute eximeretur. Eodem prorsus modo jam cum ecclesias ex gentibus coactas, hominumque animas à servitute impiæ idololatriæ & malignorum dæmonum liberaret; adversus intelligibiles Ægyptios Dominus ille qui super Cherubim volavit, grandinem & carbones ignis emittebat. Arbitror autem ultrices illas adversus impios paratas virtutes, grandinem & carbones ignis vocari. Virtutes igitur illæ supplicio & ultioni destinatæ, voluntatis Dei occulto more administræ adversus dæmonas qui multiplicium deorum superstitionem advexerant, ipsos omnes dæmonas abigebant. Quare universa eorum oracula defecerunt, vaticinia abrogata sunt: templa eorum deserta; sacraria invisibili ac latente virtute expilata fuerunt; Domino post suum in cælos adscensum hæc omnia operante. *Exod. 9. 23.*

Et misit sagittas suas, & dissipavit eos; fulgura multiplicavit, & conturbavit eos. Et apparuerunt fontes aquarum, & revelata sunt fundamenta orbis terrarum: ab increpatione tua, Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Per fundamenta orbis terrarum intelligas sapientiæ Dei virtutes, quibus olim universa rerum natura fundata est, & postea confirmatus est orbis, qui non commovebitur. Quod si per orbem terrarum, Ecclesiam Dei accipi velis; ac si fundamentum ejus cogites esse, primo quidem infractam illam & solidam petram, in qua fundata est, secundum illud: *Supra petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Petra autem erat Christus;* aut ut Apostolus indicat his verbis: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus:* ac post ipsum Salvatorem fundamenta Ecclesiæ existimes esse propheticos & apostolicos sermones, secundum Apostoli dictum: *Superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu;* nequaquam à veritatis scopo aberraveris. Hæc igitur orbis

15. 16. 17.

Matth. 16. 18. *1. Cor. 3. 11.* *Ephes. 2. 20.*

fundamenta revelata sunt: inimicis Dei, qui A olim mentis nostræ oculos obtenebrabant, ut ne divina intueri possent, eliminatis & fugatis, ac per emissas à Deo sagittas dissipatis, fugatisque ab increpatione Domini, & ab inspiratione spiritûs iræ ejus. Merito igitur ac consequenter, ab iis erepti ac recepto oculorum usu, fontes aquarum vidimus, fundamenta orbis terrarum suspeximus. Quod ætate nostra in plurimis terræ partibus evenit.

Misit de summo & accepit me, assumsit me B *de aquis multis.* Demersum namque ipsum, & quasi captivum abductum, universorum Deus & Pater, per Filium suum abs se missum excepit. Unde autem exceperit, subinde significat his verbis, *de aquis multis.* Ait igitur etiam in sexagesimo octavo psalmo:
Psal. 68. 2. *Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est substantia.* Ad hæc consequenter sane in præsenti gratias agens sic ait: *Assumsit me de aquis multis.* Quænam autem sint aquæ illæ, mox apertius indicat C
18. sic loquens: *De inimicis meis fortissimis, & ab iis qui oderunt me, quoniam confortati sunt*
19. *super me. Prævenerunt me in die afflictionis meæ.* Hæc ipsa Spiritus sanctus annuntiat, dum ait eum assumtum esse de aquis multis, libertatemque nactum ex inimicis qui ipsum olim imperio subactum suo detinuerant.

20. *Et factus est Dominus protector meus. Et eduxit me in latitudinem, salvum me faciet*
21. *quoniam voluit me. Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam.* Cum confes- D sionem, inquit, preces & supplicationes meas jam exaudisset Deus, factus est protector meus. Me quippe subversioni & ruinæ ingenti proximum, si quidem post peccatum in defectionem penitus prolapsus essem, adstans ipse, ceu fulcrum & adminiculum, retinuit, quando misso ad me Nathan propheta, de admisso peccato me coarguit, & erexit. Imo etiam *deduxit me in latitudinem;* Symmachi. sive juxta Symmachum, *in latum spatium.* Ad angustias quippe redactum me, ac prope de salute mea desperantem, eripuit ac in la- E titudinem eduxit: ut in latius spatium deducto, recipiendi mei ac vulnera sollicitè curandi copia fuerit. Cæterum is me prorsus liberabit, ac delicti veniam concedet, tempore adventus sui, qui in vaticinio fertur. Iisque me beneficiis devinciet Domi- Aquilæ. nus, *quoniam voluit me:* aut secundum Aquilam, *quoniam voluit in me:* neque enim convertendus eram, neque coarguendus de peccato, neque mittendus ad me propheta,

A μένης ἀνεκαλύφθησαν τῶν ἐχθρῶν τοῦ θεοῦ τῶν πάλαι ἐπισκοτούντων τὰ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ὄμματα πρὸς τὸ μὴ τὰ θεῖα βλέπειν, ἐκ ποδῶν μεταστάντων, καὶ τοῖς ἀποσταλεῖσι τοῦ κυρίου βέλεσι διασκορπισθέντων· πεφυγότων τε ἀπὸ ἐπιτιμήσεως κυρίου, καὶ ἀπὸ ἐμπνεύσεως πνεύματος ὀργῆς αὐτοῦ. εἰκότως οὖν ἐλευθερωθέντες τούτων ἡμεῖς καὶ ἀναβλέψαντες, τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων ἐθεασάμεθα, καὶ τὰ θεμέλια τῆς οἰκουμένης ἐπωπτεύσαμεν. καὶ τοῦτο ἐφ' ἡμῶν ἐν πολλοῖς γεγένηται κλίμασιν.

B Ἐξαπέστειλεν ἐξ ὕψους καὶ ἔλαβέν με, προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν. καταποθέντα γὰρ αὐτὸν καὶ ληφθέντα ὥσπερ αἰχμάλωτον ὁ τῶν ὅλων θεὸς καὶ πατὴρ, ἐξαποστείλας τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν, ἔλαβεν. πόθεν δὲ αὐτὸν ἔλαβεν ἑξῆς διδάσκει λέγων, ἐξ ὑδάτων πολλῶν. φησὶ γοῦν καὶ ἐν ἑξηκοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ· σῶσόν με ὁ θεὸς ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου· ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. τούτοις τοιγαροῦν ἀκολούθως καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις εὐχαριστῶν, φησὶ· προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν. C τίνα δὲ τὰ ὕδατα ἐπιφέρει σαφέστερον εἰπών· ἐξ ἐχθρῶν μου δυνατῶν καὶ ἐκ τῶν μισούντων με, ὅτι ἐστερεώθησαν ὑπὲρ ἐμέ. προέφθασάν με ἐν ἡμέρᾳ κακώσεώς μου. καὶ ταῦτα δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εὐαγγελίζεται αὐτὸν ἀναλαβεῖν ἐκ τῶν πολλῶν ὑδάτων. ἐλευθερίαν δὲ τὴν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν τῶν πάλαι κατακεκρατηκότων αὐτοῦ ἠλευθερῶσθαι.

Καὶ ἐγένετο κύριος ἀντιστήριγμά μου. καὶ ἐξήγαγέ με εἰς πλατυσμὸν, ῥύσεταί με, ὅτι ἠθέλησέ με. καὶ ἀνταποδώσει μοι κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου. ἤδη μὲν φησὶ τῆς ἐξομο- D λογήσεώς μου καὶ τῶν προσευχῶν καὶ τῶν ἱκετηρίων ἐπακούσας ὁ κύριος, γέγονέ μοι ἀντιστήριγμα· μέλλοντα γάρ με περιτρέπεσθαι, καὶ μέγα πτῶμα ὑπομένειν, εἰ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν εἰς παντελῆ ἐξέπιπτον ἀποστασίαν, αὐτὸς παραστὰς ἔρεισμά μοι καὶ ἀντιστήριγμα γέγονεν· ὁπηνίκα τὸν αὐτοῦ προφήτην Ναθὰν πέμψας, ἔλεγχόν μοι ἐπήγαγεν τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἀνώρθωσεν. ἀλλὰ καὶ ἐξήγαγέν με εἰς πλατυσμὸν καὶ εἰς εὐρυχωρίαν κατὰ τὸν Σύμμαχον. στενοχωρηθέντα γάρ με, καὶ μικροῦ δεῖν ἀπογνόντα ἑαυτοῦ τὴν σωτηρίαν, E ἐρρύσατο καὶ εἰς πλατυσμὸν ἐξήγαγεν, ὡς κατὰ πλάτος δυνηθῆναι ἐμαυτὸν ἀναλαβεῖν, καὶ τῆς ἐμαυτοῦ θεραπείας ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι. πλὴν ἀλλὰ καὶ παντελῶς ῥύσεταί με φησὶν διδοὺς ἄφεσιν τῆς ἁμαρτίας κατὰ τὸν προφητευόμενον καιρὸν τῆς αὐτοῦ παρουσίας. καὶ τοῦτο ποιήσει εὐεργετῶν με ὁ κύριος, ὅτι ἠθέλησέν με· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν ὅτι ἐβουλήθη ἐν ἐμοί. οὐ γὰρ ἂν ἐπεστράφην, οὐδ' ἂν τὸν ἔλεγχόν μοι προσήγαγεν, οὐδ' ἂν τὸν προφήτην ἑαυτοῦ πρὸς ἐμὲ ἀπεστάλκει,

ἐμὲ ἀπεστάλκει, εἰ μὴ σῶσαί με ἤθελεν. Ἐγὼ δὲ οἶδα καὶ ἀκριβῶς πέπεισμαι, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς δικαιοκρισίας αὐτοῦ, οὐ μνημονεύσει μου τῆς ἁμαρτίας καὶ τῶν τολμηθέντων μοι ἐν ἡμέρᾳ ταλαιπωρίας μου· κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου ἀποδώσει μοι. Τὰς γὰρ ἄλλας μου πράξεις τὰς ἐν ἀρετῇ καὶ δικαιοσύνῃ, ὥσπερ ἐν τρυτάνῃ καὶ ζυγῷ ἀντιπαραλαβών, καὶ ἀντιστήσας τῷ ἁμαρτήματί μου, κατὰ πολὺ πλεοναζούσας εὑρήσει τοῦ γενομένου ἁμαρτήματος. Διὸ ἀνταποδώσει μοι οὐ καθ' ὃ ἥμαρτον, ἤδη γὰρ ἀνταπέδωκεν, μετελθών με κατὰ τὸν παρόντα βίον διὰ τῶν καταλαβουσῶν με συμφορῶν· κατὰ δὲ τὰς λοιπὰς πράξεις, τὰς ἐν δικαιοσύνῃ, ἀποδώσει μοι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς αὐτοῦ δικαιοκρισίας, καὶ τῶν χειρῶν μου κατὰ τὴν καθαρότητα τὴν ἀμοιβὴν ποιήσεται. Ἀπέπλυνα γὰρ τὸν πρότερον αὐταῖς ἐζυμωμένον ῥύπον. Καὶ ἔσομαι ἄμωμος μετ' αὐτοῦ, καὶ φυλάξομαι ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου. Καὶ ἀνταποδώσει μοι κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ τὴν καθαρότητα τῶν χειρῶν μου ἀνταποδώσει μοι.

Διεξέρχεται ἑξῆς καταλέγων τίς ἦν ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ, καὶ ὅπως ἀπεκάθηρεν ἑαυτοῦ τὰς χεῖρας. Ὅτι ἐφύλαξα τὰς ὁδοὺς κυρίου, καὶ οὐκ ἠσέβησα ἀπὸ τοῦ θεοῦ μου. Ὅτι πάντα τὰ κρίματα αὐτοῦ ἐνώπιόν μου, καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ οὐκ ἀπέστησεν ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ ἔσομαι ἄμωμος μετ' αὐτοῦ, καὶ φυλάξομαι ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου. Ἐπεὶ τοίνυν ταῦτα ἐπορισάμην ἐμαυτῷ φησι μετὰ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοσαύτας συνήγαγον ἐμαυτῷ θεραπείας, εἰκότως πάλιν ἐπαναλαβὼν τὸν αὐτὸν ἐν δευτέρῳ λόγον φημί· ὅτι διὰ τὰ προλεχθέντα, καὶ ἀνταποδώσει μοι κύριος κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ τὴν καθαρότητα τῶν χειρῶν μου ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὁ Σύμμαχος, τὴν ἄντικρυ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ἐξέδωκεν, οὐ γὰρ ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς ἐσπούδαζον τὴν ἐμαυτοῦ καθαρότητα δεικνύναι, οὐδὲ ὥστε ἀρέσκειν τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' ἄντικρυ τῶν αὐτοῦ τοῦ κριτοῦ ὀφθαλμῶν, πᾶσαν ἐποιούμην σπουδὴν τῆς ἐμαυτοῦ καθαρότητος.

Μετὰ ὁσίου ὅσιος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἀνδρὸς ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ· καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. Ὅτι σὺ λαὸν ταπεινὸν σώσεις, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπερηφάνων ταπεινώσεις. Μήποτε προφητικῶς λαὸν μὲν [a] ταπεινόν, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν πένητα, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, πρᾶον, τὸν χορὸν αἰνίττεται τὸν ἀποστολικόν· ὑπερηφάνους δὲ τοὺς πάλαι ἐπηρμένους τοὺς ἀρχιερέας καὶ διδασκάλους καὶ ἄρχοντας τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ· οἳ πάλαι ὀφθαλμοῖς ὑπερηφάνοις κατὰ τοῦ

[a] In Hebraïco legitur עני, id est, *pauper*, *abjectus*.

A nisi me salvum facere voluisset. Atenim novi, ac persuasum plane habeo, ipsum tempore justi judicii sui, peccati mei & facinorum, quæ in die miseriæ meæ perpetravi, mentionem nullam facturum esse; sed *secundum justitiam meam retribuet mihi.* Nam si alia mea, cum virtute ac justitia designata, opera quasi ad trutinam & bilancem una cum peccato meo appenderit, ea multo delictum excedere comperiet. Quapropter non secundùm peccatum meum retribuet mihi; jam quippe retribuit, cum me multis in præsenti vita B calamitatibus adfecit; sed secundum reliqua probe ac juste perpetrata opera in die justi judicii sui retribuet mihi, & manus meas ob puritatem præmio donabit: ipsas quippe à pristinis sordibus ablui: *Et ero immaculatus cum eo, & observabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.*

Subinde vero narrat quæ fuerit justitia
C ejus, & quo pacto manus ipse suas abluerit.
Quia custodivi vias Domini, nec impie gessi à 22.
Deo meo. Quoniam omnia judicia ejus in con- 23.
spectu meo, & justitias ejus non repulit à me.
Et ero immaculatus cum eo, & observabo me 24.
ab iniquitate mea. Quia ergo post admissum scelus iis me moribus composui, & tantam mihi adhibui medelam; resumta priori sententia, idipsum secundo repetam, dicamque iterum:
Et retribuet mihi Dominus secundum 25.
justitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus: cujus D dicti loco; *in conspectu oculorum ejus*, sic habet Symmachus, *ex opposito oculorum ejus.* Symmachi. Non enim hominum oculis puritatem ostentavi meam, neque ut multis placerem id egi; sed in conspectu oculorum ipsius judicis, mei purgandi curam & sollicitudinem habui.

Cum sancto sanctus eris, & cum viro in- 26.
nocente innocens eris: & cum electo electus 27.
eris, & cum perverso perverteris. Quoniam tu 28.
E *populum humilem salvum facies, & oculos superborum humiliabis.* Annon prophetico more per populum humilem, aut secundùm Aquilam, *pauperem*, aut, ut Symmachus, *mansuetum*, chorum Apostolicum adumbrat; superbos autem vocat eos, qui olim altos spiritus assumebant, principes Sacerdotum, doctores ac magistratus populi ex circumcisione? Quos olim superbis oculis in Salvatorem nostrum

(Margin: Aquilæ. Symmachi.)

insurgentes humiliavit Deus, ac humilem illum, pauperem & mansuetum salvum fecit, videlicet illum Salvatoris nostri, Apostolorum ac discipulorum populum.

29. *Quoniam tu illuminabis lucernam meam, Domine, Deus meus illuminabis tenebras meas.*
30. *Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum.* Cum autem illam Davidis lucernam perquirerem, in CXXXI. psalmo deprehendi: *Illic producam cornu David, paravi lucernam Christo meo.* Lucerna autem Christo parata, ex semine David orta, quid aliud fuerit, quam proles illa, quæ secundum carnem ex successione Davidis prodiit, qua usus Christus qui in eum Davidis fœtum advenit, radios virtutis suæ, orientemque illam lucem universis hominibus splendere fecit? Quare in prædictis verbis prophetice David ita loquitur: *Quoniam tu illuminabis lucernam meam Domine.* Tu enim ipse Dominus, inquit, qui vera lux es, arcana quadam ratione *unitus* lucernæ ex me prodituræ, ipsam illuminabis; imo etiam tenebras, queis offusus olim fui, dissipabis penitus, ut ne quidem memoria earum mentem subeat meam. Probeque novi, me vi atque robore tuo instructum, murum illum cœlestem transgressurum esse: atque tunc in tuto positus, salutem ex te consequar. Sive hoc pacto: Transgrediar transiliamque omnia hostium munimenta, & sepes atque murum, quem in circuitu meo, ut intercludar, struere satagunt.

31. *Deus meus impolluta via ejus: eloquia Domini igne examinata, protector est omnium*
32. *sperantium in se. Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum?* Impollutam prædicat, id est inculpatam, administrationem ejus, ac providentiæ œconomiam. Sed etiam eloquia ejus igne examinata, sive sollicite probata exquisitaque, neque ulterius exploranda sunt; nihil quippe alienæ materiæ ipsis admixtum deprehendere est: qualia sunt eloquia sapientum hujus sæculi, quæ aliquam interdum præferunt dignitatis speciem, sed omni religionis despectu & impietate plena sunt. Quid autem docent eloquia illa Domini igne examinata? Id sane, ipsum esse protectorem omnium sperantium in se, ac nullum esse Deum præter Dominum nostrum, nullum fortem nisi Deum nostrum: atque ideo jure dicatur protector esse omnium sperantium in se, cum nullus reperiri possit, qui tali tantoque protectori obsistere valeat.

33. *Deus qui præcingit me virtute, & posuit*
34. *immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos tamquam cervorum, & super excelsa mea*

σωτῆρος ἡμῶν κεχρημένους ἐταπείνωσεν ὁ θεός. ἐν πᾶσι σώσας τὸν αὐτοῦ ταπεινὸν καὶ πένητα καὶ πρᾶον, τὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν λαόν.

Ὅτι σὺ φωτιεῖς τὸν λύχνον μου, κύριε, ὁ θεός μου φωτιεῖς τὸ σκότος μου. ὅτι ἐν σοὶ ῥυσθήσομαι ἀπὸ τοῦ πειρατηρίου, καὶ ἐν τῷ θεῷ μου ὑπερβήσομαι τεῖχος. ζητῶν δὲ τὸν λύχνον τοῦ Δαυὶδ εὗρον, ἐν ρλα΄. ψαλμῷ φερόμενον, τό, ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαυίδ· ἡτοίμασα λύχνον τῷ χριστῷ μου. λύχνος δὲ ἑτοιμαζόμενος τῷ χριστῷ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ τίς ἂν γένοιτο, ἢ τὸ γέννημα τὸ κατὰ σάρκα γενόμενον ἐκ διαδοχῆς Δαυίδ· ᾧ κέχρηται ὁ χριστὸς ἐν αὐτῷ γενόμενος, καὶ τὰς τῆς δυνάμεως αὐτοῦ μαρμαρυγὰς καὶ τοῦ φωτὸς τὰς ἀνατολὰς πᾶσιν ἐξέλαμψεν ἀνθρώποις; διὸ καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις προφητικῶς φησὶν ὁ Δαυίδ, ὅτι σὺ φωτιεῖς λύχνον μου κύριε. σὺ γὰρ αὐτὸς φησὶν ὁ κύριος, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν τυγχάνων, ἑνωθείς ποτε ἀπορρήτως τῷ ἐξ ἐμοῦ γενησομένῳ λύχνῳ φωτιεῖς αὐτόν· ἀλλὰ καὶ τὸ ἐγγενόμενόν μοι ποτὲ σκότος τότε παντελῶς περιελεῖς, ὡς μηδὲ μνήμην αὐτοῦ ἀνιέναι ἐπὶ τὴν ἐμὴν διάνοιαν. εὖ δὲ οἶδα ὅτι καὶ τῆς παρὰ σοῦ δυνάμεως καὶ ἰσχύος καταξιωθείς, ἐπιβήσομαι τοῦ ἐν οὐρανοῖς τείχους· ἐν ἀσφαλεῖ τε γενόμενος, τότε τῆς παρά σοι τεύξομαι σωτηρίας. ἤ, ὑπερβήσομαι καὶ ὑπερπηδήσω πάντα τὰ τῶν ἐχθρῶν ὀχυρώματα καὶ τοὺς φραγμοὺς καὶ τὸ τεῖχος, ὃ περιβάλλειν μοι εἰς τὸ ἀποκλεῖσαι σπεύδονται.

Ὁ θεός μου ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ· τὰ λόγια κυρίου πεπυρωμένα, ὑπερασπιστής ἐστι πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. ὅτι τίς θεὸς πλὴν τοῦ κυρίου; ἢ τίς θεὸς πλὴν τοῦ θεοῦ ἡμῶν; ἄμωμον εἶναι ἀποφαίνεται, τουτέστιν ἀνεπίληπτον τὴν διοίκησιν αὐτοῦ, καὶ τὴν τῆς προνοίας οἰκονομίαν. ἀλλὰ καὶ τὰ λόγια αὐτοῦ πεπυρωμένα, τουτέστι βεβασανισμένα καὶ δεδοκιμασμένα· οὐκ ἔστι τε αὐτοῖς ἐπισκέψαι οὐδὲ ἀλλοτρίας ὕλης παρεμβεβλημένον τι ἐν αὐτοῖς εὑρεῖν, ὁποῖα τὰ παρὰ τοῖς σοφοῖς τοῦ αἰῶνος τούτου τυγχάνει· μετέχοντα μέν τινος ἐσθ' ὅτε φαντασίας· πάσης δὲ ἀθεότητος καὶ δυσσεβείας πεπληρωμένα. τί οὖν τὰ πεπυρωμένα λόγια τοῦ κυρίου διδάσκει; ὡς ὑπερασπιστής ἐστι πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλος θεός, ἢ μόνος ὁ ἡμέτερος κύριος, οὐδ' ἔστιν κραταιὸς ἄλλος, ἢ ὁ θεὸς ἡμῶν. καὶ διὰ τοῦτο εἰκότως ὑπερασπιστής ἐστιν πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν· μηδενὸς ἑτέρου εὑρισκομένου τοῦ δυναμένου στῆναι πρὸς τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον.

Ὁ θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν, καὶ ἔθετο ἄμωμον τὴν ὁδόν μου· καταρτιζόμενος τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφων καὶ ἐπὶ τὰ ὕψη μου

ἱστῶν με. Οὐκ ἀπράκτων φησὶ καὶ ἀργῶν περιΐσταται καὶ ὑπερασπίζει· ἀλλὰ καὶ αὐτῶν συμβαλλομένων τῇ αὐτῶν σωτηρίᾳ, διὰ τοῦ ἀγωνίζεσθαι καὶ τοὺς ἐχθροὺς καταπολεμεῖν. οὕτω γοῦν καὶ ἐμὲ ὁπλίζων ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσιν· τὴν θνητὴν καὶ ἀνθρωπίνην μου ἰσχὺν τῇ αὐτοῦ χάριτι δυναμοῖ· ἵν᾿ ὥσπερ ἀνὴρ τὴν ὀσφὺν περιεζωσμένος τὴν ἐξ αὐτοῦ χορηγουμένην μοι δύναμιν, στῶ πρὸς τοὺς πολεμίους. ἀλλὰ καὶ ὥσπερ εἴρηται ὁ θεὸς ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ. οὕτως κατ᾿ εἰκόνα καὶ καθ᾿ ὁμοίωσιν αὐτοῦ καὶ ἐμὲ βουλόμενος εἶναι, καὶ τὴν ἐμὴν ὁδὸν ἔθετο ἄμωμον, διδασκαλίαις B καὶ παραινέσεσιν καὶ παντοίοις μαθήμασι τὴν ὁδόν μου, τουτέστι τὴν ζωὴν καὶ τὸν βίον ἄμωμον καταρτιζόμενος. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἄμωμον, [a] Ἀκύλας τέλειον ἐκδέδωκεν. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, καὶ τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφων κατηρτίσατο. περὶ οὖν ἐλάφων πολὺς ἐν τοῖς ἱεροῖς * πράγμασι φέρεται λόγος. ἐπὶ σχολῆς δ᾿ ἄν τις τῶν προτεθέντων ἐξετάσας, εὕροι ἂν αὐτῶν τὸν νοῦν ἀναφερόμενον ἐπὶ τοὺς ἁγίους τοῦ θεοῦ ἄνδρας, τοὺς ἀναιρετικοὺς παντὸς ἑρπυστικοῦ καὶ ἰοβόλου ζώου. ἐπεὶ καὶ τῆς ἐλάφου τοιαύτη πέφυκεν ἡ φύσις, ὀφιοκτόνος C οὖσα καὶ ἀναιρετικὴ παντὸς ἑρπετοῦ. ὀρεινοβάτες δὲ τὸ ζῶον καὶ δρομικόν, ὡς καὶ οἱ ἅγιοι τοῦ θεοῦ τὰ ἄνω σκοποῦντες, καὶ μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὰ ὑψηλὰ διώκοντες, πόθῳ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας. τὴν πρὸς τοὺς ἁγίους τοίνυν ὁμοιότητα ἑαυτοῦ καὶ ὁ Δαυὶδ τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι ἀνατίθησι λέγων ἑξῆς· καὶ ἐπὶ τὰ ὕψη μου ἱστῶν με. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἕτεροι καθέλκειν ἡμᾶς καὶ καταβιβάζειν ἐπὶ τὰ βάθη καὶ τὰς κοιλάδας τῆς κακίας πειρῶνται· ἀλλ᾿ ὁ θεὸς ἡμῶν οἷά τις ἀγωνοθέτης διδάσκων ἡμᾶς ἀγαθοὺς εἶναι δρομεῖς, ἐπὶ D τὰ κατάλληλα ἡμῖν ὕψη παρορμᾷ· αὐτοῦ τε ἡ χάρις. οὐ γὰρ ἡμετέρα δύναμις ἵστησιν ἐν τοῖς ἡμετέροις ὕψεσιν· φύσει γὰρ ἀνθρώπου ψυχῇ τὸ οὐράνιόν ἐστιν οἰκητήριον· καὶ τὰ ἐκεῖ ὕψη οὐκ ἀλλότρια, ἀλλ᾿ οἰκεῖα, διὸ ἐπὶ τὰ ὕψη μου φησὶν ἱστῶν με.

Διδάσκων χεῖράς μου εἰς πόλεμον, καὶ ἔθου τόξον χαλκοῦν τοὺς βραχίονάς μου, καὶ ἔδωκάς μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας, καὶ ἡ δεξιά σου ἀντελάβετό μου. πρὸς τούτοις ἅπασιν ὑπερασπισμὸν σωτηρίας μοι δέδωκας, τὸν σὸν υἱὸν καταπέμψας τῇ ἰδίᾳ ἀσπίδι ὑπὲρ ἐμοῦ E μαχησόμενον. ἀκριβῶς γὰρ ἐπιστήσας ἴδ᾿ ὅ ποτε ἐστὶ τὸ διὰ πάσης γραφῆς προφητευόμενον σωτήριον τοῦ θεοῦ, περὶ οὗ καὶ Συμεὼν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἔλεγεν· νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου. καὶ ἡ δεξιά σου ἀντελάβετό μου. τάχα δεξιὰ τοῦ θεοῦ εἶναι δύναται ἐν ᾗ ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν, μονογενὴς λόγος.

* γράμμασι

[a] In Hebraïco legitur, תמים, quod est, *perfectam.*

A *statuens me.* Non iners & otiosus, inquit, patrocinatur atque protegit; sed id muneris agit, dum illi manus conserunt pro salute sua, ut inito certamine inimicos debellent. Sic me virtutibus suis ceu armis instruit, ac mortalem humanamque fortitudinem meam gratiâ suâ confirmat; ut quasi vir, lumbos habens virtute sua succinctos, inimicis obsistam. Sed quemadmodum supra dictum est, *Deus impolluta via ejus;* ita me ad sui imaginem ac similitudinem esse peroptans, meam quoque viam posuit immaculatam, & doctri- B na, monitis ac cujusvis generis disciplinis, viam sive vitam institutumque meum perpolivit ac perfecit. Loco illius, *immaculatam*, Aquila, *perfectam*, edidit. Ad hæc porro, *perfecit pedes meos tamquam cervorum:* Aquilæ. de quibus cervis multa in divinis instrumentis feruntur. Si quis vero per otium propositum argumentum excutiat, ad sanctos Dei viros sermonem spectare comperiet, qui serpentes omnes venenataque animalia de medio tollunt. Nam talis est cervorum natura, ut serpentes omneque venenatorum genus C interficiant. Montanum item animal est ac cursu velox: quales sunt quoque sancti Dei qui superna spectant, non terrena, sublimia vero quæritant; idque ex uno regni cœlestis amore. Eam sui ipsius cum sanctis similitudinem sibi David, gratiâ Dei fultus, adscribit, dum hæc subjungit, *& super excelsa mea statuens me.* Etsi namque alii sint, qui nos in nequitiæ valles detrahere ac abducere satagant; at Deus noster, ceu quidam certaminum præfectus, cum nos instituit ut boni cursores simus, ad congruentia nobis D excelsa concitat: idipsum præstat ejus gratia. Neque enim virtute nostra in excelsis nostris constituimur: hominis quippe animæ ex natura sua cœleste domicilium est: atque excelsa illa, non aliena, sed propria ipsi sunt; quamobrem ait: *Super excelsa mea statuens me.*

Qui docet manus meas ad prælium, & po- 35.
suisti ut arcum æreum brachia mea. Et de- 36.
disti mihi protectionem salutis, & dextera tua suscepit me. Ad hæc certè omnia protectionem salutis largitus mihi es, cum filium E tuum misisti proprio cum scuto pro salute mea pugnaturum. Accurate etenim animo perpendas velim, quodnam illud salutare Dei sit, in totius Scripturæ vaticiniis prædicatum, de quo Symeon in Evangelio ait: *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. Et dextera tua suscepit me.* Luc. 2. 29. Dextera Dei ea fortasse fuerit, qua firmavit cœlum, scilicet unigenitum Verbum.

A *Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit.* Symmachus
Symmachi. edidit: *Et quod exaudiat me accrescere me faciet:*
Aquilæ. Aquila vero: *Et mansuetudine tua replevit me.*
37. *Dilatasti gressus meos subtus me.* Gressus scilicet, queis ex nequitia ad virtutem, ex sensibilibus ad intelligibilia, à præsenti ad futurum sæculum transmigro, dilatasti subtus me: qui mihi ab initio angusti & ardui visi sunt, quod in arcta incederem via; sed in progressu superior illis effectus, dilatatos animadverti. Nam qui omni profectu superior evasit, & finem attigit, in lato spatio B deductus, angustiam illam, labores, sudores, quos in profectu expertus erat, non ultra sentit. *Et non sunt infirmata vestigia mea.* Etsi in diuturno labore versatus, vestigia mea, id est, crura interioris hominis, infirmata essent; quia tamen labores virtutis causa susceptos quies excipit, non infirmantur, sed confirmantur vestigia mea, ita
Psal. 30. 9. ut dicere liceat: *Et statuisti in loco spatioso pedes meos.* Imo vero qui Jesum sequitur, vestigiis ejus insistit: quoniam in via à Jesu Christo trita & frequentata progreditur, C firma imprimit vestigia, ita ut vel ipso opere hæc vociferetur: In angustia ærumnarum non sunt infirmata vestigia mea.

38. *Persequar inimicos meos & comprehendam illos, & non convertar donec deficiant. Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos.* Quot quantosque inimicos, opitulante Deo, superavit! Et hoc mihi, inquit, boni per gratiam tuam concessum est, ut pedes mei non coarctarentur, neque retibus inimicorum, vel offendiculis quæ objecerant interciperer. His quippe omnibus per te D Deus meus amotis, liberam planamque mihi munisti viam. Illud autem, *Cadent subtus pedes meos*, consona prophetico spiritui interpretatione donabis, si memineris illam Salvatoris ad Apostolos factam promissio-
Luc. 10. 19. nem, qua dicit illis: *Ecce do vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.*

40. *Et præcinxisti me virtute ad bellum, impedivisti omnes insurgentes in me, subtus me.* E Me quidem, ait, virtute ac fortitudine roborasti. Qui superius dixerat, *Deus qui præcingit me virtute*, hic absolutum opus esse indicat his verbis: *Et præcinxisti me virtute ad bellum: & inimicos meos dedisti mihi dorsum*: ii scilicet pœnitentia ducti inimicitiam deposuerunt; qui cum illa, quæ ex virtute oritur, fiducia expertes essent, à Patre in dor-

A Καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος, καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει. [a] Σύμμαχος δὲ ἐξέδωκεν, καὶ τὸ ὑπακούειν με αὐξήσει με. ὁ δὲ Ἀκύλας, καὶ πραότητός σου ἐπλήθυνέ με. ἐπλάτυνας τὰ διαβήματά μου ὑποκάτω μου. τὰ διαβήματα καθ' ἃ ἐκ κακίας εἰς ἀρετήν, καὶ ἐξ αἰσθητῶν ἐπὶ νοητὰ, καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα διαβαίνω ἐπλάτυνας ὑποκάτω μου· κατ' ἀρχὰς γὰρ στενὰ καὶ ἐπίπονα φαινόμενα τῷ τὴν τεθλιμμένην ὁδεύειν ὁδὸν· ὑπεράνω αὐτῶν τῇ προκοπῇ γεγενημένος, πλατυνθέντα B αὐτὰ ἐθεασάμην. ὁ γὰρ ἀμείνων πάσης τῆς προκοπῆς γεγενημένος, τῷ ἐπὶ τέλος ἐφθακέναι, οὐκέτι αἰσθάνεται τῆς στενότητος, τῶν πόνων καὶ ἱδρώτων τῶν ἐπὶ ταῖς προκοπαῖς, ἐν εὐρυχωρίᾳ γεγενημένος. καὶ οὐκ ἠσθένησαν τὰ ἴχνη μου. εἰ διηνεκῶς ἐν τῷ πονεῖν ἐτέλουν, κἂν ἠσθένησεν τὰ ἴχνη μου, τουτέστι, τοῦ ἔσω ἀνθρώπου τὰ σκέλη· ἐπειδὴ μετὰ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς καμάτους ἀνάπαυλα διαδέχεται, οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλ' ἰσχυροποιεῖται τὰ ἴχνη μου, ὡς ἂν εἰπεῖν· καὶ ἔστησας ἐν εὐρυχώρῳ τοὺς πόδας μου. ἀλλὰ καὶ ὁ Ἰησοῦ ἑπόμενος, ἐπα-C κολουθεῖ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ, ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατεῖν τὴν τετριμμένην ὑπὸ Ἰησοῦ ὁδὸν, ἰσχυρὰ κτᾶται τὰ ἴδια ἴχνη, ὡς ἔργῳ φάναι, οὐκ ἠσθένησεν τὰ ἴχνη μου ἐν τῇ στενοχωρίᾳ τῆς θλίψεως.

Καταδιώξω τοὺς ἐχθρούς μου καὶ καταλήψομαι αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἀποστραφήσομαι ἕως ἂν ἐκλείπωσιν. ἐκθλίψω αὐτοὺς καὶ οὐ μὴ δύνωνται στῆναι, πεσοῦνται ὑπὸ τοὺς πόδας μου. καὶ ὅσων ἐχθρῶν καὶ πολεμίων περιγέγονεν διὰ τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας. καὶ τοῦτο δέ μοι φησὶν παρὰ τῆς σῆς χάριτος ὑπῆρξεν, τὸ μὴ στενοχωρηθῆναί μου τοὺς πό-D δας, καὶ τῷ μὴ δικτύοις τῶν ἐχθρῶν, καὶ τοῖς σκανδάλοις τοῖς ὑπ' αὐτῶν προβεβλημένοις περιπαρῆναι. ταῦτα γὰρ πάντα περιελὼν σύ αὐτὸς ὁ θεός μου, ὁμαλὴν κατηρτίσω μου τὴν πορείαν. τὸ δὲ, πεσοῦνται ὑπὸ τοὺς πόδας μου, νοήσεις ἐπαξίως τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, τῆς τοῦ σωτῆρος πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἐπαγγελίας μνησθεὶς, δι' ἧς πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν· ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.

Καὶ περιέζωσάς με δύναμιν εἰς πόλεμον, E συνεπόδισας πάντας τοὺς ἐπανισταμένους ἐπ' ἐμὲ ὑποκάτω μου· ἐμοὶ μὲν φησὶν ἀνδρείαν ἐδωρήσω καὶ ῥώμην. εἰπὼν ἀνωτέρω· ὁ θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν· ἐνταῦθα καὶ τοῦ ἔργου τὸ ἀποτέλεσμα διδάσκει λέγων· καὶ περιέζωσάς με δύναμιν εἰς πόλεμον, καὶ τοὺς ἐχθρούς μου ἔδωκάς μοι νῶτον, οἱ ἐκ μετανοίας ἄρτι τῆς ἔχθρας ἀπαλλαττόμενοι διὰ τὸ μηδέπω τὴν ἐπ' ἀρετῇ παρρησίαν

[a] In Hebraico exemplari legitur, וענותך תרבני, quod est ut probè Hieronymus: *Et mansuetudo tua multiplicavit me.*

ἔχειν, τεθεῖεν τοῦ Ἰησοῦ νῶτες ὑπὸ τοῦ πατρός· οὕτω γὰρ καὶ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ ὀπίσω γενόμενοι δυνήσονται. Τάχα δὲ καὶ τοῦτο ῥηθείη· ὁ σπουδαῖος παρρησίαν πρὸς τὸν θεὸν κεκτημένος, ἐνώπιον κυρίου παρίσταται. ὁ δὲ φαῦλος ὀπίσω ἐκβαλλόμενος διὰ τὴν ἰδίαν κακίαν, νῶτος τεθήσεται τοῦ κυρίου. ἐπεὶ γὰρ πρότεροι αὐτοὶ οἱ φαῦλοι, ἔστρεψαν πρὸς αὐτὸν νῶτα καὶ οὐχὶ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ αὐτὸς ἀποστραφεὶς αὐτοὺς, νῶτος αὐτοὺς ἕξει. εἰ δὲ καὶ πᾶς δίκαιος ταῦτα λέγοι, ἐρεῖς ὅτι αἱ μοχθηραὶ δυνάμεις, εἰς πρόσωπον ἐρχόμεναι, βλαπτικοὶ τοὺς ὁρῶντας διὰ πάντως ὄντες εἰδεχθεῖς· εἰς νῶτον δὲ ῥιφέντες, οὐδὲν δυνήσονται ἐπὶ τούτου τεκταίνεσθαι, κατὰ τὸ Ἐπὶ τοῦ νώτου μου ἐτέκταινον οἱ ἁμαρτωλοί.

Ζῇ κύριος, καὶ εὐλογητὸς ὁ θεός μου, καὶ ὑψωθήτω ὁ θεὸς τῆς σωτηρίας μου. ὁ θεὸς ὁ διδοὺς ἐκδικήσεις ἐμοὶ, καὶ ὑποτάξας λαοὺς ὑπ' ἐμὲ, ὁ ῥύστης μου ἐξ ἐχθρῶν ὀργίλων. εἰ γὰρ καὶ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, κλίνας οὐρανοὺς καὶ καταβὰς, ἀλλ' ὑψηλός ἐστι, κατὰ τὸ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσεν καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. ὁ θεὸς ὁ διδοὺς ἐκδικήσεις ἐμοὶ, καὶ ὑποτάσσων λαοὺς ὑπ' ἐμὲ, ὁ ῥύστης μου ἐξ ἐχθρῶν μου ὀργίλων, ἀπὸ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ ὑψώσεις με, καὶ ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ῥύσαι με. τῷ μὲν γὰρ ἀπειθοῦντι λαῷ καὶ ἀντιλέγοντι ἐπάξειν τὰς ἐκδικήσεις καὶ τὰς τιμωρίας εἴρηται, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ὁ θεὸς ὁ παρασχὼν τιμωρίας ἐμοί. τῷ δ' ἑτέρῳ τάγματι περὶ οὗ ἀνωτέρω εἴρηται· καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν· λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων ἐδούλευσέν μοι. τούτῳ τὴν ὑποταγὴν τὴν ὑπ' αὐτὸν χαρίζεται. διὸ ἐπιλέγει κατὰ τὸν Σύμμαχον· καὶ ὑποτάσσων λαοὺς ἐπ' ἐμέ. οὗτος καὶ ῥύστης μου φησὶ γέγονεν ἐξ ἐχθρῶν μου ὀργίλων, καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ ὕψωσέν με, ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ἐρρύσατό με. δι' ὧν σαφῶς παρίστησιν ἐχθρούς τινας αὐτοῦ καὶ ἀνθεστηκότας· καὶ παρὰ τούτοις ἕτερόν τινα ἄνδρα, μεστὸν ὡς ἀληθῶς πάσης ἀδικίας. σημαίνει δὲ ὁ λόγος διὰ τούτων προφητικῶς τοὺς ἄρχοντας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους καὶ τὸν προδότην Ἰούδαν, παντὸς ἀδίκου χείριστα γενόμενον, ὅτι δὴ τοσούτων ἀξιωθεὶς παρὰ τοῦ σωτῆρος, τοῖς ἐναντίοις αὐτὸν ἠμείψατο.

Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι κύριε, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ. μεγαλύνων τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, καὶ ποιῶν ἔλεος τῷ χριστῷ αὐτοῦ Δαυὶδ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, ἕως αἰῶνος. ἐπὶ τὸ ἕτερον μεταβαίνει, ὡς ἂν εἴποι τις τὸ δεξιὸν τάγμα, καὶ ἔστιν ἔργοις αὐτοῖς καὶ ὀφθαλμοῖς παραλαβεῖν· ὥσπερ ὁ Δαυὶδ μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν, ὥσπερ εἰσέτι καὶ νῦν ζῶν καὶ σὺν ἀνθρώποις πολιτευόμενος, διὰ τῆς ἑαυτοῦ γραφῆς ᾠδῶν τε καὶ ὕμνων ἐν πᾶσι

A sum Jesu positi sunt; sic enim retro constituti, ipsum sequi valebunt. Fortassis autem hæc dicti hujusmodi sententia fuerit: Vir strenuus & probus, qui fiducia erga Deum instructus est, in conspectu Domini consistit: at improbus retrorsum malitiæ suæ causa ejectus, pone Dominum à dorso ponetur. Quandoquidem enim ipsi improbi, priores illi terga vertêre, non vultum suum; ipse quoque homines aversatus, à tergo habebit. Quod si justus quilibet hæc proferat, jure dicas; improbas potestates, si quidem in con-
B spectum veniant, intuentes se ob deformitatem lædere; sin à tergo projiciantur, nihil possunt mali adversus illos machinari, secundum illud: *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores.* Psal. 128. 3.

Vivit Dominus & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ. 47.
Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. 48.
Quamvis enim se se humiliaverit cum inclinavit cœlos & descendit; at excelsus tamen est secundum illud: *Deus exaltavit illum, & dedit illi* Phil. 2. 9.
C *nomen quod est super omne nomen. Deus qui das vindictas mihi & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. Ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripe me.* 49.
Inobsequenti ac repugnanti populo, vindictam inferendam esse dicitur: aut secundùm Symmachum, *Deus qui præbes ultiones mihi*: alius vero est ordo genusque hominum, de quo superius dictum: *Constitues me in caput gentium. Populus quem non cognovi servivit mihi*: hunc, inquam, obsequentem ei constituit. Quare secundum Symmachum Symmachi.
D subdit: *Et subjiciens populos super me.* Hic item fuit, *liberator meus ex inimicis meis iracundis, & ab insurgentibus in me exaltavit me, à viro iniquo eripuit me.* Quibus palam indicat, inimicos sibi & adversarios esse: ac præter eos alium quemdam virum omni prorsus iniquitate plenum. His porro prophetico more indicantur principes Judaïci populi, ac Judas proditor, quovis iniquo homine deterior, qui tot beneficiis à Salvatore ornatus, contrariam sceleratamque vicem retulit.

E *Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine & nomini tuo psalmum dicam.* 50.
Magnificans salutes regis ejus, & faciens misericordiam Christo suo David, & semini ejus usque in sæculum. 51.
Ad alterum, &, ut ita dicam, dextrum ordinem sermonem transfert, ut vel ipsis rebus atque oculis animadvertere est. Quemadmodum David post Salvatoris nostri adventum, hactenus quasi in vivis esset ac cum hominibus versaretur, censeri potest, ac per scripta sua, cantica, hymnos in om-

nibus gentibus psallit universorum Deo; A ita is qui ex semine ejus factus est, ad cujus personam ea quæ jam tractamus dicta referuntur, cum pari ratione insidiantes sibi superaverit, jure dicat: *Et ab insurgentibus in me exaltabis me.* Illos itaque missos facit; gratiamque ac veritatem suam universis gentibus impertit: etiam nunc ubique terrarum præsens ipse, & in medio eorum qui in se speravere consistens, per Ecclesiam suam confitetur; quamobrem ait: *Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine, & nomini tuo psalmum dicam.* B

A τοῖς ἔθνεσι ψάλλει τῷ θεῷ τῶν ὅλων. καὶ ὁ ἐκ σπέρματος δι' αὐτοῦ γεγονώς, οὗ εἰς πρόσωπον ἀναφέρεται τὰ προκείμενα, ὁμοίως κρείττων γενόμενος τῶν ἐπιβεβουλευκότων αὐτῷ, εἴποι ἂν· καὶ ἀπὸ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ ὑψώσεις με. ἐκείνους μὲν οὖν καταλείπει· τὴν δὲ χάριν τὴν ἐξ αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν μεταδίδωσιν. εἰς ἔτι τε καὶ νῦν πανταχοῦ γῆς αὐτὸς παρών, καὶ μέσος τῶν εἰς αὐτὸν ἠλπικότων ἑστώς, τῷ πατρὶ διὰ τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας ἐξομολογεῖται· διὸ φησι· διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι κύριε, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ. B

In finem psalmus David XVIII.

PRæsens quoque psalmus cum iis censendus qui ad bonum finem transmittunt; imo quoque *gratiarum actionis* inscriptus est: *canticum iis qui inimicos debellarunt, triumphale dictum.* Quare secundum Symmachum dicitur: *Triumphale canticum, Davidis.* Sed etiam quia Deo victoriarum auctori consecratur, secundum Aquilam, *Victoriæ largitori modulatio*, inscribitur.

Symmachi.

Aquilæ.

Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum. Doctrinam complectitur, qua magnum illud Dei opificium enarratur. Quia enim latentem invisibilemque divinam substantiam, incorpoream & non factam, quod carnalibus oculis attingi & cognosci nequeat, qui mentis oculis occæcati erant, è natura rerum expulerunt; dum atheo impioque ore, nullum esse Deum, nec quidpiam corporeis rebus sub aspectum cadentibus præstantius exsistere pronuntiabant; sed spontaneo quodam ac temerario concursu & partium congressu, casu ac nulla existente causa, universum mundum coaluisse, necessarium fuit ut præsenti sermone, psallendi more, per dilucidam demonstrationem, vim illam rerum creatricem ac Dei scientiam comprobaret, hoc ratiocinio usus. Mortalium natura exigua debilisque est, hominum cogitationes ignavæ, nostræque cognitiones incertæ sunt. Quare divinæ gloriæ pro merito enarrandæ multum impares sumus. Non enim humanis vocibus, non lingua carnali, non labiis possunt digna ac probe excogitata de Deo verba enuntiari. Quod si cui libuerit, efficacem illam, maximam & Deo dignam doctrinam audire, cui scilicet mentis sensus prævalidi fuerint, is animo intendat, seseque concitet ad ea auscultanda quæ hic de immensa illa Dei virtute feruntur: quæque ipsi cœli, totum in se complectentes, creatorem suum

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. ιη'.

ΚΑὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς τῶν εἰς ἀγαθὸν τέλος παραπεμπόντων τυγχάνει. ἀλλὰ καὶ εὐχαριστήριος ἀναγραφὴ (sic) ᾠδὴ τοῖς τοὺς ἐχθροὺς καταγωνισαμένοις ἐπινίκιος εἰρημένη. διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· ἐπινίκιος ᾠδὴ τοῦ Δαυίδ. ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ C ἀνακεῖσθαι τῷ τὰς νίκας δωρουμένῳ θεῷ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν· τῷ νικοποιῷ μελῴδημα λέλεκται.

Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. διδασκαλίαν περιέχει τῆς τοῦ θεοῦ μεγαλουργίας παραστατικήν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ ἀφανὲς καὶ ἀόρατον τῆς ἀσωμάτου καὶ ἀγεννήτου καὶ θεϊκῆς οὐσίας, διὰ τὸ μὴ σαρκὸς ὀφθαλμοῖς καταλαμβάνεσθαι, οἱ τὰ ὄμματα τῆς ψυχῆς πεπηρωμένοι, τῆς τῶν ὄντων ὑπάρξεως ἐκβεβλήκασιν, ἀθέοις στόμασιν ἀποφηνάμενοι μὴ D εἶναι θεόν, μηδὲ ὑπάρχειν τι κρεῖττον τῶν ἐν σώμασιν ὁρωμένων· αὐτομάτῳ δὲ καὶ ἀλόγῳ συντυχίᾳ, εἰκῇ καὶ μάτην ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας ὑποστῆναι τὸν πάντα κόσμον· ἀναγκαίως ὁ παρὼν λόγος διὰ τῆς ψαλμῳδίας, ἀποδεικτικῶς, καὶ μετὰ δημιουργικῆς τῶν ὅλων δυνάμεως, τὴν θεολογίαν παρίστησι, τοιοῦτόν τινα λογισμὸν διεξιών. θνητῶν μὲν φύσις μικρὰ τυγχάνει καὶ ἀσθενής· λογισμοί τε ἀνθρώπων δειλοί, καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι ἡμῶν· διὸ πλεῖστον ὅσον ἀποδέομεν τῆς κατ' ἀξίαν τοῦ θεοῦ δοξολογίας. οὐδὲ γὰρ ἀν- E θρώπων φωναῖς, οὐδὲ γλώττῃ σαρκὸς καὶ χείλεσιν δύνασθαί ποτε νομίζειν ἐπαξίως περὶ θεοῦ λόγον ἀποδίδοσθαι. εἰ δὲ χρὴ διδασκαλίας ἐνεργοῦς καὶ μεγίστης αὐτοῦ τε πρεπούσης τῷ θεῷ ἐπακούειν, εἴ τις ἔρρωται τῆς ψυχῆς τὰ αἰσθητήρια, συντεινάτω ἑαυτὸν καὶ διεγειρέσθω πρὸς ἀκρόασιν ἐπαξίως ἀναφωνουμένην τῆς ἀπειρομεγέθους δυνάμεως τοῦ θεοῦ· ἣν αὐτοὶ προφέρονται, οἱ τὸν σύμπαντα περιέχοντες οὐρανοί, τὸν ἑαυτῶν κτίστην καὶ ποιητὴν

τὸν ὅλων θεὸν ᾠδαῖς καὶ δοξολογίαις ἀνυμνοῦντες. αὐτοὶ γὰρ οἱ ἀνωτάτω πάντων, καὶ τοῦ ὑποβεβηκότος στερεώματος ὑπερκείμενοι οὐρανοί· οἱ σύμπασαν περιειληφότες τὴν αἰσθητὴν καὶ πνευματικὴν κτίσιν, τὴν δόξαν θεοῦ οὐχ ἑλληνικῇ φωνῇ φθεγγόμενοι, οὐδ' ἑτέρᾳ τινὶ διαλέκτῳ χρώμενοι, αὐτῷ δὲ ἔργῳ διὰ τοῦ ἑαυτῶν κόσμου καὶ τῆς εὐρύθμου καὶ ἐναρμονίου καὶ πανσόφου στάσεως, τοῦ αἰτίου αὐτοῖς τῆς τοιᾶσδε κινήσεως τὴν ἀπειρομεγέθη δύναμιν ἐκδιδάσκουσιν. ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται· καὶ τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θεότης· ὁ οὖν τοὺς οὐρανοὺς νομίζων δίχα τινὸς δημιουργικοῦ λόγου καὶ θείας αὐτοῦ δυνάμεως, ἑαυτοὺς ὑποστήσασθαι καὶ τοῦ τοσοῦδε μεγέθους καὶ τοῦ τοιοῦδε σχήματος, τῆς τε εὐσταθοῦς καὶ εὐτάκτου κινήσεως τὴν αἰτίαν τοῖς σώμασιν αὐτῶν προσγράφων, ἄφρων καὶ ἀσεβής. διὸ τοὺς ἔμφρονα νοῦν κεκτημένους προσήκει συνομολογεῖν, μονονουχὶ φωνῆς ἀκούειν ἔργῳ βοώσης αὐτῶν τῶν οὐρανῶν, τὴν πρέπουσαν δόξαν ἀναπεμπόντων τῷ ἑαυτῶν ποιητῇ καὶ δημιουργῷ θεῷ.

Οὕτω δὲ καὶ τὸ στερέωμα, ὃ δὴ Μωϋσῆς κατὰ τὴν δευτέραν ἡμέραν τῆς κοσμοποιΐας γεγονέναι παρέστη. καὶ τοῦτο τοιγαροῦν τὸ στερέωμα, ἕτερον ὂν παρὰ τοὺς προωνομασμένους οὐρανούς, κηρύττει τοῖς πᾶσι καὶ κέκραγεν διδάσκον, ὅτι μὴ ἐξ αὐτομάτου τοιόνδε ὑπέστη· ἔργον δὲ ἐστι καὶ αὐτὸ τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ θεοῦ. διὸ εἴρηται· ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. οἶδε δὲ Μωϋσῆς πρὸ τῆς τοῦ στερεώματος συστάσεως οὐρανὸν πρότερον τῆς ἡμέρας γεγενημένον, λέγων· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἑξῆς δ' οὖν μετὰ τὴν ποίησιν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ, φωτὸς εἰσάγει δύναμιν καὶ γένεσιν, ἡμέραν τε διδάσκει τὸ φῶς κεκλῆσθαι, γεγονέναι τε πρωΐαν φησὶ καὶ ἑσπέραν, ἡμέραν μίαν. εἶτα δευτέρας ἡμέρας ἀρχόμενος, τὴν τοῦ στερεώματος εἰσάγει ποίησιν. οἶδε δὲ ἡ γραφὴ καὶ πλείους οὐρανούς, διὸ φησίν· αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ πάλιν· αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν· καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται· ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ κυρίῳ. καὶ τὸ στερέωμα κέκληται οὐρανός, καὶ ὁ σωτὴρ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἐπαγγέλλεται, καὶ ἐν τῇ εὐχῇ διδάσκει εἰπεῖν· πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καί, αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται.

Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. Διδάσκει ἡμέρα καὶ διδάσκει νὺξ τοὺς ἐθέλοντας παιδεύεσθαι, ὅση τίς ἐστιν ἡ σοφία ἡ ἄρρητος

A universorumque opificem hymnis & canticis celebrantes, proferunt. Ipsi namque cœli qui supremi omnium sunt, & sibi supposito firmamento eminent, qui universam cum sensibilem tum intellectu præditam naturam ambiunt, gloriam Dei non Græca lingua, non alia dialecto prædicant; sed ipsis operibus, per suum videlicet ornatum, per concinnam, harmonicam, & sapientissimam constitutionem, auctorem illius ita recte ordinati motus, ejusque immensam virtutem edocent. *Ex magnitudine enim & pulcritudine creaturarum, proportione quadam creator earum spectatur.* (Sap. 13. 5.) Et, *Invisibilia ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur; sempiterna quoque ejus virtus & divinitas.* (Rom. 1. 20.) Quisquis ergo, absque ulla creatrice ratione, sine divina aliqua virtute, cœlos suam condidisse substantiam, tantam illam magnitudinem talemque formam adornasse putat, ac ita concinnum ordinatumque motum corporibus ipsis adscribit, is sane stultus & impius est. Quamobrem eos qui sana mente sunt par est unà confiteri, se tantum non audire cœlorum vocem, vel ipso opere clamantem, congruentemque Deo, factori & opifici suo, gloriam emittentem.

Pari quoque modo firmamentum, quod secunda creationis die Moyses factum declaravit; hoc inquam firmamentum, quod aliud est à jam memoratis cœlis, omnibus prædicat, & similiter clamat, indicatque, se non spontanea coalitione in talem formam deductum; sed opus esse omnium rerum conditoris Dei. Quamobrem dictum est: *Et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* Noverat autem Moyses, ante firmamenti constructionem cœlum, vel priusquam dies fieret, conditum fuisse; nam dicit: *In principio fecit Deus cœlum & terram.* (Genes. 1. 1.) Ac deinceps post primum cœlum conditum, lucis vim ac creationem adfert, docetque luci diei nomen inditum, factumque fuisse mane & vespere diem primum. Postea ubi secundam orditur diem, firmamenti creationem inducit. Scriptura vero complures cœlos novit admittitque; quocirca dicit: *Laudate Dominum de cœlis;* (Psal. 148. 1.) ac rursum: *Laudate eum cœli cœlorum, & aqua omnis quæ super cœlos est.* (Ibid. 4.) Alibi quoque dictum occurrit: *Cœlum cœli Domino.* (Psalm. 113. 16.) Firmamentum item cœlum vocatur, & Salvator regnum cœlorum pollicetur, ac ita precandum esse instituit: *Pater noster qui es in cœlis;* (Matth. 6. 9.) &, *Virtutes cœlorum movebuntur.* (Luc 21. 25.)

Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Docet dies, docet itemque nox eos qui institui peroptant, quam ineffabilis sapientia, quam incomprehensibilis

virtus sit Dei, qui ipsis temporum intervalla dimensus est. Si namque nullus esset qui his tempestatibus spatia & interstitia destinasset, sed temerario & inconsiderato motu atque casu quopiam hæc exsisterent; oporteret sane non æqualibus spatiis dies à sæculo ordinatas fuisse, aut confusa earum, similiterque noctium tempora, casu ac fortuito revolvi. Etenim temerario casui finitimus est inconditus rerum status, & fortuitam rem sequitur confusio; ut vice versa rectum ordinem ratio dirigit, concentumque ac concordiam rerum, sapientia administrat. Mutuæ sane illorum vicissitudines & concessiones; nam modo dies, concedente nocte, prolixiores sunt, modo noctes debitum ac mutuo datum spatium aucta hyeme ac tempestate repetunt; hæc inquam tantum non vociferantur, ac ceu edito clamore sapientissimum illum ab universorum Deo constitutum ordinem deprædicant, hominibusque Dei notitiam annuntiant. Sic vel ipsis gestis operibus, dierum noctiumque voces iis qui auditu valent inclamant, ut per omnium aures doctrina eorum pervadat.

Universus itaque orbis, qui ab hominibus incolitur, concinnis hujusmodi ac mutuis
4. choreis repletum est; quare dicitur: *Non*
5. *sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, videlicet dierum ac noctium, nec non cœlorum, *qui enarrant gloriam Dei*, & firmamenti, *quod opera manuum ejus annuntiat.* Hic porro mihi hæc contemplanti mirari subit, quo pacto sanctus Apostolus illud:
Rom. 10. 18. *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, ad discipulos, Evangelistas & Apostolos Salvatoris nostri in sua ad Romanos epistola referat. Dum autem Apostolicum dictum animo perpenderem, deprehendi ipsum apposite admodum & opportune hujusmodi accommodationem advexisse: non enim ut aliis in locis modo
Rom. 9. 27. sic effatur, *Hesaias autem clamat de Israele;*
Ibid. 29. modo sic, *ut prædixit Hesaias;* rursus vero,
Ibid. 13. 11. *Quemadmodum scriptum est;* iterumque, *Di-*
Ibid. 17. *cit enim scriptura;* non sic, inquam, illud, *In omnem terram exivit sonus eorum*, cum simili additamento protulit. Nam si quidpiam hujusmodi præmisisset, esset fortasse qui putaret ipsum huic psalmi dicto vim intulisse. At hic simplici modo psalmi sententia usus videtur; ita ut jure dici possit ipsum opportuna utilique ratione, atque apposite hoc testimonium adhibuisse.

6. *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse*

A καὶ ἀπερίληπτος δύναμις τοῦ τὰ διαστήματα τῶν χρόνων καταμετρήσαντος αὐτοῖς θεοῦ. εἰ μὲν γὰρ μηδεὶς ἦν ὁ καὶ ταύταις ὥραις καὶ χρόνοις καὶ καιροῖς διατεταξάμενος, ἀπερινοήτῳ δὲ καὶ ἀλόγῳ κινήσει κατά τι σύμβαμα τυχηρὸν ὑφεστῶτα ἦν, ἐχρῆν δήπου μὴ τὰ ἴσα διαστήματα τῶν ἡμερῶν διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ὑφεστάναι, ἢ συγκεχυμένους αὐτῶν εἶναι τοὺς καιρούς, καὶ τὰς νύκτας δὲ ὡσαύτως εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν φέρεσθαι. ἀλογίας γὰρ ἀδελφὴ ἀταξία, καὶ τῷ τυχηρῷ ἕπεται σύγχυσις· ὡς ἔμπαλιν πάσης εὐταξίας ἡγεῖται B λόγος, ἁρμονίας τε καὶ συμφωνίας ἡγεῖται σοφία. αἱ τοίνυν τούτων πρὸς ἀλλήλας ἀμοιβαὶ καὶ ὑποχωρήσεις· ποτὲ μὲν ἡμερῶν μηκυνομένων, ὑποχωρουσῶν δὲ αὐτῶν νυκτῶν· ποτὲ δὲ τῶν νυκτῶν τὸ προδεδανεισμένον χρέος κατὰ τὴν τῶν ὡρῶν αὔξησιν ἀπολαμβανουσῶν· μονονουχὶ φθέγγονται καὶ λαλοῦσι μεγάλῃ φωνῇ τῇ πανσόφῳ διατάξει τοῦ τῶν ὅλων μαρτυροῦσαι θεοῦ· καὶ κηρύττουσιν ἀνθρώποις τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν· οὕτω δὲ κεκράγασιν αὐτοῖς ἔργοις αἱ τῶν ἡμερῶν καὶ τῶν νυκτῶν φωναὶ τοῖς ἐπαΐειν αὐτῶν δυνα- C μένοις, ὡς μηδὲ μίαν ἀκοὴν λανθάνειν τὴν διδασκαλίαν αὐτῶν.

Πεπλήρωται γοῦν ἡ σύμπασα τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένη τῆς εὐρύθμου καὶ ἀμοιβαίας αὐτῶν χορείας· δι' ἃ λέλεκται· Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν· δῆλον δὲ ὅτι τῶν ἡμερῶν καὶ τῶν νυκτῶν, τῶν τε διηγουμένων τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν οὐρανῶν, καὶ τοῦ τὴν ποίησιν τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐξαγγέλλοντος στερεώματος. ἔνθα δὲ γε- D νομένῳ μοι θαυμάζειν ἔπεισιν, ὅπως ὁ ἱερὸς ἀπόστολος τό· εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν, ἐπὶ τοὺς μαθητὰς καὶ εὐαγγελιστὰς καὶ ἀποστόλους τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ· ἐπιστήσας δὲ τὸν νοῦν τῇ ἀποστολικῇ λέξει σφόδρα ἀκριβῶς εὗρον αὐτὸν καταχρηστικῷ τρόπῳ εὐκαίρως τὴν παράθεσιν πεποιημένον. οὐ γὰρ ὥσπερ ποτὲ μὲν ἔφη· Ἠσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ, ποτὲ δέ, καθὼς προείρηκεν Ἠσαΐας· καὶ πάλιν, καθὼς γέγρα- E πται· καὶ αὖθις, λέγει γὰρ ἡ γραφή· οὐχ οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ· εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, εἴρηκεν μετὰ προσθήκης ὁμοίας τοῖς προεκτεθεῖσιν. εἰ γάρ τι τοιοῦτον προφήσας εἶπεν, τάχ' ἄν τις ἐλάβετο ὡς βεβιασμένως ἐκδεξαμένου τὴν ἐν τῷ ψαλμῷ ῥῆσιν. νυνὶ δὲ ἁπλῇ φράσει φαίνεται συγχρησάμενος τῇ ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ παραθέσει. διὸ εἴποι τις αὐτὸν κατακεχρῆσθαι εὐκαίρως καὶ ὠφελίμως καὶ εὐρύθμως τῇ μαρτυρίᾳ.

Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος

„ ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ. „ ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ. „ ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ. καὶ τὸ „ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ· καὶ „ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυβήσεται τὴν θέρμην αὐτοῦ. Πρὸς τοῖς εἰρημένοις, τῆς τοῦ θεοῦ δοξολογίας διδάσκαλος καθέστηκεν ὁ ἥλιος, οἷα δεσπότου καὶ μεγάλου βασιλέως νόμον ἀπαράβατον τηρῶν. οὐ γάρ ποτε ἄλλην τρέπεσθαι παρὰ τὴν ὁρισθεῖσαν αὐτῷ πορείαν τολμᾷ, οὐδ' ὑπερβαίνει τοὺς ὅρους τῆς κατ' οὐρανὸν διατάξεως· ἀλλ' ἐκπορεύεται μὲν ὄρθριος, ὥσπερ ἐξ ἀδύτου καὶ ἀβάτου νυμφῶνος προϊών, ὡραϊσμένος δὲ οἷα νυμφίος καὶ τῷ τοῦ φωτὸς ἠγλαϊσμένος ἄνθει· ἐπειδὰν τὸν ὁρίζοντα τὸν ἀνατολικὸν ὑπερβῇ, τὸν σύμπαντα διαθεῖ κόσμον, ἀκοπιάτως τὸν οἰκεῖον ἐξανύων δρόμον. κυκλεῖ δὲ κυκλῶν οἷά τις γίγας ἰσχυρὸς τὴν ἀλκὴν καὶ ἄμαχος, ὥσπερ ἐκ νύσσης ἀρξάμενος ἀπ' ἄκρου κέντρου τοῦ κατὰ ἀνατολὰς ὁρίζοντος, διατρέχων νυχθημέρῳ ἑνὶ τὸν σύμπαντα κόσμον, ὡς μηδένα ἀνεπαίσθητον εἶναι θέρμης. Ταῦτα δὲ ἐνεργεῖ δουλεύων τῷ τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν νεύματι, καὶ τεθεικότος ἐν τῷ στερεώματι. διὸ εἴρηται, ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ. ὅπερ σαφῶς εἰρημένον, λευκότερον ἡρμήνευσαν οἱ λοιποί, ὁ μὲν [a] Ἀκύλας εἰπών· „ τῷ ἡλίῳ ἔθετο σκήνωμα ἐν αὐτοῖς· ὁ δὲ Σύμ- „ μαχος, τῷ ἡλίῳ ἔταξε σκηνὴν ἐν αὐτοῖς· ὁ „ δὲ Θεοδοτίων, τῷ ἡλίῳ ἔθετο σκήνωμα ἐν „ αὐτοῖς, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις ἐξέ- „ δωκεν. ἐν γὰρ τοῖς προλεχθεῖσιν οὐρανοῖς, καὶ ἐν τῷ ἀποδοθέντι στερεώματι τὸ τοῦ ἡλίου „ σκήνωμα καὶ τὸ οἰκητήριον τέθειται ὁ θεός, κατὰ „ τὸ λελεγμένον παρὰ Μωϋσεῖ· καὶ ἐποίησεν ὁ „ θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους· τὸν „ φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, „ καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς „ νυκτός, καὶ τοὺς ἀστέρας. καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν „ τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ ὥστε φαίνειν ἐπὶ „ τῆς γῆς. διὰ τούτων δείκνυσιν ὁ ἥλιος καὶ μονονουχὶ βοῶν· μὴ αὐτὸς εἶναι ἑαυτοῦ κύριος, μηδ' ἐλεύθερος τυγχάνειν, γνωρίζειν δὲ τὸν καὶ ἑαυτοῦ καὶ πάντων δεσπότην.

„ Ὁ νόμος κυρίου ἄμωμος ἐπιστρέφων ψυ- „ χάς, ἡ μαρτυρία κυρίου πιστὴ σοφίζουσα „ νήπια. τὰ δικαιώματα κυρίου εὐθέα εὐφραί- „ νοντα καρδίαν, ἡ ἐντολὴ κυρίου τηλαυγὴς „ φωτίζουσα ὀφθαλμούς. ὁ φόβος κυρίου ἁγνὸς „ διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος, τὰ κρίματα κυ- „ ρίου ἀληθινὰ δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό· ἐπι- „ θυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν, „ καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. καὶ γὰρ „ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτά, ἐν τῷ φυλάσ- „ σειν αὐτὰ ἀνταπόδοσις πολλή. Ταῦτα δὲ πάντα περιείληφεν ὁ τοῦ θεοῦ νόμος ὑπὲρ ἐπιστροφῆς τῆς ψυχῆς. μαρτυρίας γὰρ πρῶτον

A *tamquam sponsus procedens de thalamo suo.*
Exsultabit ut gigas ad currendam viam suam,
à summo cælo egressio ejus, & occursus ejus us- 7.
que ad summum cæli, nec est qui se abscondat
à calore ejus. Præter supra dicta, sol quoque
Deo referendæ gloriæ magister inducitur;
utpote qui Domini ac magni regis inviola-
tam observet legem. Numquam enim alium
præter statutum sibi cursum inire audet,
numquam definitos in cœlesti constitutione
terminos transgreditur. Sed mane quasi ex
remoto inaccessoque thalamo, speciosus tam-
B quam sponsus, ac lucis flore decoratus egre-
ditur: ac postquam horizontem Orientalem
transcendit, totum mundum permeat, num-
quam defessus, proprium statumque sibi cur-
riculum conficit. Circuit porro quasi gigas
robore prævalidus atque invictus, orsus à
summo centro horizontis Orientalis, ceu à
repagulo, atque uno diei noctisque spatio
totum percurrit orbem; ut nemo caloris ejus
expers fuerit. Illud autem peragit, ut nutui
opificis sui, qui ipsum in firmamento con-
stituit, obsequatur. Ideo dictum est: *In so-*
C *le posuit tabernaculum suum.* Quod tametsi
dilucide prolatum, apertius tamen à reli-
quis interpretibus explicatum est: nam Aqui-
la sic habet, *Soli posuit tabernaculum in ipsis* Aquilæ.
Symmachus vero, *Soli ordinavit tabernacu-* Symmachi.
lum in ipsis; Theodotio, *Soli posuit taberna-* Theodotionis.
culum in ipsis; pari quoque modo Quinta
editio exposuit. Nam in supra memoratis Quintæ.
cœlis, & in firmamento, tabernaculum &
domicilium Deus soli reposuit, secundum
illud à Moyse dictum: *Fecitque Deus duo lu-*
minaria magna: luminare majus, ut præesset Gen. 1. 16.
D *diei, & luminare minus, ut præesset nocti;*
& stellas. Et posuit eas in firmamento cæli,
ut lucerent super terram. His autem declarat
sol, & tantum non clamat, se nequaquam
sui dominum ac liberum esse; sed & sui &
omnium Domini notitiam præbere.

Lex Domini immaculata convertens animas: 8.
testimonium Domini fidele sapientiam præstans 9.
parvulis. Justificationes Domini rectæ lætifi-
cantes corda: præceptum Domini lucidum il-
luminans oculos. Timor Domini castus, perma- 10.
E *nens in sæculum sæculi: judicia Domini vera,* 11.
justificata in semetipsa. Desiderabilia super au-
rum & lapidem pretiosum multum, & dulcio- 12.
ra super mel & favum. Etenim servus tuus
custodit ea; in custodiendis illis retributio mul-
ta. Hæc autem omnia complectitur lex Dei
pro conversione animæ data. Nam primo

[a] In Hebraïco legitur, לַשֶּׁמֶשׁ שָׂם אֹהֶל בָּהֶם, *soli posuit tabernaculum in ipsis.*

testimonia, justificationes, & præcepta continet. His deinde omnibus timorem appendit, quasi baculum ad convertendum opportunum: omnibusque judicia Dei ceu coronidem adjunxit. Singulis autem supradictorum suam addidit proprietatem; id est, legi quæ hîc generatim effertur, conversionem animæ. Quo pacto autem convertatur anima, in sequentibus aperit, quando testimonium fidele memorat, quo quivis infans in Christo, sapiens efficitur. Deinde vero justificationes Domini, quibus item suam proprietatem adjicit, nimirum quod rectæ sint, ac sui participibus lætitiæ fructum pariant. Ad hæc, præceptum Domini, cujus quoque proprietatem declaravit, dum lucidum dicit esse, animæque oculos illuminare. Timori Domini subjunxit castitatem, & castitati perpetuam æternamque vitam. Demum supra omnia & post omnia judicium Dei addidit, cui veritatem & justitiam annectit.

13. *Delicta quis intelliget? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce servo tuo.*
14. Illius loco, *Ab alienis parce servo tuo*, Aquila edidit: *Et à superbis custodi servum tuum.* Admodum necesse fuit ut hanc emitteret orationem, quò à superbia liberaretur. Quandoquidem eos, qui sese probe ac strenue gerunt, quædam plerumque superba cogitatio sequitur; dum anima bonorum operum sibi conscia, extollitur ac magnificè de se sentit; deinde vero in superbiæ malum delapsa, alia quoque ratione prosternitur ac decidit; ideoque ait Apostolus, *Ne in superbiam elatus, in judicium incidat diaboli:* necessariò sane postquam dixerat, *Etenim servus tuus custodit ea,* ac se se Dei præceptorum cultorem professus erat; eripi se rogat à superbia, atque subinfert: *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & tunc emundabor à delicto maximo.* Etsi hactenus me atque in præsenti præceptorum Dei cultorem dixi; at cum me ab occultis meis purgatum nondum sciam, adhuc in certamine positus, ac sollicitus ut à superbia eripiar, jure ac merito sic loquor, utpote qui nondum ad metam & ad perfectionem pertigerim. Tunc me plane immaculatum noscam, tunc emundabor à delicto maximo, cum occulta mei non dominabuntur, cum superba cogitatio ac maligni dæmones me subditum non detinebunt. Maximum porro delictum vocat, apotelesmaticen, sive astrologiam judiciariam. Nam si ab occultis meis emundatus non fuerim, isthæc delicta in me permanentia in pravum quoddam facinus me

Aquilæ.

1. Tim. 3. 6.

A περιέχει καὶ δικαιώματα καὶ ἐντολάς. ἔπειτα τούτοις ἅπασιν ἐπήρτησεν, ὥσπερ βακτηρίαν ἐπιστρεπτικὴν, τὸν φόβον, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὥσπερ κορωνίδα τὰ κρίματα ἐπέθηκε τοῦ θεοῦ. ἑκάστῳ δὲ τῶν εἰρημένων ἰδίωμα συνῆψε· τῷ μὲν κατὰ πάντα ψυχικῷ ὀνομασμένῳ νόμῳ, τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιστροφήν. ὅπως δὲ ἐπιστρέφει ψυχὴ, διὰ τῶν ἑξῆς παρίστησι, μαρτυρίαν πιστὴν εἰπὼν, δι' ἧς σοφίζεται ὁ ἐν Χριστῷ νήπιος. ἔπειτα δικαιώματα κυρίου, καὶ τούτων ἰδίωμα προσθεὶς, τὸ εἶναι αὐτὰ εὐθεῖα, καρπόν τε τοῖς μεταλαμβάνουσι παρέχοντα τὴν B εὐφροσύνην. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐντολὴν κυρίου, ἧς καὶ αὐτῆς τὸ ἰδίωμα παρέστησε, τηλαυγῆ φήσας αὐτὴν καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς φωτιστικήν. τῷ δὲ φόβῳ τοῦ κυρίου συνῆψεν τὴν ἁγνείαν, καὶ τῇ ἁγνείᾳ τὴν διαρκῆ καὶ αἰώνιον ζωήν. καὶ ἐπὶ πᾶσι καὶ μετὰ πάντα προσανέθηκεν τὴν τοῦ θεοῦ κρίσιν, συνῆψέ τε αὐτῇ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην.

Παραπτώματα τίς συνήσει; ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἀπὸ ἀλ- C λοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου· ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκε, καί γε ἀπὸ ὑπερηφάνων συντήρησον τὸν δοῦλόν σου. σφόδρα ἀναγκαίως καὶ ταύτην ἐκπέμπει τὴν εὐχὴν· ὡς ἂν ῥυσθείη ἀπὸ ὑπερηφανίας. ἐπειδὴ γὰρ τοῖς κατορθοῦσι παρέπεταί τις λογισμὸς πολλάκις ὑπερήφανος, ἐπαιρομένης καὶ χαυνουμένης τῆς ψυχῆς ἐφ' οἷς ἑαυτῇ συνοίδεν ἀγαθοῖς. εἶτα τῷ τῆς ὑπερηφανίας περιπεσοῦσα κακῷ, ἄλλῳ τρόπῳ τραχηλίζεται καὶ καταπίπτει, ὡς διὰ τοῦτο φάσκειν τὸν ἀπόστολον· ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου. D ἀναγκαίως προειπών· καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτὰ, καὶ φύλακα τῶν τοῦ θεοῦ ἐντολῶν ἑαυτὸν εἰπὼν, ἱκετεύει ῥυσθῆναι ἀπὸ ὑπερηφανίας καὶ ἐπιλέγει· ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσιν τότε ἄμωμος ἔσομαι, καὶ τότε καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης. τέως μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰ καὶ φύλακα ἐμαυτὸν εἴρηκα τῶν τοῦ θεοῦ παραγγελμάτων· ἀλλ' ἐπεὶ οὐδέπω συνοίδα ἐμαυτῷ κεκαθαρισμένῳ ἐκ τῶν κρυφίων μου, ἔτι δ' ἀγωνιῶ καὶ πεφρόντικα ὡς ἂν ῥυσθείην ἀπὸ ὑπερηφανίας, εἰκότως φημὶ, ἅτε μηδέπω τὸ τέλειον κατορθώσας. τότε ἀκριβῶς E γνώσομαι ἐμαυτὸν ἄμωμον, καὶ τότε ἀπὸ μεγάλης καθαρισθήσομαι ἁμαρτίας, ἐπειδὰν μήτε τὰ κρύφιά μου κατακυριεύωσιν· μήτε λογισμὸς ὑπερήφανος καταδουλώσῃ με, ἢ πονηροὶ δαίμονες. μεγάλην δὲ ἁμαρτίαν τὴν [a] ἀποτελεσματικήν φησι. εἰ γὰρ μὴ ἀπὸ τῶν κρυφίων μου καθαρισθείην, ἐπιμένοντα ταῦτα τὰ παραπτώματα εἰς πρᾶξιν φαυ-

[a] Quæ hic de apotelesmatica dicuntur, cum sequentibus non congruunt. Quare subodoramur aliqua inferius excidisse.

λων μεταφέρῃ, καὶ γίνομαι ὑπεύθυνος ἁμαρτίᾳ μεγάλῃ.

Καὶ ἔσονται εἰς εὐδοκίαν τὰ λόγια τοῦ στόματός μου. ὅταν ταῦτά μοι ὑπαρχθῇ παρὰ σοῦ, τὰ λόγια τοῦ στόματός μου ἃ προσενήνοχα εὐχόμενός σοι, ὑμνῶν σε, εὐχαριστῶν σοι, εἰς εὐδοκίαν ἔσται. εἰς εὐδοκίαν δέ ἐστιν τὰ λόγια τὰ ἀποδοχῆς ἄξια. καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου ἐνώπιόν σου ἐστὶ διαπαντός. ἡ μελέτη τοῦ διανοητικοῦ μου, γινομένη ἐν λογισμοῖς καὶ νοήσεσι, ἐκτὸς οὖσα παντὸς μώμου, ἐνώπιόν σου τυγχάνει διαπαντός. τὸ μέν τοι τῆς μελέτης ἀμέμπτον, οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ σοῦ ὑπῆρκται, καθαρίσαντός με ἀπὸ τῶν κρυφίων μου.

Κύριε βοηθέ μου καὶ λυτρωτά μου. σοῦ βοηθοῦντος, ὦ δέσποτα, οὐδενὶ ὑποπίπτω τῶν πνευματικῶς προσπολεμούντων. εἰ δὲ καὶ παρ' ἐμὴν ἀπροσοχίαν ἁλῶναι τοῖς ἐναντίοις συμβῇ, σύ με ἐκ τῶν κρατησάντων λυτρώσασθαι, ἅμα βοηθὸς καὶ λυτρωτὴς εὑρισκόμενος.

A conjicient, eoque magno peccato obnoxius.

Et erant in beneplacitum eloquia oris mei. 15.
Cum hæc mihi abs te collata fuerint, tunc eloquia oris mei, quæ precando, te hymnis celebrando, gratias tibi agendo obtuli, placita tibi erunt. Ea vero placita eloquia sunt, quæ approbatione & laude digna. *Et meditatio cordis mei in conspectu tuo est semper.* Meditatio mentis meæ, quæ in cogitationibus & animi sensibus perficitur, cum sit omni culpa immunis, in conspectu tuo B est semper. Meditatio sane non aliunde quam abs te inculpata esse valet, qui me ab occultis meis emundasti.

Domine adjutor meus & redemtor meus. Te opitulante, Domine, à nemine adversum me spiritualiter bellante prosternar. Quod si casu eveniat ut inconsideratione mea ab adversariis intercipiar, tu me è manibus eorum redimas, qui unà adjutor ac redemtor esse deprehenderis.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. ιθ΄.

ΕΠακούσαι σου κύριος ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, ὑπερασπίσαι σου τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ Ἰακώβ. ἐξαποστείλαι σοι βοήθειαν ἐξ ἁγίου, καὶ ἐκ Σιὼν ἀντιλάβοιτό σου. μνησθείη πάσης θυσίας σου, καὶ τὸ ὁλοκαύτωμά σου πιανάτω. διάψαλμα. ἐστὶ μὲν τοῦ Δαυὶδ ἐπικείμενος ὁ ψαλμός, κατὰ τὴν προγραφήν. ἐπίστησον δὲ μήποτε ὡς πρὸς τὴν ἱστορίαν εὐχή τις ἦν αὕτη συνεργὸς ταῖς τοῦ Δαυὶδ ἱκετηρίαις· δεομένου τε καὶ ἀντιβολοῦντος διὰ προσευχῆς τυχεῖν θεοῦ σωτῆρος πρὸς D ἐχθροὺς καὶ πολεμίους παρατατομένου. εἰκὸς γὰρ ἦν αὐτῷ ταῦτα πράττοντι χορὸν ἁγίων ἀγγέλων ἢ καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν, αὐτῶν δὴ τῶν ἱερῶν καὶ λειτουργῶν τοῦ θεοῦ τὰ προκείμενα πάντα συνεύχεσθαι αὐτῷ καὶ λέγειν· ἐπακούσαι σου κύριος ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, καὶ τὰ ἑξῆς. τό, τε δέ, καὶ παρασταίη σοι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ Ἰακώβ. ἀπαρκεῖ γὰρ αὐτὴ ἡ ἐπίκλησις καὶ ἡ προσηγορία πρὸς ἄμυναν παντὸς ἐναντίου. ταῦτα δὲ οὐ μόνῳ τῷ Δαυίδ, ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ καθ' ὁμοίωσιν ἐκείνου τὰς δι' εὐχῶν ἀναπέμποντι τῷ θεῷ νοερὰς E καὶ καθαρὰς θυσίας, δυνάμεις ἁγίας, καὶ ἀγγέλων ἱερῶν χοροί, εἰκὸς ἂν εἴη συνεύχεσθαι καὶ ἐπεύχεσθαι.

Δῴη σοι κύριος κατὰ τὴν καρδίαν σου, καὶ πᾶσαν τὴν βουλήν σου πληρώσαι. ἀγαλλιασόμεθα ἐν τῷ σωτηρίῳ σου, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα. πληρώσαι κύριος πάντα τὰ αἰτήματά σου. νῦν ἔγνων ὅτι ἔσωσε κύριος τὸν χριστὸν αὐτοῦ. ἀπὸ τοῦ διαψάλ-

C *In finem, psalmus David. XIX.* 1.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis, pro-
tegat te nomen Dei Jacob. Mittat tibi auxi- 2.
lium de sancto, & de Sion tueatur te. Memor sit 3.
omnis sacrificii tui, & holocaustum tuum pin- 4.
gue fiat. Diapsalma. Psalmus quidem, ut inscriptione fertur, Davidi attribuitur: animo autem repures, num si historia spectetur, alia sit cujuspiam oratio, quæ Davidis supplicationum adjutrix sit. Qui David rogat obsecratque, ut Deus sibi servator assistat, ac contra inimicos secum decertet. Veri simile quippe est, ei his incumbenti chorum sanctorum Angelorum, religiosorum hominum, sacrorumque Dei ministrorum adesse, una cum illo precari, & hæc omnia simul proferre: *Exaudiat te Dominus in die tribulationis*, & cætera; atque illud item: *Et adsit tibi nomen Dei Jacob.* Est enim talis invocatio & compellatio ad propulsandos omnes inimicos satis. Hæc non soli Davidi competunt; sed etiam cuilibet alteri, qui in simili casu per orationem spiritualia & pura Deo sacrificia emittit; cui, ut par est, sacræ illæ virtutes, & sanctorum Angelorum chori unà adsunt, orationum ac deprecationum socii & adjutores.

Tributat tibi Dominus secundum cor tuum, &
omne consilium tuum confirmet. Lætabimur in 5.
salutari tuo, & in nomine Domini Dei nostri 6.
magnificabimur. Impleat Dominus omnes peti-
tiones tuas: nunc cognovi quoniam salvum fecit 7.
Dominus Christum suum. A Diapsalmate orsi

qui precantur, prophetiam emittunt; quòd ei qui rationabilia illa sacrificia obtulit, ea omnia largiturus sit Deus quæ mente & animo postulavit; & consilium ejus perfecturus, si quidem non fuerit ipsis Dei consiliis alienum. Iis, inquiunt, tecum bonis fruemur, lætabimurque in salutari tuo: gnari quippe sumus, Spiritu sancto revelante, prolem illam ex te prodituram, universorum hominum salutare futuram. Qua in re nos quoque in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Impleantur etiam petitiones tuæ: ipsæ quippe Deo dignæ sunt.

Exaudiet illum de cælo sancto suo, in potestatibus salus dextera ejus. Dextera manus, omnesquæ dexteræ & salutares actiones in potestatibus sunt. Virtutibus namque, signis & prodigiis, beneficia sua hominibus dispensabit.

8. *Hi in curribus & hi in equis, nos autem*
in nomine Domini Dei nostri invocabimus.
9. *Ipsi impediti sunt & ceciderunt, nos autem*
10. *surreximus & erecti sumus. Domine salvum*
fac regem, & exaudi nos in die qua invoca-
verimus te. Ipsa rerum experientia, argu-
mentum sane fuerit quid in rebus præstantius sit. Atenim inimici tui, equis & curribus confidentes, præpediti corruent perinde atque Pharao, qui in mari Rubro demersus est. Nos autem nomine Domini Dei nostri instructi & armati, ac tecum qui sacrificia immolas precibus nostris concertantes, resurgemus atque erigemur, cum tu de inimicis victoriam retuleris. Sed hæc, inquiunt, evenient tempore Salutaris illius adventus. Tunc enim maximè omnes adversariæ potestates ac latentes illi & occulti Dei inimici, ab ipso Salutari in fugam versi, prosternentur. Omnes porro qui Salutare hujusmodi receperint, à pristino lapsu resurgent. Idcirco ita
Luc. 2. 34. Symeon de ipso loquitur: *Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum*; ruinam videlicet inimicorum & hostium ejus; resurrectionem vero eorum qui olim lapsi, ab ipso suscitati sunt. Hæc quidem tunc eventura sunt; jam vero tu Domine salvum fac nobis regem Davidem, & in omni prorsus tempore, & in die qua invocaverimus te: quæ item, ut alius inquit, etiam Ezechiæ regi congruunt. Hæc porro anagogico, sive reductitio, more accipias.

A ματος οἱ εὐξάμενοι προφητεύουσιν· αὐτῷ τὸν θεὸν δώσειν, ᾧ τὰς λογικὰς θυσίας προσήνεγκεν, ὅσα κατὰ διάνοιαν ᾔτησεν, καὶ πλήρωσιν τῇ βουλῇ, ἢ ὅτι μὴ ἀλλοτρία θεοῦ τὰ βεβουλευμένα. συναπολαύσομεν δέ σοι φασὶ τῶν ἀγαθῶν, ἀγαλλιασόμεθα τῷ σωτηρίῳ τῷ σῷ, ἔγνωμεν γὰρ ἐξ ἁγίου πνεύματος, τὸ ἐκ σοῦ γενησόμενον γέννημα πάντων ἀνθρώπων σωτήριον. ἐφ᾽ ᾧ καὶ ἡμεῖς μεγαλυνθησόμεθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν. ἔστω δέ σοι καὶ τὰ αἰτήματα, καὶ γὰρ ἄξια ταῦτα θεοῦ.

B

Ἐπακούσεται αὐτοῦ ἐξ οὐρανοῦ ἁγίου αὐτοῦ, ἐν δυναστείαις σωτηρία τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ. δεξιὰ δὲ χεὶρ, καὶ πᾶσαι αἱ σωτήριοι καὶ δεξιαὶ πράξεις ἐν δυναστείαις. δυνάμεσι γὰρ καὶ σημείοις καὶ τέρασι τὰς εἰς ἀνθρώπους ποιήσεται εὐεργεσίας.

Οὗτοι ἐν ἅρμασιν καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις, ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν ἐπικαλεσόμεθα. αὐτοὶ συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσαν· ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν καὶ ἀνωρθώθημεν. σῶσον κύριε τὸν βασιλέα, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν
C ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλεσόμεθά σε. ἀλλὰ γὰρ ἡ πεῖρα τῶν πραγμάτων γένοιτ᾽ ἂν ἔλεγχος τοῦ κρείττονος. οἱ μὲν γὰρ σοὶ ἐχθροὶ ἐφ᾽ ἵπποις καὶ ἅρμασι πεποιθότες, συμποδισθέντες πεσοῦνται ὁμοίως τῷ Φαραὼ ἐπὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάττης καταποντωθέντι. ἡμεῖς δὲ οἱ τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν ὡπλισμένοι, καὶ σοὶ τῷ τὰς θυσίας ἀναπέμποντι ταῖς εὐχαῖς συναγωνιζόμενοι ἀναστησόμεθα, καὶ ἀνορθωθησόμεθα, σοῦ τὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν νίκας ἀραμένου. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔσται φασὶν καὶ νῦν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ ἀποδο-
D θέντος σωτηρίου ἐπιφανείας. τότε γὰρ μάλιστα πᾶσαι αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις, καὶ οἱ ἀφανεῖς καὶ ἀόρατοι τοῦ θεοῦ πολέμιοι, δι᾽ αὐτοῦ τοῦ σωτηρίου τροπούμενοι, πεσοῦνται. πάντες δὲ οἱ τὸ σωτήριον παραδεξάμενοι, τοῦ πάλαι αὐτῶν πτώματος διαναστήσονται. διὸ περὶ αὐτοῦ Συμεὼν ἔλεγεν· ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν. πτῶσιν μὲν δηλαδὴ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ τῶν πολεμίων· ἀνάστασιν δὲ τῶν πάλαι πεπτωκότων, δι᾽ αὐτοῦ δὲ ἐγηγερμένων. καὶ ταῦτα μὲν τότε γενήσεται. νῦν δὲ κύριε σῶζε ἡμῖν τὸν βασιλέα
E Δαυίδ, καὶ ἐν παντὶ τῷ ὄντι καιρῷ, καὶ ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλεσώμεθά σε. ἁρμόζει δὲ ταῦτα, ὡς ἄλλος φησὶ, καὶ ἐπὶ Ἐζεκία. νοήσεις δὲ ταῦτα καὶ κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς νόμον.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυίδ κ'. A

Εἰς αἴσιον γὰρ ἀναπέμπεται τὰ λεγόμενα τέλος, καὶ τὴν ἐχθρῶν τοῦ θεοῦ σημαίνει τὸν ὄλεθρον. διὸ κατὰ μὲν Σύμμαχον, ἐπινίκιός ἐστιν ᾠδή· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, τῷ νικοποιῷ μελῴδημα.

Κύριε ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασιλεύς. οἶμαι καὶ ταῦτα λέγεσθαι τὰ προκείμενα ἐκ τῶν καὶ τὰ περὶ τούτου τῷ Δαυὶδ ἐπευξαμένων. μαθὼν γοῦν νῦν ὁ Δαυὶδ ἀπὸ τῶν πρὸς αὐτὸν γενομένων χρησμῶν τὰ περὶ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελευσομένου σωτηρίου, καὶ τῆς ἐν τῷ σωτηρίῳ δυνάμεως, ἐπὶ τούτοις εὐφρανθήσεται καὶ ἀγαλλιάσεται σφόδρα. B καὶ τούτοις γε θαρσῶν, τὴν τε ἐχθρῶν διὰ τούτων περιγενόμενος, σοὶ τῷ νικοποιῷ θεῷ τὰ βραβεῖα τῆς νίκης ἀνατίθησιν. χαίρει τε καὶ ὑπερβαλλόντως ἀγάλλεται, τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς ὑπὸ σοῦ διασωζόμενος. καὶ οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ σωτηρίᾳ ἀγαλλιᾷ, ὅσον ὅτι παρὰ σοῦ τὸ σωτήριον αὐτοῦ προσγίνεται. καὶ γὰρ ἐπιθυμήσας τὸ παρὰ σοῦ σωτήριον, καὶ περὶ τούτου τοῖς χείλεσιν ἑαυτοῦ ἐν ταῖς πρὸς τὸν C θεὸν εὐχαῖς ἱκετηρίαν ἀναπέμψας, οὐκ ἐκπεσεῖται τῆς ἐλπίδος, οὐδὲ στερηθήσεται τοῦ αἰτήματος, ἀλλὰ * κατ' εὐχὰς παρέξει τευξόμενος τῆς ἐπιθυμίας.

* ἐν

Καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου ἀγαλλιάσεται σφόδρα. εὐφρανεῖ γὰρ αὐτόν φησιν, ὁ θεὸς ἐν χαρᾷ, ἐπειδὰν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τῆς αὐτοῦ δόξης ἐπόπτην αὐτὸν καταστήσηται. διὸ φησιν ὁ Σύμμαχος· χαροποιήσεις αὐτὸν ἐν εὐφροσύνῃ παρὰ τοῦ προσώπου σου. τῷ γὰρ καιρῷ τοῦ δικαιωτηρίου, ἐπειδὰν τὸ πρόσωπον τοῦ μεγάλου βασιλέως D μέσος ἑστὼς ὁ Δαυὶδ τῶν σωζομένων θεάσοιτο, καὶ τῷ τιμίῳ λίθῳ τὴν κεφαλὴν ἐστεμμένος, δόξῃ τε καὶ μεγαλοπρεπείᾳ κεκοσμημένος, ἐνθέου χαρᾶς καὶ οὐρανίου εὐφροσύνης πληρωθήσεται.

Τὴν ἐπιθυμίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ ἔδωκας αὐτῷ, καὶ τὴν δέησιν τῶν χειλέων αὐτοῦ οὐκ ἐστέρησας αὐτόν. διάψαλμα. ὅτι προέφθασας αὐτὸν ἐν εὐλογίαις χρηστότητος, ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στέφανον ἐκ λίθου τιμίου. ζωὴν ᾐτήσατό σε, καὶ ἔδωκας αὐτῷ μακρότητα ἡμερῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. μεγάλη ἡ E δόξα αὐτοῦ ἐν τῷ σωτηρίῳ σου, δόξαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτόν. ὅτι δώσεις αὐτῷ εὐλογίαν. τὰς προλεχθείσας ἐπαγγελίας θεσπίσας ὁ λόγος τῷ Δαυίδ, ἀκολούθως τὴν αἰτίαν διδάσκει δι' ἣν τῶν τοσούτων τεύξεται. τίς δὲ ἦν ἡ αἰτία, ἀλλ' ἐλπὶς ἡ ἐπὶ τὸν κύριον, δι' ἣν ἐλέους τυχὼν, τῆς

In finem psalmus David XX. 1.

QUæ hic dicuntur, ad faustum referenda finem: nam inimicorum Dei exitium significant. Quare secundum Symmachum, *Triumphale canticum*; secundum Aquilam vero, *victoriæ auctori modulatio*, inscribitur. Symmachi. Aquilæ.

Domine in virtute tua lætabitur rex. Arbitror ab iisdem, qui superius Davidi bene precati fuerant, hæc etiam prolata fuisse. Cum ab oraculis sibi editis edidicisset David, ea quæ Salutare illud ex semine suo proditurum, necnon Salutaris ejusdem virtutem spectabant, de iis, ait, lætabitur & exsultabit vehementer. Iisque confisus, inimicisque eorum ope devictis, tibi Deo victoriæ auctori, ejusdem victoriæ brabia attribuit. Gaudetque admodum & exsultat, inimicorum abs te ereptus insidiis, neque tantum de salute sua lætatur, quantum de misso abs te Salutari suo. Cum enim idem Salutare tuum summis votis expetierit, atque labiis ipse suis, emissa frequenter oratione, pro Salutaris ejusdem adventu tibi supplicaverit; nequaquam spe labetur, neque irrita postulatio ejus erit; imo etiam optata consecutus, orationem iterum emittet. 2.

Et super salutare tuum exsultabit vehementer. Illum quippe Deus summo gaudio replebit, quando facie ad faciem gloriam ejus contemplari concesserit. Quamobrem ait Symmachus: *Lætificabis eum in gaudio à vultu tuo.* Nam in tempore justificationis, quando David inter eos qui salutem nacti sunt medius consistens, magni Regis vultum intuebitur, & corona de lapide pretioso caput ejus ornabitur; gloriâ magnificentiâque decoratus, divino gaudio & cœlesti lætitia replebitur. Symmachi.

Desiderium cordis ejus tribuisti ei, & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sæculi. Magna est gloria ejus in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum. Quoniam dabis eum in benedictionem, &c. Præmissas Davidi pollicitationes vaticinatus, consequenter causam adfert cur hæc consequuturus sit. Ecquænam illa causa, nisi spes in Dominum, qua misericordiam nactus, spe 3. 4. 5. 6. 7.

illa sua à Deo altissimo data non decidet, neque in firmo illo ac solido statu fluctuabit? Nam *spes non confundit.* Rom. 5. 5.

9. *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis,*
10. *dextera tua inveniat omnes qui te oderunt. Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.* Sic Deum alloquuntur qui preces effundunt, ac si dicerent: Etiamsi ii qui sese tibi Deo inimicos constituerunt, animas tibi addictas, necnon sanctos omnes in familia tua adscriptos oppugnandi finem non faciunt; at inevitabilem manum & invictam virtutem tuam non effugient. Hactenus enim dum permittuntur inimici illi tui athletas tuos exercitare, altos assumunt spiritus. Cæterum cum ii ad breve tempus superbierint, non diu postea manus tua deprehendet eos, ac fugientes dextera tua intercipiet. Quid porro aget cum apprehenderit? *Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui.* Etenim quo tempore resplendebit vultus ille tuus, quo scilicet regnum tuum manifestabis; eosdem qui sibi ipsis nequitiæ ignem advexerunt, meritum sibi supplicium succendere facies; ita ut clibanus ignis sibimetipsis efficiantur. Qualia item patiuntur qui in ægritudine, corporea febri laborant: nemine quippe extrinsecus ignem admovente, in se ipsis ignem fovent. Eodem prorsus modo inimicos tuos, inquit, atque eos qui te oderunt, pones ut clibanum ignis. Quamobrem iis dicetur: Procedite ad lumen ignis vestri, & ad flammam quam succendistis.

11. *Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filiis hominum.* Impiorum atheorumque hominum innumeræ successiones fuere: ac plerumque evenit, ut ex improbis patribus pii ac religiosi filii exorirentur. Sed semen atheorum, ac fructus impiorum sunt verba, doctrinæ, & impia documenta eorumdem, quæ post ipsorum obitum per homines disseminantur. Quæque scilicet Deus, utpote bonus, de medio tollit ac dissipat; ut neque fructus, neque semen impiorum residuum sit.

12. *Quoniam declinaverunt in te mala, cogi-*
13. *taverunt consilia quæ non poterunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum, in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.* Rursus causam cur hæc perpessuri sint adfert, his verbis: *Quoniam declinaverunt in te mala.* Cujus loco Symmachus: *Quoniam communierunt se contra te in malum.* Etiamsi enim viderentur homines impugnare: at quia non rationabili de causa, neque ob patratum quodpiam facinus insidias ipsis parabant, sed propter unam

Symmachi.

A παρὰ θεοῦ τοῦ ὑψίστου ἐλπίδος οὐκ ἀποπεσεῖται, οὐδὲ σαλευθήσεται τῆς ἐρρωμένης ταύτης στάσεως; ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.

Εὑρεθείη ἡ χείρ σου πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς σου, ἡ δεξιά σου εὕροι πάντας τοὺς μισοῦντάς σε. θήσεις αὐτοὺς ὡς κλίβανον πυρὸς εἰς καιρὸν τοῦ προσώπου σου. κύριος ἐν ὀργῇ αὐτοῦ συνταράξει αὐτούς, καὶ καταφάγεται αὐτοὺς τὸ πῦρ. λέγεται ταῦτα πρὸς τὸν θεὸν ὑπὸ τῶν τὴν εὐχὴν ἀναπεμπόντων, οἳ καί φασιν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα οἱ ἑαυτοὺς ἐχθροὺς σοὶ τῷ θεῷ καταστήσαντες, τὰς ἀνακειμένας σοι ψυ- B χὰς καὶ τοὺς ἁγίους πάντας τοὺς σοι προσῳκειωμένους ἐκπολεμοῦντες οὐ παύονται· ἀλλ' οὐ διαφεύξονται τὴν ἄφυκτόν σου χεῖρα καὶ τὴν ἀήττητόν σου δύναμιν. τέως μὲν γὰρ εἰς ὅσον γυμνάζειν τοὺς σοὺς οἰκείους ὥσπερ ἀθλητὰς ἐπετράπησαν οἱ ἐχθροί σου, ἐπαίρονται. πλὴν πρὸς ὀλίγον ἐπαρθέντας αὐτοὺς οὐκ εἰς μακρὰν ἡ σὴ χεὶρ καταλήψεται, καὶ ἡ σὴ δεξιὰ φθάσαντας θηρεύσει. τί δὲ ποιήσει καταλαβοῦσα; θήσεις αὐτοὺς ὡς κλίβανον πυρὸς εἰς καιρὸν τοῦ προσώπου σου. ἐν τῷ καιρῷ γὰρ τῆς ἐπιλάμψεως τοῦ C προσώπου σου, ἐν ᾧ τὴν σαυτοῦ δείξεις βασιλείαν, αὐτοὺς ἑαυτοῖς τὸ τῆς κακίας πῦρ συνάψαντας, τὴν καθ' ἑαυτῶν κόλασιν ἐξάψαι ποιήσεις· ὅπως αὐτοὶ ἑαυτοῖς κλίβανος πυρὸς γένοιντο. ὁποῖα πάσχουσιν οἱ ἐν ταῖς νόσοις τὸ σῶμα πυρέττοντες· μηδενὸς γὰρ ἔξωθεν ὑποκαίοντος, ἔνδον τὸ πῦρ ἐξ ἑαυτῶν ἐπάγονται. οὕτως οὖν καὶ τοὺς ἐχθρούς σου καὶ τοὺς μισοῦντάς σε φησὶ θήσεις ὡς κλίβανον πυρός. διὸ λεχθήσεται πρὸς αὐτούς· πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε.

D Τὸν καρπὸν αὐτῶν ἀπὸ γῆς ἀπολεῖς, καὶ σπέρμα αὐτῶν ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων. διαδοχαὶ γὰρ γεγόνασι μυρίων ἀσεβῶν καὶ ἀθέων ἀνδρῶν· πολλάκις δὲ καὶ πονηρῶν πατέρων υἱοὶ θεοσεβεῖς καὶ θεοφιλεῖς ἀπεφάνθησαν. σπέρμα δὲ τῶν ἀθέων καὶ καρπὸς τῶν ἀσεβῶν οἱ λόγοι αὐτῶν καὶ αἱ διδασκαλίαι καὶ τὰ ἄθεα δόγματα, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτῶν ἐν ἀνθρώποις ἀποφανθέντα, τυγχάνει. ἃ δὴ ὡς ἀγαθὸς ὁ θεὸς ἀπωλείᾳ καὶ ἀφανισμῷ παραδίδωσιν· ἵνα μήτε καρπὸς τῶν ἀσεβῶν, μήτε σπέρμα αὐτῶν περιλείπηται.

E Ὅτι ἔκλιναν εἰς σὲ κακά, διελογίσαντο βουλάς, ἃς οὐ μὴ δύνωνται στῆσαι. ὅτι θήσεις αὐτοὺς νῶτον, ἐν τοῖς περιλοίποις σου ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπον αὐτῶν. πάλιν παρατίθησι τὴν αἰτίαν δι' ἣν ταῦτα πείσονται, λέγων, ὅτι ἔκλιναν εἰς σὲ κακά. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἔκλιναν, ὁ Σύμμαχος· ὅτι συνέφραξαν κατὰ σοῦ εἰς κακόν. εἰ γὰρ καὶ ἀνθρώπους ἐδόκουν πολεμεῖν· ἀλλ' ἐπεὶ μὴ δι' εὔλογον αἰτίαν, μηδὲ διά τινα πρᾶξιν ἄτοπον ἐκείνους ἐπεβούλευον, διὰ δὲ μόνην

τὴν εἰς σὲ εὐσέβειαν εἰκότως εἴποι ἄν τις αὐτοὺς σοὶ τῷ θεῷ ἐπιβεβουλευκέναι, καὶ πάσας τὰς μηχανὰς ἃς ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν σῶν ὁσίων κατὰ σοῦ τοῦ θεοῦ μεμηχανῆσθαι. διὸ δὴ τὰ προλεχθέντα αὐτοὺς καταλήψεται· οὐδὲ τὰς σὰς διαδρᾶναι δυνήσονται χεῖρας. οἱ μὲν γὰρ ἐμηχανῶντο καὶ πάντα ἔπραττον ἀθέῳ φρονήματι κατὰ σοῦ τοῦ θεοῦ βουλευόμενοι· σὺ δὲ αὐτοὺς ἀποστρόφους ἐποίεις καὶ φυγάδας, ὡς τὰ νῶτα παραχωρεῖν ἐλαυνομένους ὑπὸ τῆς σῆς ὀργῆς.

A eorum erga te pietatem; jure dicantur contra te ipsum Deum insidias struxisse, ac conspirationes eorum omnes adversus sanctos tuos conflatas, contra te Deum versas fuisse. Quare prædictis illi intercipientur malis, neque tuis se subducere manibus valebunt. Illi quidem machinas omnes & molimina intenderunt, atque impia mente nihil non egerunt, conjuratione adversum te Deum facta: at tu illos aversos constituisti & fugasti, ita ut, ira tua instante & propellente, terga vertant.

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως ἑωθινῆς ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ κα΄.

B

Ἡ τοῦ ψαλμοῦ προγραφὴ πᾶσαν τὴν ὑπόθεσιν τῶν ἐν αὐτῷ φερομένων ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀνατίθησιν. διὸ ἐπιγέγραπται, περὶ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς. ὁποῖα δὲ ἦν τὰ τῆς ἑωθινῆς ἀντιλήψεως, αὐτοὶ οἱ εὐαγγελισταὶ παραστήσουσιν· ὁ μὲν Λουκᾶς ὧδε γράφων· τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων, ὄρθρου βαθέος ἐπὶ τὸ μνῆμα ἦλθον γυναῖκες, φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα. εὗρον δὲ τὸν C λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. εἰσελθοῦσαι δὲ οὐχ εὗρον τὸ σῶμα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ, οἳ καὶ εἶπον· τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη· μνήσθητε ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν, ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ εὐαγγελισταὶ εἰρήκασιν. ὁρᾷς ὅπως τὰ τῆς ἑωθινῆς ἀντιλήψεως κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπληροῦτο; διὸ τὴν πᾶσαν οἰκονομίαν τοῦ σωτηρίου D πάθους τῇ ἀναστάσει αὐτοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνατίθησιν, καὶ εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τέλος τὴν προφητείαν ἀναπέμπει διὰ τῆς λεγούσης προγραφῆς· εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς, ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν ψαλμὸς ἔσεσθαι, ἡ τὴν ἀνάστασιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν περιέχουσα προφητεία, καὶ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ τὴν σύστασιν, καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τὴν κλῆσιν, τῆς τε γενεᾶς καὶ τοῦ τεχθησομένου λαοῦ τὴν πρόγνωσιν; ἐπὶ τούτοις γὰρ ὡς ἐπὶ μεγάλοις ἀγαθοῖς συγχαῖρον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν E ψαλμῳδίαν ποιεῖται.

Ὁ θεὸς ὁ θεός μου, πρόσχες μοι, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. μὴ προκειμένου δὲ ἐν τῷ ἑβραϊκῷ τοῦ, πρόσχες μοι, ὃ δὴ κατὰ μόνους τοὺς ἑβδομήκοντα πρόσκειται τῷ πρώτῳ στίχῳ, ἀκριβῶς καὶ ὑπὸ τῆς φωνῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παραλέλειπται.

In finem pro susceptione matutina psalmus David. XXI.

Ipsa psalmi inscriptio totum rerum quæ de tempore resurrectionis Salvatoris nostri 1.
ex mortuis in eo feruntur argumentum præfert. Quare sic titulus habet: *De susceptione matutina.* Qualia autem illa fuerint quæ ad susceptionem matutinam pertinebant, rursum aperient Evangelistæ: sic enim Lucas habet. *Una autem sabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum, portantes,* (Luc 24. 1.) *quæ paraverant aromata: & invenerunt lapidem revolutum à monumento. Et ingressæ non invenerunt corpus Domini Jesu. Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti, qui & dixerunt: Quid quæritis viventem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter loquutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset.* Simili modo alii quoque Evangelistæ loquuntur. Viden' quomodo matutina susceptio tempore resurrectionis Salvatoris nostri impleta fuerit? Quare totam œconomiam passionis Salvatoris nostri, resurrectioni ejus Spiritus sanctus adscribit, atque ad ipsum finem prophetiam refert per inscriptionem supra allatam: *In finem pro susceptione matutina psalmus David.* Et qua quæso ratione prophetia Servatoris nostri resurrectionem, itidem Ecclesiæ ipsius constitutionem, omnium gentium vocationem, generationis venturæ ac futuri populi præscientiam complectens, non psalmus inscribatur? De iis quippe, utpote de ingentibus bonis, gaudens Spiritus sanctus psalmodiam aggreditur.

Deus Deus meus, respice in me: Quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum. Cum in Hebraïco exemplari illud, *respice in me*, non compareat; sed in solis Septuaginta interpretibus primo versui inseratur; jure à Salvatore nostro hæc vociferante prætermissum est. 2.

Hebraici exemplaris lectio.

Lectio reliquorum interpretum.

Ac mihi, quæso, perpendas quo pacto reliqui omnes interpretes *delictorum* non meminerint: neque enim consentaneum erat personæ Salvatoris nostri delicta adscribere, *qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.* (1. Pet. 2. 22.) Is vero pro iis è populo qui lacrymis ac fletu digna admittebant, pro Apostolo suo Juda, lapso & à propria dignitate depulso, lugens hæc assidue clamabat: *Longe à salute mea verba gemituum meorum.* Voces, inquit, & verba rerum à me semper pro populo gestarum, à salute mea longe remota sunt, cum nihil utilitatis populo accesserit ex ea quam ipsis procuravi salute. At ne videamur ex curiosa aliqua indagatione reliquos interpretes sequuti, eos qui alia ratione psalmum interpretantur coarguere, Septuaginta virorum interpretatione utemur. Nam illi quoque hanc lectionem observantes & animadvertentes, hunc psalmum Christo non congruere dixerunt. Audiant itaque Joannem sic clamantem, (Joan. 1. 29. 36.) *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi;* & divinum Paulum ita loquentem, (2. Cor. 5. 21.) *Qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso;* & rursum, (Gal. 3. 13.) *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Igitur quemadmodum fons justitiæ cum sit, peccata ipse nostra suscepit; & cum sit benedictionis pelagus, ingruentem nobis maledictionem accepit, atque contemtis opprobriis crucem sustinuit; sic pro nobis rationem reddidit. Si enim statutam nobis disciplinam lubens ipse subiit; (Hesai. 53. 5.) nam *disciplina pacis nostra super eum,* ut ait propheta: multo magis rationes ipse nostras pro nobis retulit, atque clamat, *Longe à salute mea rationes delictorum meorum.* Ne, inquit, naturæ peccata respicias.

3. *Deus meus clamabo ad te per diem, & non exaudies; & nocte, & non ad insipientiam mihi.* Hæc de nobis confessus Salvator, ait: Sic clamante me, exauditurum te novi: nam cum interpunctione legendum. Et nocte quoque clamabo, neque id mihi ad insipientiam reputetur; quandoquidem tristia circum me posita sunt. Multi sane in perplexo rerum statu caligine obvolvuntur, ut etiam quid clamanti dicendum Deo sit ignorent: ac ego probe novi qua de causa nocturnæ illæ calamitates me circumveniant.

4. *Tu autem in sancto habitas, laus Israël.* Et vero tu in omnibus sanctis habitas, ac semper cum illis versans, exaudis eos. In hac igitur te laus Israëlis, videlicet cujusque sancti, esse consuevisti. Quid si in omni-

Καὶ θέα τίνα τρόπον ἐν πᾶσι τούτοις οὐδαμοῦ παραπτωμάτων ἐμνημόνευσαν οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταί· οὐδὲ γὰρ ἥρμοζεν παραπτώματα ἐφαρμόζειν τῷ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν προσώπῳ ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. ὑπὲρ δὲ τῶν κλαυθμῶν καὶ θρήνων ἄξια πραττόντων ἐν τῷ λαῷ· ὑπὲρ δὲ τοῦ ἀποστόλου αὐτοῦ Ἰούδα, τοῦ ἐξολισθήσαντος καὶ τῆς οἰκείας ἀξίας ἀποπεσόντος, ὀδυρόμενος διετέλει βοῶν· μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν ὀδυρμῶν μου. οἱ γὰρ λόγοι φησὶ τῶν ἐμῶν, τῶν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ πάντοτε γινομένων, τῆς ἐμῆς σωτηρίας μακρὰν γεγόνασιν, οὐδὲν ὠφεληθέντος τοῦ λαοῦ ἀπὸ τῆς ἐξ ἐμοῦ προξενηθείσης αὐτοῖς σωτηρίας. ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς ἐνταῦθα κεχρῆσθαι ἐκ περιεργίας, τοὺς ἑτέρως τὸν ψαλμὸν ἡρμηνευκότας ἐλέγχειν, τῇ τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνείᾳ χρησόμεθα· ταύτῃ γὰρ κἀκεῖνοι τηρήσαντες προσεσχηκότες οὐκ ἔφασαν ἁρμόττειν τὸν ψαλμὸν τῷ κυρίῳ. ἀκουσάτωσαν τοίνυν Ἰωάννου βοῶντος· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. τοῦ δὲ θεσπεσίου Παύλου λέγοντος· τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα θεοῦ δικαιοσύνη ἐν αὐτῷ. καὶ πάλιν· Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. τοιγαροῦν ὥσπερ δικαιοσύνης ὑπάρχων πηγή, τὴν ἡμετέραν ἁμαρτίαν ἀνέλαβε, καὶ εὐλογίας ὢν πέλαγος, τὴν ἐπικειμένην ἡμῖν ἐδέξατο κατάραν, καὶ σταυρὸν ὑπέμεινεν αἰσχύνης καταφρονήσας· οὕτω καὶ τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἐποιήσατο λόγους. εἰ γὰρ τὴν ὡρισμένην ἡμῖν παιδείαν ὑπῆλθεν ἑκών, παιδεία γὰρ εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν, ἥ φησιν ὁ προφήτης· πολλῷ μᾶλλον τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν αὐτὸς ἡμῶν ἐχρήσατο λόγοις, καὶ βοᾷ· μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου· μὴ ἀποβλέψῃς φησὶν εἰς τὰ τῆς φύσεως πλημμελήματα.

Ὁ θεός μου κεκράξομαι ἡμέρας πρὸς σέ, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ· καὶ νυκτός, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. ταῦτα δὲ περὶ ἡμῶν ἐξομολογούμενος ὁ σωτὴρ λέγει· οὕτω δέ μου βοῶντος οἶδα ὅτι εἰσακούσῃ· μεθ' ὑποστιγμῆς γὰρ ἀναγνωστέον. καὶ νυκτὸς δὲ κεκράξομαι, οὐκ ἀνοίας μοι λογιζομένης· ὅτε τὰ περιεστηκότα ἐστὶ σκυθρωπά. τῶν πολλῶν ἐν ταῖς περιστάσεσι σκοτιζομένων, ὡς καὶ αὐτὸ τοῦτο τί δεῖ κράζοντα πρὸς θεὸν λέγειν ἀγνοεῖν. ἐπίσταμαι γὰρ ἐγὼ τίνος ἕνεκα περὶ ἐμὲ νυκτερινὴ κατάστασίς ἐστι.

Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ. καὶ μὴν ἐν πᾶσι τοῖς ἁγίοις συνενοικεῖς ἀεὶ συνὼν αὐτοῖς, καὶ πάντοτε αὐτῶν εἰσακούων. ἐν τούτῳ γοῦν καὶ ἔπαινος γίνεσθαι εἴωθας τοῦ Ἰσραήλ, τουτέστι παντὸς ἁγίου. εἰ δὲ ἐν

δὲ ἐν πᾶσι τοῖς ἁγίοις κατοικεῖ ὁ θεός, [a] πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ αὐτοῦ μονογενεῖ, καὶ μειζόνως αὐτοῦ εἰσακούσεται.

Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἤλπισαν καὶ ἐρρύσω αὐτούς. πρὸς σὲ ἐκέκραξαν, καὶ ἐσώθησαν· ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. ὧδε καίτοι φησὶν οἶδα σαφῶς ὡς ἅπαντες ἡμῶν οἱ πατέρες τῇ σῇ βοηθείᾳ θαρρήσαντες, οὐκ ἐψεύσθησαν τῆς ἐλπίδος, καὶ εἰς ἐπικουρίαν σε καλέσαντες τῆς σῆς προνοίας ἀπέλαυσαν· ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπου καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. τὸν σκώληκα παντὸς μὲν B ζώου εὐτελέστατον εἶναι συμβαίνει, ὑφίστασθαι δὲ ἀπὸ φθορᾶς σωμάτων· ἀφανιστικὸν δὲ εἶναι καὶ φθαρτικὸν οὗ δ' ἂν ἐφάψηται. μέμνηται δὲ τούτου Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγων· μὴ φοβοῦ σκώληξ Ἰακώβ, ὀλιγοστὸς Ἰσραήλ, ἐγὼ ἐβοήθησά σοι, λέγει ὁ θεὸς ὁ λυτρούμενός σε, ὁ ἅγιος Ἰσραήλ. ἰδοὺ ἐποίησά σε ὡς τροχοὺς ἁμάξης, ἀλοῶντας, καινοὺς πριστηροειδεῖς· καὶ ἀλοήσεις ὄρη, καὶ λεπτυνεῖς βουνούς, καὶ ὡς χνοῦν θήσεις· καὶ λικμήσεις, καὶ ἄνεμος λήψεται αὐτούς, καὶ καταιγὶς διασπερεῖ αὐτούς. σὺ δὲ εὐφρανθήσῃ ἐπὶ τῷ κυρίῳ. C δι' ὧν ἡ προφητεία σκώληκα ὀνομάσασα, καὶ ὀλιγοστὸν εἰποῦσα διὰ τὸ εὐτελὲς καὶ σμικρὸν τοῦ ζώου, δύναμιν αὐτῷ μεγάλην συνῆψεν· ἀλοήσεις ὄρη φήσασα, καὶ λεπτυνεῖς βουνούς, καὶ ὡς χνοῦν θήσεις καὶ λικμήσεις. καὶ διὰ τῶν προκειμένων τοίνυν λέγων ὁ σωτήρ· ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, τὸ εὐτελὲς καὶ ἀσθενὲς καὶ ἀποβλητον καὶ ἀπερριμμένον τοῦ πάθους ἑαυτοῦ παρίστησιν, τό, τε τῶν ἐναντίων δυνάμεων ἀφανιστικόν. ἤμελλεν γὰρ ὑποδὺς τὸν θάνατον, καὶ ἐν αὐτῷ γενόμενος τῷ τῶν νεκρῶν χωρίῳ, σκώληκος δίκην D τὰς δυνάμεις τὰς ἀντικειμένας φθορᾷ παραδιδόναι· καὶ ἄλλως δ' ἂν εἴποις σκώληκα αὐτὸν ὠνομάσθαι καὶ οὐκ ἄνθρωπον, διὰ τὸ μὴ ὁμοίως ἀνθρώποις, ἐκ συνουσίας ἄρρενος καὶ θηλείας τὴν τῆς σαρκὸς γένεσιν ἐσχηκέναι. κατὰ τρίτον δὲ τρόπον, τὸν θάνατον ἑαυτοῦ σημαίνει, καὶ τὸν ἄψυχον νεκρόν· διὸ ἐπιλέγει· ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξουδένημα λαοῦ. ὁ γὰρ νεκρὸς οὐκ ἄνθρωπος· ἀλλ' εἰ μὲν ἦν πάντη νεκρὸς ἀπήρκει φάναι· ἐγὼ δέ εἰμι οὐκ ἄνθρωπος· ἀλλ' ἐπεὶ δυνά- E μεώς τινος ἀφανιστικῆς τοῦ θανάτου μετεῖχεν, εἰκότως σκώληκα αὐτὸν καὶ οὐκ ἄνθρωπον ὠνόμασεν. γέγονε δὲ ἀληθῶς ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν πάντων ὄνειδος, τὸν ἐπονείδιστον σταυρὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδεδεγμένος. διὸ καὶ ἑτέρα προφητεία ἐξ αὐτοῦ προσώπου φησίν· οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἄνθρωποι ἐπονείδιστον αὐτὸν ἔχον κατὰ τὸν τοῦ πάθους

A bus sanctis Deus habitet, multo certe magis in unigenito suo, quem sane libentius exauditurus est.

In te speraverunt patres nostri, speraverunt, & liberasti eos. Ad te clamaverunt, & salvi 5.
facti sunt; in te speraverunt, & non sunt con- 6.
fusi. Etsi, inquit, bene noverim, omnes tuo auxilio fidentes patres nostros, nequaquam spe lapsos esse, & cum te in adjutorium evocaverunt, providentia tua potitos esse: *Ego sane sum vermis & non homo, opprobrium hominis & abjectio plebis.* Vermis omnium B animalium vilissimum censetur, atque à corruptione corporum exsistentiam habet; si quid vero tetigerit, id in corruptionem & exitium ducit. Hujus meminit Hesaïas dicens: *Noli timere vermis Jacob, & quam minimus Israël: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus & redemptor tuus, sanctus Israël. Ecce feci te quasi rotas currus triturantes, novas, ad modum serræ adornatas. Et triturabis montes & comminues colles, & quasi pulverem pones. Et ventilabis, & ventus tollet eos, & turbo disperget eos. Tu vero ex-* C *sultabis in Domino.* Quibus verbis prophetia, dum vermem vocavit, & propter vilitatem ac parvitatem animalis quam minimum dixit, virtutem ejus magnam adjunxit: *Triturabis*, inquit, *montes, & comminues colles, & quasi pulverem pones, & ventilabis.* Cum igitur Salvator memorata profert verba: *Ego autem sum vermis, & non homo*, vilitatem, infirmitatem, abjectam passionis suæ conditionem declarat, atque adversariarum potestatum exitium ab se iis inferendum. Futurum quippe erat, ut post- D quam mortem subiisset, atque in ipso mortuorum loco consisteret, adversarias potestates vermis instar corruptioni traderet. Alio quoque modo dixeris, ideo vermem ipsum & non hominem vocatum, quod non hominum ritu, ex masculi & feminæ congressu, carnis ortum habuerit. Tertio item modo, mortem indicat suam, & exanimatum cadaver. Quamobrem infert: *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abjectio plebis.* Qui mortuus enim est, non ultra homo. Verum si om- E nino mortuus fuisset, satis erat dixisse, Ego autem sum non homo: sed quia quadam vi morti exitiosa instructus erat; jure vermem & non hominem sese vocavit. Revera Salvator & Dominus noster omnium opprobrium fuit, qui contumeliosam pro nobis crucem admisit. Quare alia prophetia ex ejusdem persona sic loquitur: *Opprobria exprobrantium tibi ciciderunt super me.* Psalm. 68. 10.
Alii itaque homines contumeliose ipsum

Hesai. 41. 14.

[a] Hæc ad marginem legebantur, τοῦτο δὲ οὐ κατὰ σύλληψιν [illegible], καθ' ἃ οὗτός φησιν ὁ [illegible]. τὸ γὰρ θέλημα πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον· quod scholion textui postea insertum est. Vide in præfatione.

L

tempore passionis habuere. Sed alius ordo genusque hominum ab iis diversum, abjectum habuerunt. Quinam illi nisi populus ex circumcisione? Ideo sic concludit postea, *& abjectio plebis.* Nam illudentes ei atque
Matth. 27. 40. deridentes eum, hæc loquebantur: *Vah qui destruis templum, & in tribus diebus ædificas ipsum. Alios salvos fecit, salvum faciat seipsum. Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei.*

De ipsamet re in sequentibus talia fatur:
» εἰπών· οὐδὲν γὰρ ὑστέρηκα τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων· τούτοις ἐπῆγεν λέγων· οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον ἢ ἤδη τετελείωμαι. διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ· μήπως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. ὅσον μὲν γὰρ ὡς πρὸς ἀνθρώπων σύγκρισιν, συνῄδει ἑαυτῷ προκεκοφότι, καὶ τὴν ἐν ἀνθρώποις τελειότητα ἀνειληφότι· ὅσον δὲ ἐπὶ τῷ ἀληθεῖ, ἐν πολλοῖς ἑαυτὸν ὑστερεῖν ἐγίνωσκεν, ἀτελῆ τε εἶναι ἑαυτὸν διὰ τοῦτο ὡμολόγει. ταύτῃ μοι δοκεῖ τῇ διανοίᾳ καὶ ὁ τὰ προκείμενα διεξελθών, περὶ μὲν τῶν παρῳχηκότων τὴν πρέπουσαν εὐχαριστίαν ἀποδεδωκέναι τῷ θεῷ· οἷα δὲ ἄνθρωπος τὸν ὄλισθον τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ὑφορᾶσθαι. διὸ περὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου παρεκάλει τὸν θεόν, ὅπως αὐτὸς αὐτῷ γένοιτο νομοθέτης. οὐ γὰρ ἀπαρκεῖ μοι φησὶ τὰ παρὰ Μωϋσεῖ νόμιμα· δικαίοις γὰρ ὁ νόμος ἐκεῖνος οὐ νενομοθέτητο, ἀλλ' ἀνόμοις καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς καὶ τοῖς παραπλησίοις. τούτοις γὰρ ὁ Μωϋσῆς ἐνομοθέτει, κατὰ τὴν σκληροκαρδίαν αὐτῶν διατιθέμενος. ἐγὼ δέ φησιν οὐ τῇ Μωϋσέως νομοθεσίᾳ ὑποβέβληκα ἐμαυτόν. διὸ οὐδὲ τὴν διὰ ζώων σφαγῆς θυσίαν ἐπηγγειλάμην, ἀλλὰ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ, καινότερον τρόπον ἢ κατὰ τὰ Μωϋσέως νόμιμα. διόπερ ἀξιῶ καινῆς νομοθεσίας παρὰ σοῦ τυχεῖν. αὐτὸς οὖν τὴν σὴν ὁδὸν ἐπίδειξόν μοι, ἢ φώτισον κατὰ τὸν Ἀκύλαν. μὴ μόνον δὲ ὑποδείξῃς μηδὲ νομοθετήσῃς μοι ὦ κύριε, ἀλλὰ καὶ ὁδήγησόν με ἐν τρίβῳ εὐθείᾳ, πρὸς τὸ μὴ προσκόψαι » πρὸς λίθον τὸν πόδα μου. ἕνεκεν τῶν ἐχθρῶν » μου. μὴ παραδῷς με εἰς ψυχὰς θλιβόντων » με. δι' ὁμαλῆς γὰρ ὁδοῦ καὶ εἰρηνικῆς ὅπως διαγάγῃς με ἀξιῶ τὸν τῆς ζωῆς μου χρόνον. οὐ γὰρ μόνον πολέμιοι τυγχάνουσιν· ἀλλὰ καὶ συκοφάνται ἄδικοι καὶ ψευδομάρτυρες, καὶ πάντα τὰ ἐχθρῶν πράττοντες. τότε δὲ ἀληθῶς ἑαυτῇ ψεύδεται ἡ ἀδικία, ὅταν μὴ κατὰ πραγμάτων φέρηται, μηδὲ κατισχύῃ τῶν ψευδομαρτυρουμένων.

» Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ κυρίου ἐν γῇ » ζώντων. μήποτε δὲ καὶ ἐπὶ τὴν ἀνωτέρω » αἴτησιν ἀναπέμπει· ἀγαθὰ κυρίου λέγων » τὸ ἀνωτέρω εἰρημένον πρόσωπον αὐτοῦ, περὶ » οὗ ἔφασκεν· τὸ πρόσωπόν σου κύριε ζητήσω· » μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. » διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· ἐπίστευσα τοῦ » ἰδεῖν ἐν ἀγαθῷ κυρίου, κατὰ δὲ τὸν Σύμμα» χον· ἐπίστευον ἰδεῖν τὴν ἀγαθωσύνην κυρίου. ἀλλ' ὄψεταί γε τοῦ κυρίου τὸ πρόσωπον καὶ τὰ ἀγαθὰ κυρίου, οὐκ ἐν τῷ περιγείῳ τόπῳ· ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῷ τῶν θνητῶν χωρίῳ· ἀλλ' ἐν γῇ ζώντων ἣν καὶ ὁ σωτὴρ ἐπηγγείλατο λέ» γων· μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονο» μήσουσι τὴν γῆν.

A xisset : *Nihil enim minus fui ab iis qui sunt supra modum Apostoli* ; iis hæc adjicit : *Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim: sequor autem si quo modo comprehendam* : ac rursum alibi : *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo : ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Nam quantum ad hominum comparationem æstimationemque pertinebat, se profecisse ac humanam perfectionem adtigisse sibi conscius erat; quantum autem ad rei veritatem, se in multis deficere sciebat, ob idque sese imperfectum B fatebatur. Eadem prorsus mente, is qui in præsenti loquitur, videtur mihi debitas Deo de præteritis bonis gratias retulisse, ac, utpote homo, infirmitatis humanæ lapsum suspicatus esse. Quapropter de futuro Deum rogabat, ut ipse sibi legislator esset. Neque enim mihi, inquit, sunt legalia Moysis satis. Lex quippe illa, non justis, sed iniquis & inobsequentibus, impiis & peccatoribus iisque similibus data est. Istis quippe Moyses legem ferebat, ad duritiem cordis eorum accommodatam. At ego, inquit, C non me Moysis legibus subdidi. Quare non cruentum sacrificium, sed hostiam jubilationis pollicitus sum, novo ac longe diverso à Moysis legalibus ritu. Ideo novas abs te postulo leges. Tu ipse, quæso, viam ostendas mihi; aut *illumina*, secundum Aquilam. Neque solùm ostendas ac legem ponas mihi, Domine, sed etiam dirige me in semita recta, ut ne offendam ad lapidem pede meo, *propter inimicos meos : ne tradideris me in animas tribulantium me.* Per planam ac pacificam viam me tempore vitæ D meæ deducas postulo. Non solùm enim inimici, sed etiam iniqui sycophantæ & falsi testes instant, qui omnia hostili more mecum agunt. Tunc porro sibi vere mentitur iniquitas, quando res ipsi non bene cedunt, neque falsa testimonia prævalent.

2. Cor. 12. 11.
Phil. 3. 12.
1. Cor. 9. 27.
Aquilæ.

Credo videre bona Domini in terra viventium. 13.
Num ad superiorem postulationem remittit, ac bona Domini vocitat vultum Domini supra memoratum, de quo ait : *Vultum tuum, Domine, requiram. Ne avertas* E *faciem tuam à me ?* Quare secundum Aquilam dicitur, *Credidi me visurum in bono Domini* ; secundum vero Symmachum, *Credebam videre bonitatem Domini.* Sed videbit Domini vultum, non in terreno loco, sed neque in mortuorum regione ; sed in terra viventium, quam pollicitus est Salvator his verbis : *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.*

Aquilæ.
Symmachi.
Matth. 5. 4.

IPSI DAVID XXVII.

1\. *AD te, Domine, clamabo, Deus meus ne sileas à me, nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum.* Eorum quæ superius diximus de psalmis qui sine additamento Davidi, sive Davidis inscribuntur, non immemores, illis in præsenti traditionem, quæ ad nos usque pervenit, adjiciemus. [a] Sic aiunt itaque Hebræi de psalmis qui talem præferunt inscriptionem; oportere ad superiores recurrere, atque observare, quinam esset psalmus qui præiret aliis subsequentibus, sive nullam prorsus inscriptionem ferentibus, sive Davidi inscriptis; atque accepta ab illo psalmo inscriptione, sententiam subsequentium psalmorum ipsi accommodari oportere. Præsens itaque psalmus qui XXVII. est, istam habet inscriptionem, pariterque XXVI. XXV. & XXIV. sed XXIII. *psalmus* erat *Davidi* inscriptus, similiterque XXII. unde secundum Hebraïcam traditionem consequens est, reliquos omnes pro psalmis ad eamdem rationem reputandos esse, ac præsentem similiter psalmum supplicationes complectentem.

2\. Illud per se declarat vel ipse psalmus, dum in sequentibus sic habet: *Exaudi vocem deprecationis meæ dum oro ad te.* Quam vero mentem deprecationis series præferat, age accurate perpendamus. Clamare se dicit ad Dominum, atque illum ut proprium sibi Deum invocare. Tu enim, ait, dignatus es nuncupari Deus meus, ut promissionem illam sanctis viris datam adsereres: *Et ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* (Jerem. 7. 23.) *Excipe deprecationem meam, & ne sileas à me, nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum.* Hæc dicebat in certamine constitutus: ne iis qui post mortalis hujusce vitæ exitum in mortis lacum descendunt, similis fieret. Etiamsi enim in superiori psalmo dixerit: *Credo videre bona Domini in terra viventium;* (Psal. 26. 13.) attamen ut homo adhuc carne circumdatus, ob vitæ debilitatem ac volubilitatem decertabat. Siquidem & ipse Apostolus decertabat, ne aliis prædicans ipse reprobus inveniretur. (1 Cor. 9. 27.) Lacum autem solent divini libri nuncupare animarum domicilium in inferno, ut vocare consueverunt. Quod etiam ipse David declarat, dum non longe hinc in XXIX. psalmo talia fatur: *Domine Deus meus clamavi ad te,*

ΤΩ ΔΑΥΙΔ κζ'.

A Πρὸς σὲ κύριε κεκράξομαι ὁ θεός μου μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, μήποτε παρασιωπήσῃς ἐπ' ἐμοί, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Οὐκ ἐπιλελησμένοι τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν λελεγμένων περὶ τῶν ἄνευ τινὸς προσθήκης ἐπιγεγραμμένων τῷ Δαυὶδ, ἢ τοῦ Δαυὶδ, προσθήσομεν ἐκείνοις ἐπὶ τοῦ παρόντος τὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν παράδοσιν. Φασὶ τοίνυν Ἑβραίων παῖδες ἐπὶ τῶν τοιαύτην ἐχόντων γραφὴν,
B δεῖν ἀνατρέχειν ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω, καὶ σκοπεῖν ὁποῖος ἦν ὁ ἐν ἀρχῇ προτεταγμένος ψαλμὸς τῶν μετὰ ταῦτα, ἤτοι παντελῶς ἀνεπιγράφων, ἢ τῷ Δαυὶδ ἐπιγεγραμμένων· καὶ μαθόντες ἐξ ἐκείνου τὴν προγραφὴν, ἐφαρμόζειν αὐτῇ καὶ τῶν μετὰ ταῦτα συνημμένων τὴν διάνοιαν. ὁ μὲν οὖν μετὰ χεῖρας κζ'. ὢν, ταύτην ἔχει τὴν προγραφὴν, καὶ ὁ κϛ'. καὶ ὁ κε'. καὶ ὁ κδ'. ἀλλ' ὁ κγ'. ψαλμὸς ἦν τῷ Δαυὶδ, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ κβ'. οὐκοῦν ἀκόλουθόν ἐστιν κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν παράδοσιν, καὶ τοὺς ἑξῆς πάντας ψαλμοὺς εἶναι ὑπο-
C λαμβάνειν, ὡς κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, καὶ τὸν μετὰ χεῖρας ἡγεῖσθαι εἶναι ψαλμὸν, περιέχοντα δέησιν.

Τοῦτο γὰρ παρίστησιν αὐτὸς προϊὼν καὶ λέγων· εἰσάκουσον τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου ἐν τῷ δέεσθαί με πρὸς σέ. ἵνα δὲ διάνοιαν περιέχει ὁ τῆς δεήσεως λόγος φέρε κατανοήσωμεν. βοᾶν φησὶ πρὸς κύριον, ἐπικαλεῖσθαί τε αὐτὸν, ὡς ἴδιον αὐτοῦ θεόν. σὺ γάρ φησὶν ὁ καταξιώσας ἐμὸς χρηματίσαι θεὸς καθ' ἣν πεποίησαι πρὸς τοὺς ἁγίους ἐπαγγελίαν εἰπών· καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεὸς, καὶ αὐτοὶ
D ἔσονταί μοι λαός. παράδεξαί μου τὴν δέησιν. καὶ μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Ταῦτα δ' ἔφασκεν ἐν ἀγωνίᾳ καθεστώς· μὴ πῃ ἄρα τοῖς μετὰ τὴν ἀνάλυσιν τοῦ θνητοῦ βίου καταβαίνουσιν εἰς τὸν τοῦ θανάτου λάκκον παρομοιωθείη. εἰ γὰρ τὰ μάλιστα ἐν τῷ πρὸ τούτου ἔλεγε ψαλμῷ· πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ κυρίου ἐν γῇ ζώντων· ἀλλ' ὅμως ὡς ἄνθρωπος ἔτι σάρκα περικείμενος, ἠγωνία διὰ τὸ σαθρὸν καὶ εὐμετάβολον τοῦ βίου. ἐπεὶ καὶ ὁ
E ἀπόστολος ἠγωνία, μήπως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένηται. λάκκον δὲ εἰώθασιν οἱ θεῖοι λόγοι ὀνομάζειν τὸ τῶν ψυχῶν οἰκητήριον τὸ ἐν τῷ καλουμένῳ ᾅδῃ. ὃ δὴ παρίστησιν αὐτὸς ὁ Δαυὶδ οὐκ εἰς μακρὰν ἐν τῷ κθ'. ψαλμῷ λέγων· κύριε ὁ θεός μου ἐκέκραξα

[a] In opusculo Origenis à nobis propediem edendo, quod ab Hieronymo laudatur, hæc ipsa Hebræorum traditio adfertur.

πρὸς σέ,

» πρὸς σέ, καὶ ἰάσω με· κύριε ἀνήγαγες ἐξ
» ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν
» καταβαινόντων εἰς λάκκον. ὁρᾷς ὅπως τὸν ᾅδην καὶ τὸν λάκκον ἐν ταυτῷ διὰ τούτων συνῆψεν; ἀλλ' ἐν μὲν τῷ μετὰ χεῖρας, βοὰς πρὸς τὸν θεὸν ἀφίησιν, παρακαλῶν μὴ ὁμοιωθῆναι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον· ἐν δὲ τῷ ἐνάτῳ καὶ εἰκοστῷ, κατωρθῶσθαι αὐτῷ τὰ τῆς εὐχῆς διδάσκει λέγων· κύριε ἐκέκραξα
» πρὸς σέ, καὶ ἰάσω με· ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν
» καταβαινόντων εἰς λάκκον. προσφυῶς δὲ λάκκος ὠνόμασται τὸ ἐν τῷ ᾅδῃ τῶν ψυχῶν οἰκητήριον. ὡς γὰρ ὁ λάκκος δοχεῖόν ἐστι τῶν ἄνωθεν καὶ ἐξ ὕψους εἰς αὐτὸν καταφερομένων ὑδάτων, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ τοῦ θανάτου χῶρος ὁ καλούμενος ᾅδης, τὰς ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου εἰς αὐτὸν καταφερομένας ψυχὰς ὑποδεχόμενος, προσφυῶς λάκκος ὠνόμασται. παρακαλεῖ τοίνυν μὴ συνελκυσθῆναι εἰς τὸν δεδηλωμένον λάκκον. τοῦτο δέ φησιν ἔσται, εἰ ὅμοιος γενοίμην τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις τοῖς μὴ εἰσακουομένοις ὑπὸ σοῦ· ὃ δὴ σημεῖον τυγχάνει τῆς σῆς ἀποστροφῆς. ἀντὶ δὲ τοῦ μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, ὁ Σύμμαχος, μὴ σιγήσῃς ἐξ ἐμοῦ φησί· μήποτε ἡσυχάσαντός σου ἄποθεν μοῦ, ὁμοιωθῶ τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.

» Ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα κυρίου, καὶ
» εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καθελεῖς αὐτούς,
» καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις αὐτούς. ἔργα δὲ κυρίου εἴποις ἂν τὴν τῶν γενητῶν πάντων ὑπόστασιν, καθ' ἣν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παρήγαγεν ὁ τῶν πάντων ποιητὴς θεός. ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ τὴν τῶν γενομένων διοίκησιν, καθ' ἣν προνοεῖ καὶ διέπει, ὡσπερεὶ χερσὶ ταῖς ἑαυτοῦ προνοητικαῖς δυνάμεσι διακυβερνῶν τὰ πάντα.

» Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὅτι εἰσήκουσε τῆς φωνῆς
» τῆς δεήσεώς μου. κύριος βοηθός μου καὶ ὑπερ-
» ασπιστής μου, ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία μου
» καὶ ἐβοηθήθην. καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου, καὶ
» ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. ὁ ἀψευδὴς θεός, πιστούμενος ἑαυτοῦ τὰς ὑποσχέσεις, δι' ὧν ἐπαγγέλλεται λέγων· ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι· ὡς ἐγγὺς ἑστὼς τῶν καθαρῶς αὐτὸν ἐπικαλουμένων, καὶ ὡς οὐ πόρρω τυγχάνων τοῦ τὰ * προαχθέντα δεηθέντος, ἐπήκοον ἑαυτὸν παρέχει ταῖς προλεχθείσαις ἱκετηρίαις. εἶθ' ὥσπερ σημεῖον δίδωσι διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος τῇ τοῦ δεηθέντος ψυχῇ, περὶ τοῦ εἰσακοῦσθαι αὐτήν. ἡ δὲ συναισθομένη, μεταβάλλει μὲν τὰς ἱκετηρίους φωνὰς εἰς εὐχαριστίαν, ἐγνωκέναι δὲ ὁμολογεῖ τὴν γενομένην αὐτῇ εὐεργεσίαν·
» διό φησιν· εὐλογητὸς κύριος ὅτι εἰσήκουσε τῆς
» φωνῆς τῆς δεήσεώς μου. κύριος βοηθός μου,
» καὶ ὑπερασπιστής μου, ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ
» καρδία μου καὶ ἐβοηθήθην. συνῄσθετο γὰρ τῆς δεξιᾶς τοῦ θεοῦ ἐκταθείσης μέχρις αὐτῆς

*προσαχθέντα.

A *& sanasti me: Domine eduxisti ex inferno animam meam; salvasti me à descendentibus in lacum.* Viden' quomodo eodem in loco infernum & lacum una copulavit? Sed in præsenti quidem psalmo clamorem ad Deum emittit, rogans non assimilari descendentibus in lacum; at in nono & vigesimo orationem sibi bene cessisse testificatur, sic aiens: *Domine clamavi ad te, & sanasti me; salvasti me à descendentibus in lacum.* Psal. 29. 4.
Opportune autem lacus dicitur animarum in inferno domicilium. Quemadmodum enim B lacus receptaculum est aquarum desuper ac è sublimi istuc decidentium; sic & mortis regio, cui nomen infernus, eas quæ à supernis ex humana vita istuc decidunt animas excipiens, jure lacus appellatur. Rogat itaque ut ne in memoratum lacum una cum aliis detrahatur. Et hoc sane mihi continget, ait, si reliquis hominibus similis evadam qui abs te non exaudiuntur, quod est aversionis & odii tui signum. Loco autem hujus, *Ne sileas à me*, Symmachus, *Ne taceas ex me*, habet; ne forte te procul Symmachi.
C me quiescente, similis sim descendentibus in lacum.

Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum ejus, destrues illos & non ædificabis eos: opera Domini dixeris conditarum omnium rerum substantiam, quam ex non exstantibus ad exsistentiam deduxit universorum opifex Deus: opera autem manuum ejus, rerum factarum administrationem, qua prospicit ac dispensat, providentiæ suæ virtutibus ceu manibus omnia D gubernans. 5.

Benedictus Deus, quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ. Dominus adjutor meus & protector meus: in ipso speravit cor meum, & adjutus sum. Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei. Deus mendacii expers, ut promissa sua confirmet his verbis expressa, *Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum*, utpote qui prope sit omnibus qui se puro corde invocant, & non procul sit eo qui supra dicto ritu supplicat; præmissis deprecationibus se propitium exhi- 6. 7. Hesai. 58. 9.
E buit. Deinde vero per propheticum spiritum supplicanti animæ ceu signum dat, quo se exauditam fuisse noverit. Illa vero hæc animadvertens, supplices voces in gratiarum actionem convertit, ac beneficium sibi collatum agnoscere se confitetur. Quamobrem ait: *Benedictus Dominus quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ. Dominus adjutor meus & protector meus: in ipso speravit cor meum, & adjutus sum.* Sentiebat enim dexteram Dei porrectam

A sibi, patrocinio esse, ut ne in memoratum lacum detruderetur. Ex gaudii porro vehementia Propheta non animam tantum, sed etiam carnem suam gavisam & renovatam esse testificatur, ob spem illam bonam vel ipsi corpori in resurrectione mortuorum factam; quare subdit, *Et refloruit caro mea:* quibus hæc adjunxit, *Et ex voluntate mea confitebor ei.* Quod mihi perquam simile videtur huic: *Voluntarie sacrificabo tibi.* Loco autem dicti illius, *Et refloruit caro mea,* Symmachus, *Effloresce*, inquit, *cor meum;* Aquila vero, *Gloriatum est cor meum;* Theodotio, *Et refloruit cor meum;* Quinta editio, *Roboratum est cor meum.* Rursumque illius loco, *Ex voluntate mea confitebor ei;* Symmachus, *In canticis meis celebrabo ipsum*, edidit; Aquila vero, *Et à cantico meo confitebor ei.*

Symmachi. Aquilæ. Theodotionis. Quintæ.

Symmachi. Aquilæ.

8. *Dominus fortitudo plebis suæ, & protector salvationum Christi sui est.* Hic aperte prophetia Christum & eos qui illius ope salutem obtinent memoravit, opportuneque per unum Davidem universos exprimit. Sicut enim, inquit, deprecantem ipsum servavit, ita totius sibi proprii populi fortitudo erit.

9. *Salvum fac populum tuum, & benedic hæreditati tuæ, & pasce eos & extolle illos usque in æternum.* Quænam sit Christi hæreditas in secundo psalmo declaratur: nam, *Postula à me*, inquit, *& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Neque à vero aberraveris, si religiosos illos in priori populo viros, prophetas, & justos, ad Christi hæreditatem pertinuisse dixeris, atque *salvationum* ejus participes fuisse. Neque multitudinem populi, ac eos qui indigne Ecclesiæ Dei accesserunt, populum ejus pronuntiare par fuit; sed solum eos qui ipsi probatam & placitam vitam duxerunt, de quibus ipse dixerit: *Ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et pasce eos & extolle illos usque in æternum.* Hic autem pascit illos, qui animam suam pro iis posuit, ut in Evangeliis ait: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus;* ac rursum: *Oves meæ vocem meam audiunt;* iterumque: *Ero vobiscum usque ad consummationem seculi.* In tempore autem opportuno ipsas in sublime elatas, cœlesti regno donabit.

Psalm. 2. 8.

Joan. 11. 11.
Joan. 10. 27.
Matth. 28. 20.

A καὶ ἀντιλαμβανομένης αὐτῆς, πρὸς τὸ μὴ καθελκυσθῆναι εἰς τὸν δηλωθέντα λάκκον. ἐξ ὑπερβαλλούσης δὲ χαρᾶς ὁ προφήτης οὐ τὴν ψυχὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν σάρκα αὐτοῦ φησὶ γεγηθέναι καὶ ἀνανεοῦσθαι διὰ τὴν καὶ αὐτῷ σώματι ἐπηγγελμένην ἀγαθὴν ἐλπίδα κατὰ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν. διὸ ἐπιλέγει· καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου· οἷς ἐπισυνάπτει, καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ· ὅπερ ὅμοιον εἶναί μοι δοκεῖ τῷ· ἑκουσίως θύσω σοι. ἀντὶ δὲ τοῦ καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου· ὁ μὲν Σύμμαχος, ἀνθῆσαι φησὶν ἡ καρδία B μου. ὁ δὲ Ἀκύλας· ἠγαυριάσατο ἡ καρδία μου· ὁ δὲ Θεοδοτίων, καὶ ἀνέθαλεν ἡ καρδία μου· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, ἐκρατύνθη ἡ καρδία μου. καὶ πάλιν ἀντὶ τοῦ· ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, ὁ μὲν Σύμμαχος· καὶ ἐν ᾠδαῖς μου ὑμνήσω αὐτὸν, ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Ἀκύλας, καὶ ἀπὸ ᾄσματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ.

Κύριος κραταίωμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν σωτηρίων τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐστι. σαφῶς ἤδη ἐν τούτοις τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ σῳζομένων ἐμνημόνευσεν ἡ προφη- C τεία, εὐκαίρως ἐξ ἑνὸς τοῦ Δαυὶδ τοὺς πάντας χαρακτηρίσασα. ὥσπερ γὰρ, φησὶν, ἐκεῖνον δεηθέντα ἔσωσεν, οὕτως φησὶν καὶ παντὸς τοῦ ἰδίου λαοῦ κραταίωμα ἔσται.

Σῶσον τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, καὶ ποίμανον αὐτοὺς καὶ ἔπαρον αὐτοὺς ἕως τοῦ αἰῶνος. ποία δὲ τοῦ Χριστοῦ ἡ κληρονομία δείκνυται ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ· αἴτησαι γὰρ, φησὶν, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοις καὶ τοὺς ἐν τῷ προτέρῳ λαῷ θεοφιλεῖς καὶ προφήτας D καὶ δικαίους ἄνδρας, τῆς τοῦ Χριστοῦ γεγονέναι κληρονομίας εἰπὼν, καὶ τῶν σωτηρίων αὐτοῦ μετεσχηκέναι. οὐδὲ γὰρ τὰ πλήθη καὶ τοὺς ἀναξίως παραβαλόντας τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ προσῆκει λαὸν ἀποφαίνειν αὐτοῦ· ἀλλ᾽ ἢ μόνως τοὺς ἀρεσκόντως αὐτῷ βιοῦντας· περὶ ὧν εἴποι ἄν· καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. καὶ ποίμανον αὐτοὺς καὶ ἔπαρον ἕως τοῦ αἰῶνος. ποιμαίνει δὲ αὐτοὺς ἐνταῦθα, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεὶς ὑπὲρ αὐτῶν, ὡς φησὶν ἐν εὐαγγελίοις· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων· καὶ E πάλιν· τὰ ἐμὰ πρόβατα τῆς φωνῆς μου ἀκούει· καὶ πάλιν· ἔσομαι μεθ᾽ ὑμῶν ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· καιρῷ δὲ ἐπιτηδείῳ ἐπάρας αὐτοὺς εἰς ὕψος, τῆς οὐρανίου βασιλείας καταξιώσει.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩι ΔΑΥΙΔ κη'.

[a] Ἐξοδίου σκηνῆς.

Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὶ Θεοῦ, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὺς κριῶν. ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν καὶ τιμὴν, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ. προσκυνήσατε τῷ κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. Τούτοις ἰσοδυναμεῖν ἡγοῦμαι κατὰ τὴν διάνοιαν τὰ ἐν πέμπτῳ καὶ ἐνενηκοστῷ ψαλμῷ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως τοῦτον λελεγμένα τὸν τρόπον· ᾌσατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινόν· ᾌσατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ· ᾌσατε τῷ κυρίῳ, εὐλογήσατε ὄνομα αὐτοῦ, εὐαγγελίσασθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ. ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. ὅτι μέγας κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, φοβερός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς· οἷς ἑξῆς ἐπιλέγεται· ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ. ἄρατε θυσίας καὶ εἰσπορεύεσθε εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ· προσκυνήσατε τῷ κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. Ἐν οἷς ὁ λόγος τὴν εὐαγγελικὴν χάριν τὴν εἰς πάντα χυθεῖσαν τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη προευαγγελισάμενος, καὶ τοῦ καινοῦ ᾄσματος, δηλαδὴ τῆς καινῆς διαθήκης μνημονεύσας, ἑξῆς προστάττει κομίζειν τῷ κυρίῳ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτά τε κομίζειν παρακελεύεται οὐκ Ἰουδαίοις, ἀλλὰ ταῖς πατριαῖς τῶν ἐθνῶν· ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, καὶ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν ἀκρίβειαν, ταῖς συγγενείαις τῶν λαῶν. Ταῦτα μὲν οὖν σαφῶς ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ ἐνενηκοστῷ ψαλμῷ περὶ τῶν ἐθνῶν ἐθεσπίζετο. Ἐν δὲ τῷ μετὰ χεῖρας ὁ λόγος τὰ αὐτὰ τῷ κυρίῳ προσφέρειν τοῖς υἱοῖς τῶν κριῶν κελεύει· οὓς νομίζω μηδὲν διαφέρειν τῶν πατριῶν τῶν ἐθνῶν, ἢ τῶν συγγενειῶν τῶν λαῶν. οὐ γὰρ αὐτοὶ οἱ κριοὶ προστάττονται προσφέρειν τὰ κεκελευσμένα· ἀλλ' οἱ υἱοὶ τῶν κριῶν. [b] Καὶ ταῦτα φημὶ κατὰ τὴν Ἑβραίων ἀνάγνωσιν, καθ' ἣν οὐκ ἐκφέρεται τό· ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὶ Θεοῦ. διὸ καὶ ὠβέλισται παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα, ὡς μὴ κείμενον μήτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, μήτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς. εἰ δὲ χρὴ καὶ εἰς τὴν τῶν ἑβδομήκοντα θεωρῆσαι ἔκδοσιν, φημὶ τὸν λόγον προστάττειν τοῖς υἱοῖς τοῦ φέρειν τῷ κυρίῳ, οὐ κριοὺς, ἀλλὰ υἱοὺς κριῶν καὶ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιλεγόμενα· ἃ δὴ ἀπὸ τῆς παραθέσεως τοῦ πέμπτου καὶ ἐνενηκοστοῦ ψαλμοῦ, περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφῆς εἴποιμι ἂν προφητεύεσθαι.

A PSALMUS DAVID XXVIII.

In exitu Tabernaculi. 1.

Afferte Domino filii Dei, afferte Domino filios arietum. Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus, adorate Dominum in atrio sancto ejus. 2. His prorsus similia quoad sententiam arbitror ea, quæ in nonagesimo quinto psalmo de vocatione gentium feruntur, quæ hoc modo se habent. *Cantate Domino canticum novum,* B *cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, benedicite nomini ejus, annuntiate de die in diem salutare ejus. Annuntiate in gentibus gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus. Quoniam magnus Dominus & laudabilis valde, terribilis est super omnes deos.* Deinceps ita subsumit: *Afferte Domino gloriam nomini ejus. Tollite hostias & introite in atria ejus, adorate Dominum in aula sancta ejus.* Quibus sane Evangelicam gratiam, in omnes totius orbis nationes diffusam, prænuntians, postquam canticum novum, videlicet novi C testamenti, memoravit, deinde præcipit ut adferant Domino gloriam & honorem, & cætera. Hæc autem adferre jubet, non Judæos, sed familias gentium, aut secundum reliquos interpretes, ac Hebraïcam veritatem, *cognationes populorum.* Hæc itaque in quinto & nonagesimo psalmo de gentibus divinitus prænuntiata sunt. In præsenti vero ea ipsa jubentur Domino adferre filii arietum, quos æstimo nihil differre à familiis gentium, aut cognationibus populorum. Neque enim ipsi arietes hæc Domino ad- D ferre jubentur, sed filii arietum. Id vero dico secundum Hebraïcam sententiam, in qua neutiquam effertur illud: *Afferte Domino filii Dei.* Quare hæc in Septuaginta interpretibus obelo notantur, quod neque in Hebraïco exemplari, nec apud reliquos interpretes compareant. Quod si omnino Septuaginta interpretum lectio spectanda sit, dico præcipi filiis [Dei] ut adferant Domino, non arietes, sed filios arietum, gloriam & honorem cæteraque his adjuncta. Quæ sane ex comparatione quinti & nonagesimi psal- E mi, de conversione gentium prænuntiari dixerim.

Lectio Hebraïci exemplaris & reliquorum interpretum.

[a] Hæc, ἐξοδίου σκηνῆς non leguntur in Hebraïco exemplari, neque, Theodoreto teste, in Hexaplo ferebantur. In Chaldaïco textu tamen legitur. Alii legunt, ἐξόδου σκηνῆς, quod idipsum significat.
[b] Hæc pluribus explananda in Hexaplorum collectione.

Neque à scopo deflectemus, si pronuntiaverimus hic per filios Dei, Salvatoris nostri discipulos Apostolosque significari, à quibus liquet factam esse gentium vocationem. Eos scilicet hic psalmus jubet adferre, primo quidem & ante omnia filios arietum, non arietes: quoniam in psalmo quadragesimo quarto Ecclesiæ ex gentibus coactæ dicitur:

Psal. 44. 17. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Eidemque præcipitur ut patrum suorum oblivisca-

Psal. 44. 11. tur his verbis: *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum patris tui: Et concupiscet Rex decorem tuum, quia ipse est Dominus tuus.* Hæc enim non alii quam Christi Ecclesiæ dicta sunt, cohortante illam Spiritu divino, ut obliviscatur priorem populum suum & domum patris sui; nimirum ob multiplicium deorum errorem, ac patrum suorum superstitionem. Deinde quia illam patres oblivisci suos jusserat, necessario infert his verbis: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Hos filios arietum vocat ob rationis defectum. Postea subjungit: *Afferte Domino gloriam & honorem.* Cujus sententiam ex hoc Salvatoris nostri ad discipulos monito intelligas.

Matth. 5. 16. *Luceant opera vestra coram hominibus, ut videntes bona opera vestra, glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.*

Ad hæc tertio, præsens psalmus, cui consonat nonagesimus quintus, præcipit adferre Domino gloriam nomini ejus. Ipsi namque, per doctrinam sanam, gloriam adferimus; sed & honorem ipsi adferimus, si huic ejus præcepto pareamus:

Prov. 3. 9. *Honora Dominum de tuis justis laboribus, & primitias offer ipsi de tuis justitiæ fructibus.* Nomini autem ejus gloriam conciliamus, si quando luceant opera nostra coram hominibus; ita ut videntes ipsi glorificent patrem nostrum qui in cœlis est. Quo pacto autem etiam apud gentes nomini ejus gloria referatur, hic Prophetæ sermo declarat, qui Judaïcam gentem respicit, & sic habet:

Malach. 1. 10. *Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris; ab ortu enim solis usque ad occasum glorificatum est nomen meum in gentibus; & in omni loco thymiama offertur nomini meo, & sacrificium mundum. Quia magnum est nomen meum in gentibus: & vos polluistis illud.* Ad hæc omnia ii, qui filii Dei esse delarantur scilicet filii arietum, jubentur adorare Dominum in aula sancta ejus. [a] Non vult enim extra au-

A Οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοιμεν τοὺς ἐνταῦθα υἱοὺς θεοῦ λεγομένους, τοὺς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μαθητὰς καὶ ἀποστόλους καὶ εὐαγγελιστὰς εἶναι ἀποφηνάμενοι, δι' ὧν ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν φαίνεται κατωρθωμένη· οἷς ὁ μετὰ χεῖρας λόγος προστάττει φέρειν τῷ κυρίῳ, πρῶτον μὲν ἁπάντων υἱοὺς κριῶν, ἀλλ' οὐ κριούς· ἐπειδήπερ πρὸς τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν ἐλέγετο ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ ψαλμῷ· ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν υἱοί σου. τὴν δὲ πατέρων λήθην ποιήσασθαι παρεκελεύσατο αὐτῇ ὁ λόγος εἰπών· ἄκουσον θύγατερ καὶ ἴδε καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου καὶ ἐπιλάθου B τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου. Ταῦτα γὰρ οὐδὲ πρὸς ἄλλην ἢ πρὸς μόνην τὴν ἐκκλησίαν τοῦ χριστοῦ ἐλέγετο· παραινοῦντος αὐτῇ τοῦ θείου πνεύματος λήθην ποιήσασθαι τοῦ προτέρου αὐτῆς λαοῦ, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτῆς, διὰ τὴν πολύθεον πλάνην, καὶ τὴν τῶν πατέρων αὐτῆς δεισιδαιμονίαν. εἶτ' ἐπειδὴ τῶν πατέρων ἐπιλαθέσθαι αὐτῇ παρεκελεύσατο, ἀναγκαίως ἐπάγει λέγων· ἀντὶ τῶν πατέρων C σου ἐγεννήθησαν οἱ υἱοί σου. τούτους υἱοὺς κριῶν διὰ τὸ ἄλογον ἀποκαλεῖ. εἶτ' ἐπιλέγει· ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν· ὃ δὴ νοήσεις ἀπὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πρὸς τοὺς μαθητὰς παρακελεύσεως, δι' ἧς παραινεῖ λέγων αὐτοῖς· λαμψάτω τὰ ἔργα ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὅπως βλέποντες τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Καὶ τρίτον ἔτι πρὸς τούτοις, φέρειν τῷ κυρίῳ προστάττει συμφώνως ὁ μετὰ χεῖρας ψαλμός, καὶ ὁ ἐνενηκοστὸς πέμπτος, δόξαν ὀνό- D ματι αὐτοῦ. αὐτῷ μὲν γὰρ προσφέρομεν δόξαν διὰ δογμάτων ἐρρωμένων· ἀλλὰ καὶ τιμὴν αὐτῷ προσφέρομεν, πειθαρχοῦντες προστάγματι λέγοντι· τίμα τὸν κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, καὶ ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης. τῷ δὲ ὀνόματι αὐτοῦ δόξαν περιάπτομεν, ἐπειδὰν λάμπῃ ἡμῶν τὰ ἔργα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὥστε ὁρῶντας αὐτοὺς δοξάζειν τὸν πατέρα ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅπως δὲ παρὰ τοῖς ἔθνεσιν τὸ ὄνομα αὐτοῦ δοξάζεται, καὶ ὁ διὰ τοῦ προφήτου παρίστησι λόγος πρὸς τὸ Ἰουδαίων ἔθνος E ἀποτεινόμενος καὶ λέγων· οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δεδόξασται τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσιν· καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά. διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτό. πρὸς τούτοις ἅπασιν οἱ δηλωθέντες υἱοὶ τοῦ θεοῦ, ἢ υἱοὶ τῶν κριῶν κελεύονται προσκυνεῖν τῷ κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. οὐ γὰρ ἔξω τῆς

[a] Idipsum fere Basilius dixit, qua de re in præfatione vide sis.

αὐλῆς βούλεται, οὐδὲ ἀνακεχωρημένως ἰδιάζοντας προσκυνεῖν αὐτῷ, ἀλλ᾽ ἀπαντῶντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ, ὁ μὲν Ἀκύλας, ἐν διαπρεπείᾳ ἡγιασμένῃ, ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος· ἐν διαπρεπείᾳ ἁγίᾳ. βούλεται γὰρ ἡμᾶς ὁ λόγος μετὰ τοῦ πρέποντος κόσμου, καὶ τῆς τῷ θεῷ προσφιλοῦς δικαιοσύνης τὴν προσκύνησιν ποιεῖσθαι· ὅλους αὐτοὺς ἐν ἁγιασμῷ γινομένους καὶ ἐν εὐπρεπείᾳ.

Φωνὴ κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησε, κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν. ὅτι αἰθρίας οὔσης ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ Καρμήλου, ἤκουεν φωνὴν ὑδάτων πολλῶν. καὶ ὅλως συναγαγών τις τὰ ἐν τῇ παλαιᾷ περὶ ὑδάτων ἀναγεγραμμένα, καὶ ὡς τό, πνεῦμα τοῦ θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος· καὶ τό· ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν καὶ πετεινὰ πετόμενα. τά τε ἐν τῷ κατακλυσμῷ, ὡς ἁπάντων ὑποβρυχίων γενομένων, μόνος ὁ Νῶε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διεσώζοντο ἐν τῇ κιβωτῷ, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου, καὶ τὰ ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ τὰ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ· ὅπως ἀβρόχῳ ποδὶ διεβίβασαν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, ὄψεται.

Φωνὴ κυρίου ἐν ἰσχύϊ. ὁ γὰρ πάντα ἰσχύων ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι αὐτὸν Χριστῷ, οὗτος ἀκούει τῶν ἐντολῶν κυρίου, καὶ ποιεῖ. Φωνὴ οὖν κυρίου οὐκ ἐν τῇ ἀσθενεῖ καὶ λελυμένῃ ψυχῇ, ἀλλ᾽ ἐν τῇ εὐτόνῳ ἰσχυρῶς κατεργαζομένῃ τὸ ἀγαθόν. Φωνὴ κυρίου ἐν μεγαλοπρεπείᾳ. οὐ διὰ μόνων φησὶ τῶν εἰρημένων ἡμῖν περὶ ὑδάτων ἡ φωνὴ παρίσταται τοῦ κυρίου· ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἰσχύος αὐτοῦ καὶ τῆς μεγαλοπρεπείας, ἣν ἔστιν ὀφθαλμοῖς κατανοῆσαι ἀθρόως τὸν σύμπαντα κόσμον ἀπείρατα, ἰδίως τε τὰ τούτου μέρη θεασαμένῳ, τά τε μεγέθη τὰ ἀνεκδιήγητα καὶ τὰ ἀνέκφραστα κάλλη, τήν τε ἐν αὐτοῖς ὁρωμένην πολυποίκιλον σοφίαν· ἃ δὴ τυγχάνει παραστατικὰ τῆς τοῦ συστησαμένου τὰ πάντα δυνάμεώς τε καὶ ἰσχύος. ἔνθεν οἱ προφητικοὶ λόγοι τὴν θεολογίαν ἀπὸ τῆς μεγαλουργίας αὐτοῦ παρελάμβανον. διὸ εἴρηται παρὰ τῷ Ἱερεμίᾳ· κύριος ὁ ποιήσας τὴν γῆν ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Φωνὴ κυρίου συντρίβοντος κέδρους, συντρίψει κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου. καὶ λεπτυνεῖ αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον (sic) καὶ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων. ἢ καὶ οὕτως· μόσχον ἔοικε Λιβάνου τὸν υἱὸν μονοκερώτων, τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγειν, καὶ τὸν πάλαι ἠγαπημένον υἱὸν μονοκερώτων. ἐπεὶ πατέρων γεγόνασιν ἁγίων, οἵτινες ἐλέγοντο μονοκέρωτες, διὰ τὸ μόνῳ θεῷ κέρατι κεχρῆσθαι, ὡς ἐπ᾽ αὐτῷ σεμνύνεσθαι καὶ λέγειν· ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν. ὧν υἱοὶ γεγόνασιν οἱ ἡγούμενοι τῶν ἐκ περιτομῆς [a] σαρίων, ἐνταῦθα

A lam, neque in secessu, aut semotos adorare ipsum; sed accedere jubet ad Ecclesiam suam. Loco autem illius, *In aula sancta ejus*; Aquila, *In decore sanctificato*; Symmachus vero, *In decore sancto*, edidit. Vult enim nos cum debito ornatu, ac Deo dilecta justitia adorationem peragere, sanctitati prorsus deditos ac decori. Aquilæ. Symmachi.

3. *Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit: Dominus super aquas multas.* Quia cum in vertice Carmeli aër serenus esset, audiebat vocem aquarum multarum. Ac si B quis summatim omnia colligat quæ in veteri Testamento de aquis feruntur, is sane videbit illud, *Spiritus Dei ferebatur super aquam*; & illud, *Educant aquæ reptilia animarum viventium, & volatilia*; ea item deprehendet quæ in diluvio gesta sunt, quomodo videlicet, cum omnia aquis submersa essent, solus Noë cum iis qui in arca erant salvus evaserit: ea etiam quæ in Ægypto & in mari Rubro, & quæ in Jordane, qua ratione filii Israël sicco pede transierint. Genes. 1. 2. Gen. 1. 20.

4. *Vox Domini in virtute.* Nam qui omnia C potest in Christo qui se confortat, is præcepta Domini audit, & ea exsequitur. Vox ergo Domini non in debili ac soluta anima; sed in robusta quæ naviter bonum operatur. *Vox Domini in magnificentia.* Non per ea solum, inquit, quæ de aquis dicta nobis sunt, vox Domini declaratur; sed etiam per virtutem & magnificentiam ejus, quam oculis deprehendere potest, quisquis confertim mundum totum quaquaversum, & partes ejus sigillatim contemplatur, necnon inenarrabilem magnitudinem, ineffabilem pulcritu- D dinem, ac multa varietate spectabilem, quæ ipsis inest, sapientiam. Quæ nimirum potestatem virtutemque universorum opificis aperte commonstrant. Hinc est quod sermones prophetici Dei scientiam à magnitudine operum ejus mutuati sint. Quamobrem apud Jeremiam dictum est: *Dominus qui fecit terram in fortitudine sua*, & cætera. Jerem. 10. 12.

5. *Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani, & commi-* 6. *nuet eas tamquam vitulum Libanum, & dilectus quemadmodum filius unicornium.* Hoc E item modo interpreteris: per vitulum Libani, filium unicornium, videtur Jerosolymam indicare, atque illum pridem dilectum filium unicornium. Nam ex sanctis Patribus orti sunt, qui olim unicornes vocitabantur, quia uno Deo veluti cornu sunt usi: qua de re gloriabantur his verbis: *In te inimicos nostros ventilabimus cornu.* Quorum filii fuere, duces Sarion ex circumcisione,

[a] Vox σαρίων à reliquis interpretibus expressa, ex Hebraïco שריון *Sirion* confecta est, Septuaginta vero interpretes ἠγαπημένον, *dilectum*, transtulere.

Lectio reliquorum interpretum.

sic enim in aliis editionibus vocantur, qua voce *Principes* significantur. Eos comminatione contrivit sua, unà cum Jerosolyma quam vitulum & Libanum nuncupat. Id enim aperte Ezechiel propheta significavit his verbis: *Hæc dicit aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena unguibus, ductumque habet ut ingrediatur in Libanum, & tulit selecta cedri, summitates frondium tenerarum, & detulit ea in terram *Chaldæorum.* Quæ ipse in sequentibus interpretatur dicens: *Cum venerit Rex Babylonis in Jerusalem, assumet Regem ejus & principem ejus.* Hos *selecta* vocat, & *summitates frondium tenerarum* ejus. Vitulum autem ejus, altare vocat, in quo vitulos & sacrificia offerebant. Quæ omnia, una cum Sariis, id est principibus ejus, contrita sunt. Ita, inquit, cæterarum gentium impios conteret, qui instar cedrorum Libani erigebantur.

Ezech. 17. 3.

* Chanaan.

Ib. d. 12.

8. *Vox Domini concutientis desertum, & commovebit Dominus desertum Cades.* Vere totus orbis hominum, cum ante Dei cognitione ac pietate vacuus & desertus esset, per Evangelicam prædicationem commotus est; ita ut à nequitia ad virtutem, ab ignorantia ad scientiam divinam transmearet. Ex deserto igitur habitatus orbis effectus est.

9. *Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condensa, & in templo ejus omnes dicent gloriam.* Nam Dominus, inquit, cervos præparat. Est animal solitudinis amans, serpentibus exitiale, & cornutum, atque secundum legem mundum est, ac in prædictum desertum emissum fuit. Qui porro desertum hujusmodi percurrunt, serpentes pedibus suis proterunt, omniaque venenata in eremo animalia procul abigunt. Quibus depulsis revelata sunt querceta, *Et in templo ejus omnes dicent gloriam.* Summa certe accuratione dictum est. *Et in templo ejus omnes dicent gloriam;* non enim Judæi, neque populus ex circumcisione, sed quisquis ex omnibus gentibus conversus est. *Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.*

A κεκλημένοι κατὰ τὰς ἄλλας ἐκδόσεις; ὃ ἑρμηνεύεται ἄρχοντες, οὓς ἀπειλῇ συνέτριψε μετὰ τῆς Ἱερουσαλήμ, ἣν μόσχον ἔφη καὶ Λίβανον. σαφῶς γὰρ Ἰεζεκιὴλ ὁ προφήτης τοῦτο παρέστησε φήσας· Τάδε λέγει ὁ ἀετὸς ὁ μέγας ὁ μεγαλοπτέρυγος, ὁ μακρὸς τῇ ἐκτάσει, πλήρης ὀνύχων, ὃς ἔχει τὸ ἥγημα εἰσελθεῖν εἰς τὸν Λίβανον, καὶ ἔλαβε τὰ ἐπίλεκτα τῆς κέδρου, τὰ ἄκρα τῆς ἁπαλότητος, καὶ ἀπήνεγκεν αὐτὰ εἰς γῆν Χαλδαίων. ἃ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἡρμήνευσε λέγων· ὅταν ἔλθῃ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐπὶ Ἱερουσαλήμ, καὶ λήψεται τὸν βασιλέα αὐτῆς B καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτῆς. τούτους γὰρ ἐπίλεκτα καὶ ἄκρα κέκληκεν ἁπαλότητος. μόσχον δὲ αὐτῆς φησὶ τὸ θυσιαστήριον, ἐν ᾧ μόσχους καὶ θυσίας ἀνέφερον· ἃ δὴ πάντα συνετετρίφθαι μετὰ σαρείμ, ὅ ἐστιν ἀρχόντων. οὕτως οὖν φησὶ συντρίψει καὶ τοὺς ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἀσεβεῖς, τοὺς ἐπηρμένους ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου.

Φωνὴ κυρίου συσσείοντος ἔρημον, συσσείσει κύριος τὴν ἔρημον Κάδης. ἀληθῶς γὰρ ἡ σύμπασα τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένη, ἔρημος οὖσα πρότερον θεοῦ γνώσεως καὶ εὐσεβείας, C συνεσείσθη διὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ὡς μεταβαλεῖν αὐτὴν ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετήν, καὶ ἀπὸ ἀγνοίας εἰς ἐπιστήμην θείαν. γέγονεν οὖν ἐξ ἐρήμου οἰκουμένη.

Φωνὴ κυρίου καταρτιζομένου ἐλάφους, καὶ ἀποκαλύψει δρυμούς, καὶ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν. ἐλάφους γάρ φησιν ὁ κύριος καταρτισάμενος· ζῶον φιλέρημον ὀφιοκτόνον τε καὶ κερασφόρον, καὶ κατὰ τὸν νόμον καθαρόν, ὃν ἐξέπεμψεν εἰς τὴν προδηλωθεῖσαν ἔρημον. οἱ δὲ ταύτην διαδραμόντες, τοὺς ἐν αὐτῇ ὄφεις τοῖς ἑαυτῶν κατεπάτησαν D ποσί· πάντα τε τὰ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἰοβόλα θηρία μακρὰν ἀπήλασαν· ὧν ἐλαθέντων, ἀπεκαλύφθησαν οἱ δρυμοί· καὶ ἐν τῷ ναῷ πᾶς τις λέγει δόξαν. σφόδρα ἀκριβῶς εἴρηται· καὶ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν. οὐκέτι γὰρ Ἰουδαῖοι, οὐδὲ ὁ ἐκ περιτομῆς λαός, ἀλλὰ πᾶς τις ὁ ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐπιστραφείς. κύριος ἰσχὺν τῷ λαῷ αὐτοῦ δώσει· κύριος εὐλογήσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ.

ΨΑΛΜΟΣ ΩΔΗΣ,

Τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου τοῦ Δαυίδ. κθ'.

Ἀλλ' εἴποι τις ἂν πρὸς τοῦτο, ὡς οὐδεμίαν οἰκοδομῆς οἴκου ἢ ναοῦ ποιεῖται μνήμην· οὐδέ τις λόγος ἐστὶν ἐν τῷ ψαλμῷ δυνάμενος ἁρμόζειν ἐγκαινίοις οἴκου, ὡς νομίσαι τινὰ ἐπὶ ἐγκαινισμῷ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼ τὸν προκείμενον ψαλμὸν εἰρῆσθαι. ἀλλ' ἐπεὶ προγέγραπται, ᾠδῆς ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου· σκόπει μήποτε οἶκον ἐνταῦθα τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν αἰνίττεται· ἐν ᾗ τὸ θεῖον πνεῦμα ὡς ἐν ναῷ οἰκῆσάν ποτε, καιρῷ τινὶ ἔρημον αὐτὴν καταλέλοιπεν, ἀναχωρῆσαν διὰ τὴν πλημμεληθεῖσαν αὐτῷ κατὰ τὸν Οὐρίαν καὶ τὴν τούτου γυναῖκα πρᾶξιν· δι' ἣν καὶ μέχρι τοῦ θανάτου κατεληλύθει ἅτε πρὸς θάνατον ἁμαρτήσας· δυνάμει δὲ τότε καὶ εἰς τὸν λάκκον, καὶ εἰς τὸν ᾅδην κατηνέχθη, κατέβη τε ἀληθῶς εἰς διαφθορὰν· ὡς διὰ ταῦτα θρήνοις αὐτὸν σχολάσαι, σάκκον τε ἀντὶ τῆς βασιλικῆς ἐσθῆτος περιβαλέσθαι. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀξιόλογον ἐνδειξάμενος μετάνοιαν· ἑαυτόν τε κολάσας καὶ σωφρονισάμενος, ἱκανῶς τε ἐγκαρτερήσας ταῖς ἐξομολογήσεσιν, ἐπαγγελίαν ἀφέσεως τῆς ἁμαρτίας εἴληφεν, διὰ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελευσομένου Χριστοῦ, μέλλοντος καὶ μέχρις ᾅδου καταβήσεσθαι· εἰκότως τῆς κατηφείας μεταβαλὼν, καὶ τῆς ἐφ' οἷς ἐτόλμησεν ἐξομολογήσεως, εὐχαριστίαν ἀναπέμπει τῷ θεῷ λέγων· κύριε ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. μεταβεβλῆσθαί τε αὐτῷ τὰ τοῦ πένθους εἰς εὐφροσύνην σημαίνει καὶ δι' ὧν φησίν· ἔστρεψας τὸν κοπετόν εἰς χαρὰν ἐμοί· διέρρηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην. δεδειγμένου τοίνυν τοῦ οἴκου τῆς τοῦ Δαυίδ ψυχῆς, ἄρα τῷ ἐγκαινισμῷ τοῦ τοιούτου οἴκου ἐφαρμόζειν τὰ προκείμενα.

Ὑψώσω σε κύριε ὅτι ὑπέλαβές με, καὶ οὐκ ηὔφρανας τοὺς ἐχθρούς μου ἐπ' ἐμοί. κύριε ὁ θεός μου ἐκέκραξα πρὸς σέ, καὶ ἰάσω μοι. κύριε ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. Ταῦτα μὲν ὁ Δαυίδ διὰ τοῦ μετὰ χεῖρας ψαλμοῦ λέγει· ἐν δὲ τῷ εἰκοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ ὁ αὐτὸς ἐβόα λέγων· πρὸς σὲ κύριε κεκράξομαι ὁ θεός μου, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. ἀλλ' ἐπεὶ μὲν ταῦτα ηὔχετο· ἐνταῦθα δὲ εὐχαριστεῖ ὡς κατενεχθεὶς πρότερον καὶ καταπεσὼν εἰς τὸν λάκκον, ἀνενεχθεὶς δὲ πάλιν καὶ ἀνασωθεὶς ἐξ αὐτοῦ, καὶ μὴ ταῦτα πα-

A

PSALMUS CANTICI,

In dedicatione domus David XXIX. 1.

Sed fortasse quispiam ad hæc dixerit, quod nullam hic structuræ domus sive templi faciat mentionem: nec quidpiam in psalmo reperiatur quod possit dedicationi domûs competere, ut quis putaverit de templi Hierosolymitani dedicatione hunc psalmum pronuntiatum fuisse. Verum quoniam inscribitur: *Psalmus cantici in dedica-* B *tione domûs*; mihi quæso consideres, num hic per domum, suam ipsam animam adumbret: in qua cum Spiritus sanctus ceu in templo aliquando habitasset, quodam tempore desertam eam reliquit, atque recessit ob patratum in Uriam & uxorem ejus facinus; ideo ad mortem usque delapsus est, quia ad mortem peccaverat; imo ratione quadam usque ad lacum & ad infernum deductus est, ac reipsa descendit in corruptionem; ita ut ea de causa fletibus se dederit, ac pro regia veste saccum in- C duerit. At quia postquam dignam exhibuit pœnitentiam, ac sese castigavit atque punivit, congruentique tempore in confessionibus perseveravit; remittendi sibi peccati promissionem nactus est, per Christum scilicet ex ejus semine proditurum, & ad infernum usque descensurum; jure à tristitia & à scelerum confessione translatus, gratias agit Deo dicens: *Domine eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me à descendentibus in lacum:* luctumque suum in lætitiam versum his verbis testificatur: *Convertisti plan-* D *ctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum & circumdedisti me lætitia.* Cum igitur hic domum, Davidis animam indicare commonstratum sit; hujusce domus dedicationi quæ hic dicuntur aptanda sunt.

Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti 2.
me, nec delectasti inimicos meos super me. Do- 3.
mine Deus meus clamavi ad te, & sanasti me. Domine eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me à descendentibus in lacum. Hæc David in præsenti psalmo dicit; in vigesimo E septimo autem, ita clamabat ipse: *Ad te Domine clamabo, Deus meus ne sileas à me, nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum.* Sed quia ibi sic precabatur, hic gratias agit ut detrusus ante & delapsus in lacum, sed jam reductus & erutus ex eo, neque similia passus iis qui cum in ipsum

descendissent, numquam inde postea emer- A serunt. Nam cum primis beatum est non peccare: at quia humanæ naturæ infirmitas peccatis subjacet; secundam quis navigationem esse dixerit, ad bonum se revocare, ac post morbum sese restituere ac naturalem recipere sanitatem.

5. *Psallite Domino sancti ejus, & confitemini*
6. *memoriæ sanctitatis ejus. Quoniam ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus.* Rogat ut sibi pœnitenti congratulentur, & confiteantur, id est, gratias agant memoriæ B sanctitatis ejus; ac si diceret, ut memoriam refricent, neque obliviscantur bonorum quæ hominibus Dominus subministravit. Cum primis autem par est gratiarum actionibus insistere, memores divinæ benignitatis, quæ tanta est, ut numquam velit malum hominibus obvenire. Quod si contingat quempiam ob propriam improbitatem castigatione egere, ipse sibi iram indignationis procurat. Certe voluntas Dei non mortem hominibus, sed vitam expetit. Quare alio in
Ezech. 18. 23. loco dicitur: *Vivo ego dicit Dominus, nolo* C *mortem peccatoris, sed potius pœnitentiam ejus.* Eodem quoque modo hic dictum est: *Vita in voluntate ejus:* non enim *ira in voluntate ejus.* Sane præter Dei propositum ac præter voluntatem ejus peccantibus indignatio & ira præparantur: quod ita declarat Apo-
Rom. 2. 4. stolus: *An divitias bonitatis ejus, & patientiæ & longanimitatis contemnis? ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & revelationis justi judicii Dei, qui reddet* D *unicuique secundum opera ejus.*

7. *Ego autem dixi in abundantia mea: Non movebor in æternum.* Judicium Domini justum esse comprobat, dum confitetur unde sibi lapsus evenerit. Opus enim est eum, qui coram Deo consistit, meminisse hujus
1. Cor. 10. 12. dicti, *Qui videtur stare, videat ne cadat,* ac Domino gratiam de statu illo profiteri. At ille non bene secum reputans, ex sua virtute se in præclaris stare arbitratus est; E seseque immutabilem, immobilemque de-
8. claravit. *Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.* Quia superius memorata non recte æstimaverat; novit tandem statum illum, felicitatem, ac decorem quo tunc fulgebat, non ex se, neque se auctore sibi adfuisse. Quapropter cum ex re ipsa infirmitatis suæ experimentum cepisset, hæc confitetur dicens: *Avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.*

A θεῖν τοῖς καταβεβηκόσι μὲν εἰς ᾅδην, μὴ ἀναβεβηκόσι δέ. προηγουμένως γὰρ, μακάριον τὸ μὴ ἁμαρτεῖν· ἐπειδὴ ἡ ἀσθένεια τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τούτοις ὑπόκειται, δεύτερος, ὡς ἂν εἴποι τις, πλοῦς τὸ ἀναπαλέσαι (sic) καλὸν, καὶ τὸ ἀναλαβεῖν ἑαυτὸν μετὰ τὴν νόσον, καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἀπολαβεῖν ὑγείαν.

Ψάλατε τῷ κυρίῳ οἱ ὅσιοι αὐτοῦ, καὶ ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ. ὅτι ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, καὶ ζωὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ. συγχαίρειν αὐτῷ μετανοήσαντι, B καὶ ἐξομολογεῖσθαι τουτέστιν εὐχαριστεῖν τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, τὴν μνήμην ἀναζωπυροῦντες, μηδ' ἐπιλανθανόμενοι τῶν παρὰ τοῦ κυρίου χορηγουμένων ἀνθρώποις ἀγαθῶν. μάλιστα δὲ προσήκει τὴν εὐχαριστίαν ἐπιτείνειν, μεμνημένοις τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, ἥτις τοσαύτη τυγχάνει, ὡς μηδέποτε βούλεσθαί τι κακὸν ἀνθρώποις. εἰ δὲ καί ποτέ τις διὰ τὴν οἰκείαν μοχθηρίαν ἐπιστροφῆς δεηθείη, αὐτὸς μὲν ἑαυτῷ κατασκευάζει θυμὸν ὀργῆς. τό γε μὴν θέλημα τοῦ θεοῦ, μή ποτε βούλεσθαι θάνατον ἀνθρώ- C πῳ, ἀλλὰ ζωήν. διὸ ἐν ἑτέροις λέγεται· ζῶ ἐγὼ λέγει κύριος· οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ. οὕτω γοῦν καὶ ἐνταῦθα λέλεκται· ζωὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ. οὐ γὰρ ὀργὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ. παρὰ προαίρεσιν δὲ θεοῦ καὶ παρὰ τὸ βούλημα αὐτοῦ τοῖς ἁμαρτάνουσι κατασκευάζεται θυμὸς καὶ ὀργή. ὃ δὴ παρίστησιν ὁ ἀπόστολος φήσας· ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς; ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει· κατὰ δὲ τὴν σκληρό- D τητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα. δίκαιον τὴν κρίσιν τοῦ κυρίου ὁμολογῶν πόθεν αὐτῷ συμβέβηκεν ἡ πτῶσις· δέον γὰρ ἑστῶτα ἐν τῇ παρὰ τῷ θεῷ στάσει, μεμνῆσθαι τοῦ φάσκοντος λόγου· ὁ δοκῶν ἑστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ, ὁμολογεῖν τε τῷ θεῷ χάριν ὑπὲρ τῆς στάσεως. ὁ δὲ οὐκ ὀρθῶς λογισάμενος, παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν E ἐν τοῖς καλλίστοις ἑστάναι ἐνόμιζεν· ἀπέφαινέ τε ἑαυτὸν καὶ ἄτρεπτον καὶ ἀμετάβλητον. κύριε ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν. ἐπεὶ ταῦτα τὰ προειρημένα οὐκ ὀρθῶς ἐλογίζετο, ἔγνω ὅτι ἡ στάσις αὐτοῦ ἐκείνη, καὶ ἡ εὐθηνία καὶ τὸ πρέπον αὐτῷ τότε κάλλος, οὐκ ἦν ἐξ αὐτοῦ, οὐδὲ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν ὑπῆρχεν αὐτῷ. διὸ ἐξομολογούμενος ταῦτά φησιν, ἔργῳ τὴν πεῖραν παραλαβὼν τῆς ἑαυτοῦ ἀσθενείας· ἀπέστρεψας δέ σου τὸ πρόσωπον, καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος.

σὺ μὲν

σὺ μὲν γὰρ οὐδὲν πλέον ἔπραξας, οὔτε ὤσας, οὔτε κατέβαλες· αὐτὸ δὲ τοῦτο διὰ τὴν ἐμὴν μεγαλαυχίαν μεμονωμένον με εἴασας, καὶ τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας ἔρημον. ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου. ἐγὼ δὲ παραχρῆμα ἠλεγχόμην, καὶ ἐγινόμην τεταραγμένος, ὑποπίπτων τοῖς ἐμοῖς ἁμαρτήμασιν, καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς.

Πρὸς σὲ κύριε κεκράξομαι, καὶ πρὸς τὸν θεόν μου δεηθήσομαι. Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθοράν; κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· ἐν τοῖς κακοῖς γενόμενος ἔλεγον, πρὸς σὲ κύριε βοήσω, καὶ σὲ τὸν δεσπότην μου ἱκετεύσω· τί κέρδος ἐν τῷ αἵματί μου, κατενεχθέντος μου εἰς διαφθοράν; μὴ ἐξομολογήσεταί σοι κόνις, ἢ ἀπαγγελεῖ τὴν ἀλήθειάν σου; Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια ἱκετεύω, κάτωθεν κραυγὰς ἀφιεὶς ἀπὸ τοῦ βαθυτάτου λάκκου, πυνθανόμενος ὡς παρὰ διδασκάλου μαθεῖν παρὰ σοῦ τοῦ θεοῦ· τίς ὠφέλεια γίνεται ἢ ἐμοὶ, ἢ ἑτέροις ἐκ τοῦ ἐμοῦ αἵματος; ἢ τί πλέον ἀνθρώποις ὑπάρξει ἐκ τοῦ ἐμὲ ἐλθεῖν εἰς διαφθοράν; ἑτέρου μὲν γὰρ ἐν τῷ αἵματι ὑπάρξει πολλή τις καὶ μεγάλη ὠφέλεια τῷ παντὶ κόσμῳ· ἐπειδὰν ὁ σὸς ἀμνὸς ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἔλθοι, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος. τούτου γὰρ τῷ αἵματι ἀπολύτρωσις καὶ κακῶν ἐλευθερία πᾶσι τοῖς δι' αὐτοῦ σωθησομένοις γενήσεται· ἀλλὰ καὶ ἡ κατάβασις ἐκείνου ἡ μέχρις τῶν διαφθαρέντων, καὶ ἐν θανάτῳ γενομένων, πολλοῖς αἰτία σωτηρίας ἔσται. πολὺς γὰρ χοῦς καὶ πολλὴ κόνις τῶν πάλαι καὶ σαρκίνων καὶ χοϊκῶν ἀνθρώπων ἐξομολογήσεταί σοι· οἱ καὶ ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβληθέντες, ἀπαγγελοῦσι τὴν ἀλήθειάν σου. μὴ τί οὖν καὶ ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι ἔσται τι τοιοῦτον ἀγαθὸν τῷ κόσμῳ; ἢ ὠφεληθήσεταί τις ἐμοῦ κατασυρέντος ὑπὸ τοῦ θανάτου; ἢ χοῦς καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ χοὸς ληφθεὶς καὶ γεγονὼς ἄνθρωπος, μεταβληθεὶς ἀπὸ τοῦ χοϊκοῦ καὶ γενόμενος πνευματικὸς, ἀπαγγελεῖ τὴν ἀλήθειάν σου; ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν ἔσται ἐξ ἐμοῦ τοιοῦτον· διὸ ἱκετεύω μὴ ὁμοιωθῆναι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.

Ἤκουσε κύριος, καὶ ἠλέησέ με, κύριος ἐγενήθη βοηθός μου. ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοὶ, διέρρηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην. Ταῦτά φησι δεηθέντος μου, ὁ μὴ μακρὰν ἀφεστὼς τῶν καθαρῶς καὶ πιστῶς ἐπικαλουμένων αὐτὸν κύριος ἤκουσε, περὶ οὗ εἴρηται· ἐγγὺς κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ· καὶ ἀκούσας ἠλέησέ με, καὶ ἔργον ἐπεδείξατο τοῦ εἰς ἐμὲ οἴκτου· ἐγενήθη γὰρ βοηθός μου. Ταῦτα ὡς πρὸς ἡμᾶς διαλεχθεὶς, καὶ τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ διδάξας ἡμᾶς, ἀποστρέφει πάλιν τὴν εὐχαριστίαν ἐπ' αὐτὸν τὸν θεὸν, τῆς εἰς αὐτὸν εὐεργε-

A Tu quidem nihil ulterius effecisti, non impulisti neque dejecisti me; id tantum præstitisti, ut me propter arrogantiam meam solum, tuaque ope vacuum desereres: *Avertisti faciem tuam*, & ego confestim convictus, *factus sum conturbatus*, in peccata mea lapsus, & inimicis meis traditus.

Ad te, Domine, clamabo, & ad Deum meum 9.
deprecabor. Quæ utilitas in sanguine meo, dum 10.
descendo in corruptionem? Secundum Symmachum autem: *Cum in malis essem, dixi: Ad* Symmachi.
B *te, Domine, clamabo, & te Dominum meum deprecabor. Quod lucrum in sanguine meo, me delato in corruptionem? Numquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam?* Hæc & his similia deprecor, ex infimis ac ex profundissimo lacu clamores emittens, sciscitorque, ut à te Deo, ceu à magistro, edocear: Quæ utilitas aut mihi aut aliis ex sanguine meo confertur? Aut quid amplius hominibus accidet [boni,] si descendero in corruptionem? Atenim in alterius sanguine multa magnaque utilitas universo mundo
C accedet; quando agnus tuus qui tollit pec- Hesai. 53. 7.
catum mundi, quasi ovis ad jugulationem veniet, & tamquam agnus coram tondente se sine voce erit. Nam ex hujus sanguine redemtio, & ereptio à malis iis erit, qui per eum salutem consequuturi sunt. Quinetiam descensus ejus ad eos usque qui in corruptione & in morte versantur, multis causa salutis erit. Pulvis enim multus multaque terra, hominum scilicet olim carnalium ac terrenorum, confitebitur tibi: qui in meliorem versi conditionem, annuntiabunt veritatem
D tuam. Numquid igitur in sanguine meo tale quidpiam bonum mundo erit? An quis utilitatem hinc percipiet, si ego à morte detrahar? An pulvis & qui ex pulvere sumtus factus est homo, ex terreno commutatus in spiritualem, annuntiabit veritatem tuam? Nihil sane hujusmodi ex me prodibit. Quamobrem rogo ne similis fiam descendentibus in lacum.

Audivit Dominus, & misertus est mei, Do- 11.
Ἀγαλλιάσαιντο καὶ εὐφρανθείησαν οἱ θέλοντες τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ εἰπάτωσαν διαπαντός, μεγαλυνθήτω ὁ κύριος, οἱ θέλοντες τὴν εἰρήνην τοῦ δούλου αὐτοῦ. καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου. ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς προφητείας δίκην καὶ πόλεμον ἐπελεύσεσθαι ἠπείλει κατὰ τῶν ἀδικησάντων, καὶ πολεμησάντων τὸν προφητευόμενον· τὰ δὲ μέσα τὸν τρόπον αὐτῶν διέβαλλε· τὰ δὲ ἐπὶ τέλει, τὴν καταληψομένην αὐτοὺς διέγραφεν αἰσχύνην καὶ ἐντροπήν. ἡ δὲ τῆς ὅλης προφητείας περιγραφὴ ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην, καὶ ἀγαθὰ πάντας εὐαγγελίζεται τοὺς τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ θέλοντας. νοήσεις δὲ τὴν αὐτοῦ δικαιοσύνην, θεότητα αὐτοῦ ἐκλαβών· ἐπειδὴ αὐτὸς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις. οἱ γοῦν ταύτην νοήσαντες ἀγαλλιάσαιντο φησὶν καὶ εὐφρανθείησαν· τούτους δὲ καὶ διδάσκει λέγειν, ἀεὶ μεγαλυνθήτω ὁ κύριος· εἰ δὴ ἀσπάζοιντο τὴν πρὸς τὸν προφητευόμενον εἰρήνην. ἐπεὶ οἱ ἀράμενοι πρὸς αὐτὸν ἔχθραν, δίκην δεδώκασι τὴν ἀξίαν. εἴη δ' ἂν αὕτη ἡ εἰρήνη αὐτοῦ, ἣν ἐχαρίζετο τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς λέγων· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἐθελόντων καὶ ἀγαπώντων τὴν εἰρήνην αὐτοῦ, τήν τε δικαιοσύνην αὐτοῦ τιμώντων. λοιπὸν δὲ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ τὸ τέλος τοῦ παντὸς λόγου ἐπισφραγίζεται φάσκων· καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου. τούτων φησὶ γενομένων ἐπί τε τοὺς ἀγαπῶντάς με καὶ μισοῦντάς με, οὐ παύσομαι μελετῶν τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου, οὐχὶ πάσας τὰς ἡμέρας, ἀλλὰ μίαν μόνην τὴν ἄπειρον καὶ διηνεκῆ. ἡ γὰρ παρὰ σοὶ μονὴ καὶ διατριβὴ ἡμέρα αἰώνιος τυγχάνει. μελετήσω δὲ αὐτὴν ὑμνῶν, καθ' ἣν τὰ δίκαια κρίνας, οὐχ ἓν ἔθνος, ἀλλὰ πάντα τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τῆς σῆς χάριτος καὶ κλήσεως κατηξίωσας. καθ' ἑτέραν δὲ διάνοιαν, ἐπεὶ σῶμά ἐσμεν Χριστοῦ, καὶ μέλη [a] ἐκ μέρους, οἱ ἀσκηταὶ τῶν θείων μαθημάτων, λέγοιντο ἂν αὐτοῦ γλῶσσα, ὡς δύνασθαι καὶ εἰς αὐτοὺς ἀναφέρεσθαι τὰ προκείμενα. [b]

hinc porro illi quidem, ob facinus tantum, pudore affecti ac confusi sunt; illi autem gaudio fiduciaque in dies replentur; ita ut illud Moysis oraculum ad Judæorum populum spectans impleatur: *Proselytus qui vobiscum versatur, erit supra supra; tu autem eris infra infra. Ipse erit tibi caput, tu eris ipsi cauda.* Deut. 28. 43.

27. *Exultent & lætentur qui volunt justitiam meam: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi ejus.*
28. *Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.* Initium prophetiæ judicium & bellum minabatur iis qui impie egerunt, atque impugnarunt eum qui in ipsa prophetia fertur: media vero mores eorum perstringunt; postrema autem, ignominiam & confusionem qua adficiendi sunt describunt. At totius prophetiæ summa exultationem, lætitiam & bona annuntiat iis qui volunt justitiam ejus. Per justitiam vero ejus, divinitatem ipsius intelligas: quia ipse *factus est nobis sapientia à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemtio.* 1. Cor. 1. 30. Qui igitur illam intelligunt, exultent, ait, & lætentur; ipsosque instituit ut dicant semper, *Magnificetur Dominus*, si quidem pacem cum eo qui in vaticinio fertur amplectantur; quandoquidem ii qui contra eum inimicitiam susceperunt, dignas pro eo pœnas dederunt. Hæc autem pax ea ipsa fuerit, quam ille discipulis suis largitus est dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Joan. 14. 27. Et hæc de iis qui volunt ac diligunt pacem ejus, ac justitiam ejus honorant. Demum de seipso loquens sermonis finem obsignat, dicens: *Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.* His, inquit, ita gestis tam circa eos qui me diligunt, quam circa eos qui odio habent, non finem faciam meditandi justitiam tuam, tota die laudem tuam: non omnibus diebus, sed una sola die, eaque infinita ac perenni. Nam mansio illa & commoratio apud te, dies est æterna. Meditabor autem illam, laudibusque celebrabo: quia justo sane judicio, non unam gentem, sed omnes prorsus, late per orbem diffusas, gratia & vocatione tua dignatus es. Secundum aliam autem explicandi rationem, quia *sumus corpus Christi, & membra ex parte*, 1. Cor. 12. 27. qui divinis exercitantur disciplinis, ejus lingua nuncupari possint, ita ut iis jure hæc referri queant.

[a] Sic mss. Et hæc lectio frequenter occurrit in SS. Patribus, & in codicibus Græcis. Interpres Vulgat. ἐκ μέλους legit, *membra de membro.*

[b] Hæc Scholiastis nota, *καὶ οὗτος μὲν ὁ συγγραφεὺς εἴς τε τὸν Δαβὶδ καὶ εἰς τὸν Χριστὸν ἐξέλαβε τὸν ψαλμόν, μᾶλλον δὲ εἰς τὸν Χριστόν. ὁ δὲ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἐχθρῶν ταῦτα λέγει*, id est: *Hic quidem scriptor de Davide ac de Christo hunc psalmum explicavit, ita ut magis Christo accommodaret. Alius vero ait ad utilitatem inimicorum hæc dicta fuisse.* Hæc, inquam, nota in textum irrepserat.

1. *In finem, servo Domini David XXXV.*

NEque psalmus, neque canticum, neque quid simile inscribitur; doctrinamque complectitur, quæ sub initium quidem quoslibet timore Dei ac pietate vacuos, qui ideo omni improbitatis generi dediti sunt, coarguit; quod conclusionem vero spectat, eorum finem significat. Postquam igitur sic orsus fuerat, *Dixit injustus ut delinquat in semetipso*; in fine ait, *Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec poterunt stare.* In medio autem theologiam, ac bonam piorum hominum spem complectitur. Hæc porro Davidi servo Domini dicta sunt; id enim inscriptio significat: qui David cum se ab improborum ordine semovisset, Deo se supplicem exhibuit, ac legi divinisque statutis subjecit: cæterisque hominibus auctor est, ut similiter agant, neque ad improborum consortium detrahantur.

2. *Dixit injustus ut delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos ejus.*
3. *Quoniam dolose egit in conspectu ejus, ut inveniatur iniquitas ejus ad odium.* Hæc apertius Symmachus his verbis interpretatus est: *Dixit de defectione impii intus cor meum, non propositus est timor Dei ante oculos ejus. Quia ruere videntur res ejus, ut inveniatur iniquitas ejus ad odiendum eam.* His quippe David hæc enuntiat: Cor meum & cogitatio mea hæc de impio viro intellexerunt. Nam per speculandi vim, qua Dei timorem nosse poterat, intellexit eum suis se dolis decepisse, mentisque suæ oculos evertisse. Quare secundùm Hebraïcam lectionem dicitur: *In oculis ejus dolose egisse, ut inveniat iniquitatem ejus, & odio habeat.* Ita, inquit, sese subvertit, timoremque Dei ab oculis suis abjecit, ut iniquitas ejus manifesta evaderet, ipsisque oculis pateret ac *inveniretur*; eoque modo digna odio esset. Palam autem ille se peccato dedidit, ita ut verba oris ejus iniquitas & dolus essent. Hæc autem ipsa admodum libere elegit, utpote liberi arbitrii, penes quem erat viam adire bonam, quod ille noluit; quamobrem dictum est:
4. *Noluit intelligere ut bene ageret*; sed,
5. *iniquitatem meditatus est in cubiculo suo.* Neque enim quietis tempore, quo post diurna opera homines otio, tranquillitati & somno se dedere solent, talis homo in tranquillo statu degebat; sed eo quoque tempore *iniquitatem meditatus est in cubili suo.*

Symmachi.

Lectio Hebraïci exemplaris.

A Εἰς τὸ τέλος τῷ δούλῳ κυρίου τῷ Δαυὶδ λε΄.

ΟΥτε ψαλμὸς, οὔτε ᾠδὴ, οὔτε τι τοιοῦτον ἐπιγέγραπται, διδασκαλίαν δὲ περιέχει κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἐλέγχουσαν πάντα τὸν ἄφοβον καὶ ἀνευλαβῆ, καὶ διὰ τοῦτο πάσαις παρανομίαις ἐκδεδομένον, κατὰ δὲ τὸ συμπέρασμα τὸ τῶν τοιούτων τέλος. εἰπὼν γοῦν ἐν ἀρχῇ· Φησὶν ὁ παράνομος τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ, πρὸς τῷ τέλει, Ἐκεῖ ἔπεσαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ἐξώσθησαν καὶ οὐ δυνήσονται στῆναι. κατὰ δὲ τὰ μέσα θεο- B λογίαν περιέχει καὶ τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν ἀγαθὰς ἐλπίδας. λέλεκται δὲ ταῦτα τῷ δούλῳ κυρίου τῷ Δαυίδ. τοῦτο γὰρ ἡ προγραφὴ σημαίνει, ὃς ἀφορίσας ἑαυτὸν τῆς τῶν παρανόμων τάξεως, συνῆψεν τῇ τοῦ θεοῦ ἱκετείᾳ, τῷ νόμῳ καὶ ταῖς τοῦ θεοῦ διαταγαῖς ἑαυτὸν καταδουλώσας. διδάσκει δὲ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις τὰ ὅμοια αὐτῷ πράττειν, καὶ μὴ συναπάγεσθαι τοῖς παρανόμοις.

Φησὶν ὁ παράνομος τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. ὅτι ἐδόλωσεν ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ εὑρεῖν C τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ καὶ μισῆσαι. σαφέστερον δὲ τὰ προκείμενα ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, τοῦτον ἀποδοὺς τὸν τρόπον· Φησὶ περὶ ἀσυνθεσίας τοῦ ἀσεβοῦς ἔνδοθεν ἡ καρδία μου· οὐ πρόκειται ὁ φόβος θεοῦ ἄντικρυς τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. ὅτι ἐξολισθαίνειν τὰ περὶ αὐτοῦ δοκεῖ, τοῦ εὑρεθῆναι τὴν ἀδικίαν αὐτοῦ εἰς τὸ μισηθῆναι αὐτήν. διὰ τούτων γὰρ αὐτὸς ὁ Δαυίδ, ἐμοῦ φησὶν ἡ καρδία καὶ ὁ ἐμὸς λογισμὸς ταῦτα περὶ τοῦ ἀσεβοῦς ἀνδρὸς ἐνενόησεν. τὴν γὰρ θεωρητικὴν αὐτοῦ δύναμιν, δι' ἧς ἐδύνατο γνῶναι τὸν φόβον τοῦ θεοῦ ἐδό- D λωσεν αὐτὸς ἑαυτὸν τῆς διανοίας αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαστρέψας. διὸ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν ἀνάγνωσιν, ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ εἴρηται δεδολωκέναι· τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ καὶ μισῆσαι. οὕτω φησὶν ἑαυτὸν διέστρεψεν, καὶ τὸν φόβον τοῦ θεοῦ τῶν ἑαυτοῦ ἀπέρριψεν ὀφθαλμῶν, ὡς τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ προφανῆ τυγχάνειν, καὶ πάλιν ὁρᾶσθαι καὶ εὑρίσκεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο μίσους ἀξίαν εἶναι. ἀκαλύπτως δὲ ὁ τοιοῦτος ἐξέδωκεν ἑαυτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ, ὡς καὶ τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομίαν εἶναι καὶ δόλον. πάνυ δὲ ταῦτα ἑκὼν εἵλετο· ἅτε E δὴ αὐτεξούσιος ὤν, καὶ δυνάμενος μὲν τὴν ἀγαθὴν μετελθεῖν ὁδὸν, μὴ βουληθεὶς δέ· διὸ λέλεκται· Οὐκ ἐβουλήθη συνιέναι τοῦ ἀγαθῦναι. ἀνομίαν δὲ διελογίσατο ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ. οὐδὲ γὰρ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἡσυχίας ἐν ᾧ μετὰ τὰς μεθημερινὰς πράξεις ἑαυτοὺς ἐπιδιδόασιν ἄνθρωποι ἠρεμίᾳ καὶ εὐσταθείᾳ καὶ ὕπνῳ, ἐν καταστάσει γαλήνῃ γέγονεν ὁ τοιοῦτος· ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἀνομίαν διελογίσατο ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ.

Κύριε

Κύριε ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου. σφόδρα ἀκολούθως μετὰ τὴν ὑπογραφὴν τῆς τοῦ παρανόμου κακίας, τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς τοῦ θεοῦ μακροθυμίας παρίστησιν· δι' ἧς καὶ τῶν παρανόμων καὶ ἀσεβῶν ἀνδρῶν ἀνέχεται. διδάσκων ὅτι ὁ πλοῦτος τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας, ἐλέου πεπλήρωται μεγάλου. καὶ τοῦτο τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ αἴτιον τυγχάνει τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀσεβῶν ἀνδρῶν ζωῆς τε καὶ εὐθυμίας. τὸν μὲν οὖν θησαυρὸν τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τεταμιεῦσθαί φησιν ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ εἶναι παρ' αὐτῷ, πληροῦντες πάντα τὰ ὑπερουράνια· ὅμως δὲ καὶ μέχρι τῶν νεφελῶν, ἢ μέχρι τῶν αἰθέρων κατὰ τὸν Σύμμαχον, διήκειν. οὕτω γοῦν καὶ ἐν ἑτέρῳ λέλεκται· ἐν τῷ οὐρανῷ ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου. ἔστι μὲν οὖν ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ· δίκην δὲ ὑετοῦ φερομένου διὰ νεφῶν καὶ μέχρι τῆς γῆς ἐπιστάζει. διὸ εἴρηται· καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν. ἐκ δὲ τῶν λεγομένων νεφελῶν, καὶ εἰς ἀνθρώπους προχέεται ἡ τοῦ θεοῦ ἀλήθεια· νεφέλας δὲ τοὺς προφήτας ἢ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις, δι' ὧν ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ καὶ εἰς ἀνθρώπους καταλήλυθεν εἴωθεν ὁ λόγος ὀνομάζειν. οὕτω λέλεκται ἐν Ἠσαΐᾳ· καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτὸν ὑετόν, δηλαδὴ εἰς τὸν Ἰουδαίων λαόν, ἀμπελῶνα τροπικῶς ὠνομασμένον.

Domine in cælo misericordia tua. Post descriptam improbi hominis nequitiam, præcellentes illas divinæ tolerantiæ divitias admodum consequenter enarrat, qua iniquos impiosque homines ferre solet; docens, *divitias bonitatis ejus & patientiæ & longanimitatis*, misericordia magna repletas esse. Atque isthæc misericordia Dei in causa est, quod peccatores & impii vivant & alacriter agant. Thesaurum itaque misericordiæ ejus in cœlo reconditum ait, sed veritatem quoque ejus penes ipsum esse; hæc autem cœlestia omnia complent: attamen *usque ad nubes*, vel, ut Symmachus habet, *usque ad æthera* penetrant. Sic in alio quoque psalmo dictum est: *In cælo præparabitur veritas tua.* Veritas itaque Dei in cœlo est: inde vero ceu pluvia in nubibus lata stillat in terram. Ideo dicitur, *Et veritas tua usque ad nubes.* Ex nubibus autem in homines veritas Dei effunditur: nubes vero prophetas & angelicas virtutes, à quibus veritas Dei hominibus allata est, Scriptura solet appellare. Sic in Hesaïa dictum est: *Et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem*, scilicet super Judæorum populum, qui tropice vinea vocatur.

6. · Rom. 2. 4. · Symmachi. · Psal. 88. 3. · Hesai. 5. 6.

Ἔτι πρὸς τούτοις ἡ δικαιοσύνη σου, φησίν, ὦ κύριε, μεγάλη τυγχάνει καὶ ὑψηλή, ὄρεσι παραβαλλομένη, καὶ ὄρεσι θεοῦ, καὶ πρὸς τούτοις τὰ κρίματά σου ἀκατάληπτα. ὡς γὰρ ἡ καλουμένη ἄβυσσος ἄπειρός ἐστιν ἀνθρώποις καὶ ἀκατάληπτος· ὃ δὴ σημαίνει ὁ φήσας λόγος· τιθεὶς ἐν θησαυροῖς ἀβύσσους· οὕτως καὶ τὰ σὰ κρίματα ὦ κύριε, τὰ ἐκ τῆς σῆς δικαιοσύνης φερόμενα, ὡς ἡ ἄβυσσός ἐστι πολλή. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη θεοῦ, ὁ Ἀκύλας, δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη ἰσχυρά, ἡρμήνευσε. τούτων δὲ πάντων εὐκαίρως ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος. δεικνὺς ὅτι διὰ τὸ ἔλεός σου τοῦ θεοῦ τὸ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ διὰ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ καὶ διὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ διὰ τὸ ὡς ἄβυσσος πολλὴ ἀκατάληπτα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἄθεοι καὶ ἁμαρτωλοὶ οὐ μόνον ζωῆς ἀπολαύουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἀπὸ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ χορηγουμένων.

Ad hæc autem, justitia tua, inquit, Domine magna excelsaque, montibus, imo montibus Dei comparatur, ac insuper judicia tua incomprehensibilia. Quemadmodum enim abyssus, ut vocant, immensa & hominibus incomprehensibilis est; quod sane his significatur, *Ponens in thesauris abyssos*: sic judicia, Domine, quæ ex justitia prodeunt tua, ceu *abyssus multa* sunt. Pro illo autem, 7. · Psal. 32. 7.
Justitia tua sicut montes Dei; Aquila, *Justitia tua sicut montes robusti*, interpretatus est. Aquila.
Hæc porro omnia opportune memorantur: declaraturque, per misericordiam Dei quæ in cœlo est, per veritatem & justitiam ejus, ac per illud, Judicia ejus ut abyssus multa incomprehensibilia sunt, impios, atheos & peccatores non vita solum, sed reliquis etiam frui bonis à bonitate ipsius subministratis.

Διὸ ἐπιλέγεται· ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις, κύριε, ὡς ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου ὁ θεός. διὰ γὰρ τὰ κρίματά σου τὰ ὡς ἄβυσσος πολλή, καὶ διὰ τὴν δικαιοσύνην σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου τὴν ἐν τῷ οὐρανῷ, ἄνθρωποι καὶ κτήνη κατὰ τὸ αὐτὸ σώζονται· οὕτως ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου ὁ θεός, ὡς μὴ μόνον τοὺς ἀξίους τῆς ἐκ σοῦ ζωῆς μεταλαμβάνειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς κτηνώδεις καὶ ἀνοήτους τῶν

Quamobrem adjicitur: *Homines & jumenta salvabis, Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.* Nam propter judicia tua quæ ut abyssus multa sunt; propter justitiam & veritatem tuam quæ in cœlo est, homines & jumenta simul salutem obtinent. Sic *multiplicasti misericordiam tuam Deus*, ut non modo qui digni, sed etiam qui brutis moribus & insipientes sunt 8.

homines, vita abs te data fruantur. Quandoquidem enim multi conqueruntur & expostulant cum illo his verbis, Quare impii prospere agunt, ac Dei bonis fruuntur? necessario docet multam ejus misericordiam esse. At si misericordia tantum ac clementia exsisteret, nihil à peccatorum vita ineunda arceret. Verum edocet ille veritatem & justitiam cum misericordia misceri; ita ut post misericordiam, justitia & veritas peccatores excepturæ sint. Nam si ex misericordia & patientia Dei nihil utilitatis percipiant, justitia & veritas ejus invadet illos: judicio quippe justo subjicientur. Sunt enim revera, sunt, inquam, judicia Dei occulta: multa immensaque profunditas, vel, ut ait Scriptura, *abyssus multa* in judiciorum ejus ratione comprehenditur. Hæc igitur impios manent.

9. *Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis*
10. *eos. Quoniam apud te est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen.* Quoniam judicia tua abyssus multa, jure non hominibus modo, sed etiam jumentis prospicis, sic *multiplicasti misericordiam tuam Deus.* Præter hæc autem alius eximius est ordo eorum, qui post prædicta filii hominum vocantur. Hi pluris aliquid habentes quam homines & jumenta quibus salutem paras, digni habiti sunt qui in tegmine alarum tuarum spem habeant; aut ut Symmachus, *Sub umbra alarum tuarum securi sunt.* (Symmachi.) Eos enim qui in te spem habent, quique ab ordine infamium illorum segregantur, tu ipse Deus alis foves tuis & contegis. Et quia spem cepere magnam, *Spes autem non confundit* (Rom. 5. 5.); *inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Domus Dei est ecclesia ejus: ubertas domus, divinitus inspiratæ lectiones: ebrietas illa temperata & sobria, utilitas ex lectionibus proveniens: torrens voluptatis, quo potantur ii qui sub tegmine alarum ejus sperant, fluvius in ecclesia Dei manans, de quo dictum est: *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei* (Psal. 45. 5.); &, *Flumen Dei repletum est aquis.* (Psal. 64. 10.) Torrens voluptatis Christus est, ob temporaneam ejus in hominibus præsentiam. *Quoniam apud te est fons vitæ.* Ex evangelica doctrina Christum esse vitam ediscimus, ut Salvator ipse docet his verbis, *Ego sum lux, veritas & vita* (Joan. 14. 6.). Sed etiam, *quod factum est in ipso vita erat, & vita erat lux hominum* (Joan. 1. 4.). Quare hic pariter, ut in Evangelio, vitæ lux subditur: nam postquam dixerat, *Quoniam apud te est fons vitæ*, ad-

ἀνθρώπων. ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ μέμφονται καὶ καταιτιῶνται· ἵνα τί ἀσεβεῖς εὐθηνοῦσιν, καὶ τῶν τοῦ θεοῦ ἀγαθῶν ἀπολαύουσιν; ἀναγκαίως διδάσκει ὅτι πολυέλεός ἐστιν· ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἦν ἔλεος μόνον καὶ φιλανθρωπία, οὐδὲν ἐκώλυεν τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν μετέρχεσθαι βίον· διδάσκει δὲ ὅτι σὺν τῷ ἐλέῳ ἀνακέκραται ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη, ὡς τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀληθείας διαληψομένης τοὺς ἁμαρτωλοὺς μετὰ τὸ ἔλεος. εἰ γὰρ μὴ ὠφελοῖντο τῷ ἐλέῳ καὶ τῇ μακροθυμίᾳ τοῦ θεοῦ, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ καὶ ἡ ἀλήθεια μετελεύσονται αὐτούς· ὑποβληθήσονται γὰρ κρίσει δικαίᾳ. ἔστιν γὰρ ἔστιν ἀπόρρητα τὰ κρίματα τοῦ θεοῦ. πολύς τε καὶ ἄπειρος βυθὸς, ἢ καθὼς ἡ γραφὴ φησιν, ἄβυσσος πολλὴ ἐν τῷ λόγῳ τῶν κριμάτων αὐτοῦ περιέχεται. ταῦτα τοίνυν μένει τοὺς ἀσεβεῖς.

Οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιοῦσιν. μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάῤῥουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς. ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. ἐπειδὴ τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλὴ, εἰκότως οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ κτηνῶν προνοεῖς· οὕτως ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου ὁ θεός. ἔστιν δ᾽ ἔτι παρὰ ταῦτα ἐξαίρετον τάγμα τῶν μετὰ τὰ προλεχθέντα ὀνομαζομένων υἱῶν ἀνθρώπων· οἵτινες πλέον τι ἔχοντες τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν κτηνῶν τῶν ὑπὸ σοῦ σωζομένων, καταξιοῦνται ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπίζειν, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ὑπὸ σκιὰν τῶν πτερύγων σου ἀμεριμνοῦσι. τοὺς γὰρ ἐπὶ σὲ ἠλπικότας, καὶ ἀφωρισμένους τοῦ τάγματος τῶν διαβεβλημένων, σὺ αὐτὸς ὁ θεὸς ταῖς ἑαυτοῦ πτέρυξιν περιέπεις καὶ σκέπεις. καὶ ἐπεὶ ἤλπισαν οὗτοι ἀγαθὴν ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει· μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάῤῥουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς. οἶκος μὲν τοῦ θεοῦ ἐστιν ἡ ἐκκλησία αὐτοῦ· πιότης δὲ τοῦ οἴκου, τὰ θεόπνευστα ἀναγνώσματα· μέθη δὲ σώφρων καὶ νηφάλιος, ἡ ἀπὸ τῶν ἀναγνωσμάτων ὠφέλεια· χείμαῤῥος δὲ τρυφῆς ἐξ οὗ ποτίζονται οἱ ἐπὶ σκέπῃ τῶν πτερύγων αὐτοῦ ἠλπικότες, ὁ ἐν ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ ποταμὸς περὶ οὗ λέλεκται· τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ· καὶ, ὁ ποταμὸς τοῦ θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων. χείμαῤῥος δὲ τρυφῆς ὁ χριστὸς, διὰ τὸ πρόσκαιρον τῆς ἐν ἀνθρώποις ἐπιφανείας αὐτοῦ. ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς. ζωὴν δὲ ὄντα ἔγνωμεν τὸν χριστὸν ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας· δι᾽ ἧς αὐτὸς ὁ σωτὴρ διδάσκει λέγων· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή· ἀλλὰ καὶ ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. διὸ καὶ ἐνταῦθα τῇ ζωῇ συνῆπται τὸ φῶς συμφώνως τῷ εὐαγγελίῳ· μετὰ γὰρ τὸ φάναι ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐπιλέγεται,

ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. φωτὸς γὰρ λογικοῦ χορηγητικὴ τυγχάνει αὕτη ἡ ζωή· διὸ λέγεται· καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. οἱ δὲ τούτων μεταλαβόντες τέλος ἕξουσι τοῦ φωτὸς τὴν θέαν.

Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. τοῖς μὴ γινώσκουσιν αὐτὸν πρόσκαιρον ἔσται τὸ ἔλεος· τοῖς δὲ γινώσκουσί σε σῶτερ, παράτεινον τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν δικαιοσύνην σου· ἐν ᾗ κατ' ἀξίαν κρίνων, τοῖς μὲν ἀποδώσεις κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, τοῖς δὲ πιστώσεις τὰς σὰς ἐπαγγελίας. ἀντὶ δὲ τοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ, ὁ Σύμμαχος, καὶ τὴν ἐλεημοσύνην σου τοῖς ἁπλοῖς τὴν καρδίαν, ἐξέδωκεν. μὴ ἐλθέτω μοι πούς ὑπερηφανίας καὶ χεὶρ ἁμαρτωλῶν μὴ σαλεύσαι με. ἐκεῖ ἔπεσαν οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν· ἐξώσθησαν καὶ οὐ μὴ δυνήσονται στῆναι. μηδὲ κτησαίμην χεῖρα καὶ πράξεις ἁμαρτωλῶν· ταῦτα γὰρ σαλεύειν εἴωθεν καὶ μετακινεῖν τῆς παρὰ σοὶ τῷ θεῷ στάσεως, τοὺς εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον ἐξωθησομένους. ἀντὶ δὲ τοῦ· ἐκεῖ ἔπεσον· ὁ Σύμμαχος, ὅπου πίπτουσιν οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀδικίαν, ἐξέδωκεν. μὴ γὰρ γενοίμην φησὶν ἐκεῖ, ἔνθα οἱ σαλευθέντες πίπτουσι καὶ πεσόντες ἐξωθοῦνται, καὶ ἐξωσθέντες οὐκέτι ἐπανελθεῖν δυνήσονται. ἀκολούθως δὲ ταῦτα ἔφη, μετὰ τὸ ὑπογράψαι ὁποῖον ἔσται τὸ τέλος τῶν ἐν τῇ σκέπῃ τοῦ θεοῦ ἠλπικότων, ἐπαναλαμβάνων τὴν μνήμην τοῦ κατ' ἀρχὰς παρανόμου· ὃς ἔφασκεν ἐν ἑαυτῷ τοῦ ἁμαρτάνειν, καὶ τῶν ἐκείνῳ παραπλησίων.

jicitur, *In lumine tuo videbimus lumen.* Hæc quippe vita rationabilem lucem subministrat. Quamobrem dicitur, *Et vita erat lux hominum.* Qui porro hæc acceperint, pro fine, lucis contemplationem obtinebunt.

Prætende misericordiam tuam scientibus te, & justitiam tuam iis qui recto sunt corde. 11.
Nescientibus Deum temporanea misericordia erit: at scientibus te, Salvator, prætende misericordiam tuam & justitiam tuam, qua pro rerum dignitate judicans, aliis secundum opera eorum retribues, aliis promissa tua confirmabis. Pro illo autem, *Et justitiam tuam iis qui recto sunt corde;* Symmachus, *Et misericordiam simplicibus corde,* Symmachi.
edidit. *Non veniat mihi pes superbiæ, & ma-* 12.
nus peccatoris non moveat me. Ibi ceciderunt 13.
qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec poterunt stare. Ne manus & gesta peccatorum obtineam: hæc quippe excutere solent & removere abs te eos qui in tenebras exteriores depelluntur. Pro illo autem, *ibi ceciderunt,* Symmachus edidit, *ubi cadunt* Symmachi.
qui operantur iniquitatem. Ne, inquit, eo in loco sim, quo commoti cadunt, lapsi expelluntur, expulsi regredi non poterunt. Hæc autem consequenter effatur, postquam qui finis erit eorum, qui *in tegmine* Dei speraverint, descripsit, resumta impii, qui initio dicebat *in semetipso ut delinqueret*, hominumque ipsi similium, memoria.

ΤΟΥ ΔΑΥΙΔ. λϛʹ.

Sic mss. ed. vero, τῷ Δαυίδ.

ΜΗ' παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἐκείνῳ εἰσῆγεν τὸν παράνομον παρορμῶντα ἑαυτὸν εἰς ἁμαρτίας, τόν τε βίον ὑπέγραφεν τοῦ τοιούτου καὶ τὸ τέλος τῆς καταστροφῆς αὐτοῦ· ἀκολούθως ἐπὶ τοῦ παρόντος παραινεῖ φεύγειν τοὺς τῶν παρανόμων τρόπους, μηδὲ τὰς ὁμοίους αὐτῶν πράξεις ζηλοῦν. ἐπεὶ δ' ἕτερόν ἐστιν τοῦ ζηλοῦν τὸ παραζηλοῦν· ἐρεῖς ὅτι τὸ ἐρεθίζειν καὶ εἰς ζηλοτυπίαν ἐγείρειν, τοῦτό ἐστι τὸ παραζηλοῦν. ὅθεν ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν. μὴ διαμάχου ἐν πονηρευομένοις· ὁ δὲ Σύμμαχος, μὴ φιλονείκει κακούργοις. νοήσεις δὲ τὸ εἰρημένον καὶ ἀπὸ τοῦ· αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. οὕτω καὶ ὁ ἀπόστολος γράφων Κορινθίοις ἔλεγεν· ἢ παραζηλοῦμεν τὸν κύριον· μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμέν; τὸ δὲ ζηλοῦν τοῦ βούλεσθαι καὶ ἑαυτῷ ὑπάρχειν ὃ

DAVIDIS XXXVI. 1.

NOli æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem. Quia in præcedenti psalmo peccatorem induxerat sese ad peccata concitantem, vitamque ejus, necnon finem exitiumque illius descripserat; consequenter in hoc psalmo hortatur ad declinandos improborum mores, & non æmulanda eorum opera. Quoniam vero aliud est æmulari, aliud zelare; dicas concitare & ad zelotypiam incendere, id esse æmulari. Quare Aquila sic interpretatur, *Ne dimica cum malignantibus;* Symmachus Aquilæ.
vero, *Ne altercare cum maleficis.* Hoc porro Symmach.
dictum ex his intelligas: *Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat Deus, & irritaverunt in idolis suis: & ego provocabo eos in eo qui non est populus, & in gente insipiente irritabo illos.* Apostolus item Corinthiis scribens ita loquitur: *An æmulamur Dominum? Numquid fortiores illo sumus?* Zelus autem seu voluntas cujuspiam, adipiscendi id quod in pro-

Deuter. 32. 21.
1. Cor. 10. 22.

ximo esse arbitratur, bona est. Est alius medius zelus, plerumque talis qualem describit idem Apostolus his verbis, *Æmulantur vos non bene, sed excludere vos volunt.* Invidia sane numquam bona esse queat; nam dolor est de prosperis proximi rebus: zelus vero interdum bonus, uti tradidimus. Hic porro secundum Aquilam, non dimicandum esse cum malignantibus monet; secundum Symmachum, non altercandum cum maleficis; secundum Quintam editionem, non irritari oportere cum malignantibus; secundum vero LXX. Noli æmulari neque concitari, si alios male agentes videas, neque te concitent improbi prospere agentes, ut tu quoque velis rem bene gerere. Ii namque in re prospera & in deliciis agentes te instigant; at tu ne æmuleris neque concicteris, sed neque zelaveris facientes iniquitatem; ne beatos prædices illos, neu putes in bonis versari: nec pari modo rem gerere exoptes.

Gal. 4. 17. — Aquilæ. — Symmachi. — Quintæ. — LXX. int.

2. *Quoniam tamquam fœnum velociter arescent.* Deinde causam aperit, dicens, quia finis illorum talis, qualis fœni exitus est; quod cum aliquantisper floruerit, velociter arescit. Nam *omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos fœni. Exsiccatum est fœnum, & flos decidit.* Sed etiam, *quemadmodum olera herbarum cito decident.* Ne quidem digni sunt qui oleribus in agro cultis comparentur. Quæ causa igitur est cur eos æmulemur, qui cum brevi tempore floruerint, cras in clibanum mittentur, ut docet Salvator?

Hesai. 40. 6. — Matth. 6. 30.

3. *Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in divitiis ejus.*

4. *Delectare in Domino, & dabit tibi omnes petitiones cordis tui.* Postquam superioribus dictis ab æmulatione improborum avocaverat, statim ex opposito rectam regiamque viam proponit, indicans qua sit incedendum. Quapropter ait: Heus tu, sursum aspice, ac universorum moderatorem intuere, atque ipsum spem constitue tuam: bono animo esto, ut magna anchora firmatus. Et mente quidem spem talem capias, operibus autem exsequere *& fac bonitatem;* ut iis ceu jactis tibi seminibus, opimam fructuum copiam percipias. Horumce porro duorum potitus, ne ultra de quopiam anxius esto, *inhabita terram* sine sollicitudine, ac temporaneam hancce vitam, quasi in tabernaculo, brevi exigas: etenim instar bonæ pecudis curante bono pastore pasceris. Nam si quæ insunt hominibus veræ animi divitiæ, quæ in divinis dogmatibus & divinis lectionibus spectantur, iis frueris ita ut dicas: *Dominus pascit me & nihil mihi deerit.* Nihil quippe deerit tibi, si in boni pastoris divitiis pasca-

Psal. 22. 1.

A νομίζῃ τὸ τῶν πέλας παρεῖναι ἀγαθόν. καὶ ἔστι τὸ ζηλοῦν μέσον, πολλάκις γὰρ ὁ ζῆλος τοιοῦτος, περὶ οὗ ὁ αὐτός φησι· ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς, ἀλλ' ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν. φθόνος μὲν οὖν οὐκ ἂν γένοιτό ποτε ἀγαθός· λύπη γάρ ἐστιν ἐπὶ τῇ τοῦ πέλας εὐπραγίᾳ. ζῆλος δέ ἐστιν ὅτε γίνεται ἀγαθὸς, καθὼς ἀποδεδώκαμεν. ἐνταῦθα δὲ ὁ λόγος κατὰ μὲν τὸν Ἀκύλαν, μὴ διαμάχεσθαι ἐν πονηρευομένοις παραινεῖ, κατὰ δὲ Σύμμαχον, μὴ φιλονεικεῖν ἐν κακούργοις, κατὰ δὲ τὴν πέμπτην ἔκδοσιν, μὴ ἐρεθίζεσθαι ἐν πονηρευομένοις. κατὰ δὲ
B τοὺς ο΄. μὴ παροξύνου φησὶ, μηδὲ ἐρέθιζου ὁρῶν ἑτέρους πονηρευομένους· μηδέ σε ἐγειρέτωσαν εὐθηνούμενοι κακοὶ ἐπὶ τὸ καὶ ἐθέλειν ὁμοίως αὐτοῖς εὐπραγεῖν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ εὐθηνούμενοι καὶ τρυφῶντες παραζηλοῦσί σε· σὺ δὲ μὴ παραζήλου μηδὲ παροξύνου· ἀλλὰ μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας ἀνομίαν, μηδὲ μακάριζε αὐτοὺς, καὶ ἐν ἀγαθοῖς εἶναι νόμιζε· μηδ' εὔχου καὶ σαυτὸν ὁμοίως αὐτοῖς πράττειν.

Ὅτι ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται. εἶτα τὴν αἰτίαν διδάσκει λέγων, ὅτι τὸ τέλος αὐτῶν τοιοῦτόν ἐστιν ὁποῖον τὸ τοῦ χόρτου· ὃς
C πρὸς ὀλίγον ἀνθήσας, ταχὺ ἀποξηραίνεται. πᾶσα γὰρ σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου. ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν. ἀλλὰ καὶ ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται, οὐδὲ γεωργουμένοις λαχάνοις ἄξιοι εἰσὶ παραβάλλεσθαι. τί οὖν ἄξιον ζηλοῦν τούτους, οἳ πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες, αὔριον εἰς κλίβανον βάλλονται, ὡς ἐδίδαξεν ὁ σωτήρ; ἔλπισον ἐπὶ κύριον καὶ ποίει χρηστότητα καὶ κατασκήνου τὴν γῆν καὶ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτῆς. κατατρύφησον τοῦ κυρίου καὶ δώῃ σοι πάντα τὰ αἰτή-
D ματα τῆς καρδίας σου. ἀποστρέψας τοῦ ζήλου τῶν πονηρῶν διὰ τῶν προτέρων, αὐτὸς ἐκ παραλλήλου τὴν ὀρθὴν καὶ βασιλικὴν ὁδὸν ὑποτίθησιν, δεικνὺς ὁποίαν χρὴ βαδίζειν. διό φησιν· ἄνω βλέπε ὦ οὗτος, ἀφορῶν εἰς τὸν τῶν ὅλων κυβερνήτην, καὶ αὐτὸν σεαυτοῦ ἐλπίδα θέμενος· θάρσει ὡς ἐπὶ μεγάλην ἄγκυραν ἡδρασμένος. καὶ τῇ μὲν τῆς διανοίας σου ταύτην ἐχέτω τὴν ἐλπίδα· ταῖς δὲ πράξεσιν ἐργάζου καὶ ποίει χρηστότητα, ὡσανεὶ σπέρματα σαυτῷ βαλλόμενος εἰς ἀγαθὴν καρπῶν συγκομιδήν. ταῦτα δὲ τὰ δύο κτησάμενος, μηκέτι
E περί τινος ἀγωνία. κατασκήνου τὴν γῆν ἀμερίμνως, καὶ τὴν πρόσκαιρον ταυτηνὶ ζωὴν ὥσπερ ἐν σκηνῇ πρὸς ὀλίγον ἕως διάγε. ποιμανθήσῃ γὰρ δίκην θρέμματος ἀγαθοῦ ὑπὸ ποιμένι καλῷ ποιμαινόμενος. εἰ γάρ τις ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις ἀληθινὸς ψυχῆς πλοῦτος, ὁ ἐν θείοις δόγμασι καὶ τοῖς τῶν θείων ἀναγνωσμάτων μαθήμασι, τούτων ἀπολαύσεις, ὥστε λέγειν· κύριος ποιμαίνει με καὶ οὐδέν με ὑστερήσει. οὐδὲν γάρ σε ὑστερήσει ποιμαινόμενον ἐν τῷ πλούτῳ τοῦ καλοῦ ποιμένος, τῷ δι-

δωρημάτων τοῖς ἐπὶ γῆς ποιμαινομένοις ἀνθρώποις. ἀντὶ δὲ τοῦ, καὶ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτῆς· ὁ Σύμμαχος, καὶ ποιμαίνου διηνεκῶς, ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Ἀκύλας, καὶ νέμου πίστιν. εἶθ' ὥσπερ τῶν πονηρευομένων καὶ τῶν ποιούντων τὴν ἀνομίαν ὑπέγραψε τὸ τέλος· οὕτως καὶ σοὶ τῷ ἐλπίζοντι ἐπὶ τὸν κύριον καὶ ποιοῦντι χρηστότητα ὁπόσα ὑπάρξει ἀγαθὰ καταριθμεῖται· πρῶτον μὲν γὰρ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ τῷ ἀληθινῷ τοῦ καλοῦ ποιμένος· δεύτερον, κατατρυφήσεις τοῦ κυρίου, καὶ τρίτον, δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου. κατατρυφᾶν δὲ τοῦ κυρίου δυνήσεται ὁ τῆς ψυχῆς τὰ αἰσθητήρια κεκαθαρμένος, ὡς δύνασθαι ἐσθίειν τὸν ζῶντα ἄρτον καὶ τὰς ζωοποιοὺς αὐτοῦ σάρκας, πίνειν τε τὸ σωτήριον αὐτοῦ αἷμα. τούτοις τρεφόμενος καὶ πιαινόμενος, τῆς ἐνθέου μέθης ἀπολαύων, κατατρύφησον τοῦ κυρίου, καὶ δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου. ἤδη μὲν γὰρ ἐντεῦθεν κατατρυφήσει ἐθελήσας σε αὐτὸν ἐπιδοῦναι αὐτῷ. αἴτει δὲ αὐτὸν καὶ τὰ μέλλοντα, ὧν προσδοκᾷς τὴν λῆψιν. ὁ γὰρ τὰ παρόντα δεδωκὼς ἀφθόνως, δωρήσεται καὶ ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ οὖς ἤκουσεν, οὐδ' ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη.

Ἀντὶ δὲ τοῦ, ὑποτάγηθι τῷ κυρίῳ, καὶ ἱκέτευσον αὐτόν, ὁ Ἀκύλας φησίν· σίγησον τῷ κυρίῳ, καὶ ἀποκαραδόκει αὐτόν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἡσύχαζε τῷ κυρίῳ καὶ ἱκέτευε αὐτῷ. τὰ γὰρ προλεχθέντα πράττοντα, καὶ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἐλπίζοντα, ἡσυχάζειν προσήκει τέως ἐν τῷ παρόντι, καὶ μετὰ σιωπῆς προσδοκᾶν τὰ ἐπηγγελμένα. μὴ παραζήλου ἐν τῷ κατευοδουμένῳ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ, ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίας. παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς καὶ ἐγκατάλειπε θυμόν, μὴ παραζήλου ὥστε πονηρεύεσθαι. ὅτι οἱ πονηρευόμενοι ἐξολοθρευθήσονται, οἱ δὲ ὑπομένοντες τὸν κύριον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι γῆν. ἐπαναλαμβάνει τὸν λόγον ἀναγκαίως. ἐπεὶ γὰρ ἔγνως φησὶν ὁποῖός σοι πλοῦτος τεταμίευται, μὴ παραζήλου ἐν τῷ νομιζομένῳ κατὰ τὸν παρόντα βίον κατευοδοῦσθαι ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίας· μὴ γὰρ παροξύνου, μηδὲ μακάριζε τὸν τοιοῦτον, ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι μένει αὐτὸν ὀργὴ ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ. διὸ σὺ μὴ ὀργίζου, μηδὲ θυμοῦ κατὰ τοῦ νομιζομένου εὐθυνεῖν ἀσεβοῦς, μηδὲ ζήλου αὐτὸν ὡς καὶ θέλειν τὰ ὅμοια αὐτῷ πονηρεύεσθαι. εὖ γὰρ ἴσθι καὶ πέπεισο ἀκριβῶς ὅτι τὸ τέλος τῶν πονηρευομένων ὀλέθριον τυγχάνει. οἱ γὰρ πονηρευόμενοι ἐξολοθρευθήσονται, μόνοι δὲ οἱ μακρόθυμοι καὶ ὑπομένοντες τὸν κύριον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. εἴ τις γὰρ ἐστὶ γῆ ἀγαθὴ τοῖς ἁγίοις ἐπηγγελμένη, ταύτην κληρονομήσουσιν οἱ ὑπομένοντες τὸν κύριον. μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων τῶν κατηριθμημένων ἀγαθῶν, καὶ αὐτοῖς αὐτὸς δοθήσεται ὁ κλῆρος.

ris, quæ erogantur hominibus in terra pascentibus. Pro illo autem, *Et pasceris in divitiis ejus*, Symmachus, *Et pascere assidue*; Aquila, *Et pascere fide*, ediderunt. Sub hæc autem, quemadmodum improborum & operantium iniquitatem finem descripsit; sic quanta tibi in Dominum speranti, ac bonitatem facienti eventura bona sint, enumerat. Nam primo in veris boni pastoris divitiis pasceris; secundo, delectaberis in Domino; tertio, dabit tibi petitiones cordis tui. Delectari autem in Domino valebit, quisquis animæ sensibus puris purgatisque fuerit, ita ut panem vivum ac vivificas carnes ejus edere possit, ac salutarem ejus bibere sanguinem. His enutritus & impinguatus, divina fruens ebrietate, *delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Jam enim ille quoque delectabitur, quod percupiat ut ipsi te dedas. Postula item ab eo ut ea quæ futura exspectas dona accipias. Nam qui præsentia affatim elargitus est, ea obtinebit quæ *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit.*

Symmachi. Aquila. 1. Cor. 2. 9.

Pro eo autem, *Subditus esto Domino, & ora eum*, Aquila ait, *Sile Domino, & exspecta eum*; Symmachus vero, *Quiesce Domino, & supplica ipsi.* Enimvero par est eum qui superius memorata peragit, & in prædictis spem habet, quiescere dum in hac vita versatur, & cum silentio promissa exspectare. 7. Aquilæ. Symmachi.
Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente injustitias. Desine ab ira & derelinque furorem, noli æmulari ut malignaris. 8.
Quoniam qui malignantur exterminabuntur, sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram. 9.
Sermonem necessario repetit. Quia, inquit, nosti qualis tibi thesaurus reconditus sit, noli æmulari hominem iniquitati deditum, qui in præsenti vita rem prospere agere putatur; ne stimulere, neu hujusmodi hominem beatum pronunties, cum probe noris ipsi repositam iram in die iræ & justi judicii Dei. Quamobrem noli irritari aut furore incendi contra impium, qui feliciter rem agere existimatur, neque æmuleris ipsum ut paria scelera edere exoptes; bene siquidem nosti ac persuasum plane habes, improborum finem exitiosum esse. *Nam qui malignantur exterminabuntur*, ac soli patientes & *sustinentes Dominum, ipsi hæreditabunt terram.* Si qua enim terra est sanctis viris promissa, hanc hæreditabunt qui sustinent Dominum, qui cum aliis enumeratis bonis in hæreditatem illis dandus est. Quod si in cœlis Jerusalem

εἰ δ' ἔστιν ἐν οὐρανοῖς Ἱερουσαλὴμ καὶ Σιὼν ὄρος τοῦ

& Sion mons Dei cœlestis adsit, terram item cœlestem dignis promissam putandum est.

10. *Et adhuc pusillum, & non erit peccator*, &c. Hic superius dicta interpretatur, illud scilicet, *Quoniam tamquam fœnum velociter arescent, & quemadmodum olera herbarum cito decident*, his explicat, *Adhuc pusillum, & non erit peccator; & quæres locum ejus, & non invenies*: illud vero, *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*, his apertius
11. enarrat, *Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis*. Quo pacto autem in Domino quis delectabitur, declarat ipse dum ait, penes eum multitudinem pacis esse, qua multa pace fruentur ii qui in Domino delectati fuerint. His porro docetur, aliam bonam terram esse, mansuetis destinatam: ac delectationem, multitudinemque pacis in futuram vitam remittit. Non ignorabat enim justis perinde atque peccatoribus in hac vita moriendum esse, ita ut de illis quoque dici possit, Adhuc pusillum, & non erit justus; & quæres locum ejus, & non invenies: nam illi quoque moriuntur quemadmodum & peccatores. Neque de hac terra sic loquutus est, *Mansueti hæreditabunt terram*; cum probe sciret Moysen omnium mitissimum, olim de medio hominum sublatum ab hac terra demigrasse.

12. *Observabit peccator justum, & stridebit super eum dentibus suis*, &c. Impiorum contra justos insultus amborumque finem describit. Cum peccator, inquit, non satis esse sibi scelera sua putet, justum cernens religiose viventem, id ferre nequit, quia vitam ejus improbitatis suæ vituperationem esse arbitratur: quare ait, Vel visu solo onerosus nobis est, ideoque observat eum ut dejiciat. Verum justus nihil pensi habet, neque novit quæ clam contra se struuntur machinamenta. Dominus vero omnium inspector, ejus qui talia meditatur ruinam prospiciens, consilia ejus deridet. Et hactenus quidem nihil aliud agit quam ridere hominem talia frustra cogitantem. Cum autem peccator ad facinora progreditur, acuitque gladios, ut insidias paret ad necem ei, qui propter Deum inopiam paupertiemque amplexus ac summæ philosophiæ deditus est, inferendam; tum Dominus qui olim deridebat eos, gladium vertit in corda ipsorum, & arcus impiorum contra justum paratos confringit. Non jam cogitationes eorum deridens invadet eos, sed promerita illis ultione utetur. Quod autem hæc non mera verba sint, sed res gestæ ac ipso opere

θεοῦ τὸ ἐπουράνιον, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ γῆν ἐπουράνιον νοεῖν τὴν ἐπηγγελμένην τοῖς ἀξίοις.

Καὶ ἔτι ὀλίγον καὶ οὐ μὴ ὑπάρξῃ ἁμαρτωλός. διερμηνεύει τὰ ἀνωτέρω λελεγμένα, τὸ μὲν, ὅτι ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται, καὶ ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται, διὰ τοῦ, ἔτι ὀλίγον καὶ οὐ μὴ ὑπάρξῃ ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ ζητήσεις τὸν τόπον αὐτοῦ καὶ οὐ μὴ εὕρῃς· τὸ δὲ, κατατρύφησον τοῦ κυρίου, καὶ δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου, σαφέστερον ἀποδίδωσι διὰ τοῦ, οἱ δὲ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν, καὶ κατατρυφήσουσιν ἐπὶ πλήθει εἰρήνης. πῶς γάρ τις κατατρυφήσει τοῦ κυρίου παρίστησιν, πλῆθος εἰρήνης παρ' αὐτῷ εἶναι λέγων· οὗ πλήθους εἰρήνης ἀπολαύσουσιν οἱ τοῦ κυρίου κατατρυφήσαντες. διὰ τούτων δὲ ὁ λόγος σαφῶς ἑτέραν τινὰ γῆν ἀγαθὴν τὴν τοῖς πραέσιν δοθησομένην διδάσκει, καὶ τρυφὴν καὶ πλῆθος εἰρήνης εἰς μέλλουσαν ἀναπέμπει ζωήν. οὐ γὰρ ἠγνόει ὅτι ὁμοίως τοῖς ἁμαρτωλοῖς κατὰ τὸν παρόντα βίον καὶ οἱ δίκαιοι τελευτήσουσιν, ὡς δύνασθαι καὶ περὶ αὐτῶν λέγεσθαι τό· ἔτι ὀλίγον καὶ οὐ μὴ ὑπάρξῃ ὁ δίκαιος, καὶ ζητήσεις τὸν τόπον αὐτοῦ καὶ οὐ μὴ εὕρῃς. τελευτῶσι γὰρ ὁμοίως τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ αὐτοί· οὐκ ἂν δὲ εἶπεν περὶ τῆς παρούσης γῆς τόδε· οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν, σαφῶς ὁρῶν τὸν πάντων πραότατον Μωϋσέα, πάλαι ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον καὶ τῆς παρούσης γῆς ἀπηλλαγμένον.

Παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον, καὶ βρύξει ἐπ' αὐτὸν τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ. τάς τε ἀσεβῶν τὰς κατὰ τῶν δικαίων ἐπαναστάσεις, καὶ ἀμφοτέρων τῶν ταγμάτων τὰ τέλη. μὴ γὰρ ἀρκούμενος φησὶ, τοῖς ἑαυτοῦ πλημμελήμασιν ὁ ἁμαρτωλὸς, οὐ φέρει βλέπων τὸν δίκαιον θεοσεβοῦντα· ἔλεγχον γὰρ τὸν ἐκείνου βίον τῆς ἑαυτοῦ μοχθηρίας ἡγεῖται. διὸ λέγει βαρύς ἡμῖν ἐστι καὶ βλεπόμενος· ὅθεν ἐπιτηρεῖ ὅπως αὐτὸν καταβάλῃ. ἀλλ' ὁ μὲν δίκαιος οὐ παρεξαπατεῖται, οὐδὲ γινώσκει τὰ λαθραίως κατ' αὐτοῦ μηχανώμενα. ὁ δὲ πανεπόπτης κύριος, προορῶν τὴν τοῦ ταῦτα διανοουμένου πτῶσιν, τῶν λογισμῶν αὐτοῦ καταγελᾷ. καὶ τέως μὲν πλέον οὐδὲν ἢ γελᾷ ἐπ' αὐτῷ μάτην τοιαῦτα λογιζομένῳ. ἐπειδὰν δ' ἐπὶ τὰ ἔργα χωρῇ, ἀκονήσας ἑαυτοῦ τὰ ξίφη ὡς μέχρι θανάτου ἐπιβουλεῦσαι τῷ τὴν διὰ θεὸν πτωχείαν καὶ πενίαν ἀνειληφότι, καὶ τὴν ἄκραν κατορθοῦντι φιλοσοφίαν, τὸ τηνικαῦτα στρέφει τὴν αὐτῶν ῥομφαίαν κατὰ τῆς αὐτῶν καρδίας ὁ πάλαι καταγελῶν αὐτῶν κύριος, καὶ τὰ κατὰ τοῦ δικαίου τόξα τῶν ἀσεβῶν συντελεῖ. μετελεύσεται γὰρ αὐτοὺς οὐδ' ἔτι γελῶν ἐφ' οἷς διανοοῦνται· ἀλλὰ τῇ δίκῃ τῇ προσηκούσῃ κατ' αὐτῶν χρώμενος. ταῦτα δὲ ὅτι μὴ λόγοι τυγχάνουσιν, ἀλλ' ἔργα ἀληθῆ μαρτυρούμενα

ὑπὸ αὐτῆς ἐνεργείας, καὶ ἡμῖν αὖθις τοῖς ταῦτα νυνὶ διεξιοῦσιν ἡ πεῖρα τῶν ἔργων ἐπιστώσατο. ὀφθαλμοῖς γοῦν παρειλήφαμεν ὡς οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμῶν διωγμοῖς ῥομφαίαν ἐσπάσαντο κατὰ τῶν δικαίων, καὶ ὡς ἐνέτειναν τὰ τόξα αὐτῶν τοῦ καταβαλεῖν πένητα καὶ πτωχὸν, καὶ τοῦ σφάξαι τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, καὶ ὡς ἔπραξαν καὶ κατέβαλον καὶ ἀνεῖλον ποικίλοις τρόποις θανάτων τοὺς κατὰ θεὸν ἀνδρισαμένους ἁγίους μάρτυρας. ὥσπερ δὲ ταῦτα ἱστορήσαμεν, οὕτω καὶ τὴν μετελθοῦσαν αὐτοὺς τοῦ θεοῦ δίκην τεθεάμεθα, τοιαύτην γενομένην ὡς μὴ ἁμαρτεῖν τὸν φήσαντα ἀληθῶς· τὴν ῥομφαίαν αὐτῶν εἰσεληλυθέναι εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντετρῖφθαι.

Κρεῖσσον ὀλίγον τῷ δικαίῳ. οὐ προείρηται μόνον, ἀλλὰ δι' ἔργων ἀποπεπλήρωται, καὶ τὸν ἄλλον δὲ χρόνον. ὁ μὲν δίκαιος πτωχεύων, ἀρκεῖται τῷ ὀλίγῳ· δεδιδαγμένος ἐν προσευχῇ λέγειν· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς πλούτῳ περιρρεόμενος, ἀγαθοῦ τινος ἀπόλαυσιν νομίζει· ἀλλ' ἐγὼ φησὶν εὖ οἶδα, διδάσκω δὲ καὶ ἑτέρους· ὅτι πολλῷ βελτίων ἐστὶν ὁ δίκαιος τὸν ἐφήμερον ἄρτον παρὰ τοῦ θεοῦ λαμβάνων, τοῦ τῶν ἁμαρτωλῶν πλούτου. εἰ δ' ἐρωτᾷς τὴν αἰτίαν μάνθανε. ὅτι ὁ μὲν ὀλίγῳ ἀρκούμενος ἔχει τὸν κύριον ὑποστηρίζοντα αὐτοῦ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν ζωὴν, καὶ τὸν βίον, ὑπὲρ πάντα τε πλοῦτον ἐπαρκοῦντα αὐτῷ. οἱ δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν βραχίονες οὐ διαμένουσιν ἰσχυροὶ, οὐδὲ ὁ πλοῦτος αὐτῶν βέβαιος. συντριβήσονται γὰρ ὅσον οὐδέπω γενόμενοι ὡσεὶ λάχανα χλόης καὶ ὡσεὶ χόρτος ἀποξηρανούμενοι.

Γινώσκει κύριος τὰς ὁδοὺς τῶν ἀμώμων, καὶ ἡ κληρονομία αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται. οὐ καταισχυνθήσονται ἐν καιρῷ πονηρῷ, καὶ ἐν ἡμέραις λιμοῦ χορτασθήσονται, ὅτι οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπολοῦνται. ὅτι τοῦ δεξιοῦ τάγματος, λέγω δὲ τῶν δικαίων οὐ μόνον ὑποστηρίζει ὁ θεὸς τὴν ζωὴν, ἀλλὰ καὶ τὰς περιμενούσας αὐτοὺς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἡμέρας ἀκριβῶς οἶδεν, τήν τε ἡτοιμασμένην αὐτοῖς κληρονομίαν, περὶ ἧς ἀνωτέρω ἐλέχθη· διὸ οὐδὲν αὐτοὺς καταβλάψει τὸ βραχὺ, καὶ λυπηρὸν τοῦ παρόντος βίου, καὶ τὸ πένεσθαι καὶ πτωχεύειν διὰ τὸν κύριον. γυμνάσιον γὰρ αὐτοῖς ἐστὶ τῆς προαιρέσεως ἡ καρτερία, δι' ἧς τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύοντες, τεύξονται τῶν ἐπηγγελμένων. ἀντὶ δὲ τοῦ, γινώσκει, ὁ Σύμμαχος, προοίδεν ὁ κύριος τὰς ἡμέρας τῶν ἀμώμων, ἐξέδωκεν. καὶ ἄλλο δὲ μέγα ὑπάρξει τούτοις. ἐν γὰρ καιρῷ πονηρῷ οὐ καταισχυνθήσονται, καὶ ἐν ἡμέραις λιμοῦ χορτασθήσονται. καιρὸς δὲ πονηρός ἐστιν ὁ τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὀργῆς, ἐν ᾧ οἱ μὲν τῆς δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ πειραθήσονται, οἱ δὲ τοῦ δεξιοῦ τάγματος

A comprobatæ, nobis qui hæc enarramus vel ipsa experientia commonstravit. Ipsis igitur oculis percepimus, peccatores in persequutionibus in nos excitatis adversus justos gladium eduxisse, arcusque suos intendisse ut dejicerent pauperem & inopem, & ut trucidarent rectos corde; idipsumque præstitisse: sanctos martyres pro Deo fortiter agentes dejecisse & multiplici mortis genere sustulisse. Ut autem hæc vidimus, ita & ultionem Dei ipsos invadentem suspeximus, quæ talis utique fuit, ut nihil aberraverit is B qui dixit, gladium eorum infixum in corda ipsorum, & arcus eorum confractos esse.

Melius est modicum justo, &c. Hæc non 16.
modo prænuntiata fuere, sed & aliis temporibus opere completa. Justus quidem pauperem agens vitam paucis contentus est, ad hæc in oratione proferenda institutus, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* *Luc. 11. 3.*
Peccator autem divitiis affluens, se bono frui arbitratur. At probe novi, inquit, idque C cæteros doceo, multo præstantiorem justum, qui quotidianum à Deo panem accipit, peccatorum divitiis esse. Quod si causam percunteris, ediscas licet: quia ille quidem paucis contentus, Dominum habet qui animam & vitam ejus fulciat, ipsique plusquam omnes divitiæ sufficiat: at peccatorum brachia non robusta manent, neque divitiæ eorum firmæ sunt; propediem enim conterentur quasi olera herbarum, & tamquam fœnum arescent.

D *Novit Dominus vias immaculatorum, &* 18.
hæreditas eorum in æternum erit. Non confun- 19.
dentur in tempore malo, & in diebus famis 20.
saturabuntur, quia peccatores peribunt. Quia eorum qui in dextro ordine sunt, id est justorum, non modo vitam fulcit Dominus; sed etiam dies, qui ipsos in futuro sæculo exspectant, accurate novit, atque paratam illis hæreditatem, de qua superius dictum est. Quare nocumenti nihil adferet ipsis præsentis vitæ brevitas ac tristitia, & pauperies inopiaque quam pro Domino am- E plexi sunt. Nam eorum propositi & voluntatis exercitatio fuit tolerantia, qua in angusta arctaque via incedentes, promissa consequentur. Pro illo autem, *novit*, Symmachus, *Prævidit Dominus dies immaculatorum,* *Symmachi.*
interpretatus est. Aliudque magnum bonum ipsis obveniet; nam *in tempore malo non confundentur, & in diebus famis saturabuntur.* Malum tempus, id est, tempus iræ adversus impios, quo illi quidem justum Dei judicium experientur; qui vero in dex-

tro ordine sunt, gloriam, honorem & incorruptionem obtinebunt, ut qui vitam æternam quæsierint. Imo vero statuto tempore justi, divino alimento potiti, saturabuntur; peccatores autem fame & egestate rationabilis cibi peribunt. Quis autem oculis contemplatus impios qui ævo nostro ex divitiis, gloria & dignitatibus in admiratione fuere, in multasque gentes imperium obtinuere, repente ab hac celsitudine lapsos, non fateatur verum esse oraculum hujusmodi: *Inimici vero Domini, mox ut honorificati fuerunt & exaltati, deficientes quemadmodum fumus defecerunt?* Fumus exstincti ignis signum est: quare hi qui tempore suo ardentes ignis instar, deinde exstincti sunt, similiter in exemplum habentur.

21. *Mutuatur peccator, & non solvet: justus autem miseretur & tribuet.* Ille cum nihil possideret, multosque à viro justo utiles salutaresque sermones mutuo acciperet, aut à Deo beneficiis ornaretur, debitum non solvit. Nam adjutum, oportuit opera ac gesta acceptis digna exhibere. At ille non solvit, manetque justitiæ operibus vacuus. Justus vero divitiis quæ secundum Deum sunt affluens, miseretur & tribuit egentibus. Sed etiam qui justo benedicunt, ejus cohæredes

22. erunt. Eam enim ipsam supernam hæreditatem, quæ justo promissa fuit, benedicentibus justum etiam pollicetur. Quæ consonant oraculo Abraham spectanti, ac dicenti:

Genes. 12. 3. *Et benedicam benedicentes te.* Illud autem,

Ibid. *Maledicentes autem ei disperibunt*, adfine est huic ad Abrahamum dicto, *& maledicentibus tibi maledicam.* Quemadmodum enim qui lapidem sursum jacit, sic qui maledictis justum impetit, quia non potest justo maledictum hærere, retortum in se maledicus excipiet.

23. *Apud Dominum gressus hominis dirigentur.* Præter supra memorata, hæc etiam homini Dei adsunt: vias ejus Deus complanat, ita ut vita ejus feliciter elabatur; ac sine ullo obice is religiose agit, à nemineque supplantatur, propter eum qui gressus ejus dirigit, *& viam ejus volet*, quia illam approbatione dignam parat; ita ut ideo dicatur,

24. *& viam ejus volet. Cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.* Si quando contingat eum labi & in tentatione cadere, ac impingentem in peccatum quodpiam ruere, non collidetur tamen; sed ut generosus athleta, cum vim perpessus aliquantum cesserit, confestim sese recipiet.

25. *Junior fui, etenim senui, & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens pa-*

ἀπολείψονται δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν, ζητοῦντες ζωὴν αἰώνιον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν ἐσῶτα καιρὸν, οἱ μὲν δίκαιοι τῆς ἐνθέου τροφῆς ἀπολαύοντες χορτασθήσονται· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ λιμῷ καὶ ἐνδείᾳ λογικῆς τροφῆς ἀπολοῦνται. τίς δὲ ὀφθαλμοῖς παραλαβὼν τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀσεβεῖς πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ ἀξιώμασι θαυμασθέντας, μεγάλων τε ἐθνῶν ἄρξαντας, ἀθρόως ἐκπεσόντας τοῦ ὑψώματος, οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν ἀληθῆ τυγχάνειν τὸ φῆσαν λόγιον· οἱ δ' ἐχθροὶ τοῦ θεοῦ ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτοὺς καὶ ἐπαρθῆναι ἐκλιπόντες ὡσεὶ καπνὸς ἐξέλιπον. καπνὸς δὲ πυρὸς σβεσθέντος σημεῖον, διὸ καὶ τούτους καιρῷ φλέξαντας πυρὸς δίκην, κἄπειτα ἀποσβεσθέντας, ὁμοίως ἐν τῷ παραδείγματι. * * * * Textus deficere videtur.

Δανείζεται ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ οὐκ ἀποτίσει, ὁ δὲ δίκαιος οἰκτείρει καὶ διδοῖ. μηδὲν κεκτημένος, παρὰ τοῦ δικαίου πολλάκις δανειζόμενος λόγους ὠφελίμους καὶ σωτηρίους, ἢ παρὰ τοῦ θεοῦ εὐεργεσίας τυγχάνων, οὐκ ἀποτίννυσι τὴν ὀφειλήν. δέον γὰρ ὠφεληθέντα ἔργα καὶ πράξεις παρασχεῖν ἀξίας ὧν εἴληφεν. ὁ δὲ οὐκ ἀποτίννυσιν, μένει δὲ ἄκαρπος τῶν τῆς δικαιοσύνης ἔργων. ὁ δὲ δίκαιος πλουτῶν ἐν τῷ κατὰ θεὸν πλούτῳ, οἰκτείρει καὶ παρέχει τοῖς δεομένοις. ἀλλὰ καὶ οἱ τὸν δίκαιον εὐλογοῦντες συγκληρονόμοι αὐτοῦ γενήσονται. ἣν γὰρ ἐπηγγείλατο ἀνωτέραν τοῖς δικαίοις κληρονομίαν ὁ λόγος, ταύτην αὐτὴν καὶ τοῖς εὐλογοῦσι τὸν δίκαιον ὑπισχνεῖται, ἀκολούθως τῷ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ χρησμῷ φήσαντι· καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε. τὸ δὲ, καὶ οἱ καταρώμενοι αὐτὸν ἐξολοθρευθήσονται, ὅμοιον ἂν εἴη τῷ λελεγμένῳ πρὸς τὸν Ἀβραάμ· καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι. ὥσπερ γὰρ ὁ βάλλων λίθον εἰς ὕψος, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἑαυτοῦ βάλλει· οὕτως ὁ κατάραις βάλλων τὸν δίκαιον διὰ τὸ μὴ δύνασθαι κατάραν ἵστασθαι κατ' αὐτοῦ, ἀντιστρέφουσαν αὐτὴν εἰς ἑαυτὸν λήψεται.

Παρὰ κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται. πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ ταῦτα ὑπάρχει τῷ τοῦ θεοῦ ἀνθρώπῳ· τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ ἐξομαλίζει ὁ θεὸς, ὥστε εὐροεῖν αὐτοῦ τὸν βίον, καὶ ἀπαραποδίστως θεοσεβεῖν, μηδενὸς ὑποσκελίζοντος διὰ τὸν κατευθύνοντα αὐτοῦ τὰ διαβήματα καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει· ἀποδοχῆς ἀξίαν ποιοῦντα· ὥστε λέγεσθαι, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει. ὅταν πέσῃ οὐ καταῤῥαχθήσεται, ὅτι κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτοῦ. εἰ δὲ καὶ πεσεῖν αὐτόν ποτε ὀλισθήσαντα συμβῇ, καὶ ἐν πειρασμῷ γενόμενος ὀλισθήσειεν, ὀκλάσαι τε ὑποπέσοι τινὶ ἁμαρτήματι, ἀλλ' οὐ καταῤῥαχθήσεται· οἷα δὲ γενναῖος ἀθλητὴς ἐκβιασθεὶς καὶ πρὸς ὀλίγον ἐνδοὺς, παραχρῆμα ἑαυτὸν ἀναλήψεται.

Νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ,

[a] Drusius hanc ut quintæ editionis lectionem adfert, his verbis ἐπεπώμασας ἡμῖν. Aquilæ vero lectio apud Drusium sic habet, καὶ ἐπεκάλυψας ἡμᾶς ἐν σκιᾷ θανάτου.

dimus. Horum tu judex es: nosti enim absA condita cordis & cogitationes, in quibus versantes, quotidie pietatis causa morte adficimur. Nam qui in singulis tentationibus in proposito habuit mortem pro veritate subire, is sane quod ad virtutem propositi obiit. Id quoque Apostolus dicebat, quoniam frequentes erant, ac subinde repetitæ persequutiones, & vexationes mortem ipsi minitantes; ille vero in singulis tentationibus paratus erat ad firmiter concertandum usque ad mortem, ideo jure se quotidie mori dicebat. Eadem itaque mente illi quondam B prophetæ Dei præsentibus dictis hæc significabant: In absconditis nostris occidebamur quotidie; imo vero *æstimati sumus sicut oves occisionis.* Nam cum semel quasi in sacrificium pro universo populo nos obtulerimus, mente ac proposito immolati sumus, ut tu ipse Deus testificaris: solus namque nosti abscondita cordis. Quoniam igitur tanta perpessi sumus, merito cum fiducia te ad nos convertimus, & excitamus quasi dormientem, dicimusque,

23. *Quare obdormis, Domine? Exsurge & ne repellas in finem;* sive seC

Symmachi. cundum Symmachum, *Quare velut obdormiens es, Domine? Expergiscere & ne rejicias in finem.* Etiamsi enim ob peccata populi ex parte repuleris, at rogamus ne in finem rejicias; sed bona opera nostra pro universo populo accipias. Atque observandum est, his dualitatem personarum adumbrari.

24. *Quare faciem tuam avertis, oblivisceris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ?*

Symmachi. Symmachus: *Quare faciem tuam abscondis, oblivisceris afflictionis nostræ & tribulationis?* Abscondis & avertis faciem tuam, Deus, ne videas turD pia illa & indecora, adspectu tuo aliena. Sed quia nos in recte factis, ut dictum est, fiduciam habemus, *quare faciem tuam abscondis?* Et cum tot malis pietatis causa adficiamur & opprimamur, *quare oblivisceris afflictionem nostram?* sive *inopiam*, secundum Septuaginta interpretes. Licet enim, isthæc bona opera, magna quod ad nos spectat habenda sint; verum quantum ad te,

6 omnia egena, modica & minima sunt. Verumtamen quia respectu nostri magna sunt, ideo supplicamus tibi ut ne inopiæ obliviscaris E nostræ, utque afflictionis, quam tui causa per-

25. pessi sumus, recorderis. Et *quia humiliata est in pulvere anima nostra*, rogamus infirmitatibus nostris ignoscas. Aliàs quoque ipsis ver-

Psal. 102. 15. bis Deum obsecrat dicens: *Recordare quoniam pulvis sumus: homo sicut fœnum dies ejus.* Imo etiam *adhæsit terra venter noster.* Oportuisset

σαντες καὶ τούτων σὺ κριτὴς τυγχάνεις. οἶσθα δὲ καὶ τὰ κρύφια τῆς καρδίας καὶ τοὺς λογισμοὺς αὐτοὺς, ἐν οἷς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἕνεκα τῆς εὐσεβείας θανατούμεθα. ὁ γὰρ τῇ προθέσει λογισάμενος ἐφ' ἑκάστῳ πειρασμῷ τὸν ὑπὲρ ἀληθείας ἀναδέξασθαι θάνατον, δυνάμει ὁ τοιοῦτος τέθνηκεν. καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ τοῦτο ἔλεγεν, ἐπειδὴ συνεχεῖς ἦσαν καὶ ἐπάλληλοι διωγμοὶ καὶ οἱ περισπασμοὶ θάνατον ἀπειλοῦντες αὐτῷ. ὁ δὲ καθ' ἕκαστον πειρασμὸν παρεσκεύαστο ἐνστατικῶς μέχρι θανάτου ἀγωνίσασθαι· διὸ εἰκότως καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκειν ἔλεγεν. ταύτῃ οὖν τῇ διανοίᾳ καὶ οἱ πάλαι τοῦ θεοῦ προφῆται διὰ τῶν προκειμένων ταῦτα ἔφασκον· ἐν γὰρ τοῖς κρυφίοις ἡμῶν ἐθανατούμεθα πᾶσαν ἡμέραν. ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς· ἅπαξ γὰρ ἑαυτοὺς παραδεδωκότες ὥσπερ εἰς θυσίαν ἀντὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, τῷ λογισμῷ καὶ τῇ προθέσει ἐσφαγιάσθημεν, ὡς αὐτὸς σὺ ὁ θεὸς μαρτυρεῖς· μόνος γὰρ γινώσκεις τὰ κρύφια τῆς καρδίας. ἐπεὶ τοίνυν τοσαῦτα πεπόνθαμεν, εἰκότως μετὰ παῤῥησίας ἐπιστρέφομέν σε πρὸς ἡμᾶς καὶ διεγείρομεν ὥσπερ καθεύδοντα καὶ φαμέν· ἵνα τί ὑπνοῖς κύριε; ἀνάστηθι καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος. ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· ἵνα τί ὡς ὑπνῶν εἶ δέσποτα; ἐξυπνίσθητι καὶ μὴ ἀποβάλῃς εἰς τέλος. εἰ γὰρ καὶ ἐκ μέρους ἀπώσω διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ· ἀλλ' ἱκετεύομεν μὴ εἰς τέλος ἀπώσασθαι, τὰ δ' ἡμέτερα παραδέξασθαι κατορθώματα ὑπὲρ τοῦ παντὸς λαοῦ. ἐπισημήνασθαι δὲ δεῖ ὅτι [a] δυάδα προσώπων ὁ λόγος ᾐνίξατο.

Ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου ἀποστρέφεις; ἐπιλανθάνῃ τῆς πτωχείας ἡμῶν καὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν; Σύμμαχος· ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου κρύπτεις, ἐπιλανθάνῃ τῆς κακώσεως ἡμῶν καὶ θλίψεως; κρύπτεις μὲν τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ὁ θεὸς καὶ ἀποστρέφεις πρὸς τὸ μὴ βλέπειν τὰ αἰσχρὰ καὶ ἀπρεπῆ καὶ τῆς σῆς θέας ἀλλότρια. ἀλλ' ἐπεὶ ἡμεῖς ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσι κατορθώμασι παῤῥησίαν ἄγομεν, ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου κρύπτεις; τοσαῦτα δὲ πασχόντων καὶ κακοπαθούντων τῆς σῆς ἕνεκεν εὐσεβείας, ἵνα τί ἐπιλανθάνῃ τῆς κακώσεως ἡμῶν, ἤτοι τῆς πτωχείας, κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα. εἰ γὰρ καὶ μεγάλα ταῦτα ὡς πρὸς ἡμᾶς κατορθώματα· ἀλλ' ὡς πρὸς σὲ πάντα πτωχὰ καὶ σμικρὰ καὶ ὀλίγιστα· πλὴν ὡς ἐξ ἡμῶν μεγάλα. διὸ ἱκετεύομεν μὴ λήθην ποιήσασθαι τῆς ἡμετέρας πτωχείας· μνησθῆναι δὲ καὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν ἧς ὑπεμείναμεν σοῦ χάριν. καὶ ἐπεὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν εἰς χοῦν τεταπείνωται, συγγνῶναι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν ἱκετεύομεν. καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τῷ αὐτῷ λόγῳ δυσωπεῖ τὸν θεὸν λέγων· μνήσθητι ὅτι χοῦς ἐσμεν, ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ ἡ γαστὴρ ἡμῶν ἐκολλήθη εἰς γῆν. δέον γὰρ αὐτὴν

[a] Dualitas illa personarum significat, hinc prophetas justosque viros, qui pauci numero pro populi delictis precantur; inde multitudinem plebis, peccatis sceleribusque deditam; ut jam superius explicavit, ac infra repetit Eusebius.

sane

A πεπληρῶσθαι ναμάτων ἁγίων καὶ πηγῆς ὕδατος ζῶντος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἐξ αὐχμηρίας ὑπερβαλλούσης ἡ γαστὴρ ἡμῶν ἐκολλήθη εἰς γῆν. γαστέρα δὲ ψυχῆς νοεῖ τὸ μνημονικὸν αὐτῆς, ἢ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν, ἐν ᾧ πάντα συνάγει τὰ μαθήματα καὶ τὰ θεωρήματα. ἐν ᾧ καὶ σπέρμα ὑποδεξαμένη κύει, καὶ τελεσφορήσασα γεννᾷ πνεῦμα σωτηρίας, κατὰ τὸν φήσαντα· Ἐκ τοῦ φόβου σου κύριε, ἐν γαστρὶ ἐλάβομεν καὶ ὠδινήσαμεν, καὶ ἐτέκομεν πνεῦμα σωτηρίας. τοσαῦτα δυσωπητικὰ οἱ πάλαι τοῦ θεοῦ προφῆται, καὶ οἱ κατορθοῦντες ἐν τῷ λαῷ δεηθέντες, ἱκετεύουσι καὶ λυτρώσεως τυχεῖν· ὃ δὴ καὶ B γεγένηται. ἔτι γὰρ λαλούντων αὐτῶν εἰσακούσας ὁ θεὸς, μεταβάλλει τοὺς ὀδυρμοὺς αὐτῶν ἐπὶ τὸ φαιδρότερον· διὸ ἐξῆς οἱ τοσαῦτα ἀποκλαυσάμενοι, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων προφητεύουσι, καὶ ᾠδὴν ᾄδουσι τὴν ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ, δι' οὗ τὴν τῶν κακῶν ἐλευθερίαν καὶ τῶν ψυχῶν τὴν ἀπολύτρωσιν ὁ ἀγαθὸς θεὸς, ἐπακούσας τῶν εὐξαμένων, τῷ παντὶ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐδωρήσατο.

A sane repletum ipsum esse sacris fluentis, atque fonte aquæ vivæ salientis in vitam æternam, sed ex nimia siccitate *adhæsit terræ venter noster*. Per ventrem autem memoriam intelligas, sive principem animæ partem, in qua disciplinas omnes ac speculationes colligit: in qua, concepto semine, prægnans efficitur; & postquam parturivit, parit spiritum salutis, ut dicit quidam: *Ex timore tuo, Domine, in utero concepimus & parturivimus, & peperimus spiritum salutis.* Esai. 26. 18. Hæc supplicum more illi quondam prophetæ Dei & B probi in populo viri, eripi rogantes, proferunt: quod etiam impetrarunt; nam adhuc ipsis loquentibus, propitiatus Deus fletum eorum in lætitiam vertit. Qui enim tot se fletibus dederant, sub hæc de immutandis vaticinantur, canticumque pro dilecto modulantur; quo permotus bonus ille Deus, orantibus propitius, libertatem a malis, & animarum redemtionem toti hominum generi elargitur.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, τοῖς υἱοῖς Κορὲ εἰς σύνεσιν, ᾠδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ μδ'.

C *In finem, pro iis qui commutabuntur, filiis Core, ad intellectum, canticum pro dilecto XLIV.* 1.

Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθὸν, λέγω ἐγὼ τὰ ἔργα μου τῷ βασιλεῖ. ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. οἱ τὰ τοσαῦτα διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἀποκλαυσάμενοι, ἐντεῦθεν ᾠδὰς καὶ ᾄσματα ἀντὶ τῶν προτέρων ὀδυρμῶν ᾄδουσι, τῆς ἀπὸ τῶν σκυθρωπῶν μεταβολῆς αἴτιον αὐτοῖς γεγονέναι τὸν [a] ἀγαπητὸν τοῦ θεοῦ δηλοῦντες· ὃν καὶ δι' ὅλης D τῆς ᾠδῆς ἀνυμνοῦσιν. ἀλλ' ἐπεὶ περ ταῦτα μακροῖς ὕστερον χρόνοις γίγνεσθαι ἤμελλεν, εἰκότως εἰς τὸ τέλος ἐπιγράφουσι τὴν προφητείαν, ἢ ἐπινίκιον, ἢ τῷ νικοποιῷ, διὰ τὰ κατὰ τῶν νοητῶν πολεμίων νικητήρια. προσέθηκαν δὲ τῇ ἐπιγραφῇ τὸ, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ οἱ ταῦτα φάσκοντες, ἀλλοίωσιν τὴν ἀπὸ τῶν σκυθρωπῶν λόγων ἐπὶ τὴν φαιδροτέραν ᾠδὴν πεποίηνται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ ἐμφερόμενα δι' ὅλης τῆς ᾠδῆς, πλείστης E πεπλήρωται ἀλλοιώσεως. ὅ, τε γὰρ ἀγαπητὸς τοῦ θεοῦ ἑαυτὸν κενώσας, καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν, σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἀλλοίωσιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἔδοξεν ὑπομένειν, ἀναλλοίωτος ὢν καὶ ἄτρεπτος ὡς θεός. οἵ τε δι' αὐτοῦ τῆς ὑπὸ τὸν διάβολον αἰχμαλωσίας λυτρωθέντες, εἰς ἐλευθερίαν τε τὴν ὑπὸ τῷ θεῷ με-

2. *Ructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Qui in superioribus tot tantasque lacrymas effuderant, jam pro pristinis fletibus cantica & cantilenas edunt, narrantes auctorem sibi mutationis a pristinis calamitatibus dilectum Dei fuisse, D quem ideo in hoc toto cantico laudibus efferunt. At quoniam isthæc longo post tempore eventura erant, jure hoc titulo, *In finem*, prophetiam donant; sive *triumphale canticum*, aut *victoriæ auctori*, inscribunt, ob partas scilicet de spiritualibus inimicis victorias. Titulo autem addiderunt illud, *pro iis qui commutabuntur*: quia ipsi etiam qui hæc proferunt, a tristi sermone ad lætius canticum mutationem fecere. Imo etiam quæ in toto cantico feruntur, mutatione frequenti plena sunt. E Nam dilectus Dei, cum semetipsum exinanivit, formam servi accipiens & habitu inventus ut homo, non parvam mutationem sustinere visus est, etsi utpote Deus, immutabilis & invariabilis sit. Qui vero illius opera a captivitate diaboli redemti, ad libertatem filiorum Dei translati

[a] ἀγαπητὸς apud Eusebium idem significat quod μονογενής, id est, unigenitus, supple filius Dei ut infra. Et vero, teste Athanasio T. 1. p. 640. hac sententia usu venit vox illa apud Græcos. τὸ δὲ ἀγαπητὸς, sic ille, καὶ Ἕλληνες ἴσασιν οἱ δεινοὶ περὶ τὰς λέξεις, ὅτι ἴσον ἐστὶ τῷ εἰπεῖν, μονογενής. *Cæterum norunt ipsi Græci, qui dictionum periti sunt, dilectum idem esse atque unigenitum.* Pro qua re probanda affert ille Homeri carmina.

sunt, pulcherrima plane mutatione sunt adfecti. Quare memorata his in locis regina jubetur oblivisci populum suum & domum patris sui: & filia Tyri alienigena ad pulcram illam mutationem evocatur: Virgines quoque & filii quidam *pro patribus nati*, populi etiam Deo confitentes, eadem mutatione dignati sunt. Quorum omnium causa canticum *pro iis qui commutabuntur* inscriptum est; vel secundum Aquilam, *de liliis*; sive secundum Symmachum, *pro floribus*. Nam qui commutati sunt, bonum spirantes odorem, atque nova Ecclesiæ plantatio effecti, hoc nomine appellati sunt. Quare ut hæc intelligi possent, necessario additum in titulo fuit, *ad intellectum*; ut intelligamus totam sermonis seriem canticum pro Dilecto complecti; aut secundum Symmachum, *canticum in dilectum*. Hoc autem in loco omnia quæ de Dilecto feruntur colligas oportet; quale est illud Hesaiæ: *Cantabo sane dilecto canticum dilecti vineæ meæ. Vinea facta est dilecto.* Queis significatur, vineam quidem esse domum Israel, id enim in sequentibus declaratur; Dilectum autem illum esse unigenitum Dei filium, cujus portio ac prior hæreditas fuit memorata illa vinea. Quoniam autem dilectus quilibet diligentem se habet, his clare commonstratur, vineam illam possessionem dilecti Dei fuisse, cujus gratiâ præsens canticum, *pro dilecto*, inscriptum est. In psalmis quoque dictum est: *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. Rex virtutum dilecti:* ubi aperte ac speciatim Dominus Deus universorum memoratur; ac rursum speciatim Dilectus, ac demum tertio ordine, evangelizantes Dilectum, quibus ab ipso Deo verbum dari, superius dictum est; sicque testimonium de Salvatore nostro constituitur. In alio item dictum est, *Et dilectus quemadmodum filius unicornium.* His adjiciatur ad sermonem totum obsignandum, salutare Evangelium paterna voce Dilectum apud homines clamore edito commonstrasse: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Tot tantisque de Dilecto prolatis, plana demum ac sine contradictione fuerit hæc prophetia in titulo sic enuntiata: *Canticum pro dilecto.* Quod autem hic ipse Christus fuerit, alius ab eo, qui ipsum inunxit, Patre, in eodem psalmo postea declaratur. Hæc quidem de titulo dicta sint; sequentia iterum propheticus chorus enuntiat, qui priora narrabat.

Aquilæ. Symmachi.

Hesai. 5, 1.

Psal. 67, 12.

Psal. 28, 6.

Matth. 17, 5.

Quidam arbitrati sunt ex persona Patris psalmum sive canticum pronuntiari de Verbo, quod in principio erat apud Deum, quodque ipse ceu ex corde, sive ex ipsis visceribus produxit: & ex bono corde bonum verbum

A περιεζωσμένοι, τὴν καλλίστην ἀληθῶς αὐτοῖς ἀλλοίωσιν ἀπομεμνήκασι. διὸ καὶ ἡ ἐμφερομένη τοῖς λόγοις βασίλισσα, κελεύεται λήθην ποιήσασθαι τοῦ λαοῦ ἑαυτῆς καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς ἑαυτῆς· καὶ θυγάτηρ δὲ Τύρου ἀλλόφυλος ἐπὶ τὴν καλὴν μεταβολὴν ταύτην καλεῖται· παρθένοι τε καὶ υἱοί τινες ἀντὶ πατέρων γενόμενοι, λαοί τε ἐξομολογούμενοι τῷ θεῷ, τῆς αὐτῆς ἠξιώθησαν ἀλλοιώσεως. ὧν δὲ ἕνεκα πάντων ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων προγέγραπται ἡ ᾠδή· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, ἐπὶ τοῖς κρίνοις· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν. οἱ γὰρ ἀλλοιωθέντες, οὗτοι εὐωδίας πνεύσαντες, καὶ αὕτη νεαρὰ
B τῆς ἐκκλησίας γενόμενοι, τοῦτον ὠνομάσθησαν τὸν τρόπον. διὸ ἵνα ταῦτα νοηθῇ, ἀναγκαίως πρόσκειται τῇ προγραφῇ τὸ, εἰς σύνεσιν· καὶ ἵνα συνιδῶμεν ὡς ὁ πᾶς λόγος ᾠδὴν περιέχει ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· ᾆσμα εἰς τὸν ἀγαπητόν. ἔνθα δὲ γενόμενος, πάντα ὅσα περὶ ἀγαπητοῦ συνάξεις, οἷον ἐν Ἡσαΐᾳ, ᾄσω δὴ τῷ ἠγαπημένῳ ᾆσμα τοῦ ἀγαπητοῦ τῷ ἀμπελῶνί μου. ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ. δι' ὧν σημαίνεται ἀμπελὼν μὲν ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραήλ· τοῦτο γὰρ ἑξῆς ὁ λόγος δηλοῖ· ἠγαπη-
C μένος δὲ καὶ ἀγαπητὸς, ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ υἱὸς, οὗ μερὶς γέγονε καὶ κλῆρος πρότερος ὁ δηλωθεὶς ἀμπελών. ἐπεὶ δὲ πᾶς ἠγαπημένος καὶ ἀγαπητὸς ἔχει τὸν ἀγαπῶντα, σαφῶς διὰ τούτων ὁ λόγος παρίστησι τὸν ἀμπελῶνα κτῆμα γεγονέναι τοῦ ἀγαπητοῦ τοῦ θεοῦ, περὶ οὗ ἡ προκειμένη ᾠδὴ εἴρηται, ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ. καὶ ἐν ψαλμοῖς δὲ λέλεκται· κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ. σαφῶς δὲ κἀνταῦθα ἰδίως μνημονευομένου κυρίου τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων. καὶ πάλιν ἰδίως τοῦ ἀγαπητοῦ, καὶ ἐν τῇ τρίτῃ
D τάξει τῶν εὐαγγελιζομένων τὸν ἀγαπητὸν, οἷς δίδοσθαι ῥῆμα ἐξ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ ἄνωθεν λέλεκται, καὶ ἡ περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν συνίσταται μαρτυρία. καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ αὖθις εἴρηται, καὶ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων. προκείσθω τούτοις καὶ τὸ ἐπισφράγισμα τῶν ὅλων, τὸ * σωτήριον εὐαγγέλιον ἐν φωνῇ πατρικῇ τὸν ἀγαπητὸν ἄνωθεν παρ' ἀνθρώποις ἐδείκνυ, βοῶσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα. τοσούτων ἀποδεδειγμένων περὶ τοῦ ἀγαπητοῦ, σαφὴς ἂν εἴη λοιπὸν καὶ ἀναμφίλεκτος ἡ προκειμένη προφητεία διὰ τῆς προγραφῆς φήσασα· ᾠδὴ ὑ-
E πὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ. ὅτι δὲ ὁ χριστὸς ἦν οὗτος, ἕτερος ὢν παρὰ τὸν χρίσαντα αὐτὸν πατέρα, προϊὼν ἑξῆς ὁ λόγος ἐν αὐτῷ τῷ ψαλμῷ παρέστησεν. ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν προγραφὴν εἰρήσθω· τὰ δ' ἑξῆς πάλιν ὁ χορὸς ὁ προφητικὸς διεξέρχεται, ὁ καὶ τὰ πρῶτα διεξελθών.

* σωτήριον; id est, Salvatorem enuntians.

Τινὲς ᾠήθησαν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ πατρὸς λέγεσθαι τὸν ψαλμὸν ἤτοι τὴν ᾠδὴν περὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος πρὸς αὐτὸν λόγου ὃν ἐκ τῆς οἱονεὶ καρδίας, ἢ αὐτῶν τῶν σπλάγχνων φησὶ προήγαγεν, καὶ ἀπὸ ἀγαθῆς καρδίας ἀγαθὸς

λόγος προῆλθεν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ταῦτα ἐπὶ τὸ προφητικὸν ἀναφέρεσθαι πρόσωπον. τὰ γὰρ ἐφ' ἑξῆς τοῦ ῥητοῦ οὐκέτι ὁμοίως ἐξομαλίζει ἡμῖν τὴν περὶ τοῦ πατρὸς ἐξήγησιν. οὔτε γὰρ ἂν περὶ τῆς ἑαυτοῦ γλώσσης ὁ πατὴρ εἶπεν, ὅτι ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. οὐ γὰρ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους συγκρίσεως τὴν ὑπεροχὴν τοῦ κάλλους ἔχει. καὶ προϊὼν δέ φησι· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως. οὐ γὰρ εἶπεν ἔχρισά σε ἐγὼ ὁ θεός, ἀλλ' ἔχρισέ σε, ὥστε ἐκ τούτου παρίστασθαι ἕτερον εἶναι τὸ διαλεγόμενον πρόσωπον. ποῖον οὖν ἐστι τοῦτο, ἢ ὁ προφήτης, ὁ χωρήσας τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς ἑαυτὸν ἐμφοληθεῖσαν ἐνέργειαν;

Ἀντὶ δὲ τοῦ ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου, ὁ Σύμμαχος, ἐκινήθη φησὶν ἡ καρδία μου λόγῳ ἀγαθῷ. ὡς γὰρ ἑτέρου ἀπαγγείλαντος τὸν λόγον, αὐτὸς κεκινῆσθαί φησι διὰ τῆς ἀκοῆς. ἐν τῷ φάσκειν, λέγω ἐγὼ τὰ ἔργα μου τῷ βασιλεῖ, οὐδὲ ἕτερον δηλοῦσι βασιλέα, ἢ τὸν ἀγαπητὸν αὐτόν, ᾧ καὶ τὰ ἑξῆς πεφώνηται. τούτῳ γάρ φησι τὰ ἔργα μου διηγήσομαι ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ τὸν Σύμμαχον, τὰ δικαιώματά μου ἐξαγγελῶ. πολλῆς δὲ γέμων παρρησίας ἐπ' ἀγαθοῖς ἔργοις ὁ τῶν προφητῶν χορός, ταῦτα λέγειν τεθάρρηκεν. εἰ δὲ καὶ γνῶναι ποθεῖς τίνα ἦν τῶν προφητῶν τὰ ἔργα, μάθοις ἂν διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐν οἷς ἔφασκον· ταῦτα πάντα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπελαθόμεθά σου, καὶ οὐκ ἠδικήσαμεν ἐν διαθήκῃ σου. καὶ πάλιν, ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν· μέγα δὲ ἦν ἔργον καὶ τὸ διὰ γλώττης τὰ μέλλοντα προφητεύειν, καὶ τῷ βασιλεῖ διακονεῖσθαι τὴν εὐαγγελικὴν ᾠδήν. ἀντὶ δὲ τοῦ, κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου, ὁ μὲν Ἀκύλας, σχοῖνος γραμματέως ταχινοῦ· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἡ γλῶσσά μου φησὶ γραφεῖον γραφέως ταχινοῦ. σφόδρα δὲ θαυμαστῶς τὴν ἑαυτοῦ γλῶσσαν, οὐ χεῖρα γραμματέως ἐπιστήμονος, οὐδὲ γραμματέα φησίν, ἀλλὰ κάλαμον γραμματέως ὀξυγράφου· δηλῶν ὅτι ὄργανον ἦν ἡ προφητικὴ γλῶσσα ἑτέρου τοῦ χρωμένου αὐτῇ, ἁγίου πνεύματος ὄντος ὁ γραμματεύς, οὗ γραφεῖον καὶ κάλαμος ἐτύγχανεν ἡ τῶν προφητῶν γλῶσσα, ὥστε ἕτερον εἶναι τὸν ὀξυγράφον γραμματέα, δηλαδὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἕτερον τὸν προφήτην, καὶ τρίτον τὴν γλῶσσαν τὴν προφητικήν, ἣ καλάμου καὶ γραφείου χώραν ἐπεῖχεν, ὄργανον τυγχάνουσα τοῦ χρωμένου αὐτῇ ἁγίου πνεύματος.

Εἰδέναι δὲ δεῖ ὡς κατὰ τὴν τῶν ο΄. ἑρμηνείαν συνῆπται ἡ διάνοια τῷ καλάμῳ τοῦ γραμματέως, ὑφ' ἕνα τε στίχον τὸ ὅλον ἀπείληπται λόγιον, οὕτως ἔχον. ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου· ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ἐπεὶ δὲ ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταί, τῇ τῆς ἀνωτέρω διάνοιαν

A prodiit. Mihi porro hæc ad propheticum chorum referenda videntur: quæ enim post dictum hujusmodi subsequuntur, non ita planam exhibent nobis de Patre narrationem. Neque enim de lingua sua Pater dixerit, *Lingua mea calamus scribæ, velociter scri-*
bentis. Speciosus forma præ filiis hominum. 3.
Siquidem pulcritudinis præstantiam ex comparatione cum hominibus non mutuatur. In sequentibus vero ait, *Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ;* neque enim ait, *Unxi te ego Deus,* sed, *unxit te;* ita ut hinc
B liquidum sit aliam personam esse quæ loquitur. Quænam igitur illa, nisi propheta qui illapsam Spiritus sancti vim in se recepit?

Pro illo autem, *Eructavit cor meum,* Sym- Symmachi.
machus, *commotum est,* inquit, *cor meum verbo bono.* Nam veluti alio verbum renuntiante, se auribus commotum esse dicit. Cum autem ait, *Dico ego opera mea regi,* non alium regem quam Dilectum significat; ad quem item pertinent ea quæ sequuntur. Huic, inquit opera mea narrabo, sive secundum Aqui- Aquilæ.
C lam & Symmachum, *justificationes meas e-* Symmachi.
nuntiabo. Propheticus autem chorus magna de bonis operibus fiducia plenus, hæc confidenter loquutus est. Quod si nosse cupias quænam illa prophetarum opera, ex præcedentibus ediscas licet, ubi sic loquuti
sunt: *Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti*
sumus te, & inique non egimus in testamento Psal. 43. 18.
tuo; ac rursum, *Propter te mortificamur tota die.* Ibid. 22.
Magnum porro opus erat futura per linguam vaticinari, atque Regi in cantico boni nuntii ministrum esse. Ejus autem loco, *Cala-*
D *mus scribæ velociter scribentis,* Aquila, *Cala-*
mus scribæ velocis; Symmachus vero, *Lin-* Aquilæ. Symmachi.
gua mea stylus scribæ velocis. Quodque mirabile admodum est, linguam suam non manum scribæ eruditi, neque scribam vocat; sed calamum scribæ velociter scribentis; declarans linguam propheticam, alterius ea utentis, sancti videlicet Spiritus, instrumentum esse. Is sane scriba, cujus stylus & calamus erat prophetarum lingua; ita ut alius esset scriba velociter scribens, nimirum Spiritus sanctus, alius propheta, tertius lingua
E prophetica, quæ calami & styli loco habebatur, & instrumentum Spiritus sancti, qui ea utebatur, erat.

Sciendum autem est, secundum Septuaginta interpretes, sententiam [subsequentem] calamo scribæ conjunctam, atque totum eloquium uno versu comprehensum esse, hoc pacto: *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis, speciosus forma præ filiis hominum.* At quia Hebraïca lectio & reliqui interpretes, superiore sententiâ circum- Lectio Hebraïci exemplaris & reliquorum interpretum.

scriptâ, alio deinde principio in expositione A
usi sunt; congruenter nos etiam illud, *Speciosus forma præ filiis hominum*, ab alio initio duximus. Aquila igitur hac ratione interpretatus est, *Pulcritudine ornatus es a filiis hominum*; Symmachus vero, *Pulcritudine pulcher es prater filios hominum*; ita ut quæ in cantico præmittuntur, procemii vicem habeant. Cum enim propheticus chorus sermonem de Dilecto initurus, atque canticum de illo prolaturus esset, procemio usus est, quod hac sententia terminatur, *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*. B
Exinde vero canticum in Dilecti personam orditur, sicque compellat ipsum: Speciosus es forma, pulcher es, & pulcritudine ornatus es, sive pulcritudine decoratus es, o Dilecte, super filios hominum. Etiamsi enim túte unus sis e numero filiorum hominum, atque iis qui in terra versantur annumeratus sis; at nulla pulcritudo est tuæ comparanda. Palam autem est id quoad virtutem dici; neque enim iis adversa proferre putetur Hesaïas dum ait: *Et vidimus eum, & non habebat speciem, neque pulcritudinem. Sed species ejus inhonorata, deficiens præ filiis hominum.* C Hæc quippe crucem & passionem prænuntiabant, quæ petulantia & contumelia plenæ fuere: quare subdit propheta, *Homo in plaga exsistens, ac sciens ferre infirmitatem, inhonoratus nec reputatus est.* Psalmus vero pulcritudinem, non corporis, uti diximus, enuntiat, sed virtutis, quæ nullam admittit peccati labem. Sub hæc dicitur: *Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.* Moyses igitur gratiam quamdam invenit; Noe iterum, D
gratiam aliquam invenit in conspectu Domini; singuli similiter justi gratiæ participes fuerunt: at quia paterna gratia in Dilectum effusa tota fuit; Pater enim in Filio loquebatur; ideo quæ ejus in homines adventus administra fuit, gratiâ plena dicta est. Nam in ipso placuit omnem plenitudinem divinitatis habitare corporaliter: quamobrem sancti omnes ex plenitudine ejus acceperunt.

Hoc item modo hæc tractare licet: Primum Dilecti opus est gratia, quæ secundum sententiam jam explicatam in labiis ejus E
diffusa est; ac alia ratione, *gratia & veritas per Jesum Christum facta est.* Siquidem gratias impertiendo omnia agebat, his peccata dimittens, aliorum morbos infirmitatesque curans, aliis dans Spiritum sanctum. Quamobrem de illo jure dicatur: *Diffusa est gratia in labiis tuis.* Deinde vero qui antea fleverant, & suam sub inimicis servitutem descripserant, opportune Dilectum precantur, ut festinet ad seque veniat hostili-

Aquila.

Symmachi.

Hesai. 53. 2.

Joan. 1. 17.

A προεγγράψαντες, ἀπὸ ἑτέρας ἀρχῆς τὴν ἔκθεσιν ἐποιήσαντο, εἰκότως καὶ ἡμεῖς ἐξ ἑτέρας ἀρχῆς τό, ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων παρεθήκαμεν. ὁ μὲν οὖν Ἀκύλας τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον, κάλλει ἐκαλλιώθης ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων· ὁ δὲ Σύμμαχος, κάλλει καλὸς εἶ παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὥστε εἶναι τὰ πρῶτα τῆς ᾠδῆς ἀντὶ προοιμίου λελεγμένα. μέλλων γὰρ εὐαγγελίζεσθαι τὸν ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ λόγον, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ προφέρειν ᾠδὴν ὁ προφητικὸς χορός, προοιμίῳ κέχρηται, στήσας τὸ προοίμιον ἕως τοῦ ἡ γλῶσ-
B σά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. ἐντεῦθεν δὲ λοιπὸν ἀπάρχεται τῆς εἰς πρόσωπον τοῦ ἀγαπητοῦ ᾠδῆς ἀναφωνεῖ τε πρὸς αὐτόν· ὡραῖος εἶ κάλλει, καλὸς εἶ, ἢ κάλλει ἐκαλλιώθης, ἢ κάλλει ὡραιώθης, ὦ ἀγαπητέ, παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα εἷς τις γέγονας καὶ αὐτὸς υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, καὶ κατηριθμήθης τοῖς ἐπὶ γῆς πολιτευσαμένοις· ἀλλ' οὐκ ἔστι παραβάλλειν τῷ κάλλει σου ἕτερον. δῆλον δὲ ὅτι κατὰ τὴν ἀρετήν· οὕτω γὰρ οὔτε δόξει ἐναντία τούτοις Ἡσαΐας λέγειν φήσας· καὶ ἴδομεν αὐτὸν καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ
C κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ἐκεῖνα γὰρ τὸν σταυρὸν καὶ τὸ πάθος προανεφώνει, ἃ παροινίας καὶ ὕβρεως ὑπῆρχε μεστά, διὸ δὴ καὶ ἐπήγαγεν ὁ προφήτης· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. ὁ δὲ ψαλμὸς κάλλος αὐτοῦ καλεῖ, καθ' ἃ εἴρηται, οὐ τὸ τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸ τῆς ἀρετῆς, ἁμαρτίας οὐ δεξάμενον σπῖλον. τούτοις ἑξῆς εἴρηται· ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσί σου· διὰ τοῦτο εὐλόγησέ σε ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα. Μωϋσῆς μὲν οὖν εὗρεν μίαν τινὰ χάριν, καὶ Νῶε πάλιν
D εὗρέν τινα χάριν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ· καὶ ἕκαστος τῶν δικαίων χάριτος μετέσχεν. ἐπεὶ δὲ τοῦ ἀγαπητοῦ πᾶσα ἡ πατρικὴ εἰς αὐτὸν ἐκενώθη χάρις· ἦν γὰρ ὁ πατὴρ λαλῶν ἐν υἱῷ, ἔνθεν καὶ ἡ διακονησαμένη τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ πάροδον, κεχαριτωμένη ἐλέχθη. ἐν αὐτῷ γὰρ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι σωματικῶς· διὸ πάντες οἱ ἅγιοι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ εἰλήφασιν.

Ἐπιβάλλεις δὲ καὶ οὕτως τὸ πρῶτον ἔργον τοῦ ἀγαπητοῦ, ἡ χάρις ἡ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ κεχυμένη, κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν διάνοιαν,
E καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. ἐπειδὴ πάντα χαριζόμενος ἔπραττεν, τοῖς μὲν ἀφιεὶς τὰς ἁμαρτίας, τῶν δὲ τὰς νόσους καὶ τὰς μαλακίας ἰώμενος, τοῖς δὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα δωρούμενος. διὸ πρὸς αὐτὸν εἰκότως εἴρηται· ἐξεχύθη ἡ χάρις ἐν χείλεσί σου. τούτοις ἑξῆς οἱ πρόσθεν ἀποκλαυσάμενοι, καὶ τὴν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις δουλείαν ἑαυτῶν ὑπογράψαντες, εὐχαῖς τὸν ἀγαπητὸν ἱκετεύουσιν σπεῦσαι καὶ μέχρις αὐτῶν ἐλθεῖν, φραξάμενον ὅπλοις πολεμικοῖς

διὰ τοὺς ἐπικειμένους ἐχθρούς, ὡς ἂν τροπωσάμενος αὐτούς, τὴν ὑπ' αὐτοῖς αἰχμαλωσίαν ὑπεξαγάγοι. διό φασι· περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ· ὡραῖος μὲν γὰρ εἶ καὶ καλός, πλὴν ἀλλὰ πρὸς τῇ ὡραιότητί σου καὶ πρὸς τῷ κάλλει σου, ἀνάλαβε τὴν σαυτοῦ πανοπλίαν δι' ἡμᾶς τοὺς σοὺς ἱκέτας· ῥομφαίαν τε περίθου τῷ σαυτοῦ μηρῷ, καὶ οὕτως τὴν σὴν δύναμιν ἀναλαβών, ἔντεινόν σου τὰ τόξα. ἔπειτα βαλὼν τοὺς ἐχθρούς, κατευοδοῦ καὶ βασίλευε. ῥομφαίαν δὲ τοῦ ἀγαπητοῦ νόει τὴν δύναμιν τὴν τῶν ἐχθρῶν καθαιρετικὴν καὶ κολαστήριον. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ καὶ ἐνεργής, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. καὶ ἄλλως δὲ ῥομφαίας θεοῦ ὁ προφήτης μέμνηται Ἰεζεκιὴλ ὧδε λέγων· τάδε λέγει ἀδωναῒ κύριος· εἰπὸν ῥομφαία, ῥομφαία ὀξύνου καὶ θυμώθητι, ὅπως σφάξῃς σφάγια· ὀξύνου ὅπως γένῃ εἰς στίλβωσιν ἑτοίμη εἰς παράλυσιν, καὶ πάλιν· ἀνάκραγε καὶ ὀλόλυξον υἱὲ ἀνθρώπου· ὅτι αὐτὴ ἐγένετο ἐν τῷ λαῷ μου· αὕτη ἐν τοῖς ἀφηγουμένοις τοῦ Ἰσραήλ. καὶ ἑξῆς· διάταξον σεαυτῷ δύο ὁδοὺς τοῦ εἰσελθεῖν ῥομφαίαν βασιλέως Βαβυλῶνος· ἐκ χώρας μιᾶς ἐξελεύσονται· καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, δι' ὧν ῥομφαίαν τοῦ κυρίου λέγει, τὴν ῥομφαίαν τοῦ Ναβουχοδονόσορ τὴν ἐπαχθεῖσαν τῷ λαῷ. ἔχεις δὲ καὶ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ὡς ὁ ποιῶν γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ βασιλεύς, τοὺς παραιτησαμένους τὴν κλῆσιν, καὶ ἀνελόντας τοὺς βασιλικοὺς δούλους, παραδίδωσιν εἰς σφαγήν. καὶ πέμψας, φησί, τὸ στράτευμα αὐτοῦ, ἐνέπρησε τὴν πόλιν αὐτῶν. στράτευμα δὲ τοῦ βασιλέως τὴν Ῥωμαϊκὴν χεῖρα σημαίνει τὴν πολιορκήσασαν τὴν Ἱερουσαλήμ. ἐπεὶ τοίνυν χρεία ἦν καὶ τοιαύτης ῥομφαίας κατὰ τῶν ἐπαναστάντων τῷ ἀγαπητῷ, εἰκότως φησὶν ἡ προφητεία εἰς αὐτοῦ πρόσωπον, περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν ἐπὶ τὸν μηρόν σου δυνατέ. τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου, καὶ ἔντεινον καὶ κατευοδοῦ καὶ βασίλευε.

Εἶτ' ἐπιλέγει· ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πραότητος καὶ δικαιοσύνης, καὶ ὁδηγήσει σε θαυμαστῶς ἡ δεξιά σου. ταῦτα δὲ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐξηγήσατο· τὰ βέλη σου ἠκονημένα, καὶ λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως· ὃ δὴ καθ' ὑπέρβατον κεῖται. συνάψας δὲ τὴν διάνοιαν τοῦτον τὸν τρόπον· τὰ βέλη σου ἠκονημένα ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. πρῶτον μὲν γάρ φησι, τὰ βέλη σου ἠκονημένα γενήσεται κατὰ τῆς καρδίας τῶν σῶν ἐχθρῶν· ἔπειτα, λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται, ἐλαθέντων τοῖς σοῖς βέλεσι τῶν ἐχθρῶν. τὸ τηνικαῦτα γοῦν ἐλευθερίας τυχόντες οἱ λαοί, καὶ ἀναπνεύσαντες τῶν πιεζόντων αὐτοὺς κακῶν, τοῖς σοῖς ὑποδραμοῦνται ποσί. βέλη δὲ τοῦ ἀγαπητοῦ ἀποστελλόμενα κατὰ τῆς καρδίας τῶν ἐχθρῶν, ἀοράτους τινὰς καὶ ἀφανεῖς πληγὰς νοήσεις κατὰ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου· οἷς βέλεσι τιτρωσκόμενοι ποτε οἱ δαίμονες ἔλεγον· ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί, υἱὲ τοῦ θεοῦ; ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς.

A bus armis instructus, ob ingruentes inimicos, ut iis in fugam versis, se a captivitate abducat. Quare aiunt, *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime.* Speciosus quidem ac pulcher es, attamen præter speciem ac pulcritudinem tuam, accipe pro nobis supplicibus armaturam tuam, *accingere gladio tuo super femur tuum;* sicque assumta fortitudine, intende arcus tuos. Hinc confixis inimicis tuis, *prospere age & regna.* Per gladium Dilecti intelligas virtutem inimicis exitiosam & ultricem. *Vivus est enim Dei sermo* 4.
B *& efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Et alias quoque gladium propheta Dei Ezechiel memorat his verbis: *Hæc dicit Adonaï Dominus, dixi, framea, framea acuere, & irascere ut jugules victimas, acuere ut sis ad fulgendum parata ad solutionem;* ac rursum: *Clama & ulula, fili hominis, quia ipsa fuit in populo meo: hæc in ducibus Israel:* ac rursum, *Constitue tibi duas vias, ut ingrediatur framea regis Babylonis: de terra una egredientur,* & alia deinceps, quies frameam Nabuchodonosoris populo immissam, frameam Domi- *Hebr. 4. 12.* *Ezech. 21. 8.*
C ni dicit esse. In Evangeliis etiam legis, regem qui fecit nuptias filio suo, eos qui vocationem abnuerant, servosque regios occiderant, ad necem tradidisse, *& misso,* inquit, *exercitu suo, civitatem eorum succendit.* Exercitus autem regis Romanam indicat manum, quæ Jerosolymam obsedit. Quia igitur tali gladio erat ad coercendos Dilecti adversarios opus; jure prophetia ejus personam sic alloquitur: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulcritudine tua, intende, prospere procede &* *Matth. 22. 7.* 5.
D *regna.*

Deinde subjungit, *Propter veritatem & mansuetudinem & justitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.* Hæc porro quæ sequuntur, superioribus similia sunt: *Sagitta tua acuta, & populi sub te cadent in cor inimicorum regis:* quæ per hyperbaton seu transgressionem dicta sunt. Totam porro sententiam hoc ordine constituas, Sagittæ tuæ acutæ in corde inimicorum regis. Nam primo ait, Sagittæ tuæ acutæ fient adversus cor inimicorum tuorum; deinde vero, *populi sub te* 6.
E *cadent,* pulsis immissione telorum tuorum inimicis. Tunc itaque populi libertatem nacti, & a prementibus se malis respirantes, ad tuos adcurrent pedes. Sagittas vero Dilecti immissas in cor inimicorum, invisibiles quasdam & occultas plagas intellexeris adversus principes hujus sæculi: quibus telis confixi dæmones quondam dicebant: *Sine, quid nobis & tibi, fili Dei? Venisti ante tempus torquere nos.* *Matth. 8. 29.*

Quod speciosus, pulcher, gratiâ plenus, A
benedictus rex & inimicorum victor, dile-
ctus Dei fuerit, in præcedentibus edidici-
mus; quod autem præterea Deus sit, in præ-
senti docemur. Ejus quippe personam Spi-
7. ritus sanctus sic alloquitur: *Thronus tuus
Deus in sæculum sæculi;* sive secundum A-
Aquilæ. quilam, *Thronus tuus, Dee, in sæculum & ul-
tra.* Quia vero regem eum superius com-
pellavit, jure adjicit, *Virga rectitudinis virga
regni tui.* Nihil enim in illo deflexum, nihil
tortuosum. Ac ne quis Judaïcè rem acci-
piens, mortalem atque multis regibus simi- B
lem dilectum Dei suspicetur, necessario
docet thronum regni ejus a sæculo fuisse, at-
que in sæculum sæculi duraturum. Quod
autem hæc non de persona Patris, sed de
persona dilecti & unigeniti Filii dicta sint,
8. sub hæc declarat dicens: *Dilexisti justitiam
& odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus
Deus tuus.* Deus porro a Deo unctus quis
fuerit, nisi is qui in Evangeliis Deus prædi-
Joan. 1. 1. catur, *Et Verbum erat apud Deum, & Deus
erat Verbum?* Hic itaque Deus Verbum di-
lexit justitiam, & odio habuit iniquitatem. C
Aquilæ. Pro quo accuratius Aquila sic interpretatus
est, *Dilexit justitiam & odio habuit impieta-
tem.* Nam recto sane judicio justos sibi sub-
ditos diligit, oditque ipsis oppositos: quare
præstantiore, quam participes sui, oleo inun-
gitur quod vocatur *exsultationis*, & ab ipso
Deo patre suo inungitur, sive *oleo lætitiæ*
Aquilæ. secundum Aquilam, vel *oleo splendoris* se-
Symmachi. cundum Symmachum. Cum multi porro
sint participes ejus, sive amici ejus, qui gra-
tiæ ipsius consortes sunt, ii sane dixerint,
Hebr. 3. 14. *Participes Christi facti sumus.* Præsentem ve- D
ro sententiam sic quidam legerunt, *Propter-
ea unxit te, Dee, Deus tuus;* atque hac le-
ctione Hebraïcæ litteræ servientes usi sunt.
Quoniam Deus in Hebraïca scriptura vo-
Lectio Hebraïci exemplaris. catur *Elohim*, sic dicitur: *In principio thro-
ni tui Dee in æternum & ultra.* Septuaginta
Lectio LXX. & Symmachi. igitur interpretes & Symmachus, *Thronus
Aquilæ. tuus, Deus,* dixerunt; Aquila vero, *Dee*, ser-
viens Hebraïcæ dictioni *Elohim.* Sed ipse
Aquila qui jam *Dee* dixerat, in sequenti-
bus ubi repetitur *Elohim*, hoc loco, *Pro-
pterea unxit te Deus*, non ultra *Dee* interpre- E
tatus est, sed, *Deus*, ita dicens: *In hoc unxit
te Deus Deus tuus.* Qui si sibi constitisset, hic
etiam debuerat *Dee* dicere; cum eadem i-
psa vox occurrat, atque ita interpretari de-
buit: *Propterea unxit te, Dee, Deus tuus.*
9. *Myrrha & gutta & casia a vestimentis tuis,
a domibus eburneis.* Pro illo autem, *Domibus
Aquilæ. eburneis*, Aquila, *A templis dentis*, dixit.
Templa vero, ecclesiæ sponsi, & animæ Chri-
sto addictæ hic vocantur, quæ in rationabili

Ὅτι ὡραῖος καὶ καλὸς καὶ χάριτος πλήρης, εὐλογημένος τε βασιλεὺς καὶ τῶν ἐχθρῶν νικητὴς ὁ ἀγαπητὸς τοῦ θεοῦ ἦν, ἐκ τῶν ἔμπροσθεν μεμαθήκαμεν· ὅτι δὲ πρὸς ἐκείνοις πᾶσι καὶ θεὸς ἦν, διὰ τῶν προκειμένων διδασκόμεθα. εἰς αὐτοῦ γὰρ πρόσωπον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναφωνεῖ λέγον· ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ὁ θρόνος σου θεὲ εἰς αἰῶνα καὶ ἔτι. ἐπεὶ δὲ καὶ βασιλέα αὐτὸν ὠνόμασε διὰ τῶν ἔμπροσθεν, εἰκότως ἐπιλέγει· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτῷ σκολιὸν οὐδὲ στραγγαλιῶδες. καὶ ἵνα μή τις Ἰουδαϊκῶς ἐκδεξάμενος ὑπολάβοι θνητόν τινα τοῖς πολλοῖς ὅμοιον ἔσεσθαι βασιλέα τὸν ἀγαπητὸν τοῦ θεοῦ, ἀναγκαίως διδάσκει, ὡς ἄρα ἐξ αἰῶνος ἦν ὁ θρόνος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, διαρκῶν τε καὶ διαμένων ἔσται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. ταῦτα δὲ ὅτι μὴ εἰς πρόσωπον τοῦ πατρὸς ἀναπεφώνηται, ἀλλ' εἰς τὸ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ μονογενοῦς υἱοῦ, προϊὼν διασαφεῖ λέγων· ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν. διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου. θεὸς γὰρ ἐν τούτοις χριόμενος ὑπὸ θεοῦ τίς ἂν εἴη, ἢ ὁ ἐν εὐαγγελίοις θεολογούμενος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος; οὗτος οὖν ὁ θεὸς λόγος ἠγάπησε δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησεν ἀνομίαν. ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας ἀκριβέστερον ἡρμήνευσεν εἰπών· ἠγάπησε δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησεν ἀσέβημα. κρίσει γὰρ ὀρθῇ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ δικαίους ἀγαπᾷ, μισεῖ δὲ τοὺς ἐναντίους· διὸ χρίεται κρείττονι ἢ παρὰ τοὺς μετόχους αὐτοῦ ἐλαίῳ, τῷ καλουμένῳ ἀγαλλιάσεως, καὶ χρίεται ὑπὸ τοῦ θεοῦ τοῦ ἑαυτοῦ πατρός, ἢ ἐλαίῳ χαρᾶς κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἢ ἐλαίῳ ἀγλαϊσμοῦ κατὰ τὸν Σύμμαχον. πολλῶν δὲ ὄντων τῶν μετόχων αὐτοῦ, ἢ ἑταίρων αὐτοῦ τῶν τῆς αὐτοῦ χάριτος μετεσχηκότων, οἳ καὶ εἴποιεν ἄν· μέτοχοι τοῦ Χριστοῦ γεγόναμεν. ἀνέγνωσαν δέ τινες τὴν προκειμένην λέξιν ὧδέ πως· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε θεὲ ὁ θεός σου, καὶ ταύτῃ γε κέχρηνται ἀναγνώσει, τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει δουλεύσαντες. ἐπειδήπερ ἐλωείμ, ὁ θεὸς ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ ὠνόμασται γραφῇ εἰπών· ἐν ἀρχῇ θρόνου σου θεὲ εἰς αἰῶνα καὶ ἔτι· οἱ μὲν οὖν ἑβδομήκοντα καὶ ὁ Σύμμαχος, ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰρήκασιν· ὁ δὲ Ἀκύλας, θεέ, δουλεύσας τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει, περιεχούσῃ Ελωειμ. ἀλλ' ὁ αὐτὸς Ἀκύλας, ὁ νῦν θεὲ εἰρηκώς, προϊὼν ἑξῆς δεύτερον εἰρημένου τοῦ Ελωειμ, ἐν τῷ, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεός, οὐκέτι θεὲ ἡρμήνευσεν· ἀλλὰ θεός, εἰπών, ἐπὶ τούτῳ ἤλειψέν σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου, δέον ἑαυτῷ συμφώνως καὶ ἐνταῦθα θεὲ εἰπεῖν ἐπὶ τῆς αὐτῆς λέξεως· οὕτω δὲ ἑρμηνεύσας εἰπεῖν ἄν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε θεὲ ὁ θεός σου.

Σμύρνα καὶ στακτὴ καὶ κασία ἀπὸ τῶν ἱματίων σου, ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων. ἀντὶ δὲ βάρεων ἐλεφαντίνων, ὁ Ἀκύλας· ἀπὸ ναῶν ὀδόντος εἴρηκεν. ναοὶ γὰρ ἐνταῦθα εἴρηνται τοῦ νυμφίου αἱ ἐκκλησίαι, καὶ αἱ Χριστῷ ἀνακείμεναι ψυχαί,

ἐν λογικῇ τροφῇ πᾶσαν ἔχοντες τὴν δύναμιν. τροφῆς δὲ καὶ λόγων σύμβολον οἱ ὀδόντες. ἔνθεν καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ οἱ ὀδόντες λευκοὶ λέγονται εἶναι ὑπὲρ γάλα ἐν τῇ περὶ αὐτοῦ φασκούσῃ προφητείᾳ· Χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα. κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, ἐλεφάντινοι οἱ ναοὶ ἢ αἱ βάρεις αὐτοῦ λέγονται, διὰ τὸ νεκροῦ ζώου τυχεῖν τὸν ἐξ ἐλέφαντος κόσμον. οἵ τε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εὐδοκιμοῦντες, οὐκ ἄλλως διαλάμπουσιν, ἢ νεκρώσαντες τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν παραγγελίαν.

Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. αἱ μὲν θυγατέρες τῶν βασιλέων, Χριστοῦ δηλαδὴ καὶ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ, αἱ κατὰ μέρος ἦσαν ψυχαί. αὐτὴ δὲ ἡ βασίλισσα ἡ μήτηρ τῶν θυγατέρων, παρέστη ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. τίς δ᾽ ἂν εἴη αὕτη, ἀλλ᾽ ἢ πᾶσα καθολικὴ ἐκκλησία, ἡ ἀπὸ περάτων γῆς ἕως περάτων ἐκ πάντων ἐθνῶν συνειλεγμένη; ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ ᾠκοδόμησεν ἐπὶ τὴν πέτραν, πρὸς τὸ μὴ πύλας ᾅδου κατισχύειν αὐτῆς. κυριώτερον δ᾽ ἂν εἴποις διὰ τούτου τὴν ἐπουράνιον δηλοῦσθαι ἐκκλησίαν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ τῶν ἐπὶ γῆς ἁγίων ἀνδρῶν. τοῦτο γοῦν ἐδίδαξεν ὁ θεῖος ἀπόστολος εἰπών· Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. καλεῖ δ᾽ αὐτὴν καὶ πόλιν θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουράνιον ἐν μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίαν πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς συνεστῶσαν. αὕτη μὲν οὖν εἴη ἂν ἡ τελεία Χριστοῦ νύμφη. ταύτης δ᾽ οὐκ ἂν ἁμάρτοις θυγατέρα φήσας ὑπάρχειν τὴν ἐπὶ γῆς ἐκκλησίαν. βασίλισσα δ᾽ ἐκείνη, ὡς ἂν ἤδη συμβασιλεύουσα τῷ ἑαυτῆς νυμφίῳ, διὸ ἐκ δεξιῶν παρεστάναι τοῦ βασιλέως εἴρηται· ἅτε νύμφη οὖσα αὐτοῦ, καὶ τὰ παρ᾽ αὐτοῦ σπέρματα δεχομένη, κύουσά τε καὶ τίκτουσα διὰ παντὸς πνεῦμα σωτηρίας· ἣ καὶ τὸ βασιλικὸν ἔνδυμα περιτίθησι, τὸ φωτοειδὲς τῆς ἀφθαρσίας ἔνδυμα· ὃ δὴ πνευματικὸν δι᾽ ὅλου τυγχάνον, ταῖς κατ᾽ οὐρανὸν ἀγγελικαῖς δυνάμεσι περιβέβληται. τοῦτο καὶ διάχρυσον ὁ παρὼν λόγος ὠνόμασεν. τὸ δὲ, περιβεβλημένη καὶ πεποικιλμένη, οὔτε ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ ἀναγνώσει, οὔτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς φέρεται, διὸ ὠβέλισται.

Πᾶσα ἡ δόξα αὐτῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως Ἐσεβὼν ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. νοήσεις φησὶ πῶς κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβέβληται, Παύλου λέγοντος ἀκούων· Ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν. ἡ γὰρ γνῶσις ἡ ἐκ μέρους, ἐν ἄκροις μόνοις χρυσίου τὸν κόσμον αὐτῇ περιτίθησιν· ὅταν δ᾽ ἔλθῃ τὸ τέλειον, φησὶ, τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. ἐπειδὰν εἰς τὴν ἐπουράνιον ἐκκλησίαν μετασταῇ ἡ τέως ἐκ γῆς παιδοτροφουμένη, τὸ πλειν-

A cibo totam vim habent repositam. Cibi vero ac verborum symbolum dentes sunt. Inde est quod dentes Christi, in prophetia ipsum spectante, lacte candidiores dicantur: *Splendidi oculi ejus a vino, & dentes ejus candidiores lacte.* Secundum reliquos autem interpretes, eburnea templa aut domus ejus dicuntur, quia ornatus eburneus ex animali mortuo est; & qui in Ecclesia spectandæ virtutis sunt, non alia ratione splendent quam *mortificando membra sua super terram*, secundum Apostolicum præceptum. Genes. 49. 12. Lectio reliquorum Interpretum. Col. 3. 5.

B *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* 10. Filiæ regum, Christi videlicet & Ecclesiæ ejus, singulæ sunt animæ. Ipsa vero regina mater filiarum adstitit a dextris ejus *in vestitu deaurato circumdata varietate.* Quænam illa, nisi tota catholica ecclesia, a terminis terræ usque ad terminos ejus ex universis gentibus congregata? quam ipse sibi ædificavit supra petram, ut portæ inferi non prævaleant adversus eam. Congruentius porro dixeris his significari cœlestem ecclesiam, C quæ sanctorum virorum in terra degentium mater est. Hoc sane docuit divinus Apostolus cum ait: *Illa autem, quæ sursum est Jerusalem, libera est: quæ est mater nostra.* Gal. 4. 26. Eam item nuncupat *civitatem Dei viventis Jerusalem cœlestem, in multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primogenitorum qui conscripti sunt in cælis.* Hebr. 12. 22. Ipsa ergo fuerit perfecta Christi sponsa. Hujus vero filiam si dicas Ecclesiam, quæ in terra est, nequaquam aberraveris. Illa autem Regina, utpote quæ jam una cum sponso regnet suo, a D dextris Regis consistere dicitur; quippe quæ sponsa ejus sit, ipsiusque semina excipiat, prægnans sit & pariat semper spiritum salutis: quæ item vestitu regio induitur, pellucido scilicet incorruptionis indumento: quod cum spirituale prorsus sit, angelicis, quæ in cœlo sunt, virtutibus circumdatur. Hoc porro indumentum, deauratum hic dicitur. Illud autem, *circumdata varietate*, neque in Hebraïco textu, neque apud cæteros interpretes fertur; quare obelo notatum est. Lectio Hebraici exemplaris & reliquorum interpretum.

Omnis gloria ejus filiæ regis Esebon, in fim- 14.
E *briis aureis circumamicta varietatibus.* Quomodo fimbriis aureis circum ornata sit, probe intelligas, si Paulum audias dicentem: *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.* 1. Cor. 13. 9. Nam cognitio quæ ex parte est, aureum ornatum in extremitatibus ipsi circumponit. *Cum autem venerit*, inquit, *quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.* Ibid. 10. Postquam in cœlestem ecclesiam translata fuerit ea, quæ in terra infantis instar educa-

tur, tunc fimbrias aureas, videlicet cogni- A
tionem ex parte deponet; aureo autem ve-
stimento ornabitur.
15. *Adducentur regi virgines post eam, proxi-
mæ ejus adferentur tibi.* Filia quæ plerumque
superius memorata fuit, non semper in ter-
ra permanet, sed suo tempore transferetur.
At non omnes simul ejusmodi transmigratio-
ne donabuntur; sed quæ primo gradu in hoc
regno dignæ erunt, ex parte solum adferen-
tur Regi. Hæ vero sunt quæ virginitatem in
Christo & corpore & anima servant, ac spiri-
tu sanctæ sunt. Post primum autem ordinem, B
quæ proximè illas sunt adferentur: nam a-
pud Patrem mansiones multæ. (Joan. 14. 2.) Hæ vero
sunt, quæ honestæ continentisque vitæ cau-
sa proximum virginibus locum occupant.
Quomodo autem adferentur, declarat dicens,
In lætitia & exsultatione. Hæc vero qua ra-
tione dicantur probè intelliges, si Apostoli-
cam hanc vocem adponas: *Rapiemur in nu-
bibus obviam Domino in aëra, & sic semper* (1. Thess. 4. 16.)
cum Domino erimus. Non enim venient vel
ad Regem accedent virgines, sed adferentur,
aliis ipsas adducentibus, scilicet Angelis C
Dei, qui sublimes illas in altum deferent, ut
supernum iter facile decurrant. *Adducentur*
porro *in lætitia & exsultatione*, atque in tem-
plum regis, in regiam domum, regno cœlo-
16. rum donatæ, intromittentur. Templum por-
ro, domus Dei est; ita ut Rex ille, ad quem
adducuntur, Deus sit. Eas item adducunt,
qui ipsis instituta tradunt, lex videlicet at-
que prophetæ.
17. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Horum
sententiam clarius cæteri reddiderunt; Aqui- (Aquilæ.)
la quidem sic habens, *Pro patribus tuis erunt* D (Symmachi.)
tibi filii; Symmachus vero, *Pro patribus fue-
runt filii tui.* Hæc est autem dicti illius in-
terpretatio: Filii tui qui in te & a te nati
sunt, pro patribus tibi erunt. Nam hos i-
psos, quos túte genuisti, pro patribus habe-
bis. Sermonis autem eventum intelliges, si
perpendas quo pacto alienigenæ ex genti-
bus, ecclesiam Dei adeuntes, in ipsaque re-
generati, filii ejus efficiantur; ac deinceps
cum profectu aucti sunt, patres ipsius con-
stituantur, ad præfecturam ejus promoti, &
ad sacerdotale ministerium cooptati. Quo- E
modo autem illos pro patribus habitura sis,
apertius explicat his verbis, *Constitues eos
principes super omnem terram.* His porro Ec-
clesiam, quæ in terra est, alloquitur, quæque
a terminis terræ usque ad terminos ejus per-
tingit: in cujus principes & patres, proprios
filios ipsa Dei ecclesia constituit.
18. *Propterea populi confitebuntur tibi in æter-
num perpetuo*, Filia regum jam memorata,
scilicet Ecclesia in terra degens, paterni

καῦτα, ἀποθήσεται μὲν τὰ κροσσωτὰ τὰ χρυσᾶ, τὴν ἐκ μέρους γνῶσιν, ἐν ἱματισμῷ δὲ χρυσῷ.

Ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς, αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονταί σοι. ἡ διὰ τῶν ἔμπροσθεν πολλάκις ὠνομασμένη θυγάτηρ, οὐκ ἐπὶ γῆς εἰς τὸ παντελὲς διαμένει, μετατεθήσεται δὲ κατὰ καιρόν. ἀλλ' οὐ πᾶσα ἀθρόως τῆς τοιαύτης μεταβάσεως ἀξιωθήσεται· ἐν μέρει δὲ αἱ πρώτῳ βαθμῷ ἐν αὐτῇ τετιμημέναι ἀπενεχθήσονται τῷ βασιλεῖ· αὗται δέ εἰσιν αἱ τὴν ἐν Χριστῷ ἁγνείαν κατορθώσασαι ψυχῇ καὶ σώματι, καὶ πνεύματι καθηγιασμέναι. μετὰ δὲ τὸ πρῶτον τάγμα αἱ πλησίον αὐτῶν ἀπενεχθήσονται· πολλαὶ γὰρ μοναὶ παρὰ τῷ πατρί. αὗται δέ εἰσιν αἱ τὸν ἔγγιστα τόπον τῶν παρθένων ἐπέχουσαι διὰ σεμνοῦ καὶ σώφρονος βίου. ὅπως δὲ ἀπενεχθήσονται παρίστησι λέγων· ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει. νοήσεις δὲ ὅπως εἴρηται τοῦτο, παραθεὶς τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν ἥ φησιν· ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτως πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα. οὐ γὰρ ἐλεύσονται οὐδὲ ἀπελεύσονται τῷ βασιλεῖ παρθένοι, ἀλλ' ἀπενεχθήσονται, ἄλλων αὐτὰς ἀπαγόντων ἀγγέλων δηλαδὴ θείων μετεωριζόντων αὐτὰς καὶ εἰς ὕψος ἐπαιρόντων, ὡς ἂν εὐμαρῆ τὴν ἄνω ποιήσαιντο πορείαν. ἀπενεχθήσονται δ' ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει, καὶ εἰσαχθήσονται εἰς ναὸν βασιλέως, εἰς τὸν οἶκον τὸν βασιλικόν, τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας καταξιούμεναι. ναὸς δὲ οἶκος θεοῦ ἐστιν· ὥστε θεὸς ὁ βασιλεὺς ᾧ ἀπάγονται. ἄγουσι δὲ αὐτὰς καὶ οἱ τὰ παιδεύματα παραδιδόντες αὐταῖς, ὅ, τε νόμος καὶ οἱ προφῆται.

Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγενήθησάν σοι υἱοί. τούτων τὴν διάνοιαν σαφέστερον ἀποδεδώκασιν οἱ λοιποί· ὁ μὲν Ἀκύλας εἰπών, ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἔσονταί σοι υἱοί· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀντὶ πατέρων ἐγένοντο υἱοί σου. ἡ δ' ἑρμηνεία τοῦ λόγου ταύτην ἔχει τὴν διάνοιαν· οἱ υἱοί σου οἱ ἐν σοὶ καὶ ὑπὸ σοῦ γεγεννημένοι, ἀντὶ πατέρων γενήσονταί σοι. ἕξεις γὰρ αὐτοὺς πατέρας, οὓς αὐτὴ γεγέννηκας. νοήσεις δὲ τοῦ λόγου τὸ ἀποτέλεσμα, ἐπιστήσας ὅπως οἱ ἐξ ἐθνῶν ἀλλόφυλοι προσελθόντες τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, καὶ ἀναγεννηθέντες ἐν αὐτῇ, υἱοὶ αὐτῆς γίνονται· κἄπειτα ἐπιδιδόντες τῇ προκοπῇ, πατέρες αὐτῆς καθίστανται, προαγόμενοι εἰς τὴν αὐτῆς προστασίαν, καὶ τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας καταξιούμενοι. πῶς δ' ἕξεις αὐτοὺς ἀντὶ πατέρων διερμηνεύει, σαφέστερον λέγων· καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. λέγει δὲ ταῦτα πρὸς τὴν ἐπὶ γῆς ἐκκλησίαν ὁ λόγος, τὴν ἀπὸ περάτων ἕως περάτων διήκουσαν. ἐφ' ἣν ἄρχοντας καὶ πατέρας τοὺς ἰδίους υἱοὺς αὐτῆς ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ καθίστησιν.

Διὰ τοῦτο λαοὶ ὑμνήσουσί σε εἰς αἰῶνα διηνεκῶς. ἡ προλεχθεῖσα θυγάτηρ τῶν βασιλέων, αὕτη δὲ ἦν ἡ ἐπὶ γῆς ἐκκλησία, συναισθομένη

nominis

τῆς δυνάμεως τοῦ πατρικοῦ ὀνόματος, ἐπειδήπερ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα· ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, μετὰ τὰς πρὸς αὐτὴν λεχθείσας ἐπαγγελίας, πιστεύσασα φωναῖς, χαρᾶς τε καὶ εὐφροσύνης πληρωθεῖσα.

A nominis virtutem animadvertens, quoniam *dedit illi nomen quod est super omne nomen; ut in nomine Jesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum*, post datas sibi promissiones, his vocibus fidem habens, gaudio & exsultatione repletur. Philip. 2.10.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορὲ, ὑπὲρ τῶν κρυφίων, ψαλμὸς με'.

Ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ καὶ δύναμις, βοηθὸς ἐν θλίψεσι ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς σφόδρα. διὰ τοῦτο οὐ φοβηθησόμεθα ἐν τῷ ταράσσεσθαι τὴν γῆν, καὶ μετατίθεσθαι ὄρη ἐν καρδίαις θαλασσῶν. Εὐχαριστήριον ὕμνον ἀναπέμπει τῷ μεγάλων αὐτὴν καταξιώσαντι ὁ λόγος, ὅτι φροῦδος ἔσται, καθάπερ τινὶ παραπεμφθεῖσα βυθῷ, ἡ πάλαι κρατήσασα τῶν δαιμόνων ἀσέβεια, ἡ τῶν * ὀρῶν μεμιμημένη τὸ ὕψος, καὶ τῆς οἰκουμένης ἐπὶ πλεῖστον ἐσχηκυῖα τὸ κράτος. εἶτα λέγει ὁ προφητικὸς λόγος ὡς τὰ ὕδατα ζάλην ἐδέξατο, καὶ τὰ ὄρη κλόνον ὑπέμενε, τοῦ εὐαγγελικοῦ διαπορθμευομένου κηρύγματος. ἐνταῦθα δὲ ὄρη τὸ τῶν δαιμόνων προσηγόρευσε σῖφος, διὰ τὸν τῆς ἀλαζονείας ὄγκον, καὶ τοῦ τύφου τὸ ὑψηλόν. ὕδατα δὲ τῶν ἀνθρώπων τὰς γνώμας, τὰς δίκην ὑδάτων τῇδε κἀκεῖσε φερομένας ῥᾳδίως, καὶ ὑπὸ τῶν τῆς ἀπάτης κυκωμένας πνευμάτων. Ταῦτα δὲ διδάσκει ἡμᾶς καὶ ἡ τῶν πράξεων ἱστορία· ὅπως τῶν ἱερῶν ἀποστόλων τὴν οἰκουμένην περινοστούντων, ζάλης ἐμπίπλαντο καὶ θορύβων αἱ πόλεις. καὶ γὰρ ἐν Ἐφέσῳ Δημήτριος πᾶσαν τὴν πόλιν ἐκύκησεν· καὶ ἐν Λύστραις καὶ Δέρβῃ ταυτὸ τοῦτο γεγένηται. καὶ πάλιν ἐν Φιλίπποις καὶ Θεσσαλονίκῃ καὶ Ἀθήναις καὶ Κορίνθῳ, τῶν τῆς ἀπάτης πνευμάτων ταῦτα διεγειρόντων τὰ κύματα, ὑπὸ τούτων τινὲς ἐνεργούμενοι κατὰ τῶν ἱερῶν ἐβόων ἀποστόλων· οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, οὗτοι καὶ ἐνθάδε πάρεισι. Ταῦτα καὶ ὁ μακάριος προηγόρευσεν Ἀβακούμ· ἐπεβίβασας γάρ φησιν εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου, ταράσσοντας ὕδατα πολλά. ἵππους δὲ προσηγόρευσεν ὄχημα θεῖον γεγενημένους τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους· ἐπ' αὐτῶν γὰρ ὀχούμενος ὁ δεσπότης, τὰ πολλὰ καὶ διάφορα τῆς ἀσεβείας δόγματα διεσκέδασε. νοήσεις δὲ καὶ ἄλλως τὴν σύγχυσιν τῆς γῆς καὶ τὴν ταραχὴν αὐτῆς, ἀκούων τοῦ σωτῆρος λέγοντος· πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; καὶ πάλιν, μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς, καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ. ὡσεὶ σαφέστερον ἔλεγε, καὶ ἐχθροὺς ἑκάστου ποιήσαι τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ. τί χρὴ λέγειν ὡς καὶ πό-

Marg.: * ἰξίων.

In finem pro filiis Core, pro arcanis psalmus XLV. 1.

B *Deus noster refugium & virtus, adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos* 2.
nimis. Propterea non timebimus dum turbabi- 3.
laniati; alii quidem cariem corporis perpessi sunt, ut etiam vel adhuc viventes cum intolerabili fœtore vermibus scaterent: alii item viventes oculis capti sunt; ita ut divinitus immissum sibi flagellum animadverterent, palinodiamque canerent, ac ecclesiæ Deum magnum verumque, & solum esse dominum confiterentur, summaque cura præciperent ut civitas illa Dei, ab se olim impugnata, restauraretur ac denuo construeretur. Quod postea additur: *In spiritu vehementi conteres naves Tharsis*; sive secundum Aquilam, *In spiritu urente conteris naves Tharsis*; sive secundum Symmachum, *Per ventum violentum confringes naves Tharsis*; intelliges si animadvertas dictum fuisse, naves Tharsis ingentes divitias Salomoni advexisse, prout in Regnorum historia narratur; atque ita memoratorum regum divitias & dominatum conterenda, ac quasi in profundum penitus demergenda, atque prorsus auferenda esse, per contritas naves Tharsis subindicatur.
8.
Aquilæ.
Symmachi.
3. Reg. 10. 22.

Sicut audivimus, ita & vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri: Deus fundavit eam in æternum. Antiqui ex divinis lectionibus solum propheticas has voces acceperunt; nunc autem, cum ipsis rebus gestis prædictiones impletas vident, ita fantur: *Sicut audivimus, ita & vidimus.* Quare hæc dicentes sic alloquitur Salvator: *Multi prophetæ & justi voluerunt videre quæ vos videtis: &, Vestri autem beati oculi, quia vident.* Nobis quoque hæc vox competat, qui temporibus nostris similia vidimus in prædicta civitate impleta; quam non homo, sed ipse Deus fundavit in sæculum. Tunc porro maxime fundamentum ejus æternum, structuraque illius non ab hominibus excitata videtur, sed ab ipso Deo; cum obsidentibus tot inimicis, invicta & inexpugnabilis manet.
9.
Luc. 10. 24.

Secundum nomen tuum, sic & laus tua in fines terræ: justitia plena est dextera tua. Quoniam benefica ejus dextera, quæ bona omnia elargitur, æquabilitate & justitiâ plena est, neque ulla est apud ipsum personarum acceptio; jure evangelium omnibus gentibus prædicabatur. Quamobrem inquit Apostolus: *Non enim erubesco Evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo primùm & Græco. Justitia enim Dei in eo revelatur.* Consequenter autem additur: *Lætetur mons Sion:* quod ex præcedentibus declaratum est, cum de fundatione Ecclesiæ ageretur. Petra igitur & mons ipse
11.
Rom. 1. 16.
12.

[a] Scilicet Galerius Maximianus. Vide Lactantium de Mortib. persequutorum c. 33. Euseb. Hist. Eccl. c. 16. & alios. Sequens qui oculos amisisse fertur, est Maximinus, de quo vide Euseb. l. 9. c. 10. & Lactantium de Mort. Pers. c. 49. Utrumque autem, deposita adversus Christianos sævitia, edicta in illorum gratiam emisisse narrat idem Eusebius.

Christus erat. Gaudet itaque & omni lætitia repletur de magna in se fundata structura, ac de inexpugnabili civitate; atque salutem nactis salutis auctor Dominus gratulatur; imo etiam filiæ Judææ exsultant propter judicia Dei. Quænam illæ fuerint nisi Apostolicæ animæ, totusque discipulorum evangelistarumque Dom. & Salv. nostri Jesu Christi chorus, ex Judæis ortus? Lætabantur porro, ac omni exsultatione & animi gaudio replebantur, propter justa Dei judicia: quia ipsorum ministerio omnibus unà gentibus, omnibusque hominibus salutare Evangelium annuntiabatur.

13. *Circumdate Sion, & complectimini eam,*
14. *narrate in turribus ejus. Ponite corda vestra in virtute ejus, & distribuite domos ejus, ut enar-*
15. *retis in progenie altera. Quoniam hic est Deus Deus noster, ipse pascet nos in sæcula.* Quæ supra dicta sunt omnia, theologiam continent ejus qui tot tantaque gesta in hominibus edidit. Hæc autem profert ad personam quorumdam; ut ad prædictam Dei civitatem concedant circumdantes ipsam, ipsisque manibus complectantur, ut circumsistentes undique, ipsam tueantur. Quibusnam hæc agere præcipit? Divinis arbitror potestatibus, quæ Ecclesiam Dei ejusque religiosum institutum custodiunt; sanctisque item Angelis. Hos itaque ipsos Spiritus sanctus compellat his verbis: *Circumdate Sion, & complectimini eam*; sive, *muris circum munite*, secundum Symmachum. Pro illo autem, *Narrate in turribus ejus*, Aquila, *computate*, inquit, *muros ejus*: Symmachus vero, *numerate*. Et vero præstantiora maxime ædificia, ac quæ in civitate munitiora erant, utpote majoris momenti ac necessitatis quam cætera; memoratis custodibus numero tradita sunt ad tutelam; ut traditum sibi numerum, salvum integrumque restituerent. Hæc porro dicta ex Salvatoris voce intelligas, qua ipsos discipulos & Apostolos, qui ceu turres cæteris ædificiis præstabant, sic alloquebatur: *Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.* Nam qui ipsos ad tantam sublimitatem evexit, & Ecclesiæ suæ turres constituit, ne quid ab inimicis mali paterentur; majoribus ipsos custodibus, videlicet sanctis Angelis tradit. Unde in Actibus Apostolorum, gnari singulos Servatoris discipulos quibusdam Angelis traditos esse, renuntiante puella, Petrum esse, qui januam pulsaverat, reliqui discipuli dixerunt, *Num Angelus ejus est?* Imo etiam de pusillis in Ecclesia Servator hæc tradit: *Nam Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est.* Jure ergo iis præsenti sermone præcipitur: *Numerate turres*

Symmachi.
Aquilæ.
Symmachi.
Matth. 10. 30.
Act. 12. 15.
Matth. 18. 10.

A ὁ Χριστός. χαίρει τοίνυν καὶ πάσης εὐφροσύνης πληροῦται ἐπὶ τῇ μεγάλῃ ἐπ' αὐτῷ οἰκοδομῇ, καὶ τῇ ἀκαταμαχήτῳ πόλει, καὶ συγχαίρει τοῖς σωζομένοις ὁ σώζων αὐτοὺς κύριος. ἀλλὰ καὶ αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας ἀγαλλιῶνται ἕνεκεν τῶν κριμάτων τοῦ θεοῦ. τίνες δ' ἂν εἶεν αὗται, ἀλλ' ἢ αἱ ἀποστολικαὶ ψυχαὶ καὶ πᾶς ὁ τῶν μαθητῶν καὶ εὐαγγελιστῶν τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χορὸς ἐξ Ἰουδαίων γεγενημένος; ἔχαιρόν γε μὴν καὶ πάσης ἀγαλλιάσεως καὶ θυμηδίας ἐπληροῦντο, διὰ τὰ δίκαια κρίματα τοῦ θεοῦ. ἐπειδήπερ δι' αὐτῶν πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἔθνεσι
B καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐκηρύττετο τὸ σωτήριον εὐαγγέλιον.

Κυκλώσατε Σιὼν καὶ περιλάβετε αὐτήν, διηγήσασθε ἐν τοῖς πύργοις αὐτῆς. θέσθε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὴν δύναμιν αὐτῆς, καὶ καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς, ὅπως ἂν διηγήσησθε εἰς γενεὰν ἑτέραν. ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ θεὸς ἡμῶν, αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς εἰς τοὺς αἰῶνας. τὰ μὲν προλεχθέντα πάντα θεολογίαν περιέχει τοῦ τὰ τοσαῦτα ἐν ἀνθρώποις κατορθωκότος. τὰ δὲ προκείμενα προσφωνεῖται εἰς πρόσωπόν τινων, ὡς ἂν τὴν προλεχθεῖσαν πόλιν τοῦ θεοῦ διαλάβοιεν κυκλώσαν-
C τες αὐτήν, καὶ ταῖς χερσὶ περιλαβόντες· ὡς ἂν πανταχόθεν αὐτὴν περιεστοιχισμένοι φυλάττοιεν. τίσι δὲ ἄρα προστάττεται ταῦτα ποιεῖν; οἶμαι ὅτι ταῖς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ καὶ τὸ ἐν αὐτῇ θεοσεβὲς πολίτευμα φρουρούσαις θείαις δυνάμεσιν, ἀγγέλοις τε ἁγίοις. τούτοις οὖν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προσφωνεῖ λέγον· κυκλώσατε Σιὼν καὶ περιλάβετε αὐτήν, ἤγουν, περιτειχίσατε, κατὰ τὸν Σύμμαχον. ἀντὶ δὲ τοῦ· διηγήσασθε ἐν τοῖς πύργοις αὐτῆς, ὁ μὲν Ἀκύλας· ψηφίσατε φησὶ πύργους αὐτῆς· ὁ δὲ Σύμμαχος· ἀριθμήσατε. μάλιστα γὰρ τὰ ἐξοχώτατα τῶν οἰκοδομημάτων
D καὶ τὰ ὀχυρώτατα τῆς πόλεως ὡς ἂν κρείττονα καὶ τῶν λοιπῶν ἀναγκαιότερα, δέδοται σὺν ἀριθμῷ τοῖς εἰρημένοις φρουροῖς, φυλάττειν ἐπιμελῶς, ὡς ἂν παραδῶσιν ἔμπαλιν σῶον καὶ πλήρη ὃν παρειλήφασι ἀριθμόν. νοήσεις δὲ τὸ λεγόμενον ἀπὸ τῆς σωτηρίου φωνῆς, δι' ἧς τοῖς αὐτοῖς μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, τοῖς ὡσπερεὶ πύργοις ἐξέχουσι καὶ διαφέρουσι τῆς λοιπῆς οἰκοδομῆς, ἔλεγεν· ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν. ὁ γὰρ εἰς τοσοῦτον ὕψος αὐτοὺς ἐπάρας, καὶ πύργους τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ καταστήσας, ὡς ἂν
E μή τινα πάθοιεν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, μείζοσιν αὐτοὺς φύλαξιν, ἁγίοις ἀγγέλοις παραδίδωσιν. ἔνθεν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων εἰδότες ὡς ἕκαστος τῶν μαθητῶν τοῦ σωτῆρος ἀγγέλοις τισὶ παραδέδοται, τῆς παιδίσκης ἀπαγγειλάσης ὡς ἄρα Πέτρος εἴη ὁ τὴν θύραν παίσας, οἱ λοιποὶ μαθηταὶ ἔφασαν, μή ποτε ἄγγελος αὐτοῦ ἐστι; διδάσκει δ' οὖν καὶ περὶ τῶν μικρῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὁ σωτὴρ λέγων· οἱ γὰρ ἄγγελοι αὐτῶν διαπαντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. εἰκότως οὖν προστάττει ὁ παρὼν λόγος τούτοις αὐτοῖς λέγων· ἀριθμήσατε τοὺς πύργους

αὐτῆς. εἶθ' ἑξῆς τό· τάξατε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὴν δύναμιν αὐτῆς, καὶ καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς, κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· τάξατε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὸ περίβολον αὐτῆς. διαμετρήσατε τὰ βασίλεια αὐτῆς. πάντα ταῦτα προστάττονται ποιεῖν οἱ φρουροὶ τῆς ἐκκλησίας. παρεμβαλεῖ γὰρ ἄγγελος κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. ποίας δὲ βάρεις φησὶ, ἢ περὶ ὧν καὶ ἀνωτέρω ἐλέγετο· ὁ θεὸς ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς γινώσκεται, ὅταν ἀντιλαμβάνηται αὐτῆς; ἐλέγομεν δὲ πόλιν μὲν νοεῖσθαι πᾶν τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα τὸ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης· βάρεις δὲ αὐτῆς τὰς κατὰ μέρος καὶ κατὰ τόπον ἐκκλησίας. αὐτὰς οὖν ταύτας τὰς κατὰ μέρος ὁ παρὼν προστάττει λόγος καταδιελέσθαι. βούλεται γὰρ ἕκαστον τῶν ἀγγέλων ἀφωρισμένας ἐκκλησιῶν τινῶν φρουρὸν ἐπιστῆσαι. εἶτ' ἐπιλέγει τούτοις· ὅπως ἂν διηγήσησθε εἰς γενεὰν ἑτέραν. ἀγγέλων γὰρ ἦν τὸ εἰς γενεὰς διαφόρους δύνασθαι τὰς ἀρετὰς τοῦ θεοῦ διηγήσασθαι. καὶ ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς εἰς τοὺς αἰῶνας. ὑμεῖς μὲν γὰρ φρουροὶ ἂν εἴητε καὶ ὥσπερ ποίμνης φύλακες· ὁ δὲ τῶν θρεμμάτων ποιμὴν ἄλλος ἂν εἴη. τίς δὲ οὗτος ἢ ὁ εἰπών· ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός;

A ejus. Deinceps vero: *Ponite corda vestra in virtute ejus, & distribuite domos ejus*; secundùm Symmachum autem, *Ponite corda vestra in ambitum ejus: metimini regiam ejus.* Hæc omnia agere jubentur custodes Ecclesiæ: *Castrametabitur* enim *Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Quas autem domus indicat, nisi de quibus supra dicebatur, *Deus in domibus ejus cognoscitur, cum suscipiet eam?* Iam dicebamus per civitatem Dei intelligi religiosum omne institutum in universa terra stabilitum; per domos autem, B ecclesias singulas variis in locis positas. Singulæ autem illæ præsenti sermone distribui jubentur. Vult enim singulos Angelos ecclesiarum singularum sibi commissarum custodes esse. Postea sic claudit, *ut enarretis in progenie altera.* Angelorum enim erat virtutes Dei per diversas generationes enarrare posse. *Et quoniam hic est Deus Deus noster in æternum & in sæculum sæculi; ipse pascet nos in sæcula:* vos quidem ceu tutores fueritis & quasi custodes gregis; pecorum autem pastor alius fuerit. Quisnam ille nisi qui dixit, *Ego sum pastor bonus?*

Symmachi. Psal. 33. 8. Joan. 11. 24.

Εἰς τὸ τέλος τοῖς υἱοῖς Κορὲ, ψαλμὸς μη'.

C *In finem filiis Core psalmus XLVIII.* 1.

Ἔδει δὲ τοὺς υἱοὺς Κορὲ τὰ πρῶτα κατὰ καιρὸν ἐκθεμένους, καὶ τὰ δεύτερα διαγγελισαμένους, ἐπὶ τούτοις τε τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν κηρύξαντας, τὰ περὶ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ παραδόντας, μετὰ πάντα διαμαρτύρεσθαι τὰ περὶ τῆς συντελείας τοῦ παρόντος βίου καὶ τοῦ θείου δικαστηρίου· ἐν ᾧ πᾶν τὸ ποίημα ἄξει ὁ θεὸς εἰς κρίσιν, καὶ πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ θεοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν εἴτ' ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον. D ἀναγκαίως τοίνυν πάντα καλεῖ τὰ ἔθνη ἐπὶ τὴν τῶν λεχθησομένων ἀκρόασιν. ὡς γὰρ ἐπὶ τὴν σωτηρίαν πᾶν γένος ἀνθρώπων παρεκάλει, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τὴν διδασκαλίαν τῆς θείας κρίσεως ὁμοῦ πάντας ἀνακαλεῖται φάσκων· ἀκούσατε ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη, ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. οἵ τε γηγενεῖς καὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὸ αὐτὸ πλούσιος καὶ πένης. ἐπειδὴ τῶν ἐθνῶν τὰ μὲν ἀγελαιότερα τυγχάνει ἐν ἐρήμοις σκηνοποιούμενα, τὰ δὲ τὸν πολιτικὸν μετέρχεται βίον καὶ τὰς γεωργουμένας χώρας οἰκεῖ, ἀναγκαίως διαστολῇ κέχρηται, καὶ μετὰ E τὴν κοινὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν, ἴδιον εἰσάγει τάγμα τὸ τῶν οἰκούντων τὴν οἰκουμένην. διό φησιν· ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ τὸν Σύμμαχον, οἱ κατοικοῦντες τὴν κατάδυσιν. οὕτω δὲ καλεῖ τὰς πόλεις καὶ τὰς κώμας καὶ τοὺς οἴκους, ἐν οἷς καταδύονται οἱ ἐν αὐτοῖς κατοικοῦντες. εἶτα πάλιν

Oportuit filios Core, qui prima suo tempore protulerant, & secunda annuntiarant, ac insuper gentium vocationem prædicaverant, & quæ Ecclesiam Dei spectabant tradiderant; post hæc de consummatione præsentis vitæ & divini judicii testimonium ferre: in quo *omnem creaturam adducet Deus in judicium, & omnes tribunali Dei sistemur, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.* Necessario igitur omnes gentes evocat ad hæc, quæ dicenda sunt, audienda. Sicut enim totum genus hominum ad salutem hortabatur, eodem modo ad doctrinam judicii divini omnes simul invitat dicens: *Audite hæc* 2.
omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem: quique terrigenæ & filii hominum, 3.
simul in unum dives & pauper. Quoniam ex gentibus rudiores alii sunt, qui in desertis habitant; alii vero civiliorem vitam agentes, cultas terras frequentant; distinctione usus necessario est: ac postquam communi vocabulo gentes appellavit, peculiarem ordinem inducit eorum qui habitant orbem; quare ait; *Auribus percipite omnes qui habitatis orbem*: sive secundum Aquilam & Symmachum, *qui habitatis latibulum*; sic vero vocat urbes, vicos & domos, in queis sese abscondunt qui habitant in ipsis. Deinceps

Eccl. 12. 14. 2. Cor. 5. 10. Aquilæ. Symmachi.

vero terræ incolas distinguit dicens: *Quique terrigenæ & filii hominum.* Quia non liberos tantum, sed etiam domesticorum genus ad audiendum admittit, sive eos qui agrestem vitam instituerunt, necnon eos qui ingenui sunt, & liberaliter educati: sive etiam terrigenas, qui eremum incolere aggressi, & hominum mansuetissimi sunt.

Symmachi. Symmachus autem hoc modo interpretatus est: *Hominum genus, ac insuper filii uniuscujusque viri;* ut priore dicto in commune totum genus hominum, posteriore autem, unusquisque singillatim acceptus indicetur.

4. *Os meum loquetur sapientiam, & meditatio*
5. *cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam.* Hæc autem possunt ab Apostolis dici. Parabolas vero vocat obscuros sermones. Siquidem Dominus cum turbis parabolice loqueretur, domi postea easdem Apostolis explicabat. Ideo jam chorus Christum Dei sapientiam in ore ferens:

2. Cor. 1. 24. nam *Christus Dei virtus & Dei sapientia*, dicebat, *Os meum loquetur sapientiam.* Hunc enim omnibus prædicabant. Cumque acuta mente instructi essent, omnes Christi parabolas intelligebant, antequam ipse eas interpretaretur. Quare cum iis prolatis Salvator diceret:

Matth. 13. 51. *Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei, etiam.* Cor igitur eorum prudentias meditabatur, quas iis qui sequi non poterant, aperiebant, instrumento corporeo animæ intus habitanti ministrante. Hoc enim pro psalterio utebatur, ad divinos hymnos pulsandos, singulis partibus scite ac congruenter motis.

6. *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Si persona Domini est quæ loquitur, calcaneum ejus deprehendas esse Judam, qui ultimus corporis & terræ propinquior erat. Nam corpus Domini sunt Apostoli. Non timebo itaque Judæ proditionem in tempore crucis. Quandoquidem neque singuli homines Adami inobsequentiam timere debent: hanc quippe calcaneum iniquitatis esse subindicavimus. Nemo enim propter alterius nequitiam condemnatur. Adami vero inobsequentiam, ideo iniquitatem calcanei esse dixi, quia serpens contra calcaneum ejus potestatem habet.

8. *Frater non redimit, redimet homo? non dabit*
9. *Deo placationem suam, & pretium redemtionis animæ suæ.* Hoc quoque modo intelligas, non frater fratrem, non amicus amicum redimet: singuli namque mercedem suam recipient, et quale sit cujusque opus ignis probabit: nec dabit quispiam pro se

A διαιρεῖ τοὺς οἰκήτορας τῆς γῆς φάσκων· οἵ τε γηγενεῖς καὶ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων· ἐπεὶ μὴ μόνον ἐλευθέρους, ἀλλὰ καὶ τὸ οἰκετικὸν γένος προσίεται ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν, ἢ τοὺς ἀγροικότερον μετερχομένους βίον, καὶ τοὺς ἄλλως εὖ γεγονότας καὶ τροφῆς ἠξιωμένους ἐλευθερίου. ἢ γηγενεῖς μὲν, τοὺς τὴν ἔρημον οἰκεῖν ἠρημένους, τοὺς δὲ ἀνθρώπων τοὺς ἡμερωτέρους. ὁ δὲ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· ἤ τε ἀνθρωπότης καὶ προσέτι καὶ υἱοὶ ἑκάστου ἀνδρός. ἵν' ἡ διὰ μὲν τοῦ προτέρου καθολικῶς B πᾶν γένος ἀνθρώπου δηλούμενον, διὰ δὲ τοῦ δευτέρου ὁ κατὰ μέρος ἕκαστος.

Τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου σύνεσιν. κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου, ἀνοίξω ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημά μου. Ταῦτα δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων δύναται λέγεσθαι. παραβολὰς δὲ καλεῖ τοὺς αἰνιγματώδεις λόγους. καὶ γὰρ ὁ κύριος παραβολικῶς τοῖς ὄχλοις διαλεγόμενος, τοῖς ἀποστόλοις κατ' οἶκον ταύτας διέλυε. τούτων νῦν ὁ χορὸς τὴν τοῦ θεοῦ σοφίαν τὸν Χριστὸν C ἐπὶ στόματος φέρων· Χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία, ἐλέγετο τὸ στόμα μου λαλήσει σοφίαν. τοῦτον γὰρ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐκήρυττον· ἠκονημένοι δὲ τὸν νοῦν, πάσας τοῦ Χριστοῦ συνίεσαν τὰς παραβολὰς καὶ πρὸ τῆς αὐτοῦ ἑρμηνείας. διὸ μετὰ ταύτας ὁ μὲν σωτὴρ ἔλεγε· συνήκατε ταῦτα πάντα; οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ, ναί. ἡ καρδία τοίνυν αὐτῶν ἐμελέτα συνέσεις, ἃς ἤνοιγον τοῖς μὴ παρακολουθεῖν δυναμένοις, τοῦ σωματικοῦ ὀργάνου τῇ ἐνοικούσῃ πρὸς τοῦτο διακονοῦντος ψυD χῇ. τοῦτο γὰρ αὐτὶ ψαλτηρίου παρέλαβε πρὸς τὴν διὰ τούτων θείων ὕμνων ἀνάκρουσιν, ἑκάστου μέρους ἐπιστημονικῶς ἐν αὐτῷ κινουμένου.

Ἵνα τί φοβοῦμαι ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ; ἡ ἀνομία τῆς πτέρνης μου κυκλώσει με. εἰ δὲ πρόσωπον κυρίου τὸ λέγον, πτέρναν αὐτοῦ ἀρῆς τὸν ἔσχατον τοῦ σώματος καὶ τῇ γῇ πλησιάζοντα Ἰούδαν· σῶμα γὰρ κυρίου οἱ ἀπόστολοι. οὐ φοβοῦμαι οὖν τὴν Ἰούδα προδοσίαν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ· ἐπεὶ μηδὲ ἕκαστος τὴν τοῦ Ἀδὰμ παρακοήν. ταύτην γὰρ ᾐνιξάμεθα πτέρνας ἀνομίας εἶναι. οὐδεὶς γὰρ δι' E ἄλλου κακίαν καταδικάζεται· αἰτίαν δὲ πτέρνης τὴν παρακοὴν εἶπον Ἀδὰμ, τῷ τὸν ὄφιν ἐξουσίαν ἔχειν κατὰ τῆς πτέρνης αὐτοῦ.

Ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται, λυτρώσεται ἄνθρωπος; οὐ δώσει τῷ θεῷ ἐξίλασμα αὐτοῦ, καὶ τὴν τιμὴν τῆς λυτρώσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. νοήσεις δὲ καὶ οὕτως. οὐκ ἀδελφὸς ἀδελφὸν, οὐ φίλος φίλον λυτρώσεται· ἕκαστος γὰρ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται, καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει· καὶ οὐ δώσει τις ἐξίλασμα τῷ θεῷ ὑπὲρ ἑαυτοῦ κατ'

ἐκείνην τὴν ἡμέραν οὐδὲ τιμὴν καταθήσεται καθάπερ ἑαυτὸν ἐξωνούμενος. μάταιος ἄρα τοῖς κεκτημένοις ὁ πλοῦτος· πλὴν εἰ μή τις κατὰ τὸν παρόντα βίον εὑρεθῇ πιστὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος, ὃς ἐν καιρῷ δώσει τὸ σιτομέτριον τοῖς συνδούλοις. οὗτος γὰρ ἐντεῦθεν ἤδη σπείρας ἑαυτῷ εἰς δικαιοσύνην, τρυγήσει τότε καρποὺς ζωῆς. λύτρον γὰρ ἀνδρὸς, φησὶν ὁ σοφὸς, ὁ ἴδιος πλοῦτος. οἱ δὲ μήτε πλούτῳ μήτε δυνάμει σώματος ἀλαζονευόμενοι, ἐπίπονον δὲ τὸν παρόντα κτησάμενοι βίον, καταξιωθήσονται τῆς ἐν ἐπαγγελίᾳ ζωῆς. ἀντὶ δὲ τοῦ ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ Σύμμαχος· ἀλλὰ παυσάμενος φησὶ τῷ αἰῶνι, ζῶν εἰς αἰῶνα διατελέσει ὁ τοιοῦτος. ὁ κοπιῶν διὰ τῆς πρακτικῆς, ζήσεται εἰς τέλος διὰ τῆς γνώσεως.

Καὶ καταλείψουσιν ἀλλοτρίοις τὸν πλοῦτον αὐτῶν, καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. ἕτερος ἔφη, καταλείψουσιν ἑτέροις τὸν αἰσθητὸν, αἰσθητόν τε πλοῦτον αὐτῶν καὶ τὸν ἐν συγγράμμασιν. οὐδὲν γὰρ ἐξ αὐτῶν αἱρήσουσι κέρδος κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως. ἀπαχθήσεται γὰρ ἡ τούτων ψυχὴ, οὐδὲν πλέον ἢ τὸν ἑαυτῆς τάφον ἐπαγομένη, δηλαδὴ τὸ σῶμα καὶ τὴν φθορὰν, ἐν ᾗ ὥσπερ ἐν τάφῳ κατώρυκτο. καὶ ἄλλως δὲ οὐδὲν πλέον ἕξει τις ἐκ τῶν γηΐνων κτημάτων, ἢ τοῦ τάφου τὸν τόπον ἐν ᾧ τελευτήσας κείσεται νεκρὸς ἐφθαρμένος. τὰ δὲ σκηνώματα αὐτῶν ἐν οἷς ἔτι ζῶντες κατῴκουν, εἰς ἑτέρους ἀλλοτρίους ἥξει, καὶ διαδοθήσεται εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

Ὡς πρόβατα ἐν ᾅδῃ ἔθεντο, θάνατος ποιμανεῖ αὐτούς. εἰπὼν τὰ τῶν ἀσεβῶν τὰ πρὸ τοῦ θανάτου, νῦν οἷα πείσονται λέγει ἐν αὐτῷ τῷ ᾅδῃ γενόμενοι. θρέμματα γὰρ ἔσονται θανάτου ὑπὸ αὐτοῦ ποιμαινόμενοι. κατὰ δὲ Σύμμαχον, ὡς βοσκήματα ᾅδου ἔταξαν ἑαυτούς. οὐ γὰρ ἠθέλησαν ὑπὸ τῷ καλῷ ποιμένι τετάχθαι· καὶ διὰ τοῦτο γεγόνασι θρέμματα θανάτου, καὶ τοὺς μὲν ἀπάξει εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· τοὺς δὲ ὅπου ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων· τοὺς δὲ, εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. ἀντὶ δὲ τοῦ καὶ ἡ βοήθεια αὐτῶν παλαιωθήσεται ἐν τῷ ᾅδῃ ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν, ὁ μὲν Ἀκύλας, καὶ χαρακτὴρ αὐτῶν κατατρῖψαι ᾅδην ἐκ κατοικητηρίου αὐτῶν. ὁ γὰρ χαρακτὴρ αὐτῶν ὃν ἑαυτοῖς ἐξετύπωσαν, τὸ μὲν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ θεοῦ ἐξ αὐτῶν ἀφανίσαντες· εἴδη δὲ καὶ μορφὰς ἀλόγων ζώων καὶ ἑρπετῶν διὰ τρόπων μοχθηρίας τῇ ψυχῇ περιθέμενοι, κατατριβήσεται ἐν τῷ κατοικητηρίῳ τοῦ ᾅδου. κατὰ δὲ Σύμμαχον τὸ δὲ κράτος αὐτῶν παλαιώσει ᾅδης ἀπὸ τῆς οἰκήσεως τῆς ἐντίμου αὐτοῦ. ὃ γὰρ ἔδοξαν περιποιεῖν ἑαυτοῖς κράτος διὰ τὴν ἐμφυεῖσαν ἐν αὐτοῖς κακίαν, τοῦτο παλαιώσει ὁ ᾅδης ἐν ταῖς οἰκήσεσι ταῖς παρ' αὐτῷ. καὶ τοῦτο μὲν τῶν ἀσεβῶν τὸ τέλος. οἱ δὲ εὐσεβεῖς κατ' ἐκεῖνον καιρὸν παρρησίας

A Deo *placationem* in illa die: neque pretium deponet quasi pro sua redemtione. Inutiles itaque sunt divitiæ; nisi quis in præsenti vita fidelis ac prudens œconomus inveniatur, qui tritici mensuram in tempore suo conservis distribuat. Hic enim cum in hac vita ad justitiam seminaverit, tunc metet vitæ fructus. Nam *redemtio viri*, ait Sapiens, *divitiæ ejus*. (Prov. 13. 8.) Qui autem nec de divitiis nec de robore corporis superbiunt; sed præsentem vitam in labore transigunt, promissâ vitâ dignabuntur. Pro illo, *laboravit in æternum*, Symmachus, *Sed postquam requievit sæculo, vivens in sæculum talis permanebit*. (Symmachi.) Qui laborat in rebus agendis, vivet in finem per cognitionem.

11\. 12. *Et relinquent alienis divitias suas, & sepulcra eorum domus illorum in æternum.* Alius ait, Relinquent alienis divitias sensum moventes, divitias sensiles suas, necnon eas, quas scripto consignatas habent. Nullum quippe ex ipsis emolumentum percipient in die judicii. Abducetur quippe anima eorum, nihil aliud adferens præter sepulcrum; videlicet corpus, & corruptionem in qua ceu in sepulcro defossa est. Et aliàs ex terrenis possessionibus nihilo plus referet quispiam quam locum sepulcri, in quo post mortem jacebit corruptum cadaver. Tabernacula autem eorum, in quibus cum adhuc in vivis essent habitabant, ad alienos venient, & tradentur in generationem & generationem.

15\. *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Cum dixisset ea quæ impiis ante mortem obventura sunt; nunc qualia in inferno passuri sint enuntiat. Nam pecora mortis erunt, & ab ipsa pascentur. Secundum Symmachum autem, *Sicut pecora inferni sese constituerunt*. (Symmachi.) Noluerunt enim sub bono pastore constitui; atque ideo pecora mortis effecti sunt: atque illos quidem abducet in ignem æternum; alios, ubi est fletus & stridor dentium; alios, in tenebras exteriores. Pro illo autem, *Et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum*, Aquila, (Aquilæ.) *Et character eorum conterere infernum ex habitaculo eorum.* Nam character quem sibi effinxerunt, eliminata ex seipsis Dei imagine ac similitudine, atque irrationabilium animalium, reptiliumque formis per varios improbitatis modos animæ suæ adscitis, in habitaculo inferni conteretur. Secundum Symmachum autem; *Robur eorum antiquabit infernus a pretioso habitaculo ejus.* (Symmachi.) Nam robur illud, quod sibi ob insitam malitiam adquirere videbantur, antiquabit infernus in habitationibus ibidem positis. Et hic quidem impiorum finis. Pii autem illo tempo-

re, matutina & nova luce donari, orienti impiorum dominabuntur; sive secundum Aquilam, *imperabunt*; sive secundum Symmachum, *subjicient sibi*. Nam cum impii hic proborum animas depresserint, illic animam piorum liberabit, ut ne una cum impiis abducantur; sed in aliis locis & ovilibus degant.

Aquilæ. Symmachi.

ἀξιωθέντες καὶ νέου φωτός, ἀνατολῆς τῆς τῶν ἀσεβῶν κατακυριεύσουσι, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν. * ἐνὶ κρατήσουσιν, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον ὑποτάξουσιν αὐτοῖς. τῶν γὰρ ἐνταῦθα ταπεινωσάντων τοὺς αὐτοὺς ἀσεβῶν, ἐκεῖ ῥύσεται τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ μὴ συναπαχθῆναι τοῖς ἀσεβέσιν ἀλλ' ἐν ἑτέροις εἶναι χωρίοις τε καὶ ποιμνίοις.

19. *Quia anima ejus in vita ipsius benedicetur, confitebitur tibi cum bene feceris ei.* Justus omni tempore benedicit Deo; peccator autem tunc confitens solum benedicit Deo, cum quid boni sibi a Deo obvenerit.

Ὅτι ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ εὐλογηθήσεται, ἐξομολογήσεταί σοι ὅταν ἀγαθύνῃς αὐτῷ. ὁ μὲν δίκαιος εὐλογεῖ τὸν κύριον ἐν παντὶ καιρῷ· ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς τηνικαῦτα ἐξομολογούμενος, εὐλογεῖ τὸν θεὸν ὁπηνίκα ἂν ἀγαθόν τι αὐτῷ ἐκ θεοῦ ἀποβῇ.

---

1. PSALMUS ASAPH. XLIX.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΑΣΑΦ. μθ'.

QUI Asaph inscripti sunt, omnes numero duodecim exstant. In sequentibus vero alii undecim habentur, qui a LXXII. incipiunt: ex quibus præsens psalmus avulsus est, nec sine causa. Sed quia præcedens psalmus de Dei judicio edisserebat, ac præsens similis est argumenti; merito post illum consequenter positus est. Enimvero eversa Moysis lege, novi Testamenti modum gentibus traditum profert. Atque idipsum evenit in psalmis filiorum Core: qui & ipsi numero duodecim. Sed octo priores deinceps positi sunt, a quibus avulsi quatuor reliqui, post psalmos Asaph sunt constituti: forte quia Asaphi fere omnes, Israëlis abjectionem & in omnes gentes dispersionem vaticinabantur, post quam Dei gratia omnes gentes adiit; quare reliqui filiorum Core psalmi illos exceperunt, qui universarum gentium vocationem prænuntiant.

ΟΙ ἐπιγεγραμμένοι τοῦ Ἀσάφ, εἰσὶ μὲν οἱ πάντες τὸν ἀριθμὸν ιβ'. ἐφεξῆς δὲ οἱ ια'. ἀρχόμενοι ἀπὸ τοῦ οβ'. ἐξ ὧν ὁ παρὼν ἀπεσπάσθη ψαλμός, οὐχ ἁπλῶς ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ πρὸ τούτου ψαλμὸς περὶ κρίσεως τοῦ θεοῦ διεστέλλετο, τοιοῦτος δὲ καὶ ὁ παρών, εἰκότως κατὰ τοῦτο ἀκολουθίαν ἐδέξατο. ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ Μωσέως ἀνατρέπων νομοθεσίαν, παραδίδωσι τῆς καινῆς διαθήκης τὸν δοθέντα τοῖς ἔθνεσι τρόπον. καὶ τοῦτο δὲ ἦν ἐν τοῖς τῶν υἱῶν Κορὲ ψαλμοῖς. οἵτινες καὶ αὐτοὶ τυγχάνουσι μὲν ιβ'. ἀλλ' η'. οἱ προλαβόντες ἐφεξῆς κατετάγησαν, ὧν ἀποσπασθέντες οἱ λείποντες τέσσαρες, μετὰ τοὺς τοῦ Ἀσὰφ ψαλμοὺς κατετάγησαν. ἴσως ἐπεὶ οἱ τοῦ Ἀσὰφ πάντες ὡς εἰπεῖν, τοῦ Ἰσραὴλ ἐθέσπιζον τὴν ἀποβολήν, καὶ τὴν εἰς πάντα τὰ ἔθνη διασποράν, μεθ' ἣν ἡ χάρις τοῦ θεοῦ τὰ ἔθνη πάντα μετῆλθεν. ὅθεν οἱ λοιποὶ τῶν υἱῶν Κορὲ ψαλμοὶ διεδέξαντο, τὴν τῶν ἐθνῶν ἁπάντων προαγορεύοντες κλῆσιν.

Deus deorum Dominus loquutus est, & vocavit terram. Reliqui tres sic interpretati sunt: *Fortis Deus loquens vocavit terram.* LXX. autem deos vocarunt principes ac judices, quod proprium solius Dei est. Siquidem in LXXXI. psalmo postquam dixerat, *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem Deos dijudicat;* subjunxit, *Usquequo judicatis iniquitatem?* Sic & lex præcipit: *Diis non maledices, & principibus populi tui non conviciaberis.* Jure sic vocentur qui imaginem illam in se servaverint: quorum Deus totum orbem ad judicium evocat: ipseque Dominus Dei verbum, incarnatus per evangelium loquutus est: & omnes quidem vocat, sed non omnes obsequuti sunt evangelio. Sed qui obedierunt, promissa nanciscuntur; iis vero qui gratiam contemserunt, in glorioso suo adventu ignem comminatur, venturus ex cœlesti Sion, de qua Paulus ait: *Ea vero, quæ sursum est Jerusalem libera est,*

Versio reliquorum interpretum.

Psal. 81. 1.

Ibid. 2.

Exod. 22. 28.

Gal. 4. 26.

Θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν. οἱ λοιποὶ δὲ τρεῖς ἡρμήνευσαν· ἰσχυρὸς θεὸς λαλήσας ἐκάλεσε τὴν γῆν. οἱ δὲ ο'. θεοὺς ἐκάλεσαν τούς τε ἄρχοντας καὶ κριτάς, ὅπερ ἴδιον μόνου θεοῦ. τοιγαροῦν ἐν πα'. ψαλμῷ προφήσας, ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρίνει, ἐπήγαγεν· ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν; οὕτω καὶ ὁ νόμος διαγορεύει· θεοὺς οὐ κακολογήσεις, καὶ ἄρχοντας τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. εὐλόγως δ' ἂν κληθεῖεν οἱ τὸ κατ' εἰκόνα φυλάξαντες· ὁ τούτων θεὸς πᾶσαν συνάγει τὴν οἰκουμένην εἰς τὸ κριτήριον αὐτοῦ ὢν ὁ κύριος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἐνανθρωπήσας ἐλάλησε διὰ τοῦ εὐαγγελίου καὶ πάντας μὲν καλεῖ, οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ. ἀλλ' οἱ μὲν ὑπακούσαντες, τῶν ἐπηγγελμένων τυγχάνουσι· τοῖς δὲ τὴν χάριν ἀθετοῦσι, τὸ πῦρ ἀπειλεῖ κατὰ τὴν ἔνδοξον αὐτοῦ παρουσίαν, ἥξων ἐκ τῆς ἐπουρανίου Σιών, περὶ ἧς ὁ Παῦλος φησίν· ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστίν, ἥτις

ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. καὶ, προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. εὐπρέπεια δὲ ὡραιότητος ἡ ἔνδοξος αὐτοῦ θεοφάνεια· ταύτην καὶ τό· ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, δηλοῖ. κατὰ μὲν οὖν τὴν προτέραν αὐτοῦ παρουσίαν ὑπὸ ἀνθρώπων κρινόμενος ἐσιώπα· οὐδὲ τοσαῦτα πάσχων ἠμύνατο, οὐδὲ πᾶσιν ἐδείκνυ τὴν ἰδίαν θεότητα. τότε δέ φησιν ἐμφανῶς ἥξει καὶ οὐ παρασιωπήσεται. προλαμβάνον δὲ τὸ πῦρ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν καθαίρει, πᾶσαν ὕλην καυστὴν ἀναλίσκον, πρὸς τὸ μὴ ξύλα, μὴ χόρτον, μὴ καλάμην πρὸ προσώπου αὐτοῦ φαίνεσθαι. ἐλέγξει δὲ ἢ ἀποδέξεται, τοῖς μὲν λέγων· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, τοῖς δέ, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ. πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ καυθήσεται· πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. πῦρ δὲ ἐνταῦθα τὴν διδασκαλίαν τοῦ θεοῦ λόγου λέγει· ὅτι τὸ πῦρ καίει μὲν τὰς μοχθηρὰς ἕξεις, δοκιμάζει δὲ τοὺς καθαρούς. διὰ γὰρ τοῦτο, κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα· ὅσοι γὰρ θέλουσιν εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ διωχθήσονται· ἀλλὰ καὶ θλῖψιν φησὶν ἕξετε ἐν τῷ κόσμῳ.

Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ τὴν γῆν διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ. συναγάγετε αὐτῷ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ, τοὺς διατιθεμένους τὴν διαθήκην αὐτοῦ ἐπὶ θυσίαις. ἄλλως, τοῦ προτέρου λαοῦ τὴν κρίσιν ἰδιάζουσαν δείκνυσι, τὸν οὐρανὸν προσκαλούμενος καὶ τὴν γῆν· ἐπειδὴ τὸν νόμον διὰ Μωσέως παραδιδοὺς ἔλεγε· μαρτύρομαι ὑμῖν σήμερον τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πάλιν ἐν μεγάλῃ ᾠδῇ· πρόσεχε οὐρανὲ καὶ λαλήσω, καὶ ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου. διὸ καὶ Ἡσαΐας· ἄκουε φησὶν οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου ἡ γῆ, ὁ κύριος ἐλάλησεν· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. καὶ νῦν τοίνυν τοὺς αὐτοὺς ἐπικαλέσεται μάρτυρας, καὶ ὥσπερ ὁ σωτὴρ ἐν εὐαγγελίοις τὸ ποίμνιον αὐτοῦ διακρίνει, δηλαδὴ τοὺς τῆς ἐκκλησίας, τὰ πρόβατα μὲν ἱστῶν ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων, τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ αὐτὸς κύριος καὶ νῦν διακρίνει τὸν λαὸν αὐτοῦ. τὸ Ἑβραϊκὸν καὶ οἱ λοιποί· συναγάγετέ μοι φασίν· ὡς γὰρ ἐν εὐαγγελίοις εἴρηται· καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συνάξουσι πάντα τὰ ἔθνη· οὕτω καὶ νῦν τοῖς αὐτοῖς ἐπιτάττει. προτέρους δὲ βούλεται ἀφορισθῆναι τῶν ἀσεβῶν τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, τυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ὀφείλοντας.

Μὴ φάγομαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίομαι; τροφὴ δὲ θεοῦ περὶ ἧς εἶπεν· ἐπείνασα καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα καὶ ἐποτίσατέ με· ὑφ' ὧν τρεφόμενος λέξω· ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε. ἔστι δὲ θῦσαι λογικῶς καὶ διὰ θεολογίας καὶ εὐχαριστίας. καὶ ἐπειδὰν τις τῷ θεῷ τι πρέπον ὑποσχόμενος ἔργοις ἐπιτελέσειεν. εὐχὰς γὰρ ἡ γραφὴ τὰς ἐπαγγελίας φησίν, ὡς ἐν τῷ

A quæ est mater nostra; &, *Accessistis ad Sion montem & civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem.* (Hebr. 12. 22.) *Species* autem *decoris* est gloriosa ejus theophania, quam aperte declarat illud: *Deus manifeste veniet.* In primo itaque adventu suo, dum ab hominibus judicio examinaretur, silebat, tantaque perpessus non sese ulciscebatur, nec omnibus suam exhibebat deitatem. *Tunc,* ait, *manifeste veniet & non silebit.* Ignis autem prævertens, regnum ejus expurgat, omnem, quæ uri potest, materiem absumens, ut neque ligna, neque
B fœnum, neque palea, ante conspectum ejus appareat. Arguet autem simul & approbabit; aliis dicens, *Venite benedicti patris mei;* (Matth. 25. 34.) aliis vero, *Discedite a me. Ignis in conspectu* 3. *ejus exardescet. Ignem veni mittere super terram.* (Luc. 12. 49.) Ignem hic vocat doctrinam Dei Verbi: quia ignis quidem pravos habitus comburit, mundos autem probat. Propterea *in circuitu ejus tempestas valida.* Quotquot enim *volunt pie vivere in Christo, persequutionem patientur;* (2. Tim. 3. 12.) sed etiam inquit, *Tribulationem habebitis in mundo.* (Joan. 16. 33.)

C *Advocabit cælum desursum, & terram discernere populum suum.* 4. *Congregate illi sanctos ejus, qui ordinant testamentum ejus super sacrificia.* 5. Alio modo, prioris populi proprium judicium declarat, cælum advocans & terram: quoniam cum legem per Moysem tradidisset, dicebat: *Testor vobis hodie cælum & terram;* (Deut. 30. 19.) ac rursum in magno cantico: *Attende cælum, & loquar: & audiat terra verba ex ore meo.* (Deut. 32. 1.) Quamobrem ait Hesaïas: *Audi cælum, & auribus percipe terra, Dominus loquutus est: Filios genui & exaltavi, ipsi autem* (Hesai. 1. 2.)
D *spreverunt me.* Nunc quoque eosdem evocabit testes, ac quemadmodum Servator in Evangeliis ovile suum discernit, scilicet eos qui Ecclesiæ sunt, oves statuens a dextris, hœdos autem a sinistris; eodem modo ipse Dominus jam discernit populum suum. Hebraïcum exemplar & reliqui, *congregate mihi,* inquiunt. (Lectio Hebraici exemplaris & reliquorum interpretum.) Sicut enim in Evangelio dictum est: *Et mittet Angelos suos, & congregabunt omnes gentes;* (Matth. 24. 31.) ita & nunc iisdem præcipit. Vult autem sanctos prius quam impios segregari, utpote qui promissa consequi debeant.
E

Numquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo? 13. Esca Dei est de qua dixit; *Esurivi, & dedistis mihi manducare; sitivi, & dedistis mihi bibere,* &c. (Matth. 25. 35.) a quibus enutritus dicam, *In quantum fecistis uni ex his minimis, mihi fecistis.* (Ibid. 40.) Immolari autem potest per divinos sermones ac gratiarum actionem; cum quispiam quæ Deo pollicitus est, opere compleverit. Vota enim promissiones Scriptura vocat, ut cum ait;

Deut. 23. 21. *Si votum voveas, ne tardes reddere.* Melius siquidem est non vovere, quam vovere & non reddere. Sic igitur cum seminaveris ad justitiam, speres te fructum vitæ collecturum.

A ἐὰν εὔξῃ εὐχὴν μὴ βραδύνῃς ἀποδοῦναι. ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαι, ἢ τὸ εὔξασθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι. οὕτως οὖν σπείρας εἰς δικαιοσύνην, ἔλπιζε τεύξεσθαι καρπὸν ζωῆς.

16. *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras justitias meas, & adsumis testamentum meum per os tuum?* Transitionem sermo habet ab ordine justorum ad ordinem improborum. Ille enim aliquid amplius habuit, scilicet novi Testamenti scientiam. Peccatorem autem, non alienum a scripturis, sed prævaricatorem vocat. Illumque coarguit, non de transgressione circa sabbata aut hostias, aut similes escas; sed de legum naturalium violatione, quarum disciplinam a Deo traditam pro insana habebat: hanc enim peccando abjecit. Naturalis quippe lex ea est, nemini facere quæ pati nolimus. Mœchi autem sunt, impii idololatræ; & fures, qui veritatem suffurantur. Modo igitur ait, In malitia confidebas; mox, Dolose insidiabaris, simulabasque te sincere & quasi cum fratribus colloqui, & clam iis maledicebas; insidias struebas iis, qui ex eadem quam tu matre orti sunt, sive ex Synagoga, sive ex Ecclesia: de quibus ego silebam, quando humanam assumsi naturam. Sive alio modo, Ad pejora gradiebare, mansuetudinem, patientiam & tolerantiam meam despiciens: quare ulterius non patiar. Nam sic adfectus eras, ut putares me gesta probare tua, aut neminem eorum recordaturum. At ego te arguens, omnia tibi ob oculos ponam, ut his conspectis, pudore adficiaris.

Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ θεός· ἵνα τί σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀντιλαμβάνῃς τὴν διαθήκην μου διὰ τοῦ στόματός σου. μετάβασιν ὁ λόγος ἔχει ἀπὸ τοῦ τῶν δικαίων τάγματος ἐπὶ τὸ τάγμα τῶν πονηρῶν. ἐκεῖνο γὰρ τι πλέον ἔσχε, τῆς καινῆς διαθήκης τὴν ἐπιστήμην. ἁμαρτωλὸν δὲ οὐ τὸν ἀλλότριον τῶν γραφῶν, ἀλλὰ B τὸν παραβάτην καλεῖ. ἐλέγχει δὲ αὐτὸν οὐκ ἐπὶ παραβάσει σαββάτων ἢ θυσιῶν, ἢ τοιῶνδε βρωμάτων, ἀλλὰ τῶν φυσικῶν νόμων, ἐφ' οἷς ἀνόητα ἦν αὐτῷ τοῦ θεοῦ τὰ μαθήματα. ταῦτα γὰρ ἁμαρτάνων ἀπέρριπτε. φυσικὸς γὰρ ὁ νόμος τὸ μὴ δεῖν ποιεῖν, ἃ δὴ παθεῖν οὐ βουλόμεθα. μοιχοὶ δὲ καὶ οἱ ἄθεοι εἰδωλολάτραι, κλέπται δὲ καὶ οἱ κλέπτοντες τὴν ἀλήθειαν. ποτὲ μὲν οὖν, ἐπαρρησιάζου φησὶ τῇ κακίᾳ, ποτὲ δὲ δολίως ἐπεβούλευες, προσεποιοῦ δὲ γνησίως καὶ ὡς ἀδελφοῖς ὁμιλεῖν, λάθρα τούτων καταλαλῶν· ἐνήδρευες δὲ C καὶ τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς σοὶ μητρός, ἤτοι συναγωγῆς, ἢ καὶ ἐκκλησίας, ἐφ' οἷς ἐμοῦ σιωπῶντος ἡνίκα ἐνηνθρώπησα *· ἢ καὶ ἄλλως, ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐβάδιζες καταφρονῶν τῆς ἐμῆς χρηστότητος καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας· διὸ λοιπὸν οὐκ ἀνέξομαι. καὶ γὰρ διέκεισό με τὰς σὰς ἀποδέχεσθαι πράξεις, ἢ καὶ μηδένα τούτων μεμνῆσθαι· ἀλλ' ἐγώ σε διελέγχων πρὸ τῶν σῶν ὀφθαλμῶν ἅπαντα θήσω, ὅπως ὁρῶν αἰσχυνθῇς.

---

1. *In finem psalmus David. L.*

D Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ. ν'.

2. *Cum venit ad eum Nathan propheta, quando intravit ad Bersabee.*

Ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν Ναθὰν τὸν προφήτην ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεέ.

3. *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.* Quasi pro magno animæ vulnere, magna misericordia opus esse confitetur.

4. *Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.* Respice iterum ad Christi mysterium; nam purgatione legis præstantior baptismi virtus, hujus animæ emundationem perficit. Nam illa ad animæ puritatem advecta est.

Ἐλέησόν με ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. ὡς ἐπὶ μεγάλῳ δὲ ψυχῆς τραύματι, μεγάλου δεῖσθαι ἐλέου ὁμολογεῖ.

Ἐπὶ πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου, καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με. ὅρα δὲ πρὸς τὸ Χριστοῦ πάλιν μυστήριον. τὴν γὰρ ἐν νόμῳ κάθαρσιν ἡ τοῦ βαπτίσματος ὑπερβαίνουσα δύναμις, καὶ ταύτης τῆς ψυχῆς ἐργάζε- E ται κάθαρσιν. ἐκείνη γὰρ πρὸς τῆς ψυχῆς προσελαμβάνετο καθαρότητα.

6. *Tibi soli peccavi & malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis & vincas cum judicaris.* Non hoc ait, Uriæ injuriam non feci: sed quia magnum scelus in Deum aggredi ausus est, qui ex pastore rex effectus,

Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα, ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. οὐ τοῦτο φησίν, ὅτι τὸν Οὐρίαν οὐκ ἠδίκησα· ἀλλ' ὅτι τὴν μεγίστην παρανομίαν εἰς αὐτὸν τετόλμηκε τὸν θεόν, ἀπὸ προβατέως μὲν γενόμενος βασιλεύς, His similia Theodoret.

κρατήσας δὲ τῶν ἐχθρῶν, παντοδαποῖς δὲ A κοσμηθεὶς ἀγαθοῖς, καὶ τοιούτοις τὸν εὐεργέτην ἀμειψάμενος. τὸ δὲ, ἐνώπιόν σου, καὶ ἐν τῇ ἱστορίᾳ δεδήλωται· ὤφθη γάρ, φησί, τὸ γεγονὸς πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου. ἢ οὕτως, ἐδόκουν τις εἶναι πάλαι σκεπόμενος ὑπὸ σοῦ. νενόμικα δὲ λοιπὸν ἀσάλευτος εἶναι λέγων ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ. διὸ ἀποστρέψας τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος. διδαχθεὶς ἐλέει τῷ σῷ· ἐὰν μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες.

Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ B ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου. ὅμοια δ' ἂν εἴη καὶ ταῦτα τοῖς παρὰ τοῦ Ἰώβ· ἐπικατάρατος ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ ἐγεννήθην, καὶ ἡ νὺξ ἐν ᾗ εἶπον· ἰδοὺ ἄρσεν. διατί γὰρ ἦν ἐπικατάρατος, ἀλλ' ὅτι ἐν ἀνομίαις συνελήφθη; ἀκόλουθον γὰρ ἦν κατάραν ἕπεσθαι ἁμαρτίᾳ. τοῖς αὐτοῖς Ἱερεμίας ἐχρήσατο φήσας· ἐπικατάρατος ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ ἐτέχθην ἐν αὐτῇ, καὶ ἡ νὺξ ἐν ᾗ συνέλαβέ με ἡ μήτηρ μου. μακάριον γὰρ ἦν τὸ μηδὲ τὴν πρώτην γυναῖκα παραβᾶσαν τῇ φθαρτῇ γενέσει διακονήσασθαι. μένειν δὲ ἐν παραδείσῳ θείοις ὁμοιωθεῖσαν ἀγ- C γέλοις· ἀλλὰ φθόνῳ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. θανάτῳ δὲ ἡ δι' αἱμάτων καὶ σαρκὸς ὑπηρετεῖτο γένεσις εἰς τὴν θνητοῦ γένους διαμονήν. διὸ καὶ ἡ σύλληψις, ὡσανεὶ θανάτῳ ὑποκειμένη, τοῖς μακαρίοις διεβάλλετο. ὁ δὲ Σύμμαχος· εἰς ἀδικίαν ὠδινήθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκύησέ με ἡ μήτηρ μου. ὠδινήθην γὰρ καὶ ἐκυήθην φησίν, ἵνα παρέλθω εἰς ἀδικίαν, καὶ ἵνα ἐν ἁμαρτίαις γενόμενος, ἐλεγχθῶ κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν, οὐκ ἐν ἀνομίαις φησὶ τῆς ἐμῆς συνελήφθην μητρός, οὐδὲ ταῖς ἑαυτῆς ἀνομίαις ἐκίσσησέ με· ἀλλ' D ἐγὼ εἰς ἀδικίαν ἐγεννήθην, θνητὴν περιβαλλόμενος σάρκα. καὶ ταῦτά φημι, ἐπείπερ ἀλήθειαν ἠγάπησας.

Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ καὶ καθαρισθήσομαι, πλυνεῖς με καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι. τὸ ὕσσωπον ἐστὶ σύμβολον ἀπαθείας, καὶ ἡ πλύσις γνῶσιν σημαίνει, καὶ διὰ μὲν ἀπαθείας καθαριζόμεθα. διὰ δὲ τῆς γνώσεως λευκαινόμεθα.

Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον. ἄλλως ὁ μὲν τὴν ψυχὴν κεκαθαρμένος ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς, εἴποι ἂν τῷ θεῷ, τὸ E πρόσωπόν σου, κύριε, ζητήσω, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ· ὁ δὲ τὸ αἶσχος τῶν τῆς ψυχῆς τραυμάτων ὁρῶν, ἐγκαλυπτόμενος εἰκότως λέγει τῷ μεγάλῳ κριτῇ· ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, ἀλλὰ μὴ ἐξ ἐμοῦ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς νοσοῦντα θεράπευσον.

Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου. πλείστης δὲ παρ' Ἑβραίοις τῆς κοινότερον σωτηρίας σου λεγομένης, καὶ τοῦ σωτηρίου σου δηλοῦται διαφορά. γράφεται γὰρ τὸ μὲν

inimicis devictis, atque nullis non ornatus beneficiis, benefico per tale facinus gratiam rependerit. Illud autem, *coram te*, in historia explicatur: *Visum est*, inquit, *quod factum est, malum coram Domino.* 2. Reg. 11. 27. Vel sic interpreteris: videbar aliquis esse cum a te protegerer, æstimabamque demum me immobilem esse, cum dicerem *in abundantia mea, Non movebor:* Psal. 29. 8. quare *avertisti faciem tuam a me & factus sum conturbatus:* a misericordia tua sic edoctus, *Nisi Dom. ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant.* Psal. 126.

7. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Hæc similia fuerint iis quæ in Job leguntur: *Maledicta dies in qua natus sum, & nox in qua dixerunt, Ecce masculus.* Job. 3. 3. Cur maledicta, nisi quia in iniquitatibus conceptus est? Consequens enim erat maledictionem subsequi peccatum. Iisdem usus verbis est Hieremias: *Maledicta dies in qua natus sum, & nox in qua concepit me mater mea.* Hier. 20. 14. Beatum enim fuisset, non peccare primam mulierem, & corruptæ proli operam non dare, ac manere in paradiso divinis Angelis similem; sed *invidia diaboli mors intravit in mundum.* Sap. 2. 24. Generatio autem per sanguinem & carnem morti ministrabat, ad continuam mortalis generis successionem. Quamobrem conceptio, utpote morti subjecta, a beatis viris incusabatur. Symmachus vero, *In injustitiam utero gestatus sum, & in peccatis parturivit me mater mea.* Symmachi. In utero, inquit, gestatus sum, ut transirem ad injustitiam, idque ut in peccatis natus, secundum hanc cogitandi rationem arguar: Non in iniquitatibus matris meæ, inquit, conceptus sum, non in iniquitatibus suis ipsa parturivit me; sed ego in iniquitatem natus sum, mortali indutus carne: & hæc dico *quoniam veritatem dilexisti.*

9. *Asperges me hyssopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor.* Hyssopus vacuitatis adfectuum symbolum est, & ablutio cognitionem significat: per vacuitatem adfectuum mundamur, & per cognitionem dealbamur.

11. *Averte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Alia ratione, qui animam a mala conscientia purgatam habet, Deo dixerit: *Faciem tuam, Domine requiram, ne avertas faciem tuam a me.* Psal. 26. 8. Qui vero animæ vulnerum fœditatem conspicit, sese occultans jure magno judici ait: *Averte faciem tuam a peccatis meis*; at non a meipso; sed quasi ægrum curato.

14. *Redde mihi lætitiam salutaris tui.* Quod discrimen apud Hebræos sit inter illud, *salutis tuæ*, quod frequenter occurrit; & illud, *salutaris tui*, declaratur. Nam illud, *sa-*

lutare tuum, apud illos scribitur, *Jesuach*, A quod manifeste Salvatoris nostri Jesu nomen exprimit, sic enim omnes interpretantur; illud vero, *salutis tuæ*, *Isuach*.

19. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.* Alius dixit: Sanis quidem convenit sacrificium laudis; ægris vero, sacrificium cordis contriti & humiliati. Quia vero secundum Symmachum, *confractum fuit cor meum*, merito precatus sum, ut pro confracto, mundum cor habeam; & pro contrito spiritu, secundum Symmachum dixi, *Et spiritum rectum innova in visceribus meis.* B Contritus autem spiritus est, qui sese per confessionem conterit: simileque est cor, quod per pœnitentiam sese humiliat. Illud enim, post peccati tumorem, ita adfectum pro sacrificio Deus admittet.

Symmachi.

Symmachi.

21. *Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationem & holocausta.* Sed ad hæc dixerit quispiam, quare postquam modo dixit, *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique*; jam quasi Deo sacrificium accepturo post civitatis restaurationem, ait, *Tunc acceptabis sa-* C *crificium*? At non dixit simpliciter *sacrificium*; sed addidit, *justitiæ*. Quando acceptaveris Sion, & ædificati fuerint muri Jerusalem, tale tibi offeretur sacrificium. Namque religiosum institutum, imaginem sane referat cœlestis Dei civitatis; quare ecclesia Dei eodem nomine donatur, cujus muros dicit esse Angelos ipsam circumsistentes, sive sacros illos propugnatores ejus. Symmachus autem, dixit *accipies* loco illius, *acceptabis*. Oblationem vero & holo- D causta, *justitiæ* scilicet suppleas, atque insuper vitulos. Omnia quippe quæ persolvuntur *justitiæ* sunt, pro ratione incruentorum & spiritualium sacrificiorum, quæ in Ecclesia Dei per universum orbem offeruntur. In alio quoque propheta ad Judæos dictum est: *Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens, & hostias non accipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum glorificatum est nomen meum in gentibus: & in omni loco thymiama offertur nomini meo,* E *& sacrificium mundum.* Ipsum nunc dicitur *sacrificium justitiæ*: est etiam laudis, ut supra dicebat: *Immola Deo sacrificium laudis.*

Symmachi.

Mal. 1. 10.

Psal. 49. 14.

A σωτήριόν σου παρ' αὐτοῖς, Ἰησουὰχ, σαφῶς δηλοῦν ὄνομα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ. συμφώνως γὰρ οὕτως ἑρμηνεύουσιν ἅπαντες· τὸ δὲ, σωτηρία σου, * οἰσουὰθ.

Θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον, καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. ἄλλος εἶπεν· ὑγιέσι μὲν ἁρμόττει τῆς αἰνέσεως ἡ θυσία· νοσοῦσι δὲ ἡ διὰ τῆς τεταπεινωμένης καὶ συντετριμμένης καρδίας. καὶ ἐπειδὴ κατεαγυῖα γέγονεν ἡ καρδία μου κατὰ Σύμμαχον, εἰκότως εὐξάμην καρδίαν καθαρὰν ἐν ἐμοὶ ὁ θεὸς ἀντὶ τῆς κατεαγυίας, καὶ ἀντὶ B τοῦ συντετριμμένου πνεύματος κατὰ Σύμμαχον ἔλεγον, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. συντετριμμένον δὲ πνεῦμα, τὸ διὰ ἐξομολογήσεως ἑαυτὸ συντρῖβον τυγχάνει. τοιαύτη καὶ ἡ διὰ τῆς μετανοίας ἑαυτὴν ταπεινοῦσα καρδία. τοιαύτην γὰρ αὐτὴν γενομένην μετὰ τὸ τῆς ἁμαρτίας οἴδημα ἀντὶ θυσίας προσδέξεται ὁ θεός.

Τότε εὐδοκήσεις θυσίαν δικαιοσύνης, ἀναφορὰν καὶ ὁλοκαυτώματα. ἀλλὰ πρὸς ταῦτα φήσειεν ἄν τις, πῶς ἀρτίως εἰπών· ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν ἔδωκα ἄν, νῦν ὡς μέλλοντος θυσίαν δέχε- C σθαι τοῦ θεοῦ μετὰ τὸ τὴν πόλιν ἀνακτισθῆναι, φησὶ, τότε εὐδοκήσεις θυσίαν; ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς ἔφη θυσίαν, ἀλλὰ δικαιοσύνης. ὅτε γὰρ εὐδοκήσεις τὴν Σιὼν καὶ οἰκοδομηθῇ τὰ τείχη Ἱερουσαλήμ, τοιαύτη σοι θυσία προσενεχθήσεται. τὸ γὰρ θεοσεβὲς πολίτευμα εἰκόνα φέρει ἂν τῆς ἐπουρανίου πόλεως τοῦ θεοῦ. διὸ καὶ ταύτης ὁμώνυμος ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία, ἧς τείχη λέγει τοὺς περιφρουροῦντας ταύτην ἀγγέλους, ἢ καὶ τοὺς ἱερωμένους καὶ προμαχοῦντας αὐτῆς. προσδέξῃ δὲ εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, εὐδοκήσεις, ὁ Σύμμαχος. καὶ τὴν ἀ- D ναφορὰν δὲ, καὶ τὰ ὁλοκαυτώματα, δικαιοσύνης νοητέον, καὶ προσέτι τοὺς μόσχους. πάντα γὰρ δικαιοσύνης ἐκτελεῖται, κατὰ τὰς ἀναίμους καὶ πνευματικὰς θυσίας, τὰς ἐν τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης προσφερομένας. καὶ ἐν ἄλλῳ γὰρ εἴρηται πρὸς Ἰουδαίους προφήτῃ· οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ θυσίας οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν. διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν, δεδόξασται τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι· καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέ- E ρεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά. αὕτη νῦν λέγεται, θυσία δικαιοσύνης· ἔστι δὲ καὶ αἰνέσεως καθὰ πρόσθεν ἔλεγε· θῦσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως.

* Lege Ἰσουὰχ. ישועך. quæ tamen vox indiscriminatim, contra quam dicit Eusebius, vel σωτήριον, *salutare*, vel σωτηρία, *salus*, explicatur.

[a] Εἰς τὸ τέλος, συνέσεως, τῷ Δαυίδ. να'.

Ἐν τῷ ἐλθεῖν Δωὴκ τὸν Ἰδουμαῖον, καὶ ἀναγγεῖλαι τῷ Σαοὺλ, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ· ἦλθεν Δαυὶδ εἰς τὸν οἶκον Ἀχιμέλεχ.

Ὁ μὲν λγ'. ψαλμὸς εἴρηται τῷ Δαυίδ, ὁπότε ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐναντίον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθεν. οὗτος δὲ ἐκείνῳ ἀκόλουθος ἂν εἴη κατὰ τὴν ἱστορίαν. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῶν βασιλειῶν, καὶ ἐκεῖ ἦν ἐν τῶν παιδαρίων τοῦ Σαοὺλ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. ἐπισημαίνεται δὲ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ἦλθε Δαυὶδ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἀβιμέλεχ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγε λαβὼν παρὰ τοῦ ἀρχιερέως. κατ' αὐτὸ γὰρ ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ φθάσαι Δωὴκ ὁ Σύρος, ὁ νέμων τὰς ἡμιόνους Σαοὺλ, καὶ ἐλθὼν πρὸς Σαοὺλ εἶπεν· ἑώρακα τὸν υἱὸν Ἰεσσαὶ παραγενόμενον εἰς Νοβὰμ πρὸς Ἀβιμέλεχ τὸν υἱὸν Ἀχιτὼβ τὸν ἱερέα, καὶ πάντας τοὺς υἱοὺς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ ἠρώτα αὐτῷ διὰ τοῦ θεοῦ, καὶ ἐπισιτισμὸν ἔδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς καλέσαι τὸν Ἀβιμέλεχ τὸν ἱερέα, καὶ πάντας τοὺς υἱοὺς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοὺς ἱερεῖς τοῦ κυρίου τοὺς ἐν Νοβὰμ, καὶ παρεγένοντο πάντες πρὸς τὸν βασιλέα. ὅτε κελεύσαντος τοῦ Σαοὺλ, αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Δωὴκ, ἐθανάτωσε τοὺς ἱερεῖς τοῦ κυρίου τ'. καὶ ε'. ἄνδρας φέροντας ἐφοὺδ, καὶ τὴν Νοβὰμ πόλιν τῶν ἱερέων ἐπάταξεν ἐν στόματι ῥομφαίας ἀπὸ ἀνδρὸς ἕως γυναικὸς, ἀπὸ νηπίου ἕως θηλάζοντος, καὶ μόσχου καὶ ὄνου καὶ προβάτου. ταῦτ' οὖν μαθὼν Δαυὶδ τοῦτον πεπραγμένα τὸν τρόπον, τοὺς προκειμένους προσφέρεται λόγους, οὔτε ᾠδὴν περιέχοντας, οὔτε ὕμνον, οὔτε ἄλλο τοιοῦτον. πῶς γὰρ καὶ οἷόν τε ἦν ἐπὶ συμφορᾷ τοσούτων ἱερέων, ᾠδὰς αὐτῷ καὶ ψαλμοὺς ᾄδειν; διὸ οὐδὲν τοιοῦτον ἐπιγέγραπται· μόνον δὲ εἰς τὸ τέλος εἴρηται καὶ συνέσεως· ἐπειδὴ τὰ τελευταῖα, τῶν λόγων ἀγαθῶν ἐστιν ἀπαγγελτικά ἐν οἷς φησίν· ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ συνέσεως δὲ τῆς ἐκ θεοῦ δεῖται ἡ τῶν ἐμφερομένων λόγων διάνοια. ὅτε μὲν οὖν παρὰ τῷ Ἀβιμέλεχ γενόμενος, τῆς ἱερατικῆς ἀπεγεύσατο τροφῆς, ἀλλοιώσας τὴν γεῦσιν αὐτοῦ, ἢ τὸν τρόπον αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν λοιπῶν ἑρμηνείαν, εὐλογίας καὶ εὐχαριστίας ἀνέπεμπεν τῷ θεῷ λέγων· εὐλογήσω τὸν κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, διαπαντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου, καὶ τὰ ἑξῆς, νυνὶ δὲ ὅτε τοῦ διαβόλου Δωὴκ τὴν πρᾶξιν ἔγνω, καὶ ὡς τοσούτους ἀνεῖλεν ἱερεῖς, ἔργῳ διαβολικῷ χρησάμενος, ὡς πρὸς αὐτὸν συντάττει τοὺς προκειμένους λόγους φάσκων· τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ ὁ δυνατός; ἀνομίαν ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου. καὶ λέλεκται μὲν τὰ μετὰ

A *In finem, intellectûs David. LI.* 1.

Cum venit Doëc Idumæus, & nuntiavit Saüli, ac dixit ei: Venit David in domum Achimelech. 2.

17. E *Ego ad Deum clamavi, & Dominus salvavit me*, & cætera. Etiamsi, inquit, Spiritu prophetico illustrante, futuram in memorata civitate iniquitatem prospiciens, admodum contristatus in exercitatione mea, & conturbatus sim; attamen finem exitumque rerum conspicatus, bene novi me clamantem ad Deum, non derelictum iri; sed communis Salvatoris gratiâ ad me usque perveniente, salutem assequar. Hæc autem propheta secundum LXX. dicit, quod fu-

turum erat quasi præteritum explicans; quare dictum est, *Ego ad Deum clamavi, & Dominus salvavit me*: at secundum reliquos interpretes, hæc futura vaticinatur. Aquilæ. Aquila certe ait: *Ego ad Deum vocabo, & Dominus salvabit me*; Theodotionis. Theodotio autem, *Ego ad Deum clamabo, & Dominus salvabit me*. Cum enim talia contra Salvatorem perpetranda sint, ego qui prius dixeram, *Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me: timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ*; hæc passus ob speculationem revelatarum rerum, ad Deum clamavi. Ille vero non despiciens, dignatus est hæc mihi conspicua ponere; ut tristiora prius declaraverat, sic lætiora jam obtulit; nempe Salvatoris resurrectionem, & ejus apud Patrem gloriam. Atque hæc videns, salutem nactus sum: quare dico, *Ego ad Deum clamavi, & Dominus salvavit me*. Salutem vero nactus, nondum tamen quiesco, neque cessare possum; sed prædico omnibusque hominibus annuntio, narrans singulis diebus & horis, atque omnibus renuntians mirabilia & stupenda, quæ in sancto & prophetico Spiritu contemplatus sum. Quamobrem dico:
18. *Vespere & mane & meridie narrabo & annuntiabo*. Me autem talia omnibus clamante ex hac hora usque ad vesperam, atque in splendidissima luce & in meridie salutarem finem prædicante, *exaudiet vocem meam*, qui tali me notitia dignatus est: neque sinet ultra turbari in me cor meum, neque formidinem mortis instare mihi. His porro omnibus abductis & dissipatis ex anima mea, redimet eam in pace ab iis qui eam conturbare voluerint. Quare dico: *Redimet in pace animam meam ab iis, qui appropinquant mihi; quoniam inter multos erant mecum.* Pro Symmachi. quo Symmachus edidit: *Multi enim accedebant ad me. Nam qui turbare volebant animam meam, minimi quidam erant, quos Deus, qui ante sæcula est, humiliabit, clamorem meum exaudiens.*

Hæc itaque quasi a propheta dicta fuerint, ceu ex propria persona voces propositas proferente. Quod si ab ipso Salvatore per propheticum Spiritum hæc dicta fuerint; siquidem ex ipsius persona dicebatur illud, *Si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utique*, & cætera; consequenter sane hæc Salvator dixerit: Quoniam non inimicus, sed amicus; non qui odio haberet, sed qui paulo ante diligeret, talia contra me ausus est. Ego autem nihil plus agebam, quam quod clamabam ad Deum; cumque utpote patrem, propitium habebam. Sed illi quidem insidiabantur mihi; hic vero salvum faciebat me: quare vespere, mane & meri-

A ἔσεσθαι ὡς παρῳχηκὸς ἑρμηνεύων. διὸ λέλεκται· ἐγὼ πρὸς τὸν θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ὁ κύριος ἔσωσέ με. κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, μελλητικῶς προφητεύει καὶ ταῦτα. ὁ γοῦν Ἀκύλας φησίν· ἐγὼ πρὸς τὸν θεὸν καλέσω, καὶ κύριος σώσει με· καὶ ὁ Θεοδοτίων· ἐγὼ πρὸς τὸν θεὸν κεκράξομαι, καὶ κύριος σώσει με. τῶν γὰρ κατὰ τοῦ σωτῆρος τολμηθησομένων τοιούτων ὄντων, ἐγὼ ὁ πρότερον εἰρηκὼς, ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοὶ, καὶ δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμὲ, φόβος καὶ τρόμος ἦλθεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐκάλυψέ με σκότος· ταῦτα παθὼν διὰ τὴν τῶν
B ἀποκαλυφθέντων μοι θέαν, πρὸς τὸν θεὸν ἐκέκραξα. ὁ δὲ μὴ παριδών με, κατηξίωσε φανερά μοι καταστῆσαι, ὥσπερ τὰ σκυθρωπὰ πρότερον ἐδείκνυ, οὕτω καὶ τὰ φαιδρότερα· λέγω δὲ καὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ σωτῆρος καὶ τὴν παρὰ τῷ πατρὶ δόξαν. καὶ ταῦτα δὲ ἰδὼν ἐσώθην, διό φημι· ἐγὼ πρὸς τὸν θεὸν ἐκέκραξα καὶ κύριος ἔσωσέ με. σωθεὶς δὲ οὐκέτι ἠρεμῶ, οὐδὲ ἡσυχίαν ἄγειν δύναμαι· ἀλλὰ κηρύττω καὶ πάντας ἀνθρώποις διαγγελίζομαι, διηγούμενος ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας καὶ ὥρας, ἀπαγ-
C γέλλων τε εἰς πάντας ἅπερ ἐν ἁγίῳ πνεύματι τῷ προφητικῷ τεθέαμαι θαυμαστὰ καὶ παράδοξα. διό φημι, ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι καὶ ἀπαγγελῶ. ἐμοῦ δὲ ταῦτα βοῶντος εἰς πάντας ἐξότε καὶ μέχρις ἑσπέρας, ἐν αὐτῷ τε τῷ ἀκμαιοτάτῳ φωτὶ τῆς μεσημβρινῆς ἡμέρας τὰ σωτήρια τέλη κηρύττοντος, εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου ὁ ταύτης τῆς γνώσεως καταξιώσας καὶ οὐκέτι μὲν ταράττεσθαι ἐν ἐμοὶ ἐάσει τὴν καρδίαν μου, οὐδὲ τὴν δειλίαν τοῦ θανάτου ἐπικεῖσθαί μοι. ταῦτα δὲ πάντα παραγαγὼν, καὶ διασκεδάσας τῆς ἐ-
D μῆς ψυχῆς, λυτρώσεται αὐτὴν ἐν εἰρήνῃ ἀπὸ τῶν θορυβεῖν αὐτὴν ἐθελόντων. διό φημι· λυτρώσεται τὴν ψυχήν μου ἐν εἰρήνῃ ἀπὸ τῶν ἐγγιζόντων μοι, ὅτι ἐν πολλοῖς ἦσαν σὺν ἐμοί. ἀνθ' οὗ ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος· πολλοστοὶ γὰρ ἐγένοντο πρὸς ἐμέ. οἱ γὰρ θορυβεῖν ἐθέλοντές μου τὴν ψυχήν μου, βραχεῖς τινες ἦσαν, οὓς ὁ θεὸς ὁ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχων ταπεινώσει, τῆς ἐμῆς κραυγῆς ἐπακούσας.

Ταῦτα μὲν οὖν ὡς τοῦ προφήτου, ἐξ οἰ-
E κείου προσώπου τὰς προκειμένας φωνὰς προενηνεγμένου. εἰ δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ταῦτα λέγοιτο διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, ἐπειδήπερ ἐξ αὐτοῦ ἐλέγετο τό, εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀκολούθως καὶ ταῦτα φήσειεν ἂν ὁ σωτήρ· ὅτι ὁ μὲν οὐκ ἐχθρὸς, ἀλλὰ φίλος· καὶ οὐχ ὁ μισῶν, ἀλλ' ὁ μικρῷ πρόσθεν ἀγαπῶν, τοιαῦτα κατ' ἐμοῦ τετόλμηκεν· ἐγὼ δὲ πλέον οὐδὲν ἔπραττον, ἀλλ' ἐβόων πρὸς τὸν θεόν· εἶχόν τε αὐτὸν οἷα πατέρα ἐπήκοον. ἀλλὰ καὶ οἱ μὲν ἐπεβούλευον ἐμοὶ, ὁ δὲ ἔσωζέ με, διὸ οὐ παύσομαι ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ με-

σημβείας τὰς τοῦ πατρὸς ἀρετὰς διηγούμενος εἰς πάντας, εἰσακουστόν τε πᾶσιν ἀνθρώποις κηρύττων τὸ σωτήριον εὐαγγέλιον· καὶ ταύτης μου τῆς φωνῆς ἐπακούσας ὁ πατὴρ, λυτρώσεται ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῶν ἐγγιζόντων μοι· τουτέστιν ἀπὸ τῶν ἐγγύθεν καὶ οὐ πόρρωθέν με πολεμούντων· οἵτινες ἦσαν πολλοσοί· οὓς καὶ ταπεινώσει ὁ προϋπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων θεός. οὐδὲ γὰρ ἡ πρὸς ὀλίγον αὐτοῖς δοθεῖσα εὐκαιρία, καθ' ἣν ἐμεγαλαύχησαν, καὶ ἐπλήρωσαν τὴν ἑαυτῶν πόλιν ἀνομίας καὶ ἀντιλογίας, παραμενεῖ αὐτοῖς· ὅσον δὲ οὔπω ταπεινωθήσονται τῆς ἐκ θεοῦ ὀργῆς μετελευσομένης αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν, ὡς καὶ τὸν ἐν αὐτῇ διαβόητον νεὼν ἀφανισθῆναι καὶ πᾶσαν τὴν ἐν αὐτῷ ἐπιτελουμένην λατρείαν καταλυθῆναι. οὕτως οὖν τῆς ἐμῆς ἐπακούσας ὁ θεὸς βοῆς, ταπεινώσει αὐτούς.

Οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸν θεόν, καὶ τὰ ἑξῆς. ταπεινώσει τοὺς προλεχθέντας ἀσεβεῖς, ὁ προϋπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων θεός· ἔσονταί τε ταπεινοὶ καὶ διαμενοῦσιν ἐπὶ μήκιστον τοιοῦτοι, ἐπεὶ μηδεὶς ἔσται ὁ ὑπὲρ αὐτῶν διδοὺς ἀντάλλαγμα. ἅπαξ γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ λύτρον ἑαυτὸν διδοὺς καὶ ἀντάλλαγμα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν· τοὺς μὲν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας ἐξηγόρασεν, πάντων τε αὐτοὺς τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων ἠλευθέρωσεν· τοὺς δὲ εἴασε ταπεινούς, ἐπεὶ μὴ προσήκαντο τὴν ὑπὲρ αὐτῶν δοθεῖσαν τιμήν, μηδὲ ἐπίστευσαν εἰς τὸ τίμιον αἷμα τοῦ πάντων ἀνθρώπων λυτρωτοῦ καὶ σωτῆρος. διό φησι περὶ αὐτῶν ὁ λόγος· οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα. διατί δὲ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα, ἑξῆς διδάσκει λέγων· ἐπεὶ μὴ ἐφοβήθησαν τὸν θεόν. ὁ μὲν γὰρ ἅτε ἀγαθὸς πάντας ἀνθρώπους θέλων σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν σωτήριον εἰς τὸ καὶ αὐτοῖς μεταδοῦναι τῶν ἑαυτοῦ ἀγαθῶν· οἱ δὲ οὐκ ἐδέξαντο παρὰ τῆς δεξιᾶς τοῦ θεοῦ προτεινόμενα, ἀλλ' ἐβεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ, τὸν καινὸν νόμον τὸν εὐαγγελικὸν παρακρουσάμενοι. διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τοὺς εἰρηνεύοντας πρὸς αὐτόν· παρέβησαν συνθήκην· καὶ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἀπέστειλε χεῖρα αὐτοῦ ἐν εἰρηνικοῖς αὐτοῦ. αὐτὸς μὲν γὰρ εἰρηνικὴν δεξιὰν προὔτεινε πρὸς ἐλθόντας παραδέχεσθαι τὴν παρ' αὐτοῦ εἰρήνην· οἱ δὲ παρέβησαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ, μὴ καταδεξάμενοι τὴν προτεινομένην αὐτοῖς εἰρήνην. διὸ πόλεμον ἀντικαταλλαξάμενοι εἰρήνης, διεμερίσθησαν ἀπὸ ὀργῆς τοῦ προσώπου αὐτοῦ. ἐπεὶ γὰρ μὴ προσεδέξαντο τὴν χάριν, εἰκότως ὀργῇ παραδοθέντες μακρὰν διεσκορπίσθησαν, καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη διασκεδασθέντες διεσπάρησαν· ἀντὶ δὲ τοῦ, καὶ ἤγγισεν ἡ καρδία αὐτοῦ· ἡπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες, σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· λειότερα βουτύρου τὰ στόματα αὐτῶν· πολεμεῖ δὲ ἡ καρδία ἑκάστου αὐτῶν, ἁπαλώτεροι οἱ λόγοι αὐτοῦ

A die non finem faciam Patris virtutes enar-
randi omnibus; atque salutare evangelium
ad aures universorum hominum prædican-
di: eamque vocem exaudiens Pater, *redimet*
in pace animam meam ab iis, qui appropinquant 19.
mihi; id est ab iis qui proxime, non procul,
impugnant me; multi sane numero, quos 20.
humiliabit qui est ante sæcula Deus. Neque
enim illa ad breve tempus ipsis data oppor-
tunitas, in qua gloriati sunt, & civitatem
suam iniquitate & contradictione repleve-
runt, diu permanebit; sed propediem hu-
B miliabuntur, ira Dei ipsos & civitatem eo-
rum invadente; ita ut templum illud insi-
gne in ea positum diruatur, & cultus ibidem
persolvi solitus de medio tollatur. Sic ita-
que Deus me exaudiens humiliabit eos.

Non enim est illis commutatio, & non ti-
muerunt Deum, & cætera. Memoratos im- 21.
pios humiliabit qui est ante sæcula Deus:
eruntque humiles, ac tales diu permane-
bunt; quia nullus erit qui det pro illis com-
mutationem. Nam cum semel Dei filius sese
C dederit in redemtionem & commutationem
pro peccatoribus; eos quidem qui in se cre-
diderunt exemit, atque a pristinis delictis
omnibus liberavit; alios vero reliquit abje-
ctos: quia pretium pro se datum non admi-
serunt, neque crediderunt in pretiosum san-
guinem redemtoris & salvatoris omnium
hominum. Quamobrem de illis dicitur:
Non enim est illis commutatio. Quare autem
non sit illis commutatio, postea docet his
verbis, quia *non timuerunt Deum.* Ille enim,
utpote bonus, cum vellet omnes homines
D salvos fieri, & in cognitionem veritatis ve-
nire, *extendit manum suam* salutarem, ut iis
bona sua retribueret. Illi vero ea a dextera
Dei oblata non acceperunt; sed *contamina-*
verunt testamentum ejus, novam & evange-
licam legem respuentes. Quare secundum
Symmachum dictum est, *Extendit manum* Symmachi.
suam ad eos qui pacem habebant secum: trans-
gressi sunt fœdus; secundum Aquilam vero, Aquilæ.
Misit manum suam in pacificos suos. Ipse nam-
que pacificam dexteram porrexit acceden-
tibus ad pacem ipsius accipiendam; illi ve-
E ro transgressi sunt testamentum ejus, obla-
tam sibi pacem non accipientes. Quare pa-
ce cum bello commutata, *divisi sunt ab ira* 22.
vultus ejus. Quia enim gratiam non admi-
serunt, merito iræ traditi, procul dispersi, &
in omnes gentes dissipati sunt. Pro illo au-
tem, *Et appropinquavit cor illius. Molliti sunt*
sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula,
clarius Symmachus interpretatus est: *Dul-* Symmachi.
ciora butyro ora eorum: pugnat vero cor unius-
cujusque ipsorum. Molliores sunt sermones ejus

oleo, cum sint discindentes. Vide mihi quo pacto hic etiam duo ordines declarentur; alius multorum confertim, de quibus in plurali dicit: *Dulciora butyro ora eorum: pugnat vero cor uniuscujusque eorum*; alius vero quasi unius tantum, de quo singulatim claudit, *Molliores sunt sermones ejus oleo, cum sint discindentes.* Et hi duo ordines erant superius indicati; scilicet eorum qui in civitate habitabant, de quibus dicebatur: *Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate*; & proditoris, quem spectant isthæc: *Quoniam si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utique.* Hic itaque quoniam principes Judaïci populi cum simulatione adulationeque ad Salvatorem accesserunt; modo magistrum nec cum puro corde compellantes; modo dicentes ipsi, *Scimus quia verax es, & verbum Dei in veritate doces, nec est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominis*; jure de iis hic dicitur, *Dulciora butyro ora eorum: pugnat vero cor uniuscujusque illorum*; peculiariter rursum de proditore, quia Rabbi ipsum & magistrum vocabat, & cum proditionem machinaretur, adfectûs & amicitiæ symbola dabat, merito dictum est, *Molliores sunt sermones ejus oleo, cum sint discindentes*; sive secundum LXX. interpretes, *Molliti sunt sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula.*

Matth. 22. 16.

23. *Jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem justo,* & cætera. Illi quidem cum dolo & simulatione mollientes palam sermones suos, dum intus exacuerent plus quam tela, imo etiam ipse Salvatoris proditor, quem finem nacturi sint jam declaratum est; tu vero qui hæc auscultas, eorum quos narravimus exitu prudens effectus, & quisquis ei qui in vaticinio fertur te totum dedisti, confide, edoctus a novo testamento curam tuam super illum jactare, ubi ipse Salvator hanc doctrinam tradit: *Nolite solliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis*: &, *Nolite possidere aurum, nec argentum, neque æs in zonis vestris.* Hæc itaque cum servaveris, *jacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet*, dans tibi panem supersubstantialem, & rationalem cœlestemque cibum; subministrans quoque ea quæ sunt ad vitam necessaria: id enim pollicitus his verbis est: *Scit enim pater vester cœlestis quorum opus habetis, antequam quid vos petatis ab ipso. Ipse te enutriet*, ut & quemlibet justum: neminem enim justorum umquam ita reliquit, ut fluctuationem pateretur, ac vacillaret & caderet. Quare sub hæc dictum est; *Non dabit in æternum*

Matth. 6. 25.
Matth. 10. 9.
Luc. 12. 30.

A ἐλαίου, ὄντες [a] ἀιατμητικοί. ὅρα δὲ τίνα τρόπον καὶ ταῦθα δύο τάγματα παρίστησιν ὁ λόγος· ἓν μὲν πολλῶν ἀθρόως κατὰ τὸ αὐτὸ, περὶ ὧν πληθυντικῶς φησι· λειότερα βουτύρου τὰ στόματα αὐτῶν· πολεμεῖ δὲ ἡ καρδία ἑκάστου αὐτῶν· ἕτερον δὲ, ὥσπερ ἑνὸς μεμονωμένου, περὶ οὗ ἰδίως ἐπιλέγει· ἁπαλώτεροι οἱ λόγοι αὐτοῦ ἐλαίου, ὄντες ἀιατμητικοί. καὶ ταῦτ᾽ ἦν τὰ δύο τάγματα τὰ διὰ τῶν ἔμπροσθεν δηλούμενα, τό, τε τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων, περὶ ὧν ἐλέγετο· ὅτι ἴδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει· καὶ τὸ περὶ τοῦ προδότου, περὶ οὗ ἔφασκεν ὁ λόγος·
B ὅτι εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν. καὶ ἐνταῦθα τοίνυν ἐπειδὴ προσήεσαν τῷ σωτῆρι μεθ᾽ ὑποκρίσεως καὶ κολακείας οἱ ἄρχοντες τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ποτὲ μὲν διδάσκαλον ἀποκαλοῦντες οὐ σὺν καθαρᾷ καρδίᾳ· ποτὲ δὲ λέγοντες αὐτῷ· οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις· καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός, οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπου· εἰκότως περὶ αὐτῶν φησιν ἐνταῦθα ὁ λόγος· λειότερα βουτύρου τὰ στόματα αὐτῶν· πολεμεῖ δὲ ἡ καρδία ἑκάστου αὐτῶν· ἰδίως δὲ πάλιν περὶ τοῦ προδότου, ἐπειδὴ καὶ ῥαββεὶν αὐτὸν καὶ διδάσκα-
C λον ἀποκαλεῖ, σύμβολά τε διαθέσεως, καὶ φιλίας παρεῖχεν, τὴν προδοσίαν ποιούμενος, εἰκότως περὶ αὐτοῦ λέλεκται· ἁπαλώτεροι οἱ λόγοι αὐτοῦ ἐλαίου, ὄντες ἀιατμητικοί. ἢ κατὰ τοὺς ο΄. ἡπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες.

Ἐπίρριψον ἐπὶ κύριον τὴν μέριμνάν σου καὶ αὐτός σε διαθρέψει· οὐ δώσει εἰς τὸν αἰῶνα σάλον τῷ δικαίῳ. καὶ τὰ ἑξῆς. οἱ μὲν σὺν ἀπάτῃ καὶ ὑποκρίσει ἁπαλύνοντες ἑαυτῶν τοὺς λόγους ἐκ τοῦ φανεροῦ, ἔσωθεν δὲ αὐτοὺς ἀκονήσαντες ὑπὲρ βολίδας· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ προ-
D δότης γεγονὼς τοῦ σωτῆρος, ὁποίου τέλους τεύξονται δεδήλωται. σὺ δὲ ὁ τούτων ἀκροώμενος, σωφρονισθεὶς ἀπὸ τοῦ τῶν προλελεγμένων τέλους, καὶ ὁ τῷ προφητευομένῳ ὅλον σαυτὸν ἐπιδιδοὺς, θάρσει, τὴν σαυτοῦ φροντίδα ἐπιρρίψας ἐπ᾽ αὐτόν, οἷα καινῇ διαθήκῃ μαθητευθεὶς, δι᾽ ἧς αὐτὸς ὁ σωτὴρ παιδεύει λέγων· μὴ μεριμνήσητε τί φάγητε, μηδὲ τί πίητε, καὶ μὴ κτήσησθε χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν. ταῦτ᾽ οὖν φυλάξας, ἐπίρριψον ἐπὶ κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει, τὸν ἄρτον σοι διδοὺς τὸν ἐπιού-
E σιον, καὶ τὴν λογικὴν καὶ ἐπουράνιον τροφήν. ἐπαρκῶν δὲ καὶ τὰ πρὸς τὸν βίον χρειώδη. τούτῳ γὰρ ἐπήγγελται φήσας· οἶδεν γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ὧν χρείαν ἔχετε πρὸ τοῦ τι αὐτὸν αἰτῆσαι ὑμᾶς. αὐτός σε δὲ διαθρέψει, ὡς καὶ πάντα δίκαιον· οὐδένα γὰρ πώποτε τῶν δικαίων καταλέλοιπεν, ὡς ὑπομεῖναι αὐτὸν σάλον πρὸς τὸ σαλευθῆναι καὶ ἐκπεσεῖν. διὸ λέλεκται ἑξῆς· οὐ δώσει εἰς τὸν αἰῶνα

[a] Colb. habet, ἀπετμητικοί.

σάλον τῷ δικαίῳ· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· οὐκ ἐκδώσει εἰς αἰῶνα κλαδασθῆναι δίκαιον. διὸ λέλεκται ἐν ἑτέροις· νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους. ταῦτ' εἰπὼν ἑξῆς ἐπάγει περὶ τῶν ἐπιβούλων τοῦ σωτῆρος, τό, σὺ δὲ ὁ θεὸς κατάξεις αὐτοὺς εἰς φρέαρ διαφθορᾶς· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· σὺ δὲ ὁ θεὸς κατενέγκεις αὐτοὺς εἰς λάκκον διαφθορᾶς. περὶ οὗ λάκκου, μνεία διὰ τῶν ἔμπροσθεν εἴρηται, ὥσπερ ἐν τῷ· ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν κύριον καὶ προσέσχε μοι, καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος, καὶ πάλιν, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον· καὶ αὖθις, κύριε ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον. ἀλλ' ὁ μὲν δίκαιος διασώζεται πρὸς τὸ μὴ κατενεχθῆναι εἰς τὸν δηλούμενον λάκκον· οἱ δὲ ἀσεβεῖς κάτω φέρονται εἰς αὐτόν, ὑπὸ τοῦ θεοῦ καταφερόμενοι, ὡς εἰς κατάλληλον αὐτοῖς χωρίον. λάκκον δὲ ταλαιπωρίας καὶ πηλὸν ἰλύος, καὶ φρέαρ διαφθορᾶς τὸν τοῦ θανάτου τόπον καλεῖν εἴωθεν ὁ λόγος· εἰς ὃν καταβάλλονται, δίκην τῶν ἄνωθεν καταφερομένων ἐν τοῖς λάκκοις ὑδάτων, αἱ τῶν ἀσεβῶν ψυχαί. καὶ ἐπειδήπερ διὰ τῶν ἔμπροσθεν τοὺς φονευτὰς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐδήλου, ἀκολούθως καὶ νῦν περὶ τῶν αὐτῶν φησίν· ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος, οὐ μὴ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, μιαιφόνοι καὶ δόλιοι οὐχ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἄνδρες αἱμάτων καὶ ἐπιθέσεως οὐχ ἡμισεύσουσιν ἡμέρας αὐτῶν· νοήσεις δὲ ὅπως ἐπληρώθη καὶ ταῦτα ἐπιστήσας, ὡς παραχρῆμα καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον τῆς κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῆς, ἄρδην τὸ πᾶν γένος τῶν προλεχθέντων ὀλέθρῳ παρεδόθη, μετελθούσης αὐτοὺς τῆς ὀργῆς ἐν τῇ καταλαβούσῃ αὐτοὺς πολιορκίᾳ κατὰ τὸν Ῥωμαϊκὸν πόλεμον. καὶ τέως μὲν κατὰ τὸν παρόντα καιρόν, καὶ τὸν θνητὸν ἐν ἀνθρώποις βίον, μηδὲ ἡμισεύσαντες τὰς ἡμέρας αὐτῶν τοιαύτῃ παρεδόθησαν ἀπωλείᾳ οἱ ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος. μετὰ δὲ τὴν ἐνταῦθα τελευτήν, ὁποία αὐτοὺς διαδέξεται, προδεδήλωται διὰ τοῦ, σὺ δὲ ὁ θεὸς κατάξεις αὐτοὺς εἰς φρέαρ διαφθορᾶς. ταῦτα μὲν οὖν ἐκεῖνοι πείσονται· ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ἐπὶ σέ, ἤτοι ὁ ταῦτα θεσπίζων προφήτης, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ προφητευόμενος.

A *fluctuationem justo*; sive ut Symmachus: *Non dabit in æternum claudi justum.* Symmachi. Ideo alibi dicitur: *Junior fui, etenim senui, & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panes.* Psal. 36. 25. His prolatis, de insidiatoribus Salvatoris hoc adjicit: *Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus*; 24. sive secundum Symmachum, *Tu vero Deus dejicies eos in lacum interitus*: Symmachi. de quo lacu sexcenta superius dicta sunt; exempli gratia: *Exspectans exspectavi Dominum, & intendit mihi, & eduxit me de lacu miseriæ & de luto fæcis*; Psal. 39. 2. ac rursum, *Ne-* B *quando taceas a me, & assimilabor descendentibus in lacum*; Psal. 27. 1. iterumque, *Domine eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum.* Psal. 29. 4. Sed justus quidem eruitur, ut ne in memoratum lacum deferatur; impii vero in ipsum dejiciuntur, a Deo præcipitati quasi in congruentem sibi locum. Lacum autem miseriæ, lutum fæcis & puteum interitus, mortis locum vocare solet Scriptura, in quem dejiciuntur animæ impiorum, instar eorum qui ab alto loco in lacum aquarum præcipitantur. Quia vero superius C Salvatoris nostri interfectores memoravit, consequenter jam de iisdem ait: *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos*; sive secundum Symmachum, *Sanguinarii & dolosi non dimidiabunt dies suos*; Symmachi. vel secundum Aquilam, *Viri sanguinum & insultûs non dimidiabunt dies suos.* Aquilæ. Hæc ut impleta fuerint intelliges si perpendas, statim, nec elapso multo tempore ab insidiis contra Salvatorem nostrum, totum genus memoratorum hominum perniciei funditus tra- D ditum esse, invadente eos ira in obsidione Romanis bellum inferentibus facta. Imo etiam in præsenti tempore mortalis hujusce vitæ, cum ne dimidium quidem dierum exegissent, hujusmodi perniciei viri illi sanguinum & dolosi traditi sunt. Post mortem vero quænam ipsos maneant, ante declaratum est his verbis, *Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus.* Hæc quidem illi patientur, *Ego autem sperabo in te*; sive is qui vaticinatur propheta, sive is qui in vaticinio fertur.

1. *In finem, pro populo, qui a sanctis longe factus est, David in tituli inscriptionem, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth. LV.*

2. *Miserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo, tota die impugnans tribulavit me.* Populus qui a sanctis longe factus est, quantum ad historiam, videtur is esse qui cum Davide fugiebat a facie Saülis; erant autem viri numero sexcenti, ut testatur Regnorum scriptura. Quoniam vero bis apud Gethæos Allophylos fuit; primo, cum solus deprehensus intra portas, insaniam simulavit, quando ceu tympano pulsabat in portis urbis, & defluebant salivæ ejus in barbam; alias vero quando cum sexcentis viris ad regem Geth confugit, qui adsignavit illi in habitaculum Sicela. Videtur præsens inscriptio hæc Davidi adscribere, quando cum sexcentis viris secum fugientibus apud Gethæos peregrinabatur: qui ipsum exceperunt & apud se ut amicum detinuerunt, quo tempore a rege Geth in pretio habitus est. Quare inscriptio sic habet: *In finem, pro populo, qui a sanctis longe factus est, Davidi in tituli inscriptionem, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth.* Secundum Aquilam vero dicitur, *Victoriæ auctori pro columba muta, peregrinationum Davidis humilis, perfecti, cum tenuerunt eum Phylistæi in Geth;* secundum Symmachum vero, *Triumphale pro columba, pro gente repulsa Davidis, humilis & inculpati: quando detinuerunt eum Phylistæi in Geth.* Quinta autem editio, *Victoriæ auctori pro columba impedita lingua, absconditorum Davidi, in tituli inscriptionem, quando tenuerunt eum Allophyli in Geth:* Theodotio loco illius, *Pro populo, qui a sanctis longe factus est*, pariter cum aliis, *pro columba* interpretatus est. Fortasse vero qui columbam mutam, aut linguæ impeditæ ediderunt, ipsum Davidem apud Allophylos versantem subindicant; ubi consueto more non poterat in Spiritu sancto prophetias, neque confidenter hymnos proferre. Quare columbam linguæ impeditæ sive mutam quoque vocabant ipsum. In præcedenti sane psalmo dictum est: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? Et volabo & requiescam. Longe fecissem secessionem meam, habitassem in deserto*, secundum Symmachum. Quoniam igitur Spiritus sanctus, qui in propheta operabatur, quique in columbæ specie in Servatorem descendisse narratur, cum delicatus in-

Marginalia: 1. Reg. 21. 13. — 1. Reg. 27. 2. — Aquilæ. — Symmachi. — Quintæ. — Theodotio. — Psal. 54. 7. — Symmachi.

A Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, τοῦ ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένου, τῷ Δαυὶδ εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ Ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ. νε΄.

Ἐλέησόν με ὁ θεὸς, ὅτι κατεπάτησέ με ἄνθρωπος, ὅλην τὴν ἡμέραν πολεμῶν ἔθλιψέ με. λαὸς ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένος, ὅσον ἐπὶ τῆς ἱστορίας, ἔοικεν εἶναι ὁ σὺν τῷ Δαυὶδ φεύγων ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ. ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες ἑξακόσιοι ὡς ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ τῶν Βασι- B λειῶν. ἐπεὶ δὲ δὶς γέγονεν παρὰ τοῖς ἐν Γὲθ ἀλλοφύλοις ἅπαξ, ὅτε μόνος ἀποληφθεὶς εἴσω πυλῶν, μανίαν προσεποιήθη, ὅτε καὶ ἐτυμπάνιζεν ἐν ταῖς πύλαις τῆς πόλεως, καὶ κατέρρει τὰ σίελα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν πώγωνα αὐτοῦ· ἄλλοτε δὲ, ὅτε σὺν ἀνδράσιν χ΄ προσέφυγε τῷ βασιλεῖ τῆς Γέθ, ἀφώρισέ τε αὐτῷ οἰκητήριον τὴν Σίκελαγ. ταύτῃ ἔοικεν ἡ προκειμένη στηλογραφία εἰρῆσθαι τῷ Δαυὶδ, καθ' ὃν καιρὸν ἅμα τοῖς χ΄ τοῖς σὺν αὐτῷ φεύγουσιν ἐπεδήμει τοῖς ἐν Γέθ· ὑπεδέξαντό τε αὐτὸν καὶ κατεῖχον παρ' ἑαυτοῖς ὡς φίλον, ὅτε καὶ τιμῆς ἠξιοῦτο παρὰ τῷ βασιλεῖ Γέθ· διὸ τὰ C τῆς προγραφῆς περιέχει, εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τοῦ ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένου, τῷ Δαυὶδ, στηλογραφία, ὅτε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται, τῷ νικοποιῷ ὑπὲρ περιστερᾶς ἀλάλου, μακρυσμῶν τοῦ Δαυὶδ ταπεινοῦ τελείου, ἐν τῷ κρατῆσαι αὐτὸν Φυλισταίους ἐν Γέθ. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ἐπινίκιον ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς, ὑπὲρ τοῦ φύλου ἀπωσμένου τοῦ Δαυὶδ, τοῦ ταπεινόφρονος καὶ ἀμώμου, ὅτε κατεῖχον αὐτὸν οἱ Φυλισταῖοι ἐν Γέθ. ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις τῷ νικο- D ποιῷ ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς τῆς μογιλάλου κεκρυμμένων τῷ Δαυὶδ, εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ. καὶ ὁ Θεοδοτίων δὲ, ἀντὶ τοῦ, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένου, ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἐξέδωκεν. τάχα δέ που αἰνίττονται οἱ περιστερὰν ἄλαλον ἢ μογιλάλον εἰρηκότες, αὐτὸν τὸν Δαυὶδ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις ὄντα, καὶ μὴ δυνάμενον λαλεῖν συνήθως τὰς ἐν ἁγίῳ πνεύματι προφητείας, μηδὲ σὺν παρρησίᾳ τοὺς ὕμνους προσφέρεσθαι. διὸ μογιλάλον περιστερὰν ἢ καὶ ἄλαλον αὐτὸν ὠνόμαζον. καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου δὲ ψαλ- E μῷ λέλεκτο· τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ πετασθήσομαι ἢ καὶ ἐδρασθήσομαι. πόρρω ἂν ἐποίησα τὴν ἀναχώρησίν μου, αὐλιζόμενος ἂν ἐν τῇ ἐρήμῳ, κατὰ τὸν Σύμμαχον. ἐπεὶ τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐν τῷ προφήτῃ ἐνεργοῦν, ὃ καὶ ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπὶ τὸν σωτῆρα κατεληλυθέναι μαρτυρεῖται, τρυφερὸν ὂν καὶ

ἄηχον,

ἄκακον, ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκομένου τοῦ Δαυὶδ, ἐλαυνόμενόν τε οὐκ ἠμύνετο· ἀλλ' ἐῴκει περιστερᾷ ἀλάλῳ μακρυνομένῃ καὶ ἀπωθουμένῃ ὑπὸ τῶν διωκόντων. τούτου χάριν κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτάς, ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς εἴρηται. ἀντὶ δὲ τοῦ, εἰς στηλογραφίαν, ὁ μὲν Ἀκύλας, ταπεινοῦ τελείου· ὁ δὲ Σύμμαχος, τοῦ ταπεινόφρονος καὶ ἀμώμου, ἡρμήνευσαν, τὸν τρόπον δηλοῦντες δι' ὃν ὥσπερ στήλης καὶ αἰωνίας μνήμης ἠξιοῦτο παρὰ τῷ θεῷ ἡ τοῦ προφήτου ἀρετή. ὃ γὰρ μέγιστον τοῦ Δαυὶδ κατόρθωμα, ἡ ταπεινότης ἦν καὶ ἡ ταπεινοφροσύνη, καθ' ἣν, τελείαν ἐπεδείκνυτο ἀρετήν, οὐδένα μῶμον ἐπαγομένην. διὸ τοὺς προκειμένους λόγους, ὑπερβαλλούσης, καὶ τελείας ταπεινοφροσύνης δείγματα περιέχοντας, ἀναπέμπει τῷ θεῷ λέγων,

» Ἐλέησόν με ὁ θεός, ὅτι κατεπάτησέ με ἄν-
» θρωπος, ὡς πρὸς τὴν λέξιν τὸν Σαοὺλ σημαίνων, ἐπεμβαίνοντα αὐτῷ, καὶ οὐ μίαν ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ πολλὰς ἐπικείμενον τῷ κατ' αὐτοῦ πολέμῳ. διὸ ἐπιλέγει, ὅλην τὴν ἡμέραν πολε-
» μῶν ἔθλιψέ με. εἶτ' ἐπειδὴ ὑπὸ τῷ θείῳ πνεύμα-
» τι συνεώρα, οὐχ οὕτως τὸν Σαοὺλ αἴτιον ὄντα τῆς τοσαύτης κατ' αὐτοῦ σπουδῆς, ὅσον ἀφανεῖς τινας καὶ νοητοὺς ἐχθροὺς ἀοράτους, δηλαδὴ δυνάμεις καὶ πνεύματα πονηρά, τὸν Σαοὺλ ἐνεργοῦντα καὶ διεγείροντα ἐπὶ τὸν κατ' αὐ-
» τοῦ πόλεμον, εἰκότως ἐπιλέγει, κατεπάτησάν
» με οἱ ἐχθροί μου ὅλην τὴν ἡμέραν· ἢ κατὰ τὸν
» Σύμμαχον, ἐπέτριβόν οἱ θλίβοντές με κατὰ
» πᾶσαν ἡμέραν. τίνες δὲ οἱ ἐχθροὶ καὶ οἱ θλίβοντες αὐτόν, οἱ τὸν Σαοὺλ ἐνεργοῦντες, διασαφεῖ ἑξῆς λέγων· ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με ἀπὸ ὕψους. οὐ γὰρ ἠγνόει ὡς οὐκ ἦν αὐτῷ ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ὑφ' ὧν ὁ Σαοὺλ ἀκονώμενος, τὸν μηδὲν αὐτὸν λελυπηκότα πώποτε μάτην ἤλαυνε καὶ ἐπολέ-
» μει. εἶθ' ἑξῆς φησίν· ἡμέρας φοβηθήσομαι, ἐγὼ
» δὲ ἐλπιῶ ἐπὶ σέ. ὃ δὴ διεσάφησεν ὁ Σύμμαχος
» εἰπών· ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φοβηθῶ, σοὶ πέποιθα. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα δοκεῖ ἄνθρωπός με καταπεπατηκέναι, πολὺς γινόμενος κατ' ἐμοῦ ὁ Σαούλ, ἀλλ' οἱ ἐχθροί μου καὶ οἱ πολεμοῦντές με ἄνωθεν, ἀπὸ ὕψους τὰ ἑαυτῶν βέλη κατὰ τῆς ἐμῆς βάλλοντες ψυχῆς πλεῖστοι τυγχάνουσιν. τούτων δὲ πάντων καταφρονεῖν μεμάθηκα διὰ σὲ τὸν ἐμὸν πρόμαχον καὶ ὑπερασπιστήν. σοὶ γὰρ πεποιθὼς εἴποτε ἐμπέσοι φόβος τῇ ἐμῇ ψυχῇ διακρούομαι τοῦτον, σοὶ τῷ ὑπερασπιστῇ μου θαρρῶν.

» Ἐν τῷ κυρίῳ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου, ἐπὶ
» τῷ θεῷ ἤλπισα· οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει
» μοι σάρξ. ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ θεῷ ἐπαινέσω τοὺς
» λόγους μου, ὁ μὲν Σύμμαχος, διὰ τοῦ θεοῦ ὑ-
» μνήσω τὸν λόγον αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἀκύλας, ἐν τῷ
» θεῷ ὑμνήσω ῥήματα αὐτοῦ· καὶ ἡ ε΄. ἔκδο-
» σις, ἐν τῷ θεῷ ἐπαινέσω τὸν λόγον μου, ἐκδε-

A nocensque sit, a Saüle Davidem insequente pellebatur, pulsusque non obsistebat, sed similis erat columbæ mutæ procul abactæ, & ab insequentibus depulsæ; ideo a reliquis interpretibus *pro columba* dictum est. Pro illo autem, *in tituli inscriptionem*, Aquila, *humilis perfecti*; Symmachus vero, *humilis & inculpati*, interpretati sunt; significantes qua ratione Prophetæ virtus quasi cippo ad æternam memoriam apud Deum donata sit. Enimvero præcipua Davidis perfectio erat humilitas & abjectio, qua
B absolutam virtutem nulli reprehensioni obnoxiam exhibebat. Quare hos sermones, eminentis ac perfectæ humilitatis rationem complectentes, Deo emittit,

Aquilæ. Symmachi.

Miserere mei Deus, quoniam conculcavit me homo, diserte quasi Saülem indicans, qui in se impetum faciebat, neque uno tantum, sed multis diebus ad bellum sibi inferendum incumbebat; quare subjungit dicens: *Tota die impugnans tribulavit me.* Deinde quia Spiritu sancto monstrante videbat, non tam Saülem tanti adversum se molimi-
C nis auctorem esse, quam occultos quosdam & spirituales invisibilesque inimicos, videlicet potestates ac spiritus malignos Saülem exagitantes & excitantes ad bellum sibi movendum; jure sic pergit: *Conculcaverunt me inimici mei tota die*; sive secundum Symmachum, *Atterebant me qui tribulabant me per omnem diem.* Quinam vero inimici essent tribulantes ipsum, qui Saülem excitabant, deinceps declarat dicens: *Quoniam multi bellantes adversum me ab altitudine.* Non enim ignorabat non esse sibi luctam adversus car-
D nem & sanguinem; sed adversus principatus & potestates, rectores mundi tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, a quibus Saül concitatus, eum qui sibi nihil damni intulisset sine causa pellebat & impugnabat. Deinde ait: *Die timebo, ego vero in te sperabo.* Quod clarius Symmachus explicavit his verbis, *In quacumque die timebo, in te speravi.* Etiamsi enim homo me impugnare, Saülque multa contra me moliri videatur; sed inimici mei, & qui ab alto me impugnant, tela sua adversus animam meam immittentes, mul-
E ti numero sunt. Hos porro omnes propter te propugnatorem & protectorem meum despicere didici. Nam in te confisus, si quando metus in animam incidat meam, hunc depello, tibi propugnatori meo innixus.

3. Symmachi. 4. Symmachi.

In Domino laudabo sermones meos, in Deo speravi, non timebo quid faciat mihi caro. Pro illo, *In Deo laudabo sermones meos*, Symmachus, *Per Deum celebrabo sermonem ejus*; Aquila vero, *In Deo celebrabo verba ejus*; Quinta editio, *In Deo laudabo sermonem meum*,

5. Symmachi. Aquilæ. Quintæ.

ediderunt. Si quando, inquit, ex inimico- A rum meorum perturbatione metus instaret mihi, ipsum in te sperando propulsabam: ac pro incantatione & amuletis, hymnos persolvebam; nam cum celebrarem sermonem tuum, juvabat ut a persequentium nemine averterem me. Ita sperans in Deo, & sermones ejus in ore meo ferens, omnes hominum insidias despiciebam, non timens *quid faciat mihi caro.* Quid enim possit caro & sanguis contra Deum opitulantem? Nam
Rom. 8. 31. *si Deus pro nobis, quis contra nos?* inquit Apostolus. Caro autem erat Saül, qui ea quæ B carnis sunt sapiebat: quod sane declarat A-
1. Cor. 3. 3. postolus ad Corinthios scribens: *Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Hic vero Saülem quoque zelo & contentione plenum, qui ideo Davidem pellebat, car-
6. nem vocavit dicens: *Non timebo quid faciat mihi caro.* Deinde ait: *Tota die verba mea exsecrabantur, adversum me omnes cogitationes eorum in malum.* Quod sane clarius in-
Symmachi. terpretatus est Symmachus dicens: *Per omnem diem sermones de me curabant: contra me omnis cogitatio eorum in malum.* C Ac si enim nihil aliud ipsis agendum suppeteret, neque de aliis sermo movendus esset; otium suum totum in loquendo & cogitando de me insumebant, nihil boni in me molientes; sed in malum & pro malo totam curam impendebant suam.

7. *Inhabitabunt & abscondent, ipsi calcaneum*
8. *meum observabunt. Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo salvos facies illos: in ira populos confringes Deus.* Hæc obscure apud Septuaginta interpretes dicta, aper- D
Symmachi. tius interpretatus est Symmachus his verbis: *Conveniebant clam, & vestigia mea observabant, exspectantes animam meam propter iniquitatem. Libera ab illis, in ira populos deprime Deus.* Ita enim, inquit, tota die mihi [observando] vacabant, sermones de me moventes, & tota cogitatio eorum contra me erat; ut studerent una simul adversum me conspirationem conflare: neque eo sisterent gradum; sed etiam calcaneum sive vitæ gressum observarent, num supplantando dejicere me possent. E Vestigia quoque mea, & quo pergerem, observabant, ut quoquo modo me comprehenderent. Hæc illi qui me sine causa persequebantur contra me designabant. Tu autem, Domine, spes mea, me ab injusta eorum conspiratione liberes; ipsos autem irâ tuâ invadens, ex ea arrogantia & superbia dejice: id enim ipsis utile erit. Siqui-
1. Pet. 5. 5. dem elati ac tumentes, id in suam perniciem agebant: etenim Deus superbis resistit,

A διώκουσιν. εἴ ποτε φησὶ φόβος ἐκ τῆς τῶν πολεμούντων με ταραχῆς ἐνέπιπτέν μοι· διεκρουόμην αὐτὸν ἐλπίζων ἐπὶ σέ· καὶ ἀντὶ ἐπῳδῆς καὶ φυλακτηρίων, ὕμνους διεξῄειν. ὑμνῶν γὰρ τὸν λόγον σου ἐβοηθούμην, ὡς μηδένα τῶν διωκόντων ἐπιστρέφεσθαι. οὕτως ἐπὶ τῷ θεῷ ἐλπίζων, καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ φέρων ἐν τῷ στόματί μου, πάσης τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἐπιβουλῆς κατεφρόνουν, οὐ φοβούμενος τί ποιήσει μοι σάρξ. τί γὰρ ἂν καὶ δύναιτο σὰρξ καὶ αἷμα πρὸς θεὸν βοηθόν; εἰ γὰρ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; φησὶν ὁ ἀπόστολος. σὰρξ δὲ ἦν ὁ Σαοὺλ τὰ τῆς B σαρκὸς φρονῶν· ὃ δὴ παρίστησιν ὁ ἀπόστολος γράφων Κορινθίοις· ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ * ἔρις, οὐχὶ σαρκινοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε; ὁ δὲ καὶ τὸν Σαοὺλ ζήλου πεπληρωμένον καὶ ἔριδος, καὶ διὰ ταῦτα τὸν Δαυὶδ ἐλαύνοντα, σάρκα ὠνόμασεν εἰπών· οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι σάρξ. εἶτα φησίν· ὅλην τὴν ἡμέραν τοὺς λόγους μου ἐβδελύσσοντο, κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν εἰς κακόν· ὃ δὴ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· διὰ πάσης ἡμέρας λόγους περὶ ἐμοῦ ἐφρόντιζον· κατ' ἐμοῦ πᾶς διαλογισμὸς αὐτῶν εἰς κα- C κόν. ὡς γὰρ μηδὲν ἔχοντες ἕτερον πράττειν, μηδὲ περὶ ἑτέρων λόγους κινεῖν, τὴν πᾶσαν ἑαυτῶν σχολὴν τοῖς περὶ ἐμοῦ λόγοις καὶ τοῖς κατ' ἐμοῦ λογισμοῖς ἀνετίθεσαν, οὐδὲν ἀγαθὸν περὶ ἐμοῦ βουλευόμενοι. ἀλλ' εἰς κακὸν καὶ ἐπὶ κακῷ τὴν ἑαυτῶν ἀναλίσκοντες σπουδήν.

Παροικήσουσι καὶ κατακρύψουσιν, αὐτοὶ τὴν πτέρναν μου φυλάξουσιν. καθάπερ ὑπέμειναν τὴν ψυχήν μου, ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς σώσεις αὐτούς, ἐν ὀργῇ λαοὺς κατάξεις ὁ θεός. καὶ ταῦ- D τα ἀσαφῶς εἰρημένα παρὰ τοῖς ο'. λευκότερον διηρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, εἰπών· συνήγοντο λάθρα, καὶ τὰ ἴχνη μου παρετήρουν προσδοκῶντες τὴν ψυχήν μου διὰ τὴν ἀδικίαν. ῥῦσαι ἀπ' αὐτῶν, ἐν ὀργῇ λαοὺς κατάγαγε ὁ θεός. οὕτως γάρ φησι διὰ πάσης ἡμέρας ἐμοὶ ἐσχόλαζον, τοὺς περὶ ἐμοῦ λόγους κινοῦντες, καὶ πᾶς διαλογισμὸς αὐτῶν κατ' ἐμοῦ ἐγίγνετο· ὡς σπουδάζειν συνάγεσθαι αὐτοὺς ὁμοῦ συσκευάς· καὶ μὴ μέχρι τούτου χωρεῖν, ἀλλὰ καὶ περιεργάζεσθαί μου τὴν πτέρναν, τουτέστι τὴν τοῦ βίου πορείαν, εἴ πως σκε- E λίσαντες δυνηθεῖεν καταβαλεῖν με. καὶ τὰ ἴχνη δέ μου παρετήρουν, ὅποι ἂν βαδίζοιμι, καὶ ἵν' ὅπως ἐπιλάβοιντό μου. ταῦτα μὲν οὖν οἱ μάτην διώκοντες κατ' ἐμοῦ ἔπραττον. σὺ δὲ κύριε ἡ ἐμὴ ἐλπίς, ἐμὲ μὲν τῆς ἀδίκου αὐτῶν συσκευῆς ῥῦσαι, αὐτοὺς δὲ μετελθὼν τῇ σεαυτοῦ ὀργῇ, κατάβαλε τῆς μεγαλαυχίας καὶ τῆς ὑψηλοφροσύνης. τοῦτο γὰρ αὐτοῖς συνοίσει. ὑψούμενοι γὰρ καὶ ἐπαιρόμενοι, ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ ἑαυτῶν ταῦτ' ἔπραττον. ὁ γὰρ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, τα-

ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν, διὸ ἱκετεύω πάντας τοὺς ἐπανισταμένους μοι κατάγαγε· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, καταβίβασον· ὡς ἂν μέτριον φρόνημα λαβόντες καὶ ταπεινὰ φρονοῦντες, τὰ μεγάλα ὠφεληθεῖεν.

Τὴν ζωήν μου ἐξήγγειλά σοι, ἔθου τὰ δάκρυά μου ἐνώπιόν σου, ὡς καὶ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου, ἐπιστρέψουσιν οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε. καὶ ταῦτα ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἡρμήνευσεν οὕτως εἰπών· τὰ ἔνδον μου ἐξηρίθμησας· σὺ ἔθου τὰ δάκρυά μου ἐνώπιόν σου. μὴ οὐχὶ ὅταν ἐξαριθμῇς τότε ἀποστραφήσονται οἱ ἐχθροί μου ὀπίσω, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε; οἱ μὲν ἐχθροί μου φησὶ διὰ πάσης ἡμέρας λόγους περὶ ἐμοῦ ἀνεκίνουν, καὶ κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν ἦσαν. ἐγὼ δὲ ὁποίους ἐν ἐμαυτῷ συνῆγον λογισμοὺς καὶ ὁποίας ἐνθυμήσεις εἶχον, σὺ αὐτὸς ὡς καρδιογνώστης θεὸς οἶδας. τὰ γὰρ ἔνδον μου ἐξηρίθμησας πάντα, καὶ τὰ κρύφιά μου καὶ τὰς ἐνθυμήσεις τῆς ψυχῆς μου γινώσκεις· διόπερ ἔθου τὰ δάκρυά μου ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ ἀπεστράφης αὐτά. ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου ὑπέσχου λέγων· ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι, οὕτως ἀκόλουθα πράττων ταῖς σαῖς ἐπαγγελίαις, ἔθου τὰ δάκρυά μου ἐνώπιόν σου. καὶ κατὰ τὴν τῶν ο΄. δὲ ἑρμηνείαν, τὴν ζωήν μου φησὶν ἐξήγγειλά σοι, ὡς ἂν παρρησίαν ἄγων καὶ μὴ ἐπαισχυνόμενος ἐπὶ τῇ ἐμαυτοῦ ζωῇ. σύ τε ἀποδεχόμενός μου τὴν ζωήν, τὰ δάκρυά μου οὐκ ἀπεσείσω, ἀλλὰ παρὰ τῶν σῶν ὀφθαλμῶν ἔθου αὐτά, πιστούμενος τὰς σὰς ἐπαγγελίας· διὸ συνέβαινεν ἐμοῦ εἰσακουομένου τοὺς ἐχθρούς μου εἰς τὰ ὀπίσω χωρεῖν, ὅθεν φημί, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ἐπιστρέψουσιν οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· μὴ οὐχὶ ὅταν φησὶν ἐξαριθμῇς, τότε ἀποστραφήσονται οἱ ἐχθροί μου ὀπίσω; ἐπειδὰν φυλοκρινῶν διακαθάρῃς ἀφορίζων τοὺς σεαυτοῦ ἀξίους, καὶ ἐξαρίθμησιν ποιούμενος τῶν μελλόντων εἰς τὰ δεξιὰ ἵστασθαι, καὶ τῶν εἰς ἀριστερὰ χωρησόντων, τότε ἐν τῷ σε τὴν ἐξαρίθμησιν ταύτην ποιεῖσθαι, ἀποστραφήσονται οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω.

Ἰδοὺ ἔγνων ὅτι θεός μοί ἐστιν. ἐπὶ τῷ θεῷ αἰνέσω ῥῆμα, ἐπὶ τῷ κυρίῳ αἰνέσω λόγον, ἐπὶ τῷ κυρίῳ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον τοῦτό φησιν· οἶδα ὅτι ἐστὶ θεός μοι. τὸν θεὸν ὑμνολογήσω, διὰ τοῦ θεοῦ ὑμνοποιήσομαι λόγον, τῷ θεῷ πέποιθα, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. αὐτοῖς ἔργοις φησὶ παρείληφα καὶ ἔγνων ἀληθῶς, ὅτι οὐκ ἐπὶ ματαίῳ ἤλπισα· ἀλλὰ θεὸν βοηθὸν ἐκτησάμην. τούτου δὲ ἔλεγχος ἐπεὶ ἔθου τὰ δάκρυά μου ἐνώπιόν σου. εἶτα ἐμοῦ μὲν ἐπήκοος ἐγένου, οἱ δὲ ἐχθροί μου ἐχώρησαν εἰς τὰ ὀπίσω, διὸ ἐπὶ τῷ θεῷ αἰνέσω ῥῆμα, ἢ

A humilibus autem dat gratiam; quare rogo omnes insurgentes in me deprimas; sive secundum Aquilam *dejicias*; ut modestius atque humilius sentientes, magnam utilitatem percipiant. Aquilæ.

9. 10. *Vitam meam annuntiavi tibi, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo; sicut & in promissione tua convertentur inimici mei retrorsum, in quacumque die invocavero te.* Hæc clarius Symmachus interpretatus est his verbis: *Interiora mea enumerasti: tu posuisti lacrymas meas coram te. Annon cum enumera-* B *veris, tunc convertentur inimici mei retrorsum, in quacumque die invocavero te?* Inimici quidem mei, inquit, tota die sermones de me movebant, & contra me cogitationes eorum erant; ego vero qualia in me ratiocinia collegerim, & quales cogitationes habuerim, tu, utpote cordium cognitor Deus, nosti. Nam quæ intra me sunt enumerasti omnia, & occulta mea cogitationesque animæ meæ cognoscis: quamobrem posuisti lacrymas meas in conspectu tuo, nec aversatus eas es; sed *sicut* & in promissione tua C professus es dicens, *Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum*; sic consequenter ad promissa tua, *posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.* Ac secundum interpretationem LXX. *Vitam meam*, inquit, *annuntiavi tibi*, utpote qui cum fiducia agerem, nec de vita mea erubescerem. Tu vero cum vitam approbares meam, lacrymas meas non repulisti, sed ob oculos posuisti tuos, sic promissis tuis fidem concilians. Quare contigit, cum exauditus essem, inimicos meos retro cedere; ideo dico: *In quacumque die invocavero te,* D *convertentur inimici mei retrorsum*; secundum Symmachum vero: *Annon cum enumeraveris*, inquit, *convertentur inimici mei retrorsum?* Cum per singulas tribus secernens, eos qui te digni sunt selegeris, & enumeraveris eos qui ad dexteram statuendi, & eos qui ad sinistram recessuri sunt, *tunc*, cum talem enumerationem facies, *convertentur inimici mei retrorsum.*

Symmachi. Hesai. 58. 9. Symmachi.

11. *Ecce cognovi quoniam Deus mihi est. In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: in Domino speravi, non timebo quid* E *faciat mihi homo.* Secundum Symmachum autem sic ait: *Novi quod sit Deus mihi. Deum celebrabo, per Deum sermonem in hymnum convertam; in Deo speravi, non timebo quid faciet mihi homo.* Ipsis operibus, inquit, accepi & vere novi me non frustra sperasse; sed Deum adjutorem obtinuisse. Cujus rei argumentum est, quod *posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.* Deinde mihi quidem propitius fuisti, inimici vero mei retro cesserunt: quare *in Deo laudabo ver-* Symmachi.

Aquilæ. *bum*; sive secundum Aquilam, *In Deo glorificabo verbum*; Symmachi. secundum Symmachum autem, *Deum celebrabo*: sed etiam *in Domino laudabo sermonem*, Aquilæ. aut secundum Aquilam, *In Domino celebrabo sermonem*, Symmachi. sive secundum Symmachum, *per Dominum sermonem in hymnum conversum*: ac rursum, ut superius dixi, *In Deo speravi, non timebo quid faciat mihi caro*; sic jam dico, *In Deo speravi, non timebo quid faciat mihi homo*. Caro enim & homo idipsum sunt, quandoquidem dictum est: Psal. 81. 7. *Vos autem sicut homines moriemini*; 1. Cor. 3. 3. &, *Cum enim sit Zelus & contentio inter vos, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?*

12. *In me sunt Deus vota, quæ reddam laudationis tibi.*
13. *Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu, ut placeam coram Deo in lumine viventium.* Pro illo, *In me sunt Deus vota, quæ reddam laudationis tibi*, Symmachi. apertius Symmachus interpretatus est dicens: *Recipio, Deus, quæ precatus sum: reddam laudationes tibi.* Non enim oblitus, ait, eorum quæ precatus sum; sed in me sunt, & omnia in memoria retineo quæcumque precando promisi: quæ ceu quoddam debitum, hostias laudis offerendo persolvam, Psal. 49. 14. secundùm eloquium illud: *Immola Deo sacrificium laudis, & redde Domino vota tua.* Offeram itaque tibi hostiam laudis, utpote conscius me multa pro salute mea debere. Ipsam certe animam meam a morte liberasti. Nam inimici mei pro viribus ipsam pellebant, & magna vi curabant eam in mortem dejicere. Siquidem dum me pellerent, cogerentque ad habitandum in medio Allophylorum & alienigenarum, quantum in ipsis erat animam enecabant meam; proximum quippe erat ut ad Allophylorum idololatriam accederem, in medio eorum habitans: quo tempore apud Achûs in Geth & apud Allophylos degebam, jam pridem ab ea, quæ penes te est, vitâ lapsus, animâ mortuus essem: sed gratia & misericordia tua id contingere non permisit; quandoquidem me, etiam apud Allophylos versantem, protegebas, ut nihil mihi detrimenti ex eorum consortio accederet. Quapropter dico, *Eruisti animam meam de morte*; quin etiam eruisti *pedes meos de lapsu*. Quis enim non perversus esset, ceu in lutum delapsus, & lubrica in loca dejectus, medius relictus inter tot atheos & idololatras viros? Verum in hac rerum conditione aderat misericordia & gratia tua, eruens pedes meos de lapsu; neque enim virtuti hæc adscribo meæ; quia non ita fortis animo eram, ut immutabilis manerem, cum in medium tot hominum devolutus essem; nisi tu auxilio fuisses. Quare

A κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἐν θεῷ καυχήσομαι ῥῆμα, κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, τὸν θεὸν ὑμνολογήσω· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὸν κύριον αἰνέσω λόγον, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἐν κυρίῳ ὑμνήσω λόγον, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, διὰ τοῦ κυρίου ὑμνοποιήσομαι λόγον. καὶ πάλιν ὡς ἀνωτέρω μοι εἴρηται· ἐπὶ τῷ θεῷ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι σάρξ, καὶ νῦν φημί, ἐπὶ τῷ θεῷ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. σάρξ γὰρ καὶ ἄνθρωπος ἓν καὶ ταὐτόν ἐστιν, ἐπειδὴ λέλεκται· ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι B ἀποθνήσκετε. καί, ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε;

Ἐν ἐμοὶ ὁ θεὸς εὐχαί, ἃς ἀποδώσω αἰνέσεώς σοι. ὅτι ἐρρύσω τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου, καὶ τοὺς πόδας μου ἐξ ὀλισθήματος, τοῦ εὐαρεστῆσαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἐν φωτὶ ζώντων. ἀντὶ τοῦ, ἐν ἐμοὶ ὁ θεὸς αἱ εὐχαί, ἃς ἀποδώσω αἰνέσεώς σοι, σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· ἀναδέχομαι θεὲ ἃ ηὐξάμην. ἀποδώσω αἰνέσεις σοι. οὐ γὰρ ἐπιλέλησμαι, C φησί, ὧν ηὐξάμην. ἀλλ᾽ ἐν ἐμοί εἰσιν, καὶ κατέχω τῇ μνήμῃ πάντα ὅσα ἐπηγγειλάμην εὐξάμενος, ἃ καὶ ὥσπερ τι χρέος ἀποδώσω, θυσίας ἀναφέρων τὰς δι᾽ αἰνέσεως, καὶ κατὰ τὸ φάσκον λόγιον· θῦσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ κυρίῳ τὰς εὐχάς σου. ἀποδώσω τοίνυν αἰνέσεώς σοι· ἐπειδὴ πολλὰ συνοῖδα ἐμαυτῷ ὀφείλοντι ὑπὲρ τῆς ἐμαυτοῦ σωτηρίας. αὐτὴν γοῦν τὴν ψυχήν μου ἐρρύσω ἐκ θανάτου. οἱ μὲν γὰρ ἐχθροί μου τὸ ὅσον ἐπ᾽ αὐτοῖς, ἤλαυνον αὐτὴν καὶ ἐξεβιά- D ζοντο εἰς θάνατον ἐκπεσεῖν. ἐλαύνοντές με γάρ, καὶ μέσον ἀλλοφύλων καὶ ἀλλογενῶν ἐθνῶν οἰκεῖν καταναγκάζοντες, τὸ ἐπ᾽ αὐτοῖς τὴν ψυχήν μου ἐθανάτουν· ἐγγὺς ἤμελλον συναπάγεσθαι τῇ τῶν ἀλλοφύλων εἰδωλολατρείᾳ, μέσος αὐτῶν οἰκῶν, καθ᾽ οὓς χρόνους παρὰ τῷ Ἀχοὺς (sic) καὶ ἐν τῇ Γὲθ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις ἐποιούμην τὰς διατριβάς, πάλαι ἂν τὴν ψυχήν μου τεθνήκειν, τῆς παρὰ σοὶ ζωῆς ἐκπεσών· ἀλλ᾽ ἡ σὴ χάρις καὶ τὸ σὸν ἔλεος οὐ συνεχώρησε τοῦτο γενέσθαι. ἐπεὶ E καὶ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις με ὄντα περιέφραττες, ὡς μηδὲν καταβλάπτεσθαι ἐκ τῆς τούτων συνουσίας. διό φημι, ἐρρύσω τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου, ἀλλὰ καὶ τοὺς πόδας μου ἐρρύσω ἐξ ὀλισθήματος. τίς γὰρ οὐκ ἂν διετράπη ὥσπερ εἰς πηλὸν ἐμβάς, καὶ ὀλισθηροῖς περιπεσὼν χωρίοις, μέσος τοσούτων ἀπολειφθεὶς ἀθέων καὶ εἰδωλολατρῶν ἀνδρῶν; ἀλλ᾽ ἦν ἄρα καὶ ἐν τούτῳ τὸ σὸν ἔλεος, καὶ ἡ σὴ χάρις ῥυομένη μου τοὺς πόδας ἐξ ὀλισθήματος· οὐ γὰρ ἐμαυτοῦ δυνάμει ἐπιγράφω ταῦτα· ἐπεὶ μηδ᾽ οὕτως ἤμην στερρὸς τὴν ψυχὴν ὡς ἀδιάτρεπτος μένειν, ἐν τῷ μεταξὺ τοσούτων εἰλεῖσθαι, εἰ μὴ σὺ ἦσθα βοηθός. διὸ ἐξο-

εὐχαριστῶν ὁμολογούμενος, ὅτι ἐῤῥύσω τοὺς πόδας μου ἐξ ὀλισθήματος. καὶ ταῦτά μοι τὸ σὸν ἔλεος ἐδωρήσατο, ὑπὲρ τοῦ εὐαρεστῆσαι ἐνώπιόν σου ἐν φωτὶ ζώντων, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ὡς τὸ ὁδεύειν ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ διὰ φωτὸς τῆς ζωῆς. διατρίβων γοῦν καὶ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις, τῆς ὀρθῆς καὶ βασιλικῆς ὁδοῦ οὐ παρεξέβην. ἀλλὰ σοὶ εὐαρέστως ὥδευον ὑπὸ σοῦ ποδηγούμενος καὶ φωτιζόμενος, φωτός τε μεταλαγχάνων οὐ τοῦ κοινοῦ καὶ πᾶσιν ἐγκειμένου, λογικοῖς τε καὶ ἀλόγοις, θηρίοις τε καὶ ἑρπετοῖς, νεκροῖς τε καὶ ἀψύχοις· ἀλλὰ τοῦ μόνοις τοῖς παρὰ σοῦ ζῶσιν ἀφωρισμένου. νοήσεις δὲ τὸ φῶς τῶν ζώντων, ἐν ᾧ καὶ Δαυὶδ καὶ πάντες οἱ θεοφιλεῖς προφῆται καὶ δίκαιοι ἐφωτίσθησαν, ἐπιστήσας τῷ εὐαγγελιστῇ λέγοντι· ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ, δηλαδὴ τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ τῷ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεὸν ὄντι, ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. καὶ πάλιν, ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. οὐκοῦν ἦν ἐν τῷ κόσμῳ· κἀκείνῳ τῷ φωτὶ οἱ τῆς παρὰ τῷ θεῷ ζωῆς καταξιούμενοι ἐφωτίζοντο. ὕστερον δὲ καὶ εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν, ὅσοι τε ἐδέξαντο αὐτὸν ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι. τοσαύτη δύναμις παρῆν τῷ φωτὶ τῶν ζώντων, ὡς τέκνα θεοῦ ἀπεργάζεσθαι τοὺς καταδεχομένους αὐτό. ὅπερ εἰδὼς ὁ Δαυὶδ δι' εὐχῆς εἶχεν τοῦ εὐαρεστῆσαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἐν φωτὶ ζώντων.

A confitens gratias ago, quoniam eripuisti pedes meos de lapsu. Hæcque mihi misericordia tua concessit, *ut placeam coram te in lumine viventium*; sive secundum Symmachum, *ut incedam in conspectu Dei per lumen vitæ.* Symmachi. Moras igitur faciens apud Allophylos, a recta & regia via non declinat; sed, ait, Tibi placito more incedebam ductus abs te & illustratus; non luce solum illa communi fruens, omnibus præsente, rationabilibus & brutis, feris & reptilibus, mortuis & inanimatis; sed illâ etiam quæ B tantum iis, qui apud te vivunt, destinata est. Lumen porro illud viventium, quo David & omnes Deo accepti prophetæ & justi illustrati sunt intelliges, si attendas Evangelistæ dicenti: *Quod factum est in ipso,* scilicet Dei Verbo quod in principio apud Joan. 1. 4. Deum erat, *vita erat, & vita erat lux hominum:* ac rursum, *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ibid. 9. *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit.* Erat igitur in mundo: & hoc lumine, qui vita C illa apud Deum donati erant, illuminabantur. Deinde *in propria venit; & quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Tanta virtus lumini viventium inerat, ut eos qui se reciperent filios Dei efficeret: quod cum sciret David, in voto habuit, ut placeret *coram Deo in lumine viventium.*

Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς τῷ Δαυὶδ, εἰς στηλογραφίαν ἐν τῷ αὐτὸν ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον. νϛ΄.

D *In finem, ne disperdas, David in tituli inscriptionem, cum fugeret a facie Saül in speluncam. LVI.* 1.

Ἐλέησόν με ὁ θεὸς, ἐλέησόν με, ὅτι ἐπὶ σοὶ πέποιθεν ἡ ψυχή μου. ὥσπερ ἀπὸ τῆς ἱστορίας ἐδείκνυτο δεύτερον γενόμενος ὁ Δαυὶδ παρὰ τοῖς ἐν Γὲθ ἀλλοφύλοις, παρ' οἷς διατρίβων τὸν νε΄. ἀναγεγραμμένον ψαλμὸν εἰρηκώς· οὕτω δὶς φαίνεται ἐν τῷ σπηλαίῳ ἐληλυθώς· ἅπαξ μὲν, ὅτε μανίαν προσποιηθεὶς, τὰς χεῖρας τοῦ Ἀγχοῦς (*sic*) καὶ τῶν ἐν Γὲθ ἀλλοφύλων διαφεύγει· κἀκεῖθεν διασώζεται εἰς τὸ σπήλαιον τὸ Ὀδολλὰμ, ἔνθα πάντες οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ πᾶς ὁ οἶκος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καταβαίνουσι πρὸς αὐτόν· συνήγοντό τε παρ' αὐτῷ πᾶς ἐν ἀνάγκῃ ὢν, καὶ πᾶς ὑπόχρεως, καὶ πᾶσα κατώδυνος ψυχή· καὶ ἦν ἐπ' αὐτῶν ἡγούμενος. ἦσαν δὲ ὡς τετρακόσιοι ἄνδρες· δεύτερον δὲ, ὅτε ἀνέστρεψεν ὁ Σαοὺλ ἀπὸ ὄπισθεν τῶν ἀλλοφύλων, καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ· ὅτι ἰδοὺ Δαυὶδ ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ Γαδδὶ, καὶ ἔλαβε μεθ' ἑαυτοῦ τρεῖς χιλιάδας ἀνδρῶν ἐκλεκτῶν ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἐπορεύθη

Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Sicut ex historia commonstratur Davidem bis apud 2. Allophylos in Geth fuisse, ibique degentem psalmum LV. recitasse scriptum est; sic bis in speluncam venisse videtur; primo cum insaniâ simulatâ, manus Anchûs & E Getthæorum Allophylorum effugit, atque inde in speluncam Odollam se subduxit, ubi *omnes fratres ejus & universa domus patris ejus eum adierunt. Et convenerunt ad* 1. Reg. 22. 1. *eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & erat eorum dux. Erant autem quasi quadringenti viri.* Secundo autem, *cum reversus est Saül fugatis Allophylis, & nuntiatum est ei:* 1. Reg. 24. 2. *Ecce David in deserto Gaddi; & assumsit secum tria millia electorum ex Israël, perrexit*

Alienati sunt peccatores a vulva, erraverunt ab utero, loquuti sunt falsa. 4. Hæc quoque filiis hominum adplicat, qui se Deum colere, & justitiæ leges adire profitentur, neque tamen recte judicant. Eos igitur sic compellat: Heus vos, audite, qui justitiam ore tenus loquimini, manibus vero injustitiam C operamini, multaque simul peccata complicatis; magno judici latet nihil eorum quæ singuli in mente versant. Etiamsi enim quis oculis hominum latere videatur; at sciat immani se errore duci seseque decipere. Neque enim magno universorum judici occultus erit, ad cujus tribunal omnes sistemur. Quomodo autem Deo latere possint, cum prius quam in lucem prodirent, ei, qui omnia novit antequam fiant, cogniti essent? Quare antequam fierent, eos quasi jam exsisterent, tales fore quales jam sunt prospicie- D bat: exinde vero jam apud ipsum reprobati erant. *Alienati sunt* igitur *peccatores a vulva.* Ac etiamsi hodie justitiam simulate loquantur, operibus contraria aggredientes; at non jam primum apud Deum tales esse videntur: sed priusquam ex utero prodirent; quin & antequam in vulvæ receptaculo conciperentur, ex numero errantium ab eo reputabantur, & quod tales futuri essent non ignorabat ipse. Sed ab eo jam tempore noverat eos falsa loquuturos, & furorem ipsis *secundum similitudinem serpentis* fore. 5. Θυμὸν E autem Græci solent etiam animam appellare. Quoniam igitur antiquus serpens qui Evam decepit, suavi quidem & amica oratione simulate utebatur, Dei mentionem faciebat, & cum quadam pietatis specie mulieri dicebat: *Quare dixit Deus, Ne comedatis ex omni ligno, quod est in paradiso?* Gen. 3. 1. ac rursum, *Sciebat enim Deus, quod quacumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum.* Ibid. 5. Et talibus quidem dictis simulans, & Deum se

nosse præferens, mulierem alloquebatur; in corde autem iniquitates operabatur, ac operibus injustitiam complicabat. Merito hi quoque dicuntur furorem & animam habere memorato serpenti similem. Quod ipsum Deus præscientiâ sua præoccupavit. Nam hi auditis divinis sermonibus, sacrisque verbis eruditi, nihil ad utilitatem parient: quia aures occludunt, neque divinarum incantationum virtutes recipiunt; sed similes sunt aspidi surdæ & obturanti aures suas, ut non exaudiat voces incantantium,
6. neque recipiat *remedium a sapiente paratum.* Serpenti igitur similes sunt, ob hypocrisin, & simulatum illud de Deo colloquium; aspidi vero, quia lethale venenum in se occultant. Verum si aspidi dumtaxat comparandi essent, spes foret eos aliquando utilitatem percepturos: siquidem ferum illud reptile, ex incantatione & artificio quorumdam, virus nonnumquam abjicit, furoremque deponit, & quasi extinguitur quoad malitiam. Quod si talis acerbitas aspidis vi quorumdam verborum debilitatur & marcescit, venenumque abjicit, quid dicendum de anima hominis, quæ ad imaginem Dei facta est, nisi eam multo potius quam reptile illud genus, deposito malitiæ veneno, in melius mutandam esse; si tamen sese divinarum disciplinarum utilitati, & divinitus vere inspiratis incantationibus adplicet? Quamobrem accurate sermo non aspidi simpliciter talem animam comparavit; sed aspidi surdæ, quæ non ex natura sua surda sit, sed ex propria voluntate talis evaserit. Quare dictum est, *Sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas.* Sic enim aliquando homo verba divina non audiens, non quod animâ surdus evaserit, auditu privatur, sed id propriæ voluntatis est: sponte namque naturæ vim inferens suæ obsurdescit. Etenim Deus non surdam, non cæcam, non mutilam vel mancam animam; sed validam cunctisque suis virtutibus præditam effecit; nam ad imaginem & similitudinem suam hominem condidit. Quisque vero surditatem sibi cæcitatemque procurat, animæque suæ substantiam labefactat. Quod populus ex circumcisione fecisse per Hesaïam arguitur his verbis:
Hesai. 6. 9. *Incrassatum est cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos clauserunt; ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos.* Sic ergo aspidi surdæ & obturanti aures comparatur, qui divina verba non audit. Quare secun-
Symmachi. dum Symmachum dicitur: *Sicut aspidi surdæ, obturanti auriculam suam, ut ne audiat vocem*

A εἰδέναι προσποιούμενος, ὡμίλει τῇ γυναικί· ἐν καρδίᾳ δὲ ἀνομίας εἰργάζετο, καὶ τοῖς ἔργοις ἀδικίαν συνέπλεκεν. εἰκότως καὶ οἵδε λέγονται θυμὸν ἔχειν καὶ ψυχὴν ὁμοίαν τῷ προλεχθέντι ὄφει· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ προείληφεν ὁ θεὸς τῇ προγνώσει. τῶν γὰρ θείων εἰσακούοντες λόγων καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθητευόμενοι ῥήμασιν, οὐδὲν πικτήσονται πρὸς ὠφελείας, διὰ τὸ βύειν τὰ ὦτα, καὶ μὴ καταδέχεσθαι τῶν θείων ἐπῳδῶν τὰς δυνάμεις, ἀφομοιοῦσθαι δὲ ἀσπίδι κωφῇ καὶ βυούσῃ τὰ ὦτα αὐτῆς, πρὸς τὸ μὴ ἀκοῦσαι φωνῆς ἐπᾳδόντων, [a] φαρμακοῦται φαρμα-
B κευομένου παρὰ σοφοῦ. τῷ μὲν οὖν ὄφει ὡμοιώθησαν διὰ τὴν ὑπόκρισιν καὶ τὴν ἐπίπλαστον περὶ θεοῦ ὁμιλίαν· τῇ δὲ ἀσπίδι διὰ τὸ κρύπτειν ἐν αὑτοῖς τὸν θανατηφόρον ἰόν. ἀλλ' εἰ μὲν ἁπλῶς ἀσπίδι παρεβλήθησαν, ἐλπὶς ἂν ἦν ποτε ὠφεληθήσεσθαι· ἐπεὶ καὶ τὸ δεινὸν ἑρπετὸν ἐκεῖνο ἔστιν ὅτε ἐξ ἐπῳδῆς καὶ κατασκευῆς ἑτέρων τινῶν ἀπορρίπτει τὸν ἰόν, καὶ τὸν θυμὸν ἀποτίθεται, καὶ ὥσπερ ἀπονεκροῦται τὴν κακίαν. εἰ δὲ ἡ τοιαύτη τῆς ἀσπίδος πικρία, δυνάμει λόγων τινῶν ἐξασθενεῖ καὶ ἀπομαραίνεται, τόν ἰόν τε ἀπορρίπτει, τί χρὴ λέγειν
C περὶ ἀνθρώπου ψυχῆς, τῆς κατ' εἰκόνα θεοῦ γεγενημένης, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὴ πολὺ μᾶλλον ἢ τὸ ἑρπυστικὸν ἐκεῖνο γένος μετέβαλεν ἂν ἐπὶ τὸ κρεῖττον, τῆς κακίας ἰὸν ἀποθεμένη, εἰ παρεῖχεν ἑαυτὴν τῇ ἐκ τῶν θείων μαθημάτων ὠφελείᾳ, καὶ ταῖς ἀληθῶς θεοπνεύστοις ἐπῳδαῖς; διὸ δὴ ἀκριβῶς ὁ λόγος οὐχ ἁπλῶς ἀσπίδι τὴν τοιαύτην παρέβαλεν ἀλλ' ἀσπίδι κωφῇ, οὐκ ἐκ φύσεως οὔσῃ τοιαύτῃ, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως ἑαυτὴν ἀποκωφούσῃ. διὸ εἴρηται, ὡς ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς. οὕτω γάρ ποτε καὶ ἄνθρωπος τῶν θείων ἀνήκοος
D λόγων, οὐ παρὰ τὸ κεκωφῶσθαι τὴν ψυχήν, ἐστέρηται τῆς ἀκοῆς, παρὰ δὲ τὴν οἰκείαν βούλησιν· ἑκὼν γὰρ ἑαυτὸν ἀποκωφοῖ βιαζόμενος τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. θεὸς γὰρ κωφὴν ψυχὴν οὐκ εἰργάσατο, ὡς οὐδὲ τυφλήν, οὐδὲ ἀνάπηρον, οὐδὲ ὅλως λελωβημένην· ἐρρωμένην δὲ κατὰ πάσας αὐτῆς τὰς δυνάμεις· ἐπεὶ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν τὴν αὐτοῦ τὸν ἄνθρωπον ὑπεστήσατο. ἕκαστος δὲ ἑαυτὸν ἀποκωφοῖ καὶ τυφλοῖ, καὶ τὴν οὐσίαν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς λωβᾶται. τοῦτο δὲ διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου ὁ ἐκ περιτομῆς ἀπελέγχεται πεπονθὼς λαός. διὸ λέλεκται πρὸς
E αὐτοὺς· ἐπαχύνθη ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκάμμυσαν, καὶ τὰ ὦτα ἐβάρυναν· μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι καὶ ἰάσομαι αὐτούς. οὕτως οὖν ἀσπίδι κωφῇ ἑαυτὴν ἀποκωφούσῃ, ὁ τῶν θείων ἀνήκοος λόγων παρωμοίωται. διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Σύμμαχον ὡς ἀσπίδι κωφῇ, βυούσῃ ὠτίον αὐτῆς, ἵνα μὴ ἀκούσῃ φωνὴν

[a] Lege, φαρμάκου τε. Estque lectio Theodotionis.

ψιθυριζόντων

ψιθυριζόντων, ἑκάστου ἐπῳδαῖς σεσοφισμένου. ἀλλ' ὁ μὲν νῦν ὑφεστὼς ἄνθρωπος, καὶ τοιοῦτον ἑαυτὸν κατασκευάσας, ὅτε ταῦτα πράττει, τοῖς πολλοῖς γινώσκεται· τῷ δὲ θεῷ καὶ πρὸ γενέσεως, καὶ πολὺ πρότερον πρὸ τῆς κατὰ γαστρὸς συλλήψεως, τοιοῦτος ἐσόμενος ἐγνωρίζετο. μάτην ἄρα ἑαυτὸν ἀπατᾷ ὁ λαλῶν μὲν δικαιοσύνην ἐπαγγελλόμενος, ταῖς δὲ χερσὶν αὐτοῦ συμπλέκων ἀδικίαν· ἔπειτα κρύπτων ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτοῦ τὴν ἀνομίαν, ὡς καὶ τὸν θεὸν λησόμενος ἐν τῷ θείῳ δικαστηρίῳ.

Ὁ θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. τὰ προλεχθέντα μαθόντες περὶ τῶν ἁμαρτωλῶν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὡς προγνωσθέντες ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ πρὶν εἰς ἀνθρώπους παρελθεῖν, ἐγνωρίζοντο αὐτῷ ἐσόμενοι τοιοῦτοι· ἀκούετε ὁποῖον τέλος αὐτοὺς διαλήψεται. ἐπειδὴ γὰρ φύσεως ἐλευθέρας, καὶ αὐτεξουσίου γενόμενοι, διακριτικοί τε τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου, τήν τε εἰς ἑκάτερα ῥοπὴν τὴν ἐν ἑαυτοῖς κεκτημένοι, οὐκ ὀρθῶς ἐχρήσαντο τῷ κριτηρίῳ, οὐδὲ ἠγάπησαν τὴν εὐθεῖαν, καίπερ εἰδότες αὐτήν, οὐδ' ἔργοις μετῆλθον τὴν δικαιοσύνην, ἣν λόγῳ μόνῳ καὶ χείλεσιν ἐπηγγέλλοντο, τῷ παλαιῷ δὲ ὄφει ὁμοιωθέντες, ἀσπίδος κωφῆς χείρους ἐγένοντο· τούτου χάριν ἐπακούσατέ τινα καὶ αὐτοὺς περιμένει, μαθόντες ὡς ὁ τῶν ὅλων κριτὴς θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν κατ' οὐδὲν διαφερόντων λεόντων, καὶ ὡς μετὰ πάντα διαλυθήσονται δίκην ὕδατος ἐκρέοντος. ἀντὶ γὰρ τοῦ, ἐξουδενωθήσονται ὡς ὕδωρ παραπορευόμενον. ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε, διαλυθήτωσαν ὡς ὕδωρ παρερχόμενον ἑαυτῷ. ἐπειδὴ γὰρ τῷ στόματι καθυποκρίνονται τὴν δικαιοσύνην, εἰκότως τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ὁ θεὸς ἐν τῷ στόματι αὐτῶν συντρίψει. καὶ ἐπεὶ μὴ ἀπήρκεσεν αὐτοῖς ὁμοιωθῆναι τῷ ὄφει καὶ τῇ προλεχθείσῃ ἀσπίδι κωφῇ, ἤδη δὲ καὶ ἑτέρους λυμαινόμενοι, λέουσι παρεβλήθησαν καὶ σκύμνοις, ἀφ' ὧν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐρρύσθαι εὔχεται ὁ Δαυὶδ λέγων ἐν τῷ πρὸ τούτου· καὶ ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκύμνων, ἢ ἐκ μέσου λεόντων, τὰς μύλας αὐτῶν συνθλάσειν λέγεται ὁ θεός, δηλαδὴ τὰς τῆς κακίας αὐτῶν δυνάμεις, αἷς ἐπ' ὀλέθρῳ πολλῶν ἐχρήσαντο. ἐπειδὰν δὲ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν καὶ τὰς μύλας συντρίψῃ ὁ θεός, τότε λοιπὸν ἐξουδενωθήσονται ὡς ἂν νεκρωθέντες, καὶ διαλυθήσονται ὡς ὕδωρ παρερχόμενον ἑαυτῷ. καὶ τοιοῦτον μὲν ἔσται τῶν ἀσεβῶν πάντων τὸ τέλος. ὃ δὴ ἀναγκαῖον ὑμᾶς γνῶναι, ὦ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἵν' εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθεῖα κρίνητε, καὶ μὴ μετέρχησθε τὴν τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν ὁδόν, μηδὲ ἐν καρδίᾳ ἀνομίας ἐργάζησθε, μηδὲ ἀδικίαν αἱ χεῖρες ὑμῶν συμπλέκωσιν, μηδὲ ἑαυτοὺς κατασκευάζητε ὁμοίους τῷ ὄφει, μηδὲ γίνησθε ὡς ἀσπὶς κωφὴ βύουσα τὰ ὦτα αὐτῆς, μηδὲ τοῖς προλεχθεῖσιν

A *susurrantium, unoquoque incantationes sapienter edocto.* Verum homo nunc existens, qui sese tali modo constituit, dum hæc agit a multis noscitur; at Deo etiam ante ortum notus; imo vero diu antequam in utero conciperetur, quod talis futurus esset, ab eo cognoscebatur. In cassum ergo sibi ipsi illudit qui justitiam ore profitetur; dum manibus injustitiam complicat, deindeque iniquitatem in corde occultat suo, ac si in divino tribunali ipsi Deo latere possit.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, 7.
B & cætera. Hæc de peccatoribus notitia instructi filii hominum, quod scilicet a Deo prænoscantur, & quod antequam ad homines transirent, notum illi esset tales ipsos futuros, audite cujusmodi fine iidem excipiendi sint. Quoniam enim libera & sui arbitrii natura præditi, vi internoscendi boni & contrarii instructi, atque liberam ad utrumlibet inclinationem nacti, non recte judicio suo sunt usi, neque rectam viam, etsi notam sibi, dilexerunt, neque operibus justitiam adierunt, quam verbis dumtaxat &
C labiis sunt professi, veterique serpenti similes, aspide surda deteriores evasere; ideo quæ ipsis eventura sint audite, disciteque, ab universorum judice Deo conterendos esse ipsorum dentes, qui nihil prorsus a leonibus discrepant, & quod post hæc omnia instar aquæ effluentis dissolvendi sint. Nam illius loco, *Ad nihilum devenient tamquam* 8.
aqua decurrens, Symmachus sic interpretatur, *Dissolvantur sicut aqua pertransiens sibi.* Symmachi.
Quia enim ore tenus justitiam simulant, ju-
D re Deus dentes eorum in ore ipsorum conteret. Et quia non sat ipsis fuit, quod serpenti & memoratæ aspidi surdæ collati essent; cum jam aliorum perniciem molientes, leonibus & catulis leonum comparentur; a quibus animam erui suam David ita precatur in præcedenti psalmo, *Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum;* aut, *de medio leonum;* molas eorum confractorum esse Deum dicitur, videlicet potestates malitiæ eorum, queis in multorum
E perniciem utebantur. Cum autem dentes & molas eorum contriverit Deus, tunc demum ceu mortui ad nihilum devenient, & sicut aqua sibi pertransiens dissolventur. Et is quidem futurus impiorum omnium finis. Quod sane vos scire necesse est, ô filii hominum, ut *si vere utique justitiam loquimini, recta* judicetis, neque prædictorum hominum viam ineatis, neque in corde iniquitates operemini, neque injustitiam manus vestræ complicent, nec vos similes serpenti exhibeatis, nec sitis sicut aspis surda, obturans aures suas, nec cum memoratis impiis

& peccatoribus una abducamini: quos præscientia sua prævertens Deus, antequam in lucem prodirent, tales futuros esse noverat; sed tamen concessit ut nascerentur ac in lucem venirent, gratiâ suâ ipsis quoque concessâ, ut palam eorum propositum fieret. Siquidem & ordinem justorum rectam ac minime deflexam viam suapte voluntate initurum prævertens Deus noverat. Deinde utrique ordini liberum arbitrii motum dimisit, concedens ut in stadio cursum conficerent. Ac cum universos naturâ similes constituisset, voluntate propria quemque meliora deligere pariter permisit. Illi vero, utpote qui sui ipsorum domini, sui juris ac liberi quoad motum essent, arbitratu suo disjuncti sunt, aliis rectam, obliquam aliis viam cooptantibus. Ideo justus ille judex, utrique ordini ceu certaminis arbiter, congruenti ac debito fine dignos remunerat: non hominum ritu ex actuum eventu cujusque mores ediscens; verum utpote Deus omnia cognoscens ante originem. Quare alii quidem antequam cæteris noti essent, ab eo alienati sunt; sancti verò, electione dignati, sicuti Jeremias propheta, cui dixit Deus:

Jerem. 1. 5. *Antequam te formarem in utero novi te, & antequam exires de vulva sanctificavi te.* Id-

Ephes. 1. 4. ipsum Apostolus declarat his verbis, *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in charitate: qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum;* ac

Ibid. 11. rursum, *In quo & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum præscientiam ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ ejus.* Viden' quomodo ante mundi constitutionem, electos & prædestinatos dicat ad adoptionem filiorum, secundum propositum ejus qui talia operatur? Eamdemque ipse sententiam

Rom. 8. 28. profert his verbis: *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui secundum propositum vocati sunt. Nam quos præscivit & prædestinavit conformes fieri imagini filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos & vocavit; & quos vocavit, hos & justificavit; quos autem justificavit, illos & glorificavit.* Similia de se ipse declarat dicens:

Gal. 1. 15. *Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, revelare filium suum in me.* Quemadmodum igitur cum eos præscivisset, qui amaturi ipsum erant, etiam prædestinavit; sic & impios cum prævidisset justitiam loquuturos, utpote qui nossent illam; sed ipsam tamen non operibus adituros esse, quia injustitiam manibus complicaturi erant, ideo alienavit eos a vulva, & vel ante-

A ἀσεβέσιν καὶ ἁμαρτωλοῖς συναπάγεσθε· οὓς προλαβὼν ὁ θεὸς τῇ προγνώσει, πρὶν εἰς φῶς προελθεῖν, ἔγνω μὲν τοιούτους ἐσομένους, ὅμως δ' οὖν συνεχώρησε γεννηθῆναι καὶ εἰς φῶς προελθεῖν, τὴν παρ' αὐτοῦ χάριν καὶ αὐτοῖς δωρησάμενος, εἰς τὸ φανερὰν γενέσθαι τὴν προαίρεσιν. ἐπεὶ καὶ τὸ τῶν δικαίων τάγμα, ἐξ οἰκείας προαιρέσεως τὴν ὀρθὴν καὶ ἀδιάστροφον μέλλον ὁδεύειν, προλαβὼν ὁ θεὸς ἔγνω. εἶτ' ἀμφοτέρων τῶν ταγμάτων τὴν αὐτεξούσιον ὁρμὴν ἐλευθέραν ἀφῆκεν, ὡς ἐν σταδίῳ ποιεῖσθαι τὸν δρόμον ἐπιτρέψας αὐτοῖς. καὶ αὐτὸς μὲν ὁμοίους τὴν φύσιν B τοὺς πάντας ὑποστησάμενος, προαιρέσει οἰκείᾳ χρῆσθαι πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων αἵρεσιν τοῖς πᾶσιν ὁμοίως συγκεχώρηκεν. οἱ δὲ ἅτε κύριοι ἑαυτῶν καθεστῶτες, ἀφετοί τε καὶ ἐλεύθεροι τὴν ὁρμήν, αὐτοπροαιρέτῳ γνώμῃ διέστησαν, οἱ μὲν τὴν εὐθεῖαν ὁδεύειν, οἱ δὲ τὴν διάστροφον ἑλόμενοι. τούτου χάριν ὁ δίκαιος κριτὴς ἀγωνοθετῶν ἑκατέρῳ τάγματι, τῷ καταλλήλῳ καὶ καὶ προσήκοντι τέλει τοὺς ἀξίους παραδίδωσιν· οὐ καθάπερ ἄνθρωποι μαθὼν ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἀποβάσεως τὸν ἑκάστου τρόπον, οἷα δὲ θεὸς καὶ πρὸ γενέσεως εἰδὼς ἅπαντα. C διὸ οἱ μὲν ἀπηλλοτριώθησαν παρ' αὐτῷ καὶ πρὶν ἢ τοῖς λοιποῖς γνωσθῆναι· οἱ δὲ ἅγιοι ἐκλογῆς ἠξιώθησαν ὁμοίως Ἱερεμίᾳ τῷ προφήτῃ, ᾧ φησιν ὁ θεός· πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας ἡγίακά σε. καὶ ὁ ἀπόστολος τοῦτο ἐδήλου φάσκων· καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ, προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ πάλιν, ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν προορισθέντες κατὰ πρόγνωσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος καὶ D κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον δόξης αὐτοῦ. ὁρᾷς ὅπως πρὸ καταβολῆς κόσμου ἐξελέχθαι καὶ προωρίσθαι εἰς υἱοθεσίαν, κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντός φησι; τὴν αὐτὴν δὲ παρίστησι διάνοιαν ὁ αὐτὸς λέγων· οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν· ὅτι οὓς προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε, καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσε, οὓς E δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. τὰ ὅμοια δὲ καὶ περὶ ἑαυτοῦ διδάσκει ἐν οἷς φησιν· ὅτε δὲ ηὐδόκησεν ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί. ὥσπερ οὖν τούτους προγνοὺς μέλλοντας ἀγαπᾶν αὐτὸν προώρισεν· οὕτως καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, ἐπειδὴ προέγνω μέλλοντας λαλεῖν δικαιοσύνην διὰ τὸ γινώσκειν αὐτήν· οὐ μὴν καὶ τοῖς ἔργοις αὐτὴν μετελευσομένους, διὰ τὸ ταῖς χερσὶν ἀδικίαν συμπλέκειν, τούτου χάριν ἀπηλλοτρίωσεν ἀπὸ μήτρας, καὶ ἐν πλα-

γενομένοις καὶ λαλοῦσι ψευδῆ παρ' ἑαυτῷ κατηρίθμησε πρὶν γενέσθαι, συνεχώρησέ τε εἰδὼς αὐτοὺς τοιούτους ἐσομένους εἰς φανερὸν ἐλθεῖν, ὡς ἂν τὸ διάφορον τῶν δικαίων καὶ θεοσεβῶν ἀνδρῶν ἐκ τῆς τῶν χειρόνων παραθέσεως διαλάμψειεν. μιᾶς γὰρ ὄντες φύσεως οἱ πάντες, οἱ μὲν ἑκόντες εἵλαντο τὰ κρείττω, οἱ δὲ τὴν ἐναντίαν ὥδευσαν, αὐτεξουσίῳ προαιρέσει χρησάμενοι. ὑψηλὸς δὲ ὁ μέγας τῶν ὅλων κριτής, προκαθεζόμενος ἑκατέρῳ τάγματι, βραβεύει τὰ πρέποντα. διὸ τοὺς μὲν ἀγαπήσαντας αὐτὸν, ἐδόξασε, συμμόρφους ἀποδείξας τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἂν ἔργῳ τὴν εἰς αὐτὸν ἐνδειξαμένους ἀγάπην· τοὺς δὲ ἐναντίους, ὡς ἂν ἑαυτοὺς ἀπαλλοτριώσαντας τῆς αὐτοῦ χάριτος καταβάλλει συντρίβων αὐτῶν τοὺς ὀδόντας, οἷς οὐ δεόντως ἐχρήσαντο, καὶ συνθλῶν τὰς μύλας αὐτῶν, δι' ὧν πολλοὺς ἐλυμήναντο· καὶ τέλος εἰς ἐξουδένωσιν αὐτοὺς παραδιδοὺς καὶ χλεύην καὶ ὄνειδος· ὅτε καὶ δίκην τῶν ῥευστῶν καὶ οὐχ ἑστώτων ὑδάτων ἀπορρέουσιν, αὐτοὶ ἑαυτοῖς τὸ τοιοῦτον προξενήσαντες τέλος.

Ἐντενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ ἕως οὗ ἀσθενήσουσιν. ὡσεὶ κηρὸς τακεὶς ἀνταναιρεθήσονται· ἔπεσε πῦρ ἐπ' αὐτοὺς, καὶ οὐκ εἶδον τὸν ἥλιον. πρὸ τοῦ συνιέναι τὰς ἀκάνθας ὑμῶν τὴν ῥάμνον, ὡσεὶ ζῶντας, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ καταπίεται ὑμᾶς. ἀσαφῶς τούτων παρὰ τοῖς ό. φερομένων, μετρίως πως τὴν διάνοιαν σαφέστερον ἀποδέδωκεν ὁ Σύμμαχος, τοῦτον ἑρμηνεύσας τὸν τρόπον· ὁ τείνων τὸ τόξον αὐτοῦ θορυβηθήτω ὡς τὰ θρυπτόμενα, ὡς περιχώριον διαλυθὲν, διαφωνείη ἔκτρωμα γυναικὸς, ἵνα μὴ ἴδωσιν ἥλιον. πρὶν ἢ αὐξήσωσιν αἱ ἄκανθαι ὑμῶν ὥστε γενέσθαι ῥάμνος, ἔτι ζῶντα ὡς ὁλόξηρον λαίλαψ ἀρεῖ. εἴη δ' ἂν ὁ νοῦς τῶν προκειμένων τοιοῦτος. ἐπειδὴ τὰ τέλη τῶν ἁμαρτωλῶν ὁποῖα ἔσται διαγράφειν πρόκειται, καὶ ταῦτα πρὸς τοῖς προλεχθεῖσιν περιμένειν αὐτοὺς, ὦ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, μανθάνετε. ἐλέγετο δὴ πρὸ τούτου, ὅτι ὁ θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασε κύριος, καὶ ἐξουδενωθήσονται ὡς ὕδωρ διαπορευόμενον· πρὸς τούτοις οὖν καὶ τάδε πείσονται· ὁ πάλαι πρότερον τὸ ἑαυτοῦ τόξον ἐντείνων, βάλλων τε καὶ ἀναιρῶν ἑτέρους ὥσπερ βέλεσι, τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις, οὗτος ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ θορυβηθήσεται, καὶ τὰ βέλη αὐτοῦ δι' ὧν ἠκόντιζεν καὶ ἀνῄρει πολλοὺς, θρυπτόμενα ἀφανισθήσεται. εἶθ' ὥσπερ χωρίον προχωρῆσαν ἀπὸ γυναικὸς, οὐδεμιᾶς μετέχει ζωῆς, διαλυθὲν δὲ διαφωνεῖ· ἢ ὥσπερ τὸ ἐν τῷ χωρίῳ ἐναποθανὸν ἔκτρωμα, προελθὸν τῆς κατὰ γαστρὸς αὐτὸ φερούσης, οὐδεμιᾶς μετέχει αἰσθήσεως εἰς τὸ ἀπολαῦσαι φωτὸς καὶ ἡλίου· οὕτως οἱ ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὶ οἱ διὰ τῶν προ-

A quam fierent, in errantium & mendacia loquentium numero in se computavit; permisitque tamen, etsi tales futuros esse nosset, ut palam prodirent, quo præstantia justorum religiosorumque hominum ex pejorum comparatione elucerct. Nam cum ex una omnes natura constarent; libero usi arbitrio, alii quidem sponte bonum elegerunt, alii contrariam iniere viam. At excelsus & magnus ille universorum judex, utrique ordini præsidens, pro merito cuique tribuit. Quare sui amatores gloria adfecit, conformes imagini B filii sui exhibens, quippe qui amorem erga se operibus comprobaverint; alios vero ipsis oppositos, utpote qui sese ab ejus gratia abalienaverint, dejicit: dentes eorum, quibus non ut par erat usi sunt, conterit, molasque eorum, queis multis perniciem intulerunt, confringit: ac demum in nihilum, in risum & opprobrium deducit, quando fluxarum & non consistentium aquarum instar defluunt: ipsi talem finem exitumque sibi procurarunt.

Intendet arcum suum donec infirmentur. Sic- 9.
C *ut cera quæ fluit auferentur: supercecidit ignis* 10.
in ipsos, & non viderunt solem. Priusquam emitterent spinæ vestræ rhamnum, sicut viventes, sicut in ira absorbebit vos. Hæc cum apud LXX. obscurè ferantur, paulùm apertius quod ad sententiam [a] a Symmacho versa Symmachi.
sunt hoc modo: *Qui tendit arcum suum turbetur, ut quæ comminuta sunt, ut vulvæ pellicula dissoluta, dissonet abortivum mulieris, ut ne videant solem. Priusquam crescant spinæ vestræ, ita ut fiant rhamnus, adhuc viventem quasi penitus siccum turbo auferet.* Hæc porro D fuerit dicti sententia. Quia in proposito est qualis futurus peccatorum finis sit describere; præter ea quæ superius diximus, hæc etiam illos exspectare, o filii hominum, ediscite. Dictum sane fuit antea, *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet Dominus*, &c, *ad nihilum devenient tamquam aqua decurrens.* Ad ea autem hæc insuper patientur. Qui olim arcum suum intendebat, verbisque suis tamquam telis alios impetebat & occidebat, is ipse E in judicii tempore turbabitur: telaque ejus quæ jaculatus est, ac quibus multos interfecit, comminuta de medio tollentur. Deinde quemadmodum pellicula e muliere prodiens, vitæ consors nullatenus est, sed dissoluta dissonat; vel sicut abortivum in pellicula jacens mortuum, cum a prægnante egreditur, nullo sensu præditum est, ut luce & sole fruatur; sic erunt peccatores memo-

[a] Atqui hæc haud clarius a Symmacho explicantur. Quæ nos pro facultate in collectione Hexaplorum, propediem edenda, explanabimus.

ratis verbis indicati. Nam corpus eorum, perinde atque pellicula dissolutum, corruptioni tradetur; nullam spem habens se cum sanctis resurrecturum. Anima vero eorum, quæ in corpore ceu in pellicula convoluta est, abortivo mulieris similis erit, nec vita, nec luce, nec solis radiis gaudens; sed a tenebris in tenebras concedet; neque in regione vivorum assumetur, neque placebit Domino in lumine viventium; nec dicet, *Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi*: verum his omnibus privata, tenebris tradetur. Cujus rei mentionem ita facit Salvator: *Ligantes ejus pedes & manus ejicite ipsum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.* Et hic quidem impiorum finis erit. Fructum autem & opera, spinis nihil absimilia, antequam maturescant & ad malitiæ perfectionem deveniant, dum adhuc pullulabunt, exsiccabit ira Dei, quæ ipsos invadet. Quod sane his verbis significatur: *Priusquam crescant spinæ vestræ, ita ut fiant rhamnus, adhuc viventem, quasi penitus siccum turbo auferet.* Cum igitur interpretationis Symmachi mentem aliquatenus perceperimus; jam restat ut ad LXX. versionem transeamus; ut ex allata comparatione, eorum quoque sententiam speculemur. Ait itaque: *Intendet arcum suum donec infirmentur.* Qui dentes eorum in ore ipsorum contriturus, & molas leonum confracturus est Dominus, ipse arcum suum eo usque intendet, feriens ulciscensque illos, donec infirmentur. Illi vero ignito telo confossi, ceræ instar ab igne liquefactæ dissolventur. Quare dicitur: *Sicut cera quæ fluit auferentur, supercecidit ignis.* Sicut enim decidente igne, soluta cera liquescit, eodem modo illi ab ingruente ira destruentur; ita ut ne quidem digni habeantur, qui solem justitiæ mentis oculis perspiciant. Sed antequam spinæ eorum accrescant & rhamnus evadant, nuper edita eorum spinea opera ira comprehendet & absorbebit.

Psal. 114.7.

Matth. 25.30.

11. *Lætabitur justus cum viderit vindictam:*
12. *manus suas lavabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo, Si utique est fructus justo, utique est Deus judicans eos in terra.* Symmachus, *Gaudebit justus cum viderit vindictam, pedes suos lavabit sanguine impii.* Sicut ii qui mendaci ore justitiam loquuntur, dum operibus injustitiam complicant, qui finem habituri sint jam descriptum est; sic oportuit e converso veri justi, qui operibus justitiam exhibet, bonum finem declarari. Quid tali homini boni continget? Jam quidem in præsenti, ait, cum non videat ultionem de impiis sumendam, sæpenumero dolet,

Symmachi.

A λεχθέντων δηλωθέντες ἔσονται. τὸ μὲν γὰρ σῶμα αὐτοῖς διαλυθὲν ὁμοίως χορίῳ, φθορᾷ παραδοθήσεται ἐλπίδα τῆς μετὰ τῶν ἁγίων ἀναστάσεως οὐκ ἔχον. ἡ δὲ ἐν τῷ σώματι ὥσπερ ἐν χορίῳ συνειλημμένη αὐτῶν ψυχὴ, ἐκτρώματι γυναικὸς ὁμοιωθήσεται, μήτε ζωῆς, μήτε φωτὸς, μήτε ἡλίου αὐγῶν ἀπολαύουσα, ἀπὸ σκότους δὲ ἐπὶ σκότος χωρήσει· καὶ οὔτε ἐν χώρᾳ ζώντων ἀναληφθήσεται, οὔτε εὐαρεστήσει τῷ κυρίῳ ἐν φωτὶ ζώντων· οὐδὲ μὴν ἐρεῖ, ἐπίστρεψον ἡ ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι κύριος εὐεργέτησέ σε. στερηθεῖσα δὲ τούτων ἁπάντων, B σκότῳ παραδοθήσεται. οὗ μνημονεύσας ὁ σωτὴρ, ἔλεγε· δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας, ἐκβάλετε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. καὶ τοῦτο μὲν ἔσται τῶν ἀσεβῶν τὸ τέλος. τὸν δὲ καρπὸν αὐτῶν καὶ τὰς πράξεις, ἀκανθῶν οὐδὲν διαφέροντας, πρὶν τελεσφορῆσαι καὶ εἰς τελείωσιν κακίας ἐλθεῖν, ἔτι ἐν ἀρχαῖς οὔσας ξηρανεῖ ἡ καταληψομένη αὐτοὺς ἐκ θεοῦ ὀργή. ὃ δὴ σημαίνει ὁ λόγος φάσκων· πρὶν ἢ αὐξήσωσιν αἱ ἄκανθαι ὑμῶν, ὥστε γενέσθαι ῥάμνον, ἔτι ζῶντα, ὡς * ὁλόξηρον λαίλαψ ἀρεῖ. ἐπειδὴ τοίνυν τῆς τοῦ Συμ- C μάχου ἑρμηνείας μετρίως πως τὸν νοῦν κατειλήφαμεν, ὥρα καὶ ἐπὶ τὴν τῶν ο΄. παρελθεῖν ἔκ τε τῆς λεχθείσης παραθέσεως καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς διάνοιαν συνιδεῖν. φησὶν οὖν· ἐντενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ ἕως ἀσθενήσουσιν. ὁ δὴ μέλλων συντελέσειν τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τὰς μύλας τῶν λεόντων συνθλᾶν κύριος, αὐτὸς τὸ ἑαυτοῦ τόξον ἐπὶ τοσοῦτον κατ' αὐτῶν ἐντενεῖ βάλλων αὐτοὺς καὶ τιμωρούμενος, ἕως ἀσθενήσωσιν. οἱ δὲ βαλλόμενοι τῷ πεπυρωμένῳ βέλει, κηροῦ δίκην ὑπὸ πυρὸς τηκομένου διαλυθήσονται. διὸ λέλεκται· ὡσεὶ κηρὸς ὁ τακεὶς ἀνταναιρεθήσον- D ται, ἔπεσε πῦρ. ὥσπερ γὰρ πεσόντος πυρὸς διαλυθεὶς κηρὸς ἀφανίζεται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ δηλωθέντες ὑπὸ τῆς καταληψομένης αὐτοὺς ὀργῆς ἀνταναιρεθήσονται, ὡς μὴ καταξιωθῆναι αὐτοὺς τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ὀφθαλμοῖς ψυχῆς θεάσασθαι· ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ αὐξῆσαι τὰς ἀκάνθας αὐτῶν καὶ εἰς ῥάμνον χωρῆσαι, ἔτι νεαρὰς οὔσας αὐτῶν τὰς ἀκανθώδεις πράξεις ἡ ὀργὴ καταλήψεται καὶ καταπίεται.

Εὐφρανθήσεται δίκαιος ὅταν ἴδῃ ἐκδίκησιν, τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίψεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ. καὶ ἐρεῖ ἄνθρωπος, εἰ ἄρα ἐστὶ καρ- E πὸς τῷ δικαίῳ, ἄρα ἐστὶν ὁ θεὸς κρίνων αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ. Σύμμαχος· χαρήσεται δίκαιος ἰδὼν ἐκδίκησιν, τοὺς πόδας αὐτοῦ νίψεται αἵματι ἀσεβοῦς. ὥσπερ οἱ ψευδῶς δικαιοσύνην λαλοῦντες, ἔργοις δὲ ἀδικίαν συμπλέκοντες, προσεγράφησαν ὁποῖον ἕξουσι τέλος· οὕτως ἐχρῆν ἐκ παραλλήλου τοῦ ἀληθινοῦ δικαίου, τοῦ δι' ἔργων ἐνδεικνυμένου τὴν δικαιοσύνην, τὸ χρηστὸν τέλος διδαχθῆναι. τί συνέσται ἀγαθὸν τῷ τοιούτῳ; νῦν μὲν φησὶ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν, οὐχ ὁρῶν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐκδίκησιν, πολλάκις σχετλιάζει,

ἀποκλαιόμενος καὶ λέγων· ἵνα τί ἀσεβεῖς εὐθηνοῦσι, πεπαλαίωνται δὲ καὶ ἐν πλούτῳ. ὁ σπόρος αὐτῶν κατὰ ψυχήν, τὰ δὲ παιδία αὐτῶν εὐφραίνεται ἀναλαμβανόμενα ψαλτήριον καὶ κιθάραν; καὶ νῦν ὁ αὐτὸς ταπεινούμενος φησίν· ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες, παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου, ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν. ἐπειδὰν δὲ ἴδῃ τὸ τέλος τῶν ἀσεβῶν καὶ τὴν κατ' αὐτῶν ἐκδίκησιν, τηνικαῦτα χαρήσεται καὶ εὐφρανθήσεται, οὐ τῇ τῶν ἀσεβῶν ἀπωλείᾳ ἐπιχαίρων, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τοῦ θεοῦ δικαιοκρισίᾳ εὐφραινόμενος. καὶ τοὺς πόδας δὲ αὐτοῦ νίψεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀσεβοῦς, οὐχ αἱμοπότης τις ὢν καὶ φιλοπόλεμος, ἀλλὰ καθαιρόμενος διὰ τῆς ἐκείνων τιμωρίας, καὶ βελτιούμενος διὰ τῆς ἑτέρων ἐπιστροφῆς. ἢ ἄλλως· νίψεται τὰς χεῖρας ἐπὶ τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀθῶον καὶ ἀναίτιον καὶ καθαρὸν ἑαυτὸν δεικνὺς τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ. ἐπειδὰν οὖν οἱ μὲν ἀσεβεῖς δίκας δῶσι τὰς προσηκούσας· ὁ δὲ δίκαιος ἐκδικηθεὶς, εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ἐμπλησθῇ, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ, κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ νίψηται, κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν διάνοιαν· εὐλόγως τότε πᾶς ἄνθρωπος, καὶ πᾶσα φωνὴ καὶ γλῶσσα ἀποφανεῖται· ὅτι εἰ ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ, ἄρα ἐστὶν ὁ θεὸς ὁ κρίνων αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ. εἰ γὰρ ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ, περὶ οὗ καρποῦ εἴρηται ἐν πρώτῳ ψαλμῷ· καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ. καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. εἰ οὖν ἔσται μισθὸς καὶ καρπὸς ἀγαθὸς τῷ τὴν δικαιοσύνην εἰργασμένῳ, ὃν ἀπολήψεται κατὰ τὸν τῆς δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ καιρόν· ἀκόλουθόν ἐστι νοεῖν ὅτι καὶ πρὸ τῆς κρίσεως τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τὸν θνητὸν ἔτι διεξελαύνουσι βίον ἐστὶ θεὸς ἐφορῶν καὶ διακρίνων. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα οὐχ ὁρῶνται αὐτοῦ αἱ κρίσεις ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἄκριτα, οὐδὲ ἀνεξέταστα τυγχάνει παρ' αὐτῷ τὰ ἐν ἀνθρώποις. εἰ μὲν γὰρ ἔμελλον οἱ δίκαιοι τοῖς ἀδίκοις συναπολέσθαι, καὶ μηδεὶς ἦν καρπὸς τῷ δικαίῳ, ἦν ἂν εἰπεῖν μηδὲ ἐφορᾶν τὰ ἀνθρώπινα τὸν θεόν. ἐπεὶ δὲ ἔσται τις καιρὸς ἐν ᾧ ὁ μὲν δίκαιος χαρήσεται· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ τὸ προλεχθὲν περὶ αὐτῶν τέλος ἕξουσιν· εἰκότως οὐδὲ ἀμφιβάλλειν προσήκει, ὁμολογεῖν δὲ πάντα ἄνθρωπον καὶ ἀποφαίνεσθαι ὅτι ἐστὶ θεὸς ἔφορος καὶ ἐπίσκοπος τῶν ἐν ἀνθρώποις πραττομένων· κρίνων ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ γῇ πολιτευσαμένους. ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ.

Ἐπιστῆσαι δὲ προσήκει, μήποτε ἡ μετὰ χεῖρας προφητεία πᾶσα ἀκόλουθος οὖσα καὶ συνημμένη ταῖς πρὸ αὐτῆς, τὰ τέλη διαγράφει τῶν τὰς περὶ Χριστοῦ προφητείας μελετώντων καὶ δικαιοσύνην τῷ στόματι λαλούντων καὶ παραδεξαμένων αὐτὸν ἐλθόντα, μηδὲ ἐπακουσάντων αὐτοῦ τῆς φωνῆς βοῶντος πρὸς αὐτούς, καὶ

A ingemiscit & ait: *Quare impii prospere agunt, in divitiis consenuerunt: semen eorum ex voto procedit, pueri eorum lætantur sumentes psalterium & citharam?* (Iob. 21. 7.) Nunc autem ipse humiliatus dicit: *Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos pacem peccatoris videns.* (Psal. 72. 2.) Cum autem viderit impiorum finem & ultionem de iis sumtam, tunc lætabitur & exsultabit; non de impiorum exitio gaudens, sed de justo Dei judicio lætus. *Pedes* autem *suos lavabit in sanguine impii:* non quod sanguina- B rius ac belli cupidus sit; sed quia ex eorum supplicio purgatur, & aliorum castigatione melior efficitur. Sive alio modo: *Manus lavabit in sanguine peccatoris;* id est, innocentem se, inculpatum & purum a pernicie ejus ostendet. Cum ergo impii promeritas pœnas dederint; justus autem vindicatus, gaudio ac lætitia repletus fuerit, manus ac pedes suos, secundum reliquos interpretes, (Lectio reliquorum interpretum.) laverit in sanguine peccatoris, secundum traditam sententiam; tunc merito omnis homo, omnis vox & lingua pronuntiabit, C *Si utique est fructus justo, utique est Deus judicans eos in terra.* Nam si est fructus justo, de quo fructu in primo psalmo dictum est: *Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium ejus non defluet, & omnia quæcumque faciet prosperabuntur.* (Psal. 1. 3.) Si itaque merces ac fructus erit bonus ei qui justitiam operatus sit, quem tempore justi judicii Dei recipiet; hinc sane consequenter intelligitur, etiam ante judicium esse Deum qui inspiciat ac judicet eos, qui in D terra mortalem vitam exigunt. Etiamsi enim in præsenti ejus judicia non videantur; attamen hominum gesta non sine judicio & examine penes eum sunt. Atenim si justi una cum iniquis perituri essent, nullusque fructus justo esset; dici sane posset Deum humana non curare: sed quia tempus erit, quo justi quidem gaudebunt, peccatores autem memoratum finem consequentur; nullatenus homines ambigere par est, sed confiteri ac pronuntiare, Deum esse, qui de omnibus in terra degentibus judicat, inspe- E ctorque est, ac humana opera speculatur. Et hæc quidem hac de re dicta sint.

Animadvertendum autem est, num prophetia isthæc, quæ tota cohæret & una serie jungitur cum præcedentibus, finem describat eorum, qui prophetias de Christo meditantur, justitiam ore loquuntur, & venientem ipsum receperunt; neque tamen vocem ejus audierunt qua clamabat ipsis

Matth. 11. 15. hæc dicens: *Qui habet aures audiendi audiat*: A qui sese serpenti similes effecerunt, & aures sibi pararunt *sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas*. Ii vero ipsi dentes suos molasque suas blasphemis in Salvatorem nostrum dictis exacuerunt. Jure itaque de illis dictum fuerit, *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confregit Dominus*. Possunt item hæc dici de omnibus qui athea dogmata, & impias falsasque sententias in atheis hæresibus consarcinarunt, atque de iis, qui sapientiam hujus sæculi profitentur, qui linguas suas contra salutarem B doctrinam exacuerunt: neque pigeat iis annumerare quotquot in Ecclesia calumniis & obtrectationibus in proximorum perniciem vacant. Queis omnibus dicatur illud, 2. Cor. 5. 10. *Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate filii hominum*; sciences *quod omnem creaturam adducet Deus in judicium: & oportet omnes tribunali Dei sisti; ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.*

λέγοντος, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω· οἵτινες ὡμοίωσαν ἑαυτοὺς τῷ ὄφει καὶ τὰ ὦτα αὐτῶν πεποιήκασιν ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν καὶ τὰς μύλας διὰ τῆς κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν βλασφημιῶν ἠκόνησαν. εἰκότως οὖν περὶ αὐτῶν λεχθείη ἄν· ὁ θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν ὁ κύριος. δύναται δὲ ταῦτα καὶ περὶ πάντων τῶν τὰ ἄθεα δόγματα καὶ τὰς ἀσεβεῖς ψευδοδοξίας ἐν ταῖς ἀθέοις αἱρέσεσι συστησαμένων λέγεσθαι, καὶ περὶ τῶν τὴν σοφίαν τοῦ αἰῶνος τούτου ἐπαγγελλομένων· οἱ τὰς γλώσσας αὐτῶν ἠκόνησαν κατὰ τῆς σωτηρίου διδασκαλίας. οὐ παραιτητέον δὲ καὶ τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διαβολαῖς καὶ καταλαλιαῖς ἐπ᾽ ὀλέθρῳ τῶν πλησίον σχολάζοντας τούτοις συμπαραλαμβάνειν· πρὸς οὓς ἅπαντας λέγοιτ᾽ ἂν τό, εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθεῖα κρίνετε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων· εἰδότες ὅτι πᾶν τὸ ποίημα ἄξει ὁ θεὸς εἰς κρίσιν· καὶ δεῖ τοὺς πάντας παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ θεοῦ ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθόν, εἴτε κακόν.

---

1. *In finem, ne disperdas David, in tituli* C *inscriptionem, quando misit Saül, & custodivit domum ejus, ut eum interficeret.* LVIII.

Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς τοῦ Δαυίδ, εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν. νη΄.

2. *Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me.* Jam prius observavimus, psalmos a LI. antequam David regnaret, adhuc superstite Saüle, pronuntiatos fuisse; eos autem qui in prima parte libri censentur, ferme omnes, D paucisque exceptis, post lapsum ejus: & ob pietatis eminentiam, eos qui confessionem præferrent, priores in libro consignatos ab illo fuisse, etiamsi posteriores tempore essent; eos vero qui primi tempore, secundos adjectos esse, ut recte factorum memoriâ, ea quæ confessionem continerent obtegerentur. Hoc itaque præsenti psalmo comprobatur, (quod consueto more dictum sit) quia tituli inscriptio est; notamque temporis præfert quo editus fuit, scilicet, *quando misit Saül, & custodivit domum ejus, ut* E *eum interficeret*. Sed fusius historiam enarrat primus Regnorum liber, qui sic habet: 1. Reg. 19. 8. *Motumque est autem iterum bellum; & superavit David, debellavitque Allophylos, & percussit eos plaga magna valde, & fugerunt a facie ejus. Et factus est spiritus malus in Saül: & ipse in domo sua dormiebat, & lancea in manu ejus: porro David psallebat manibus suis. Et quærebat Saül percutere Davidem lan-*

Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου ὁ θεός, καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ᾽ ἐμὲ λύτρωσαί με. τετηρήκαμεν ἤδη πρότερον, ὅτι οἱ ἀπὸ τοῦ ἀ καὶ ν. πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι τὸν Δαυίδ, ἔτι ζῶντος τοῦ Σαοὺλ εἴρηντο· ὥσπερ οὖν οἱ κατὰ τὸ πρῶτον μέρος τῆς βίβλου σχεδὸν πάντες, παρεκτὸς ὀλίγων, μετὰ τὸ πλημμεληθὲν αὐτῷ σφάλμα, καὶ ὅτι καθ᾽ ὑπερβολὴν εὐλαβείας πρώτους ἔταξεν ἐν τῇ βίβλῳ τοὺς ἐξομολόγησιν περιέχοντας, δευτέρους ὄντας τῷ χρόνῳ· τοὺς δὲ τῷ χρόνῳ πρώτους, δευτέρους συνῆψε ὡς ἂν καλύπτοιτο τὰ τῆς ἐξομολογήσεως διὰ τῆς τῶν κατορθωμάτων μνήμης. τοῦτο τοίνυν καὶ ὁ παρὼν συνίστησι ψαλμός· συνήθως δὲ εἰρήσθω, ἐπείπερ καὶ αὐτὸς στηλογραφία τυγχάνει, ἐπισημαινόμενος καθ᾽ ὃν ἐλέχθη καιρόν· ἦν δὲ οὗτος ὁπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ τοῦ θανατῶσαι αὐτόν. πλατύτερον δὲ τὴν ἱστορίαν ἡ πρώτη τῶν Βασιλειῶν παρίστησι, τοῦτον ἔχουσα τὸν τρόπον· καὶ προσέθετο πόλεμος γίνεσθαι, καὶ κατίσχυσε Δαυίδ, καὶ ἐπολέμησε τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς πληγὴν μεγάλην σφόδρα, καὶ ἔφυγον ἐκ προσώπου αὐτοῦ. καὶ ἐγένετο πνεῦμα πονηρὸν ἐπὶ Σαοὺλ, καὶ αὐτὸς ἐν οἴκῳ καθεύδων, καὶ δόρυ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. καὶ ἰδοὺ Δαυὶδ ἔψαλλεν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. καὶ ἐζήτει Σαοὺλ πατάξαι τὸ δόρυ εἰς Δαυίδ·

καὶ ἀπέστη Δαυὶδ ἐκ προσώπου Σαοὺλ, καὶ ἐπάταξε τὸ δόρυ εἰς τὸν τοῖχον. καὶ Δαυὶδ ἀνεχώρησε καὶ διεσώθη. καὶ ἐγενήθη ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους εἰς οἶκον Δαυὶδ φυλάξαι αὐτὸν, τοῦ θανατῶσαι αὐτὸν πρωΐ. καὶ ἀνήγγειλε τῷ Δαυὶδ Μελχὸλ ἡ γυνὴ αὐτοῦ λέγουσα· ἐὰν μὴ σὺ σώσῃς τὴν ψυχήν σου τὴν νύκτα ταύτην, αὔριον θανατωθήσῃ. καὶ κατάγει ἡ Μελχὸλ τὸν Δαυὶδ διὰ τῆς θυρίδος, καὶ ἀπῆλθε καὶ ἔφυγε καὶ σώζεται. ὅτε καὶ τὴν προκειμένην στηλογραφίαν συντάττει. διὸ προγέγραπται· εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαυὶδ εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ τοῦ θανατῶσαι αὐτόν. τὸ μὲν οὖν, εἰς τὸ τέλος τῷ Δαυὶδ, καὶ τὸ, μὴ διαφθείρῃς, καὶ ἡ στηλογραφία, τρίτον ἤδη εἴρηται ἐφεξῆς· ἀλλὰ τὸ μὲν πρότερον, ἕτερον ἐσήμανε καιρὸν, ὃν ἐδήλου ἡ προγραφὴ λέγουσα· ὁπότε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ· τὸ δὲ δεύτερον, ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν αὐτὸν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον· ἐνταῦθα δὲ, ὁπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ τοῦ θανατῶσαι αὐτόν. τὸ δὲ αἴτιον τῆς τοῦ Σαοὺλ κατὰ τοῦ Δαυὶδ ἐπιβουλῆς, φθόνος ἦν. ἐπειδὴ γὰρ τὴν κατὰ τοῦ ἀλλοφύλου Γολιὰθ ἤρατο νίκην, ὑμνεῖτό τε ἐπὶ τούτῳ παρὰ τοῖς πᾶσι, τούτου χάριν ὥρμητο θανατῶσαι αὐτόν. καὶ μάλιστα ὅτε εἶδεν ὡς κύριος ἦν μετὰ τοῦ Δαυὶδ, καὶ αὐτὸς συνῆκε σφόδρα, καὶ πᾶς Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα ἠγάπα τὸν Δαυίδ. ἔτι τε μᾶλλον ἐξήφθη τὰ τῆς ζηλοτυπίας, ὡς ἑώρα αὐτὸν κρατοῦντα ἐν πολέμοις, συνεργείᾳ καὶ βοηθείᾳ θεοῦ. λέγει δ' οὖν ἡ γραφή· καὶ ἴδε Σαοὺλ ὅτι κύριος μετὰ Δαυὶδ καὶ πᾶς Ἰσραὴλ ἠγάπα αὐτόν. καὶ προσέθετο εὐλαβεῖσθαι ἀπὸ Δαυὶδ ἔτι. καὶ ἐγένετο Δαυὶδ ἐχθρὸς τοῦ Σαοὺλ πάσας τὰς ἡμέρας. ἐπεὶ δὲ καὶ αὖθις προσέθετο πόλεμος γενέσθαι καὶ κατίσχυσε Δαυὶδ, καὶ ἐπολέμησε τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ ἐπάταξεν ἐν αὐτοῖς πληγὴν μεγάλην, καὶ ἔφυγον ἐκ προσώπου αὐτοῦ, πάλιν τὸ πνεῦμα τοῦ φθόνου τὸν Σαοὺλ ἔπνιγεν, ὡς ἤδη καὶ αὐτόχειρα ἐθέλειν γενέσθαι τοῦ ἀνδρός. ἐπειρᾶτο γοῦν τῷ δόρατι κατ' αὐτοῦ· ὡς δ' ἠστόχησε τῆς πληγῆς, οὐκέτ' ἐπικεκρυμμένως, ἐκ δὲ τοῦ φανεροῦ ἀποστείλας εἰς τὸν οἶκον τοῦ Δαυὶδ, θανατῶσαι αὐτὸν ὡρμήθη. ὁ δ' ἐν τοιαύτῃ ἀποληφθεὶς συμφορᾷ, τὴν προκειμένην στηλογραφίαν συντάττει, ἀναβοῶν πρὸς τὸν θεὸν καὶ λέγων· ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου ὁ θεὸς, καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ λύτρωσαί με. ῥῦσαί με ἐκ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, καὶ ἐξ ἀνδρῶν αἱμάτων σῶσόν με. εὔχεται δὲ διὰ τούτων φύλακος τυχεῖν τοῦ θεοῦ, βοηθοῦ τε καὶ σωτῆρος, εἰς τὸ μὴ ἁλῶναι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, μηδ' ὑποχείριον αὐτοῖς γενέσθαι· ἢ καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ καὶ αὐτὸν ὅμοιον αὐτοῖς ἀποφανθῆναι, μηδὲ γενέσθαι ἕνα τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, μηδὲ τῆς μερίδος τῶν ἀνδρῶν τῶν αἱμάτων, περὶ ὧν καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἐλέγετο· ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος οὐ μὴ ἡμισεύ-

cea: & declinavit David a facie Saül, & lancea percussit parietem. David autem recessit & salvatus est. Et factum est in nocte illa, misit nuntios in domum David, qui custodirent illum, ut interficeretur mane. Et renuntiavit Davidi Melchol uxor ejus dicens: Nisi salvaveris animam tuam hac nocte, cras interficieris. Et demisit Melchol Davidem per fenestram, porro ille abiit & aufugit, atque salvatus est. Quo tempore hanc tituli inscriptionem edidit: quare sic titulus habet: *In finem, ne disperdas, David in tituli inscriptionem, quando misit Saül, & custodivit domum ejus, ut eum interficeret.* Illud ergo, *in finem Davidi*, & illud, *ne disperdas*, & *tituli inscriptio*, jam tertio consequenter dictum est. At primo aliud tempus indicavit, per titulum scilicet qui sic habet, *Quando tenuerunt eum* Psal. 55. 1.
Allophyli in Geth; secundo item, *Cum fugeret a facie Saülis in speluncam*; Psal. 56. 1.
hîc vero, *Quando misit Saül, & custodivit domum e-* Psal. 58. 1.
jus, ut eum interficeret. Causa porro insidiarum Saülis in Davidem, invidia erat. Cum enim de Goliath Allophylo victoriam retulisset, & ab omnibus ea de causa celebraretur; ideo ad ejus cædem animum appulit: maxime vero cum videret Dominum esse cum Davide, ac rem perspicue intelligeret, universusque Israël & Juda Davidem adamaret. Tunc vero præcipue inflammata æmulatio est, cum adverteret eum ope & auxilio Dei in bellis superiorem esse. Ait ergo Scriptura: *Et vidit Saül* 1. Reg. 18. 15, 28.
quod Dominus esset cum David, & omnis Israël diligeret eum. Et cœpit magis timere David, & factus est David inimicus Saül omnibus diebus. Cum autem *iterum motum est bellum, & superavit David, debellavitque Allophylos, & percussit eos plaga magna, & fugerunt a facie ejus*; spiritus invidiæ rursus Saülem suffocabat, ut jam manu propria virum confodere vellet. Tentavit ergo lancea percutere, & cum aberrasset ab ictu, non clam ulterius, sed palam, missis in domum David satellitibus, necem inferre cupivit. Ille vero in hujusmodi calamitate præsentem tituli inscriptionem edidit, emissoque clamore Deum precatus his verbis est: *Eripe me de inimicis meis Deus, & ab insurgentibus in me libera me: eripe me de operantibus* 3
iniquitatem, & de viris sanguinum salva me. Queis rogat Deum sibi custodem, adjutorem & servatorem esse, ut ne ab inimicis capiatur, neve in manus eorum veniat; sive etiam, ne iis similis esse pronuntietur, neu in numero operantium iniquitatem, aut ex parte virorum sanguinum censeatur, de quibus superius dicebatur: *Viri sanguinum &* Psal. 54. 24.

dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te. Quod autem non visibiles solum inimicos, sed etiam occultos & invisibiles cognosceret, qui & Saülem exagitabant, nam spiritus malus in Saüle erat, a quo permotus, invidiâ inflammabatur in Davidem; jam sæpius a nobis commonstratum est. Hic itaque inimicos superasse scribitur, ac plerumque victoriam de Allophylis retulisse. Truces porro ac graves erant occulti ejus inimici & hostes, quos hisce
dictis declarat: *Quoniam ecce venati sunt a-*
4 *nimam meam, irruerunt in me fortes.* Secundum historiam sane non alios videtur inimicos habuisse quam Saülem. Id enim Scriptura significat dum testificatur, ipsum ab omni populo dilectum; eamque in primis causam invidiæ in ipsum fuisse. Si ergo omnes Davidem diligebant, solusque Saül ea de re livore incensus insidias ipsi parabat, cur hic pluraliter ait, *Eripe me de inimicis meis, & ab insurgentibus in me;* ac rursum, *Quia ecce venati sunt animam meam, irruerunt in me fortes?* Sed his clare indicantur occulti & invisibiles inimici, de quibus Apostolus

Ephes. 6. 12. ait: *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principatus & potestates, & mundi rectores tenebrarum harum, & contra spiritus nequitiæ.* Hi igitur Saülem incendebant contra Davidem: ideoque rogabat Deum, ut ab iis eriperetur. Contra Goliath enim & contra reliquos Allophylos ipse solus sufficiebat, lege belli cunctos adortus; at contra occultas potestates & invisibiles inimicos propugnatorem sibi Deum postulabat. Quod autem a Saüle, cum nihil ipsi damni intulisset, frustra pelleretur, cum historia enarrat, tum in se-
5 quentibus ita recenset ipse: *Neque iniqui-*
tas mea, neque peccatum meum: sine iniquitate cucurri, & direxi. Pro illo autem, *sine ini-*
Symmachi. *quitate cucurri & direxi*, Symmachus ait, *cum non sit peccatum irruunt, ut pertrahant me.* Nam cum ne minima subesset causa, tanta adversus eum supra memorati illi aggressi sunt. Et, quæso, advertas, Davidem in præsenti fidenter agere, qui in prima

Psal. 37. 5. psalmorum parte dicebat: *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sicut onus grave gravatæ sunt super me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ.* Hæc & his similia in præcedentibus confitebatur; in præsenti vero ait: *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine, sine iniquitate cucurri & direxi.* Cursum porro, quem David agebat, intelliges,

2. Tim. 4. 7. si Apostolicam illam vocem adponas: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona justitiæ.*

A σωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν· ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ἐπὶ σέ. ἐχθροὺς δὲ ὅτι μὴ τοὺς ὁρατοὺς μόνους ἐγίνωσκεν, ἀλλὰ τοὺς ἀφανεῖς καὶ ἀοράτους, οἳ καὶ αὐτοὶ ἐνήργουν τὸν Σαούλ· πνεῦμα γὰρ πονηρὸν ἦν ἐπὶ Σαούλ, ὑφ' οὗ κινούμενος ἐξεκαίετο ἐπὶ τὸν κατὰ τοῦ Δαυὶδ φθόνον, πολλάκις ἡμῖν ἀποδέδεικται. κἀνταῦθα τοίνυν τῶν μὲν πολεμίων περιγενόμενος ἀναγέγραπται, νίκην τε πολλάκις ἀράμενος κατὰ τῶν ἀλλοφύλων. δεινοὶ δὲ ἦσαν ἄρα ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι οἱ ἀφανεῖς αὐτοῦ ἐχθροί, οὓς παρίστησι καὶ διὰ τῶν προκειμένων λέγων· ὅτι ἰδοὺ ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου, ἐπέθεντο ἐπ' ἐμὲ

B κραταιοί. ἐκ μὲν οὖν τῆς ἱστορίας οὐδ' ἑτέρους φαίνεται ἐσχηκὼς ἐχθρούς, ἢ μόνον τὸν Σαούλ. τοῦτο γὰρ παρέστησεν ἡ γραφὴ μαρτυρουμένη, ὅτι ἠγαπᾶτο ὑπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ. καὶ τοῦτ' ἦν μάλιστα τὸ αἴτιον τῆς κατ' αὐτοῦ βασκανίας. εἰ τοίνυν πάντες ἠγάπων τὸν Δαυίδ, μόνος δὲ Σαοὺλ καὶ ἐπὶ τούτῳ φθόνῳ πιμπράμενος ἐπεβούλευσεν αὐτῷ, πῶς ἐνταῦθα πληθυντικῶς φησίν, ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμέ· καὶ πάλιν, ὅτι ἰδοὺ ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου, ἐπέθεντο ἐπ' ἐμὲ κραταιοί; ἀλλὰ γὰρ σαφῶς διὰ τούτων παρίστανται ἀόρατοι καὶ

C ἀφανεῖς ἐχθροί, περὶ ὧν καὶ ὁ ἀπόστολος ἔλεγεν· οὐκ ἔστιν ἡμῖν πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, καὶ πρὸς τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας. οὗτοι γοῦν ἐξέκαον τὸν Σαοὺλ κατὰ τοῦ Δαυίδ. διὸ ἐξ αὐτῶν ῥυσθῆναι ἐδεῖτο τοῦ θεοῦ. πρὸς μὲν γὰρ τὸν Γολιάθ, καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀλλοφύλους ἀπήρκει αὐτὸς ἱστάμενος, καὶ πολέμου νόμῳ τοῖς πᾶσιν ἐπεξιών· πρὸς δὲ τὰς ἀφανεῖς δυνάμεις καὶ τοὺς ἀοράτους ἐχθροὺς θεὸν ὑπέρμαχον ἠξίου αὐτῷ γενέσθαι. ὅτι δὲ μηδὲν ἀδικήσας τὸν Σαούλ, μάτην ἠλαύνετο ὑπ' αὐτοῦ,

D παρίστησι μὲν ἡ ἱστορία, ἐμφαίνει δὲ καὶ αὐτὸς ἑξῆς λέγων· οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου· ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον καὶ κατηύθυνα. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον καὶ κατηύθυνα, ὁ Σύμμαχος, μὴ οὔσης, φησίν, ἁμαρτίας, ἐπιτρέχουσιν, ἵνα ἑλκύσωσί με. μηδεμιᾶς γὰρ προφάσεως ὑποκειμένης, τοσαῦτα κατ' αὐτοῦ ἐνεχείρησαν οἱ δηλωθέντες. καὶ θέα τίνα τρόπον ἐπὶ μὲν τοῖς προκειμένοις παρρησίαν ἄγων ὁ Δαυὶδ φαίνεται· ἐν δὲ τῷ πρώτῳ μέρει τῶν ψαλμῶν ἔλεγεν· ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου, ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν

E ἐπ' ἐμέ. προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου. ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια ἐξωμολογεῖτο διὰ τῶν ἔμπροσθεν· ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος φησίν· οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου κύριε, ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον καὶ κατηύθυνα. νοήσεις δὲ τὸν δρόμον, ὃν ἔτρεχε Δαυίδ, παραθεὶς τὴν ἀποστολικὴν φωνήν, δι' ἧς ἔλεγε· τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα. λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος.

A Ἐξεγέρθητι εἰς συνάντησίν μου καὶ ἴδε· καὶ σὺ κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ θεὸς Ἰσραήλ. ὡς ἀγαθὸς δρομεὺς καὶ ἀγωνιστὴς ἄριστος τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνιζόμενος, ἐφ' οἷς ἐπαῤῥησιάσατο εἰπών· οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου· ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον καὶ κατηύθυνα· διεγείρει τὸν ἀγωνοθέτην ἐπὶ τὴν θέαν τῆς οἰκείας ἀρετῆς, καὶ ἰδεῖν ἀξιοῖ ὅπως τοῖς εἰρημένοις λόγοις σύμφωνα ἦν αὐτοῦ τὰ ἔργα. δείκνυται δὲ τοῦτο καὶ ἀπὸ τῆς ἱστορίας, ἐν ᾗ μυρία μὲν πεπονθὼς ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ φαίνεται, οὐδὲν δὲ αὐτὸς κατ' αὐτοῦ λυπηρὸν δράσας· ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου πολλάκις ἁλόντα αὐτὸν διασώσας αὐτίκα. B καὶ ὅτε τὸ πονηρὸν πνεῦμα ἔπνιγεν αὐτόν, σωτὴρ αὐτοῦ παρεφαίνετο Δαυΐδ, ἀνακρουόμενος μὲν τῷ ὀργάνῳ, δυνάμει δὲ τοῦ ἐν αὐτῷ θείου πνεύματος τὴν ἐν τῷ Σαοὺλ ἐναντίαν δύναμιν ἐλαύνων. τὸ ἀνεξίκακον τοίνυν ἑαυτοῦ καὶ τὸ πρᾶον καὶ τὸ ὑπομονητικὸν δεικνὺς τῷ θεῷ ἔλεγεν· οὔτε ἡ ἀνομία μου, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐξεγέρθητι εἰς συνάντησίν μου καὶ ἴδε. εἶθ' ἑξῆς τοσαύτῃ χρησάμενος παῤῥησίᾳ, φωτίζεται ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, καὶ διδάσκεται ὡς ἄρα ἔσται τις καιρὸς ἐν ᾧ καὶ ὁ Χριστὸς τοῦ θεοῦ διωχθήσεται, καὶ ἐπιβουλευθήσεται ὑπὸ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, C σωτήρ τε καὶ ἐπίσκοπος τῶν ἐθνῶν ἁπάντων γενήσεται· ἐν ᾧ καιρῷ καὶ αὐτοῦ τοῦ Δαυῒδ τὰ κατορθώματα καὶ αἱ ἀρεταὶ ᾀσθήσονται καὶ βοηθήσονται ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. καὶ τοῦτο γνοὺς καθ' ὑποβολὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐπιστῆναί ποτε τοῦτον εὔχεται τὸν καιρόν. διὸ ἑξῆς φησί· καὶ σὺ κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων ὁ θεὸς Ἰσραὴλ πρόσχες ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη. ὁ μὲν γὰρ Ἰσραὴλ, ὁ σὸς χρηματίσας πρότερος λαὸς, πολλῶν εὐεργεσιῶν τετυχηκὼς, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν ἀξιωθεὶς, οὐδένα σου ἄξιον ἐπεδείξατο καρπόν· D ἀεὶ δὲ καὶ πάντοτε παντοίαις ὑποπέπτωκεν ἀσεβείαις, τότε μὲν εἰδωλολατρῶν, τότε δὲ τοὺς σοὺς προφήτας ἀναιρῶν· τέλος δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Χριστῷ σου χεῖρας ἐπιβαλών. θαυμαστὰ δὲ ὑπὸ τοῦ σοῦ πνεύματος προμαθὼν περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφῆς, εἰκότως ἐπιστῆναι τὸν καιρὸν ἐκεῖνον εὔχομαι, εἰδὼς ὅτι οὐκ ἔστι παρὰ σοὶ προσωποληψία. δικαιοσύνῃ δὲ τὰ πάντα διέπων, οἶδας καὶ ἔθνη ἀλλόφυλα καὶ ἀλλογενῆ τῆς πλάνης ἐπιστρέφοντα σώζειν· οἶδας καὶ τοὺς νομιζομένους τῆς σῆς εἶναι μερίδος, εἰ ἀνάξιοι εὑρίσκοιντο, τῆς τοιαύτης κλήσεως μετέρχεσθαι. E διὸ περὶ μὲν τῶν ἐθνῶν, εὔχομαι λέγων· πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη. περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου μέρους φημί· μὴ οἰκτειρήσῃς πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν. λέγων δὲ ἀδιακρίτως, πάντας, καὶ τὸν Ἰσραὴλ συμπαραλαμβάνει, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ πάλαι γενομένους τοιούτους. τί γὰρ καὶ πλέον γέγονε φησὶ τῷ Σαοὺλ, τὸ μὲν γένος ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ ὁρμωμένῳ, καὶ φυλῆς Βενιαμὶν, βα-

Exsurge in occursum meum & vide, & tu, 6.
» Εἰσάκουσον ὁ θεὸς τῆς δεήσεώς μου, πρόσχες » τῇ προσευχῇ μου. οἱ μὲν ἐπιγεγραμμένοι στηλογραφίας ἐφεξῆς πέντε μέχρι τοῦ νθ'. τέλος ἔχουσιν. εἰσὶ δὲ πάντες οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν προγραφὴν ἕξ. οἵ τε προλεχθέντες καὶ ὁ ιε'. ἐν τῷ πρώτῳ μέρει τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν κείμενος. ὅ γε μὴν μετὰ χεῖρας ὕμνος ὢν καὶ αὐτὸς εἰς τὸ τέλος διὰ τὰς ἐπὶ τέλει τοῦ ὕμνου φερομένας ἐπιχρήστους ἐπαγγελίας ἀναπέμπει. εἰσὶ δὲ πάντες οἱ ἐπιγεγραμμένοι ἐν ὕμνοις πέντε. δύο μὲν ἐν τῷ πρώτῳ μέρει τῆς βίβλου, ὁ τέταρτος καὶ ὁ ς'. ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐν ὕμνοις ψαλμοὶ λέγονται· οἱ δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ μέρει τῆς βίβλου, τρεῖς ἐν ὕμνοις ἐπιγράφονται μόνον, ὁ νγ'. καὶ ὁ νδ'. καὶ ὁ μετὰ χεῖρας. οἱ μὲν οὖν ἐν ὕμνοις ψαλμοί, ἐοίκασι σὺν τῷ μουσικῷ ὀργάνῳ τῷ καλουμένῳ ψαλτηρίῳ λελέχθαι, ὡς δεηθέντος τῆς διὰ τοῦ σώματος, ὅπερ ἐστὶν ὄργανον τῆς ψυχῆς, πρακτικῆς ἐνεργείας τοῦ ψάλλοντος. οἱ δὲ ἁπλῶς ὕμνοι, διὰ μόνης φωνῆς τοῦ τὸν ὕμνον ἀναπέμψαντος εἴρηνται, οὐ συμπαραληφθείσης τῆς διὰ τοῦ ψαλτηρίου κρούσεως· τῷ μόνης τῆς κατὰ διάνοιαν θεωρίας δεδεῆσθαι τοὺς ἐν αὐτοῖς λόγους. τοῦτο γοῦν παρίστησιν ὁ μετὰ χεῖρας ὕμνος λέγων· » ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς σὲ » ἐκέκραξα· δι' οὗ σημαίνει ὥσπερ ἔξω γεγενῆσθαι τῆς τοῦ σώματος καταστάσεως θεοληπτούμενον τὸν προφήτην. οὐκ ἀγνοῶ δὲ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς οὐχ ἑτέρως ἐκδεδωκέναι. παρακαλεῖ » δὲ διὰ τῶν μετὰ χεῖρας ὁ Δαυὶδ λέγων· εἰσά» κουσον ὁ θεὸς τῆς δεήσεώς μου. ἐνδεὴς γὰρ ὢν μεγάλων τινῶν καὶ θείων, τούτων τυχεῖν παρακαλεῖ. εἶθ' ὥσπερ ἄξιον ἑαυτὸν τοῦ εἰσακουσθῆναι παραστῆσαι, ἐπιλέγει· πρόσχες τῇ προσευχῇ μου. πολλῆς γὰρ καὶ βαθείας διανοίας πεπληρῶσθαι αὐτοῦ τὴν προσευχὴν θαρρῶν, ἠξίου τὸν θεὸν ἐπιβλέψαι, καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ λόγοις ἐνατενίσαι καὶ δοκιμάσαι τὰ λεγόμενα, ὡς ἂν τῆς αὐτοῦ ἀκοῆς ἄξια. εἶτα καὶ τὸ ἔργον δείκνυσιν, οὗ χάριν θεωρὸν τὸν θεὸν τῆς ἑαυτοῦ προσευχῆς ἀνε» καλεῖτο, διὸ ἐπιλέγει· ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς » πρὸς σὲ ἐκέκραξα. καὶ ἐπειδήπερ συμφώνως οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ ἐκδεδώκασιν, ὁ μὲν Α-

B *In finem in hymnis, Davidi LX.* 1.

Exaudi Deus deprecationem meam, intende orationi meæ. 2. Qui tituli inscriptiones dicuntur, consequenter positi numero quinque, in LIX. desinunt. Sunt autem omnes, qui hujusmodi titulo inscribuntur, numero sex; nempe qui jam memorati sunt, & decimus-quintus, in prima parte libri psalmorum situs. Hic vero quem jam tractamus hymnus, ad finem, ob perutilia illa promissa, quæ in fine feruntur, remittit. Sunt autem C *in hymnis* inscripti quinque numero: quorum duo in prima parte libri sunt, quartus nempe, & sextus. Sed illi quidem *in hymnis psalmi* dicuntur; qui vero in secunda parte libri sunt, tres numero, *in hymnis* solum inscribuntur; nempe LIII. LIV. & hic quem tractamus. Qui igitur *in hymnis psalmi* dicuntur, videntur cum musico instrumento, quod psalterium dicunt, pronuntiati fuisse: quoniam qui psallit, corporis, quod instrumentum animæ est, actione indiget. Qui autem D hymni solum dicuntur, sola voce hymnum offerentis, nulla adhibita psalterii pulsatione, dicti sunt; quia sermones ibidem positi sola mentis speculatione opus habeant. Idque declarat præsens hymnus qui sic habet: *A finibus terræ ad te clamavi*; quo significat prophetam quasi extra corporis ambitum a Deo adsumtum fuisse. 3. Nec ignoro reliquos interpretes alia edidisse ratione. Hic autem obsecrat David his verbis: *Exaudi Deus deprecationem meam.* Cum enim magnis divinisque rebus egeat, hæc E consequi se postulat. Deinde ut se dignum declaret qui exaudiatur, subjungit, *Intende orationi meæ.* Suam enim orationem magna & profunda quadam intelligentia repletam esse confisus, rogabat Deum ut respiceret & verba sua specularetur, dicta examinaret, utpote suis auribus digna. Deinde rem declarat cujus causa Deum orationis suæ speculatorem advocaret, cum adjicit: *A finibus terræ ad te clamavi.* Et quia reliqui interpretes simili modo interpretati sunt, A- Aquila.

quila scilicet, *Ab extremo terræ ad te clama-*
Symmachi. *bo*; Symmachus vero, *A finibus terræ te in-*
Quintæ. *vocabo*; Quinta autem editio, *A finibus ter-*
ræ ad te clamabo, quis non dicti sententiam
merito requirat? Qui enim possit quispiam
totum orbem prætergressus, cum super i-
psum Oceanum devenerit, hæc vociferari,
A finibus terræ ad te clamavi? At consideres
velim, annon omnis Dei amicus fines terræ
congruenter vocetur. Nam improbus ho-
mo qui forum & turbas, curias & tribuna-
lia circumcursat, totusque in corporeis vo-
luptatibus defossus est, jure in profundo ter-
Hebr. 11. 37. ræ habitare dicatur; qui vero *circuierunt in*
melotis & in pellibus caprinis, egentes, angu-
stiati, afflicti, & a medio urbium fugerunt,
ac in desertis commorati sunt, in montibus,
in cavernis & in foraminibus terræ, merito
dicantur extra terram esse: ac etiamsi non
prorsus erant a corpore exemti, etsi extra
illud essent; tunc tamen in ipso viventes, il-
loque ut instrumento utentes, nequaquam
in vitæ mala demergebantur; sed carptim
solummodo necessarium cibum, & reli-
qua ad usum requisita contingentes dege-
bant; jure in extremis & in finibus corporis
siti videbantur: qualis erat Paulus qui di-
2. Cor. 10. 3. cebat: *In carne enim viventes, non secun-*
Gal. 2. 20. *dum carnem militamus*; &, *Cum Christo cru-*
cifixus sum: vivo autem, jam non ego, vivit
vero in me Christus. Qui ergo sic adfectus
est, jure dicat Deo, *Intende orationi meæ.*
Multamque in hujusmodi vita fiduciam ha-
bens, nequaquam mentitur cum dicit: *A*
finibus terræ ad te clamavi. Causam vero ad-
jicit his verbis, *Dum anxiaretur cor meum*;
Symmachi. sive secundum Symmachum, *Dum despe-*
raret cor meum. Anxiatur enim & quasi de-
sperat religiosa quælibet anima, dum in mor-
tali vita versatur: qua de causa ipsam di-
Psal. 119. 5. cere arbitror, *Quia incolatus meus prolonga-*
tus est. Et nos quoque dum in hoc taber-
naculo sumus, adflicti ingemiscimus. Inge-
miscebat item Paulus ob mortalis vitæ diu-
turnitatem tædio adfectus: quare cum lacry-
Rom. 7. 24. mis dicebat, *Infelix ego homo, quis me libe-*
rabit de corpore mortis hujus? Angustiatur au-
tem & quasi despondet animum, ob huma-
nitatis sensum, tantam cernens pereuntium
Matth. 7. 13. multitudinem: siquidem *lata & spatiosa via*
est quæ ducit ad perditionem. Sic etiam is i-
2. Cor. 12. 21. pse multos luget de quibus dicebat: *Lugebo*
multos ex iis, qui ante peccaverunt, & non e-
gerunt pœnitentiam de peccato & iniquitate
& impietate, quam gesserunt. Idem quoque
pro aliis supra modum lugens & adflictus
2. Cor. 11. 29. clamabat: *Quis infirmatur, & ego non infir-*
mor? Quis scandalizatur, & ego non uror?
Similiter prophetæ pristinum illum popu-

A κύλας εἰπών, ἀπὸ τελευταίου τῆς γῆς πρὸς
σὲ ἐπικαλέσομαι· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀπὸ περά-
των τῆς γῆς σὲ ἐπικαλοῦμαι· ἡ δὲ ε΄. ἔκδοσις,
ἀπὸ περάτων τῆς γῆς πρὸς σὲ κεκράξομαι,
τίς οὐκ ἂν εὐλόγως τὸν νοῦν τῆς λέξεως ἐπι-
ζητήσειεν; πῶς γὰρ ἄν τις δύναται τὴν σύμ-
πασαν ὑπερβὰς οἰκουμένην, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν ἐλ-
θὼν τὸν Ὠκεανόν, ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς
πρὸς σὲ ἐκέκραξα, βοᾷν; ἀλλ' ὅρα εἰ μὴ πᾶς
ὁ τῷ θεῷ φίλος, εὐλόγως ἂν τὰ πέρατα τῆς γῆς
ῥηθείη. ὁ μὲν γὰρ φαῦλος ἀνὴρ ἀγορὰς καὶ δή-
μους, βουλευτήρια τε καὶ δικαστήρια περι-
B τρέχων, ὅλως τε ταῖς τοῦ σώματος ἡδυπαθείαις
κατορωρυγμένος, ἐν βυθῷ τῆς γῆς οἰκεῖν λέγοιτ'
ἂν εἰκότως. οἱ δὲ περιελθόντες ἐν μηλωταῖς ἐν
αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κα-
κουχούμενοι, φεύγοντές τε τὰ μέσα τῶν πό-
λεων, καὶ τὰς διατριβὰς ἐν ἐρημίαις ποιού-
μενοι καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς
γῆς, εὐλόγως ἂν λεχθεῖεν ἔξω τυγχάνειν τῆς
γῆς. καὶ εἰ μὲν μὴ παντελῶς ἦσαν ἀπηλλαγ-
μένοι τοῦ σώματος, κἂν ἐκτὸς ἦσαν αὐτοῦ· νῦν
δὲ ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ βιοῦντες, ὀργάνῳ τε αὐτῷ
χρώμενοι, οὐκ ἐνεβαπτίζοντο τοῖς τοῦ βίου κα-
C κοῖς· ἀκροθίνως δὲ αὐτὸ μόνον τῆς ἀναγκαίας τρο-
φῆς, καὶ τῶν λοιπῶν χρειῶν ἐφαπτόμενοι διετέ-
λουν, εἰκότως ἐν ἄκροις ἐδόκουν εἶναι καὶ ἐν
τοῖς πέρασι τοῦ σώματος. οἷος ἦν ὁ Παῦλος
λέγων· ἐν σαρκὶ γὰρ ζῶντες, οὐ κατὰ σάρ-
κα στρατευόμεθα· καί, Χριστῷ συνεσταύρω-
μαι· ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χρι-
στός. ὁ δὴ οὖν οὕτω διακείμενος, εὐλόγως ἂν
εἴποι τῷ θεῷ, πρόσχες τῇ προσευχῇ μου. πολ-
λὴν ἄγων παρρησίαν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ τοῦ βίου
ζωῇ, οὐδ' ἂν ψεύσαιτο φάσκων· ἀπὸ τῶν πε-
ράτων τῆς γῆς πρὸς σὲ ἐκέκραξα. προστί-
D θησι δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ἐπιλέγων, ἐν τῷ ἀ-
κηδιάσαι τὴν καρδίαν μου· ἢ ἐν τῷ ἀδημο-
νεῖν τὴν καρδίαν μου, κατὰ τὸν Σύμμα-
χον. ἀκηδιᾷ γὰρ καὶ ἀδημονεῖ πᾶσα θεοφι-
λὴς ψυχὴ τῷ θνητῷ ἐνδιατρίβουσα βίῳ·
διὸ καὶ φῆσαι ἂν οἶμαι, ὅτι ἐμακρύνθη ἡ πα-
ροικία μου. καὶ ἡμεῖς οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει
στενάζομεν βαρούμενοι. ἔστενεν οὖν καὶ ὁ Παῦ-
λος ἀκηδιῶν ἐπὶ τῇ παρεκτάσει τοῦ θνητοῦ βίου,
διὸ καὶ ἀπεκλαίετο λέγων· ταλαίπωρος ἐγὼ
ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ
θανάτου τούτου; ἀκηδιᾷ δὲ καὶ ἀδημονεῖ, καὶ
E διὰ φιλανθρωπίαν τὸ πλῆθος τῶν ἀπολλυμέ-
νων θεωρῶν, ἐπειδὴ πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος ἡ
ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν· οὕτως
πάλιν ὁ αὐτὸς πενθεῖ πολλούς, περὶ ὧν ἔλε-
γε· πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων,
καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ
ἀνομίᾳ καὶ ἀσεβείᾳ ᾗ ἔπραξαν. ὁ δ' αὐ-
τὸς ὑπεραλγῶν καὶ ὑπερπάσχων ἑτέρων ἐ-
βόα· τίς ἀσθενεῖ καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκαν-
δαλίζεται καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; ὁμοίως
δὲ καὶ οἱ προφῆται τὸν πάλαι ἀπεκλαίοντο

λαιόν, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Δαυίδ. διὸ αὐτὸς μὲν ἔφευγε τὰ μέσα τῆς γῆς καὶ ἐν ἄκραις αὐτῆς γενόμενος ἐβόα πρὸς τὸν θεόν· ἐπὶ δὲ τῇ τῶν πολλῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ Σαοὺλ ἀπωλείᾳ τὴν ψυχὴν ἀλγῶν ἀπεκλαίετο.

Ἐν πέτρᾳ ὕψωσάς με, ὅτι ἐγενήθης ἐλπὶς μου, πύργος ἰσχύος ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ· καὶ τὰ ἑξῆς. κατὰ μὲν τοὺς ο΄. εὐχαριστίαν περιέχει ὁ λόγος. ταῦτά μοι φησὶν ὑπῆρξεν ὅσα προείρηκα· ἐπειδὴ σὺ αὐτὸς ὁ θεὸς ἐπῆρας με καὶ ὕψωσας στήσας ἐν τῇ παρὰ σοὶ πέτρᾳ, ἥτις ἐστὶν ὁ προϊὼν σου λόγος. ἡ πέτρα γὰρ ἦν ὁ χριστός. ἐπεὶ τοίνυν ἐν τῷ λόγῳ σου ὕψωσάς με καὶ μετέωρον ἐποίησας, ὡς μηκέτι κατοικεῖν τὰ μέσα τῆς γῆς, ἀλλ' ἐν ἄκραις αὐτῆς γίνεσθαι, ἤδη δὲ καὶ ὡδήγησάς με, ὥστε πλησίον σου φθάσαι· γέγονας τε ἐλπίς μου. δι' ἣν ἐλπίδα οὐ καταισχυνθήσομαι· ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἐπικειμένων μοι νοητῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων τῶν ζητούντων τὴν ψυχήν μου, ἀντὶ πάντων ἀπήρκεσας σὺ μόνος, πύργος ὀχυρός μοι γενόμενος, καὶ περιφράττων με ἐν ἀσφαλεῖ τῆς παρὰ σοὶ σωτηρίας, ὡς μηδένα τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν ἐπιστρέφεσθαι· εἰκότως τούτων ἁπάντων τυχὼν, σοὶ τοὺς ὕμνους ἀναπέμπω, ὡς ἁπάντων μοι τῶν ἀγαθῶν γενομένῳ αἰτίῳ. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐν πέτρᾳ ὕψωσάς με, καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ Σύμμαχος ἕτερον ἀπέδωκε νοῦν εἰπών· ὅταν στερεὸς καταπαίρεται μου ὁδηγήσεις με. ἐγένου γὰρ ἀφοβία μου, πύργος ὑψηλὸς ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ. καὶ ὁ Ἀκύλας ὁμοίως τὸν αὐτὸν ἀπέδωκε νοῦν εἰπών· ἐν στερεῷ ὑψώθητι παρ' ἐμέ, καθοδηγήσεις με, καὶ τὰ ἑξῆς. διδάσκει δὲ ἡμᾶς διὰ τούτων ὁ λόγος μηδένα τῶν καταπαιρομένων ἡμῶν ἐπιστρέφεσθαι ὅλους δὲ γίνεσθαι τοῦ θεοῦ, ἐπ' αὐτῷ μόνῳ θαρροῦντας. ὁ γοῦν ἀγαθαῖς ἐλπίσιν ἐφοδιασμένος καὶ τὸν θεὸν κτησάμενος πύργον ἰσχύος· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, πύργον κράτους· ἤ, πύργον ὀχυρὸν κατὰ τὸν Σύμμαχον ἐρεῖ· παροικήσω ἐν τῷ σκηνώματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας· σκεπασθήσομαι ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου. οὐ γὰρ ἐπ' ἐμαυτῷ φησὶν ἐνθαρρήσω, ἀλλ' ἐπὶ τῇ σκέπῃ τῶν σῶν πτερύγων. οὕτω δὲ καλεῖν εἴωθεν ὁ λόγος τὰς προνοητικὰς τοῦ θεοῦ δυνάμεις, ὑφ' ἃς σκεπάζεται ὁ θεοφιλὴς, μηδέποτε τῆς σκέπης ἀναχωρῶν τοῦ θεοῦ· ἀλλὰ δι' αἰῶνος ἔνδον ἐν αὐτῇ κατοικῶν καὶ ἤδη μὲν ἀπολαύων τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ καὶ τῆς εὐπρεπείας τοῦ οἴκου αὐτοῦ· ὥστε λέγειν· κύριε ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου, καὶ τόπον σκηνώματος τῆς δόξης σου· καί, μίαν ᾐτησάμην παρὰ κυρίου, ταύτην ζητήσω, τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου· τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα τοῦ κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ. εἰ δὲ ἔστι καὶ ἐπουράνιος σκηνή, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος καὶ οὐκ ἄνθρω-

A lum deplorabant, quemadmodum & David. Quare ipse quidem de medio terræ fugiebat, ac in extremis ejus partibus constitutus clamabat ad Deum, & de multorum deque Saülis pernicie animo lugens lacrymas fundebat.

In petra exaltasti me, quia factus es spes 4.
mea, turris fortitudinis a facie inimici, & cætera. Secundum LXX. interpretes gratiarum actionem sermo complectitur. Hæc, inquit, quæ supra dixi, mihi aderant; quia B tu ipse Deus elevasti & exaltasti, ac in petra illa, quæ apud te est, statuisti me, quæ est verbum abs te procedens: *Petra* enim 1. Cor. 10. 4.
erat Christus. Quia igitur in Verbo tuo exaltasti & sublimem fecisti me; ita ut non ultra in medio terræ habitem, sed in extremitatibus ejus consistam: jamque deduxisti me; ut prope te accederem, factus es spes mea, cujus spei causa non confundar: sed etiam multis instantibus mihi spiritualibus inimicis & hostibus, quærentibus animam meam; instar omnium mihi fuisti: C tuque solus mihi turris fortissima effectus circummunisti me, & in tutela salutis, quæ apud te est, posuisti; ut nullum jam inimicorum meorum reformidem: hæc omnia nactus, tibi ut omnium mihi bonorum auctori, hymnos emitto. Pro illo autem, *In petra exaltasti me*, &c. aliam Symmachus Symmachi.
sententiam extulit his verbis, *Cum fortis insurget adversum me, deduces me. Fuisti enim securitas mea, turris excelsa à facie inimici:* Aquila item eadem sententia interpretatus Aquilæ.
est hoc modo, *In firmo exaltare apud me,* D *deduces me*, & cætera. His porro docemur neminem ut adversariorum reformidemus; sed nos Deo penitus tradamus, in ipso solo confidentes. Qui ergo bona spe instructus, Deum in turrim fortitudinis habet; sive secundum Aquilam, *turrim roboris*; aut Aquilæ.
secundum Symmachum, *turrim munitam*; Symmachi.
is, inquam, dicet: *Inhabitabo in tabernacu-* 5.
lo tuo in secula, protegar in velamento alarum tuarum. Neque enim, ait, in me confidam, sed in velamento alarum tuarum. Ita porro vocare Scriptura solet virtutes E Dei providentiæ administras, quibus obtegitur religiosus homo, qui a velamento Dei numquam recedit, sed intra ipsum in sæculum habitat: jamque Ecclesiâ ejus & decore domûs ejus fruitur, ut dicat: *Domi-* Psal. 25. 8.
ne, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ; &, *Unam petii a Domi-* Psal. 26. 4.
no, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: ut videam voluptatem Domini, & visitem templum ejus. Quod si tabernaculum est cœleste, quod fixit Dominus, non homo, ad cujus exem-

plum, jussus Moyses aliud fabricatus est, ad A illud sane tabernaculum remittens, dixerit, *Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula*. Talem enim perfectus homo promissionem accepit, minime spectans ea quæ sub conspectum cadunt, sed quæ non videntur. Nam quæ videntur, temporanea; quæ non videntur, æterna sunt.

6. *Quoniam tu Deus exaudisti orationes meas, dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.* Si vulgaris quædam oratio esset ea, quæ jam a Davide emissa est, non necesse sane fuisset eam in libro psalmorum reponi: verisimile B quippe est eum sexcentas alias orationes ad Deum effudisse; quemadmodum nos quoque quotidie variisque temporibus precamur; at quia plerumque dum precaretur, aut psalmos pulsaret, hymnosve emitteret, prophetica virtute replebatur; merito jam non ut vulgares orationes, sed ut sermones alii prophetici hæc obsignabantur; eaque in divinis libris reponebant, qui discretionis spirituum gratiam acceperant. Sic ergo post prædicta verba, intermedio diapsalmate, propheta sancti Spiritus illapsum animad- C vertens, ab eoque illustratus, cum nosset præmissam ab se orationem a Deo exauditam esse, jam mutationem sermonis inducit. Quamobrem superius quidem sic precabatur: *Exaudi Deus deprecationem meam*; hic vero post diapsalma dicit: *Quoniam tu Deus exaudisti orationes meas.* Viden' quo pacto se exauditum esse sentiebat? Et illud erat per Hesaïam prophetam dignis hominibus promissum a Deo: *Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum.* Nam adhuc loquente propheta, adstans Spiritus indicabat ipsi exauditum se D esse. Quare ait: *Quoniam tu Deus exaudisti orationes meas.* Eademque secundum reliquos interpretes sententia declaratur: nam secundum Aquilam dicitur, *Quoniam tu Deus audisti orationes meas*; secundum vero Symmachum, *Tu enim Deus exaudisti preces meas.* Adjicit deinde: *Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.* Me quippe jam exaudisti: ac bene novi a Spiritu tuo illustratus, non mihi soli sed etiam omnibus timentibus nomen tuum, te dignum timore tuo fructum daturum esse, scilicet eam quam E pollicitus ipsis es, hæreditatem. Cum autem indiscriminatim dixerit, *timentibus nomen tuum*, in omnes homines gratiam extendit. Neque enim Israëli, neque Judaïco populo tantum hæreditatem pollicitus est; sed etiam omnibus timentibus nomen suum; *Judæo primum*, inquit Apostolus, *& Græco.* Jam plerumque demonstratum a nobis est, Scripturam omnes qui ex gentibus ad Deum accedunt, timentes Dominum vocare

Psal. 60. 2.

Hesai. 58. 9.

Aquila

Symmachi

Rom. 2. 10.

πος· ἧς τὴν εἰκόνα Μωσῆς προσταχθεὶς ἐποίει, εἰς ἐκείνην ἀναπέμπων τὴν σκηνήν, εἴποι ἂν· τὸ παροικήσω ἐν τῷ σκηνώματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας. ταύτην γὰρ εἴληφε τὴν ἐπαγγελίαν ὁ τέλειος οὐ σκοπῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια.

Ὅτι σὺ ὁ θεὸς εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου, ἔδωκας κληρονομίαν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου. εἰ μὲν ψιλή τις ἦν προσευχὴ ἡ ἀπὸ τοῦ Δαυὶδ ἀναπεμφθεῖσα ἡ μετὰ χεῖρας, οὐδὲν ἦν ἀναγκαῖον αὐτὴν ἀναληφθῆναι τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν· εἰκὸς γὰρ αὐτὸν καὶ μυρίας ἄλλας εὐχὰς πρὸς τὸν θεὸν πεποιῆσθαι ὥσπερ οὖν καὶ ἡμεῖς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας, καὶ κατὰ καιροὺς ἄλλοτε ἄλλους εὐχόμεθα διαφόρους· ἐπεὶ δὲ πολλάκις ἐν αὐτῷ τῷ προσεύχεσθαι, ἢ τοὺς ψαλμοὺς ἀνακρούεσθαι, ἢ τοὺς ὕμνους ἀναπέμπειν, προφητικῆς ἐπληροῦτο δυνάμεως· εἰκότως οὐκέθ' ὡς ψιλὰς προσευχάς, ἀλλ' ὡς ἄλλους λόγους προφητικοὺς ἐπεσημαίνοντο τὰ λεγόμενα, καὶ ταῖς θείαις βίβλοις ἐγκατέταττον οἱ τὸ χάρισμα τῆς διακρίσεως τῶν πνευμάτων εἰληφότες. οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα μετὰ τὰ προλεχθέντα, διαψάλματος μεταξὺ παρεντεθέντος, μεταβολὴν ποιεῖται τοῦ λόγου ὁ προφήτης, αἰσθόμενος τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀφίξεως, φωτισθείς τε ὑπ' αὐτοῦ καὶ γνοὺς ὅτι τὰ τῆς προλεχθείσης αὐτῷ δεήσεως ἐπηκόου ἔτυχε τοῦ θεοῦ. διὸ ἀνωτέρω μὲν εὐχόμενος ἔλεγεν, εἰσάκουσον ὁ θεὸς τῆς δεήσεώς μου· ἐνταῦθα δὲ μετὰ τὸ διάψαλμα φάσκει, ὅτι σὺ ὁ θεὸς εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου. ὁρᾷς ὅπως συνῄσθετο εἰσακουσθείς; καὶ τοῦτ' ἦν τὸ διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου τοῖς ἀξίοις ἐπηγγελμένον ὑπὸ τοῦ λέγοντος θεοῦ· ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. ἔτι γὰρ φθεγγομένου τοῦ προφήτου, τὸ πνεῦμα ἐπιστὰν τὸ ἅγιον ἐδήλου αὐτῷ, ὡς ἄρα εἰσακουσθεὶς εἴη. διὸ φησὶν ὅτι σὺ ὁ θεὸς εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου. καὶ κατὰ τοὺς λοιποὺς δὲ ἑρμηνευτὰς ἡ αὐτὴ παρίσταται διάνοια· ἐπεὶ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται ὅτι σὺ ὁ θεὲ ἤκουσας τῶν εὐχῶν μου, κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, σὺ γὰρ ὁ θεὸς εἰσήκουσας τῶν προσευχῶν μου. εἶτ' ἐπιλέγει· ἔδωκας κληρονομίαν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου. ἐμοῦ μὲν γὰρ τέως εἰσήκουσας· ἔγνων δὲ ὑπὸ τοῦ σοῦ πνεύματος φωτισθείς, ὅτι οὐκ ἐμοὶ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου καρπὸν ἄξιον τοῦ σοῦ φόβου δώσεις, τὴν κληρονομίαν ἣν ἐπηγγείλω αὐτοῖς. ἀορίστως δὲ εἰπὼν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου, ἥπλωσε τὴν χάριν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους. οὐ γὰρ τῷ Ἰσραὴλ ἐπήγγελται τὴν κληρονομίαν, οὐδὲ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον φησὶν ὁ ἀπόστολος καὶ Ἕλληνι. πολλάκις δὲ ἡμῖν ἀποδέδεικται ὡς πάντας τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῷ θεῷ προσιόντας, φοβουμένους τὸν κύριον καλεῖν εἴωθεν ὁ λόγος.

γος. τούτοις οὖν αὖθις φησὶν· ἔδωκας κληρονομίαν, καὶ ποίαν οὐκ εἶπεν, ἡμῖν δὲ καταλέλοιπεν ζητεῖν. τῷ μὲν οὖν Ἰσραὴλ τὴν ῥέουσαν μέλι καὶ γάλα ἐπήγγελται διὰ Μωσέως· τοῖς δὲ φοβουμένοις ὁποίαν ἔδωκε κληρονομίαν, εἴασε ζητεῖσθαι. εὑρήσεις δὲ ἐν τοῖς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μακαρισμοῖς ταύτην ἐν οἷς εἴρηται· μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. καὶ πάλιν, ἔχεις τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπαγγελίαν, δι' ἧς φησὶ, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ πολυπλασίονα λήψεται, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς κληρονομίας ὁ πέμπτος ψαλμὸς ἐπεγέγραπτο, εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης. καὶ ἐν τῷ ιε'. δὲ ψαλμῷ ἡ αὐτὴ κληρονομία ἐδηλοῦτο, κατὰ τὸ, κύριος ἡ μερὶς τῆς κληρονομίας μου καὶ τοῦ ποτηρίου μου, σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου ἐμοί. καὶ γὰρ ἡ κληρονομία μου κρατίστη μοί ἐστιν.

Ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας βασιλέως προσθήσεις· τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς αὐτοῦ διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. ἔλεος καὶ ἀλήθειαν τίς ἐκζητήσει αὐτοῦ; προειπὼν, ὅτι σὺ ὁ θεὸς εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου, καθ' ὑπερβατὸν συνῆψε τὸ, ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας βασιλέως προσθήσεις· εἰσακούσας γάρ φησι τῶν εὐχῶν μου, ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας μοι προσέθηκας. διὰ μέσου δὲ ἐνεβλήθη ἡ περὶ τῶν φοβουμένων τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου μνήμη. ἐπειδὴ καὶ αὖθις ἐπήγγελται τὴν κληρονομίαν ἡ προφητεία. ἦν δὲ ἡ κληρονομία, ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἣν ὁ λόγος σημαίνει φάσκων· ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας βασιλέως προσθήσεις. μεγάλα τοίνυν εὐξαμένῳ τῷ βασιλεῖ Δαυὶδ ἐπήγγελται ὁ θεὸς διὰ τοῦ πνεύματος, ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας προσθήσειν, καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς. ταύτην γὰρ αὐτῷ τὴν κληρονομίαν ἐπηγγείλατο· ὃ δὴ καὶ ἐν τῷ κ'. δηλοῦται ψαλμῷ, ἐν ᾧ εἴρηται· κύριε ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασιλεὺς, τὴν ἐπιθυμίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ ἔδωκας αὐτῷ, καὶ ἑξῆς· ζωὴν ᾐτήσατό σε καὶ ἔδωκας αὐτῷ μακρότητα ἡμερῶν εἰς αἰῶνα καὶ εἰς αἰῶνα αἰῶνος. ἐπειδὴ γὰρ τῶν οὐρανίων ὀρεγόμενος, καὶ τῶν παρὰ σοὶ ἀγαθῶν ἐπιθυμήσας ηὔξατο, εἰσήκουσας αὐτοῦ φησὶν, καὶ εἰσακούσας, τὴν ἐπιθυμίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ ἔδωκας αὐτῷ, καὶ τὴν θέλησιν τῶν χειλέων αὐτοῦ οὐκ ἐστέρησας αὐτόν. τίς δὲ ἦν ἡ ἐπιθυμία αὐτοῦ, καὶ τίς ἡ αἴτησις τῶν χειλέων αὐτοῦ, διδάσκει ἑξῆς λέγων· ζωὴν ᾐτήσατό σε, καὶ ἔδωκας αὐτῷ μακρότητα ἡμερῶν εἰς αἰῶνα καὶ εἰς αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος τοίνυν παραπλησίως ἐκείνοις ηὔξατο Δαυὶδ, καὶ εὐξάμενος εἰσηκούσθη, εἰσακουσθείς τε ταύτης ἔτυχε τῆς ἐπαγγελίας, δι' ἧς εἴρηται· ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας βασιλέως προσθήσεις, τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς. ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· ἡμέρας ταῖς ἡμέραις τοῦ βασιλέως προσθήσεις, ἔτη αὐτοῦ ἐφ' ὅσον γενεὰ καὶ γενεὰ, οἰκήσει αἰωνίως ἔμπροσθεν τοῦ

A solere. His itaque ipsis, ait, dedisti hæreditatem: qualem, non explicat, sed inquirendum nobis reliquit. Israëli itaque terram fluentem mel & lac per Moysem promisit; timentibus autem quam det hæreditatem, quærendum reliquit. Eam vero in Salvatoris nostri beatitudinibus deprehendas, ubi dicitur: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum*; ac rursum Salvatoris nostri promissum habes, quo ait: *Et in hoc sæculo multo plura recipiet, & in futuro vitam æternam possidebit.* Hujus hæreditatis causa quintus Psalmus inscriptus est, *In finem, pro ea quæ hæreditatem accipit*; & in decimo-quinto Psalmo eadem ipsa hæreditas declaratur hoc dicto, *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Etenim hæreditas mea præclara est mihi.*

Matth. 5. 3.

Matth. 19. 29.

B

Psal. 15. 5.

Dies super dies regis adjicies, annos ejus usque in diem generationis & generationis ejus 7.
permanebunt in æternum in conspectu Dei. Misericordiam & veritatem ejus quis requiret? 8.
C Cum antea dixisset, *Quoniam tu Deus exaudisti orationes meas*, per transgressionem adjecit illud, *Dies super dies regis adjicies.* Exaudi, inquit, orationes meas, dies super dies mihi adjecisti; in medio autem interposita est timentium nomen Domini mentio, quia prophetia ipsis quoque hæreditatem promisit. Hæreditas autem illa, æterna vita erat, quæ his significatur, *Dies super dies regis adjicies.* Magna itaque postulanti regi Davidi, pollicetur Deus per Spiritum sanctum, D se dies super dies ipsi adjecturum, & annos ejus in diem generationis & generationis. Hanc enim ipsi promisit hæreditatem: quod & in xx. Psalmo declaratur his verbis; *Domine in virtute tua lætabitur rex. Desiderium cordis ejus tribuisti ei*; & postea, *Vitam petiit a te, & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum & in sæculum sæculi.* Quia enim cœlestium percupidus, & bona quæ penes te sunt concupiscens, precatus est; exaudisti eum, inquit, & cum exaudisses, E *desiderium cordis ejus tribuisti ei, & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.* Quæ illa concupiscentia ejus, quæ petitio labiorum ejus sit, sub hæc docet his verbis, *Vitam petiit a te, & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum & in sæculum sæculi.* In præsenti igitur eodem modo precatus David est, & preces ejus exauditæ sunt: exauditus hanc consequutus est promissionem, qua dicitur: *Dies super dies regis adjicies, annos ejus usque in diem generationis & generationis*; sive secundum Symmachum, *Dies diebus regis adjicies, annos ejus in quantum generatio & generatio: habitabit in æternum in conspectu*

Symmachi.

Dei: misericordia & veritas circummuniet ipsum. Hæc omnia adipiscetur qui dicere potuit: *A finibus terræ ad te clamavi, dum anxiaretur cor meum.* Nam hujusmodi profectûs condignum fructum accipiet, vitam æternam. Cum dicitur autem, *Anni ejus usque in diem generationis & generationis*, significatur, Davidem non solum tempore vitæ suæ memorandum esse, sed per singulas generationes; sive per duas generationes, queis subindicatur populus ex circumcisione, & Ecclesia ex gentibus. Quanto igitur tempore prima illa generatio divinas legit Scripturas, Davidem in memoria retinet; secunda vero generatio, quæ electa ex omnibus gentibus est, similiter numquam finem facit Davidem memorandi, quia ejus in ore versatur liber generationis Jesu Christi filii David. Id itaque subindicatur his verbis, *Anni ejus usque in diem generationis & generationis.* Et hanc quidem penes homines diuturnitatem obtinebit. Apud Deum autem, inquit, numquam peribit; sed immortalem atque in infinitum durantem nactus vitam, *permanebit in æternum in conspectu Dei.* Quomodo autem durare possit & Dei vitæ coæquari hominum vita, sub hæc docet his verbis: *Misericordiam & veritatem ejus quis requiret?* Quod apertius interpretatus Symmachus est dicens: *Misericordia & veritas circummuniet ipsum;* similiter Aquila, *Misericordia & veritas servabunt eum.* Hæc ipsis immortalitatis causa, nempe Dei misericordia & veritas: quarum consors religiosus quivis homo, quasi sale conditus, in æternam vitam servabitur. Neque enim quod similis Deo secundum substantiam sit, ideo similiter vivet; sed quia a misericordia Dei & a veritate ejus conservatur.

Symmachi.

Aquilæ.

9. *Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, ut reddam vota mea de die in diem.* Hæc cum Spiritus sanctus Davidis animæ inspirasset, quasi a magistro sic edoctus, fide sermonem obsignat hæc vociferans, *Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi.* Nec simpliciter ait, *Psallam nomini tuo in sæculum sæculi*, sed addita voce, *Sic.* Sic quomodo? nisi ut Spiritus sanctus docuit superius his verbis, *Misericordia & veritas circummuniet ipsum.* Sic enim misericordia tua & veritate tua circummunitus & servatus, psallam nomini tuo in sæculum sæculi. Confido enim misericordia & veritate tua, non mea virtute, me vitam æternam, & eam quæ apud te est immortalitatem adepturum. *Sic* itaque *psallam nomini tuo in sæculum sæculi, ut reddam vota mea de die in diem;* sive secundum Symmachum, *Reddens vota mea singulis diebus.* Numquam sane de-

Symmachi.

A θεοῦ. ἔλεος καὶ ἀλήθεια περιφράξει αὐτόν. τούτων δὲ πάντων τεύξεται ὁ δυνηθεὶς εἰπεῖν· ἀπὸ τῶν * περάτων τῆς γῆς πρὸς σὲ ἐκέκραξα ἐν τῷ ἀκηδιάσαι τὴν καρδίαν μου. τῆς γὰρ τοιαύτης προκοπῆς καρπὸν ἐπάξιον λήψεται, τὴν αἰώνιον ζωήν. φάσκων δὲ ὁ λόγος, τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς, σημαίνει ὡς ἄρα ἔσται ὁ Δαυὶδ μνημονευόμενος οὐ καθ᾽ ὃν μόνον ἐβίου χρόνον· ἀλλὰ καὶ καθ᾽ ἑκάστην γενεάν, ἢ κατὰ δύο τινὰς γενεάς, αἰνιττομένου τοῦ λόγου, τόν τε ἐκ περιτομῆς λαόν, καὶ τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν. ἐφ᾽ ὅσον γοῦν χρόνον ἡ γενεὰ ἡ B πρώτη τοῖς θείοις ἐντυγχάνει γράμμασι, φέρει διὰ μνήμης τὸν Δαυίδ· καὶ ἡ δευτέρα δὲ γενεὰ ἡ τῆς ἐξ ἁπάντων ἐθνῶν ἐκλογῆς, ὡσαύτως τοῦ Δαυὶδ οὔποτε διαλείπει μνημονεύουσα, διὰ τὸ φέρειν ἀνὰ στόμα τὴν βίβλον τῆς γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ Δαυίδ. τοῦτο οὖν ἠνίξατο φήσας ὁ λόγος· τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς. καὶ ἐν μὲν ἀνθρώποις ταύτης τεύξεται τῆς μακρότητος· παρὰ δὲ αὐτῷ τῷ θεῷ οὔποτε φησὶν ἀπολεῖται· ἀθανάτου δὲ καὶ εἰς ἄπειρον διαρκούσης ζωῆς τυχών, διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. πῶς δὲ διαρκεῖν καὶ τῇ τοῦ θεοῦ ζωῇ C συμπαρεκτείνεσθαι ἡ ἀνθρώπου φύσις οἵα τε ἂν εἴη, διδάσκει ἑξῆς φάσκων· ἔλεος καὶ ἀλήθειαν τίς ἐκζητήσει αὐτοῦ; ὅπερ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· ἔλεος καὶ ἀλήθεια περιφράξει αὐτόν· καὶ ὁ Ἀκύλας ὁμοίως, ἔλεος καὶ ἀλήθεια διατηρήσουσιν αὐτόν. ταῦτα γὰρ τῆς ἀθανασίας αὐτῷ ἔσται αἴτια, τὸ τοῦ θεοῦ ἔλεος καὶ ἀλήθεια· ὧν μεταλαμβάνων πᾶς ὁ θεοφιλής, ὥσπερ ἀπὸ ἁλῶν ἀρτυόμενος, φυλαχθήσεται εἰς αἰώνιον ζωήν. οὐ γὰρ δὴ ὁμοίως τῷ θεῷ πεφυκὼς τὴν οὐσίαν, ὁμοίως αὐτῷ ζήσεται· ἀλλ᾽ ὑπὸ τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ καὶ ὑπὸ τῆς ἀλη- D θείας αὐτοῦ διαφρουρούμενος.

Οὕτως ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, τοῦ ἀποδοῦναί με τὰς εὐχάς μου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. ταῦτα τοῦ ἁγίου πνεύματος τῇ τοῦ Δαυὶδ ὑφηγησαμένου ψυχῇ, μαθὼν ὥσπερ παρὰ διδασκάλου τὰ λεχθέντα, ἐπισφραγίζεται τῇ πίστει τὸν λόγον ἀναφωνῶν καὶ λέγων· οὕτω ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· οὐχ ἁπλῶς δέ, ψαλῶ φησὶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης τῆς, οὕτω. πῶς δὲ οὕτω, ἀλλ᾽ ὡς προεδίδαξε τὸ E πνεῦμα τὸ ἅγιον φῆσαν· ἔλεος καὶ ἀλήθεια περιφράξει αὐτόν. οὕτω γὰρ ὑπὸ τοῦ σοῦ ἐλέους καὶ ὑπὸ τῆς σῆς ἀληθείας περιφραττόμενος καὶ διατηρούμενος, ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. τεθάρρηκα γὰρ ζωῆς αἰωνίου τεύξεσθαι καὶ ἀθανασίας τῆς παρὰ σοὶ διὰ τὸ σὸν ἔλεον καὶ διὰ τὴν σὴν ἀλήθειαν, ἀλλ᾽ οὐ διὰ τὰς ἐμὰς ἀρετάς. οὕτως οὖν ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, τοῦ ἀποδοῦναί με τὰς εὐχάς μου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἀποδιδοὺς τὰς εὐχάς μου καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν. οὐδέποτε γὰρ

* πρώτων;

ἀπολείψομαι τοῦ μὴ ἀποδιδόναι τὰς ἐμὰς ἐπαγγελίας, ὥσπερ ὀφειλὰς διηνεκεῖς καὶ ἐμοὶ σωτηρίους. ταύτας γὰρ διατελέσω καὶ εἰς τὸν ἄπειρον αἰῶνα ἀποδιδούς. οὐδὲ γὰρ ἀργὸς καὶ ἀπράκτος ἔσομαι κατ' ἐκείνην τὴν αἰώνιον ζωήν, τὴν δὲ πρέπουσαν καὶ ὀφειλομένην ἀποδιδοὺς τῷ θεῷ κἀκεῖ πρᾶξιν διατελέσω. αὕτη δέ ἐστιν ἡ ὀφειλομένη καὶ αὐτῷ πρέπουσα διηνεκὴς εὐχαριστία.*

A sinam promissis stare, quasi perpetuis mihique salutaribus debitis. Illa enim vel per infinita sæcula reddere perseverabo. Siquidem non otiosus, non opere vacuus in illa æterna vita ero; sed congruentem debitamque Deo ibi operam præstabo. Hæc quippe est debita & ipsi congruens perpetua gratiarum actio.

* Post hæc sequitur catalogus titulorum Eusebii in undecim sequentes psalmos hoc ritu, Σχόλια ἐξηγήσεως εἰς τοὺς ὑποτεταγμένους ψαλμούς. εἰς τὸν ξα΄. ἐν ᾧ ἡ ἐν διδασκαλίᾳ θεραπεία, & sic tituli cujusque, usque ad οα΄, ut initio editi sunt, adferuntur.

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. ξα΄. B

Οὐχὶ τῷ θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. ὁ μὲν προκείμενος ψαλμὸς εἴρηται μὲν τῷ Δαυίδ, πρόσκειται δὲ τῇ ἐπιγραφῇ, ὑπὲρ Ἰδιθούμ. διδάσκοντος ἡμᾶς τοῦ λόγου, ὡς ἄρα ὁ Δαυὶδ ὑπὲρ τοῦ Ἰδιθοὺμ συντάξας τὸν ψαλμόν, παρέδωκεν αὐτῷ μελετᾶν, καὶ ἀντὶ ἐπῳδῆς χρῆσθαι εἰς θεραπείαν, συμφορᾶς τινος ἐπισυμβάσης αὐτῷ. καὶ ὁ λ΄. δὲ καὶ η΄. ἐπιγέγραπτο, εἰς τὸ τέλος τῷ Ἰδιθοὺμ ᾠδὴ τοῦ Δαυίδ. ἐν ᾧ καὶ αὐτῷ ὁμοίως διδασκαλίαν C παρεδίδου ὁ Δαυὶδ τῷ Ἰδιθούμ, διὰ τὴν αὐτὴν οἶμαι κατάστασιν. ἐνταῦθα μὲν γὰρ λέλεκται, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον, φονεύετε πάντες ὑμεῖς; ἐν δὲ τῷ λη΄. ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου, ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν, καὶ τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη· καὶ πάλιν, ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν μου ῥῦσαί με, ὄνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με. καὶ θέα τινὰ τρόπον ἐμφαίνει δι' ἀμφοτέρων ἐν πειρασμῷ τινι ἐξητάσθαι καὶ δεινὰ πεπονθέναι· διὰ ταύτας προσίετο τὰς φωνάς. καὶ ἐν μὲν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ προϊὼν D φησι· πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς, τοῦ ἀδικῆσαι αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό. καὶ ἐν ἐκείνῳ δὲ ὁμοίως εἴρητο, πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης πᾶς ἄνθρωπος ζῶν· καὶ πάλιν, πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος· ἅπερ οὐδὲν ἂν διαφέροι τοῦ· πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό. ἔτι πρὸς τούτοις ἐν τῷ λη΄. εὕροις ἂν εἰρημένον τό, μέντοι γε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος· πλὴν μάτην ταράσσονται. θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι E συνάξει αὐτά. σύμφωνα δὲ τούτοις εἴη ἂν καὶ τὰ μετὰ χεῖρας λεγόμενα ἐν τούτοις· μὴ ἐλπίζετε ἐπὶ ἀδικίαν, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθῆτε· πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ μὴ προστίθεσθε τῇ καρδίᾳ. καὶ σὺ δ' ἂν ἐπὶ σχολῆς ἐκ παραλλήλου τὰς ἐν ἀμφοτέροις τοῖς δηλωθεῖσι ψαλμοῖς ἐγκειμένας λέξεις παραθεὶς ἀλλήλαις, εὕροις ἂν μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἐχομένας διανοίας.

In finem, pro Idithum psalmus Davidi. LXI. 1

Nonne Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim Salutare meum. Hic psalmus 2
Davidi quidem dictus est, inscriptioni porro additur, *pro Idithum.* Quibus edocemur, Davidem cum pro Idithum psalmum adornasset, ipsi tradidisse ad meditandum; ut eo, accidente calamitate, quasi incantamento uteretur ad medelam. Item XXXVIII. inscriptus est: *In finem, ipsi Idithum, canticum Davidis.* In quo similiter David doctrinam ipsi Idithum in pari rerum, ut arbitror, conditione tradidit. Nam hic dicitur: *Non movebor amplius. Quousque irruitis in hominem? interficitis universi vos.* In XXXVIII. autem: *Cum consisteret peccator adversum me, obmutui & humiliatus sum & silui a bonis, & dolor meus renovatus est;* Psal. 38. 2
& rursum, *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insipienti dedisti me.* Ibid. 9
Animadverte porro, quo pacto in utroque se in tentatione constitutum & gravia passum significet; qua de causa hasce protulit voces. Et in præsenti quidem psalmo deinceps ait: *Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut injuriam faciant ipsi de vanitate in idipsum:* in illo autem similiter dicebatur, *Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens;* ac iterum, *Verumtamen vane omnis homo;* quæ in nullo differant ab hisce, *Verumtamen vani filii hominum, ipsi ex vanitate in idipsum.* Ibid. 6
Ad hæc in XXXVIII. dictum deprehendas: *Verumtamen in imagine pertransit homo. Verumtamen vane conturbantur. Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea;* quibus consona fuerint hæc in præsenti dicta: *Nolite sperare in iniquitate, & rapinam nolite concupiscere: divitiæ si affluant, nolite cor adponere.* Quod si tu per otium dicta in utroque psalmo posita adversum contuleris, eamdem spectare sententiam deprehendes. Ibid. 7

David itaque ipsi Idithum accidente tentione, & forrasse lapsu, hanc doctrinam medelæ opportunam tradidisse videtur; ut sese reciperet, & a lapsu revocaret. In XXXVIII. quidem ipsum instituebat, ut sese cohortaretur, ac secum colloquia misceret diceretque: *Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me, obmutui & humiliatus sum & silui a bonis, & dolor meus renovatus est*, & cætera. In quibus adest & illud: *Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me, opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu fecisti*; ac rursus: *Amove a me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci.* Hæc & similia ut diceret ac Deo tales orationes emitteret, in illo psalmo instituebatur Idithum; in hoc autem similiter eidem viro auctor est David ut colloquia secum misceat ac dicat: *Nonne Deo subjecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum?* Queis significat se vacillasse, ac quamdam perturbationem animæ passum esse. Quia igitur ingruentibus tentatoribus tantillum animo fractus est, id animadvertens, non ut ille qui dicebat, *Mei autem pene moti sunt pedes*; sed ut vere motus, necessario ad hæc dicenda instituitur: *Non movebor amplius*; sive secundum Aquilam, *Fallar multum*; secundum Quintam editionem dicitur etiam, *Non movebor amplius.* Consonat autem doctrinæ præsentis sententia prophetiæ dicenti: *Væ qui detrahunt peccata ut funiculo longo, & quasi plaustri loro bucula, iniquitates*; atque illi: *Numquid qui cadit, non resurget, & qui avertitur non revertetur? Quare avertitur aversione impudenti, dicit Dominus?* Hæc quippe omnia docent eum qui semel lapsus sit, ut in peccato non maneat, neque despondeat animum, neque tentationis fluxui sese dedititium præbeat. Quare necessario edocetur Idithum ad sui medelam hæc proferre: atque primo ad magnum Servatorem & animarum medicum confugere; deindeque animam suam non hominibus, neque terrorem incutientibus subjicere; sed unum magnum judicem & Deum ob oculos ponere, ipsique soli animam subjicere suam, liberamque ipsam ab omni extraneo metu statuere. Quamobrem ait: *Nonne Deo subjecta erit anima mea?* & cætera. Hic rursum salutare Hebraïca voce, & ipsissimis elementis, queis salutaris nostri Jesu nomen, scribitur.

Psal. 38. 2.

Ibid. 9.

Ibid. 11.

3. Psal. 72. 2.

Aquilæ.

Quintæ.

Hos. 5. 18.

Jerem. 8. 4.

Lectio Hebraici exemplaris.

Hæc legens quispiam opportune quærat: quid causæ est quod, cum duo tantum sint *pro Idithum*, vel secundum Aquilam, *de Idithum*, inscripti, ii tamen non consequen-

Aquilæ.

A ὁ τοίνυν Δαυὶδ ἔοικε τῷ Ἰδιθοὺμ πειρασμῷ τινι περιπεπτωκότι, τάχα που καὶ ὀλισθήματι, διδασκαλίαν θεραπευτικὴν παραδεδωκέναι· ὅπως ἀναλάβοι ἑαυτὸν καὶ ἀνακτήσοιτο τοῦ συμβάντος αὐτῷ πταίσματος. ἐδίδασκε γοῦν αὐτὸν ἐν μὲν τῷ λη΄. ἑαυτῷ παραινεῖν καὶ πρὸς ἑαυτὸν διαλέγεσθαι καὶ λέγειν· εἶπα, φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν ἐν γλώσσῃ μου. ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακὴν, ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐνώπιόν μου. ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν, καὶ τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη, καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς· ἐν οἷς ἦν καὶ τὸ, ἀπὸ πα-
B σῶν τῶν ἀνομιῶν μου ῥῦσαί με, ὄνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με· ἐκωφώθην καὶ οὐκ ἤνοιξα τὸ στόμα μου, ὅτι σὺ ἐποίησας. καὶ πάλιν· ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου· ἀπὸ τῆς ἰσχύος τῆς χειρός σου ἐγὼ ἐξέλιπον. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐδιδάσκετο λέγειν καὶ τῷ θεῷ τοιαύτας εὐχὰς ἀναπέμπειν ὁ Ἰδιθοὺμ ἐν ἐκείνῳ· καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας δὲ ὡσαύτως τὸν αὐτὸν ἄνδρα ὁ Δαυὶδ διδάσκει ἑαυτῷ προσδιαλέγεσθαι καὶ λέγειν, οὐχὶ τῷ θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου· σημαίνει σεσαλεῦσθαι αὐτὸν, καὶ τινὰ ταραχὴν τῇ ψυχῇ πεπονθέναι. ἐπεὶ τοίνυν τῶν πειρα-
C ζόντων ἐπιθεμένων αὐτῷ γέγονέ τις αὐτῷ ἀτονία· ᾔσθετό τε ἑαυτοῦ οὐ κατὰ τὸν εἰρηκότα· ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες· ἀλλὰ καὶ ἀληθῶς σαλευθέντος, ἀναγκαίως διδάσκεται λέγειν· οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· σφαλήσομαι πολλήν· καὶ κατὰ τὴν πέμπτην δὲ ἔκδοσιν εἴρηται, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. σύμφωνος δ' ἂν εἴη ὁ νοῦς τῆς προκειμένης διδασκαλίας τῇ φασκούσῃ προφητείᾳ· οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας· καὶ τῇ, μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, καὶ ὁ
D ἀποστρέφων οὐκ ἀναστρέφει; ἵνα τί ἀποστρέφεται ἀποστροφὴν ἀναιδῆ λέγει κύριος; πάντα γὰρ ταῦτα διδάσκει τὸν ἅπαξ ἡμαρτηκότα μὴ παραμένειν τῷ ἁμαρτήματι, μηδὲ ἀπογινώσκειν ἑαυτὸν, μηδὲ ἔκδοτον παρέχειν τῷ τοῦ πειρατηρίου ῥεύματι. διὸ ἀναγκαίως διδάσκεται ὁ Ἰδιθοὺμ ἐπᾴδειν ἑαυτῷ, καὶ τὰ προκείμενα λέγειν. καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὸν μέγαν σωτῆρα καὶ τῶν ψυχῶν ἰατρὸν καταφεύγειν· ἔπειτα ὑποτάττειν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, μηκέτι ἀνθρώποις, μηδὲ τοῖς ἐκφοβοῦσιν· ἕνα δὲ μόνον πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενον τὸν μέγαν κριτήν τε καὶ θεὸν, αὐτῷ
E μόνῳ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑποτάττειν, ἐλευθέραν τε αὐτὴν παντὸς ἀλλοτρίου φόβου. διό φησιν· οὐχὶ τῷ θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; καὶ τὰ ἑξῆς. πάλιν δὲ κἀνταῦθα τὸ σωτήριον Ἑβραϊκῇ φωνῇ διὰ τῶν αὐτῶν στοιχείων, δι' ὧν γράφεται τὸ τοῦ σωτηρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ὄνομα, φέρεται.

Εὐλόγως δέ τις ζητήσειεν τούτοις ἐντυγχάνων· τί δήποτε μόνων δύο ὄντων τῶν ὑπὲρ τοῦ Ἰδιθοὺμ, ἢ περὶ τοῦ Ἰδιθοὺμ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἰρημένων· οὔτ' ἐφεξῆς ἀλλήλοις κεῖνται ἀμφότεροι,

μακρὰν δ' ἀπεσχοινισμένοι τυγχάνουσι. τὴν δὲ τούτων αἰτίαν ἐν τοῖς εἰρημένοις ἡμῖν εἰς τὸν λη'. γραμματικαῖς ἀποδείξεσι παρεστήσαμεν· ἀλλὰ καὶ τίς ἦν ὁ Ἰδιθούμ, ἤδη πρότερον ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ δεδηλώκαμεν, τὴν ἀπὸ τῶν παραλειπομένων ἱστορίαν παραθέμενοι· δι' ἧς ἐδείκνυτο εἷς τῶν ἐκλελεγμένων εἰς τὸ αἰνεῖν τὸν θεὸν γεγονώς. γέγραπται γοῦν· καὶ κατέλιπον ἐκεῖ ἐναντίον τῆς κιβωτοῦ τῆς διαθήκης κυρίου τὸν Ἀσὰφ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ λειτουργεῖν ἐναντίον τῆς κιβωτοῦ. καὶ ἑξῆς εἴρηται· Αἰμὰν καὶ Ἰδιθοὺμ καὶ οἱ λοιποὶ ἐκλεγέντες ἐπ' ὀνόματος τοῦ αἰνεῖν τὸν κύριον, ὅτι εἰς αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. καὶ πάλιν· μετ' αὐτῶν Αἰμὰν καὶ Ἰδιθούμ, σάλπιγγες τε καὶ κύμβαλα τοῦ ἀναφωνεῖν, καὶ ὄργανα τῶν ᾠδῶν τοῦ θεοῦ, υἱοὶ Ἰδιθοὺμ εἰς τὴν πύλην. καὶ αὖθις· καὶ ἔστησεν ὁ βασιλεὺς Δαυὶδ καὶ οἱ ἄρχοντες τῆς δυνάμεως εἰς τὰ ἔργα τοὺς υἱοὺς Ἀσὰφ καὶ Αἰμὰν καὶ Ἰδιθούμ, τοὺς ἀποφθεγγομένους ἐν κινύρα, καὶ ἐν νάβλαις καὶ ἐν τυμπάνοις. ἀντὶ δὲ τοῦ, τοὺς ἀποφθεγγομένους, ὁ μὲν Ἀκύλας, τῶν προφητῶν· ὁ δὲ Σύμμαχος, τῶν προφητευσάντων διὰ λύρας, ἐξέδωκεν· ὥστε προφήτας χρὴ νομίζειν γεγονέναι τοὺς δηλουμένους. καὶ αὖθις ἑξῆς εἴρηται τῷ Ἰδιθούμ· υἱοὶ Ἰδιθούμ, Γοδολείας, καὶ Σουρεί, καὶ Αἰείας, καὶ Σεδείας, καὶ Ματθίας, ἓξ μετὰ τὸν πατέρα αὐτῶν Ἰδιθοὺμ ἐν κινύραις ἀνακρουόμενοι. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐν κινύραις ἀνακρουόμενοι, πάλιν ὁ Ἀκύλας, κιθάρᾳ προφητεύοντος· ὁ δὲ Σύμμαχος, διὰ λύρας τοῦ προφητεύοντος, ἐξέδωκεν. οὐκοῦν καὶ ὁ Ἰδιθοὺμ εἷς ἦν τῶν προφητευόντων διὰ λύρας· διὸ καὶ εἰκότως εἴποι ἄν τις ἐντεῦθεν ὁρμώμενος, μὴ τὸν Δαυὶδ συντάξαι τὸν ψαλμὸν καὶ δεδωκέναι τῷ Ἰδιθούμ, μηδὲ τὸν Ἰδιθοὺμ ὑποπεπτωκέναι τῷ πειρασμῷ, καὶ θεραπείας δεδεῆσθαι τῆς παρὰ τοῦ Δαυίδ. μηδὲ γὰρ τὴν γραφὴν ὑπαίτιόν που τὸν Ἰδιθοὺμ εἰσάγειν· ἀλλ' ἔμπαλιν μᾶλλον τὸν Δαυὶδ πειρασμῷ περιπεπτωκέναι διδάσκειν. διὸ καὶ φῆσαι ἂν εἰκότως, προφήτην ὄντα τὸν Ἰδιθούμ, τοὺς ἐν ἀμφοτέροις τοῖς προδηλωθεῖσι ψαλμοῖς λόγους συντάξαι, καὶ τῷ Δαυὶδ παραδεδωκέναι, ὡς ἂν ὠφελοῖτο καὶ θεραπεύοιτο ἐξ αὐτῶν, ἐπὶ τοῖς αὐτῷ συμβεβηκόσι. δοκεῖ δέ πως ταύτῃ τῇ διανοίᾳ συμβάλλεσθαι καὶ ὁ Σύμμαχος, τὴν προγραφὴν τοῦτον ἑρμηνεύσας τὸν τρόπον· ἐπινίκιος διὰ Ἰδιθοὺμ ᾠδὴ εἰς Δαυίδ. καὶ μήποτε μετὰ τὸ σφάλμα τὸ ἐπισυμβὰν τῷ Δαυὶδ ἐπὶ τῇ τοῦ Οὐρείου γυναικί, μηκέτι οἷός τε αὐτοῦ κατὰ τὸ παλαιὸν προφητεύειν, πολλῶν δὲ πειρασμῶν ἐπανισταμένων αὐτῷ καὶ συμφορῶν ἐπαλλήλων, ὁ Ἰδιθοὺμ πνεύματι ἁγίῳ συντάξας τοὺς προκειμένους λόγους, ὥσπερ τινὰ φάρμακα ψυχῆς θεραπευτικὰ ἐπιδίδωσιν αὐτῷ, εἰς τὸ παραμυθεῖσθαι ἐκ τῆς ἐν αὐτοῖς διδασκαλίας; καὶ δὴ δυσὶν ἐκδοχαῖς ἐπιβάλλοντες εἰς τὰ προκείμενα τοῖς ἐντυγχάνουσιν, θατέρας αὐτῶν τὴν αἵρεσιν καταλείψομεν.

A ter, sed longo intervallo dissiti jaceant. [a] Hujus rei causam, cum de XXXVIII. ageretur, grammaticis demonstrationibus allatis descripsimus. Sed etiam quis esset Idithum, jam eodem in psalmo declaravimus, allata ad hanc rem Paralipomenon historia; qua demonstratur eum e numero delectorum ad Deum laudibus celebrandum fuisse. Scriptum itaque est: *Et reliquerunt ibi coram arca testamenti Domini Asaph & fratres ejus, ut ministrarent in conspectu arcæ*; ac deinceps dicitur, *Æman & Idithum & reliqui* B *ex nomine electi ad laudandum Dominum: Quoniam in æternum misericordia ejus*; ac rursum: *Cum ipsis Æman & Idithum, tuba & cymbala ad pulsandum, & instrumenta canticorum Dei: filii Idithum in porta*; ac iterum: *Et statuit rex David & principes exercitus ad ministeria filios Asaph & Æman & Idithum, vociferantes cinyra, nablis & cymbalis.* Pro illo autem, *vociferantes*, Aquila, *prophetas*, Symmachus vero, *prophetantes lyra*, ediderunt; ita ut memorati viri prophetæ reputandi sint. Rursumque fertur de I- C dithum: *Filii Idithum, Godolias, Suri, Æéas, Sedéas & Matthias, sex post patrem suum Idithum, cinyris concrepantes.* Pro illo autem, *cinyris concrepantes*, Aquila rursum, *cithara prophetans*; Symmachus vero, *lyra prophetantis*, edidit. Idithum ergo e numero prophetantium lyra fuit; quamobrem jure quis, hinc argumentum mutuatus, dixerit, Davidem nec composuisse psalmum, nec ipsi Idithum tradidisse: neque Idithum in tentationem delapsum, ut medelam a Davide acciperet opus habuisse. Neque enim Scri- D ptura uspiam ipsum Idithum reum inducit; imo potius Davidem in tentationem lapsum esse docet. Quare congruenter dicatur, ipsum Idithum, utpote prophetam, memoratos duos psalmos composuisse, & Davidi tradidisse, ut ex iis utilitatem ac remedium in accidentibus malis perciperet. Huic porro sententiæ conferre Symmachus videtur, qui titulum hac ratione interpretatus est: *Triumphale per Idithum, canticum in Davidem.* Num forte post lapsum Davidis erga Uriæ uxorem, cum nondum posset pristino more prophetare, multæque E tentationes, calamitatesque frequentes instarent, Idithum Spiritu sancto afflatus hos ab se compositos sermones, quasi remedia ad medelam animæ parata, ipsi tradidit, ut eorum doctrinâ solatium acciperet? Sane cum ad præsens argumentum duas sententias legentibus attulerimus; utram velint amplecti, per nos licebit.

Margin notes: Paral. 16. 37. — Ibid. 41. — Ibid. 42. — 1. Paral. 25. 1. — Aquilæ. — Symmachi. — Aquilæ. — Symmachi. — Symmachi.

[a] Hæc enarratio ex trigesimo octavo psalmo excidit.

4. *Quousque irruitis in hominem, interficitis* A
universi vos? tamquam parieti inclinato &
materiæ depulsæ. His declarat David se non
unam perpessum tentationem, neque uno
ab adversariis velut vulnere confossum; sed
diuturno tempore percussum, ac inflictas
plagas patienter ferentem, cædentes talibus
dictis compellare: *Quousque irruitis in ho-*
Aquilæ. *minem?* sive secundum Aquilam, *Quousque*
Symmachi. *insidiamini?* vel secundum Symmachum,
Quousque in vanum laborabitis? Exinde in-
sidiatorum arguens propositum infert: *In-*
terficitis universi vos. Homicidæ, inquit, e- B
stis: neque contra athletam quasi adver-
sarii statariam pugnam ad exercitationem
committitis; sed occidendi studio in me ir-
ruitis, & ut auxilio vacuum, ut murum jam
inclinatum & maceriem depulsam, aggre-
dimini. Nam quasi nemine circumvallante
aut muniente, animamque meam tutante,
ita irruitis. Quousque igitur hæc frustra
tentabitis, neque cessabitis, scientes inve-
nisse me præsidium, custodem ac servato-
rem? Quare fidenter dixi: *Nonne Deo sub-*
jecta erit anima mea? ab ipso enim salutare me- C
5. *um. Nam & ipse Deus meus & Salvator meus,*
susceptor meus, non movebor amplius. Verum-
tamen pretium meum cogitaverunt repellere,
cucurrerunt in siti, ore suo benedicebant, & corde
suo maledicebant. Diapsalma. Priora quidem
sive David sive Idithum sese alloquens di-
xit; secunda inimicos compellans protulit;
tertia ex propositis verbis nos edocent quo
consilio insidias ipsi pararint conjuratores.
Quocirca dicit: *Verumtamen pretium meum*
cogitaverunt repellere. Omnia quippe eorum D
molimina, omne consilium, non alio spe-
ctabant, quam ut me ab honore quo apud
Deum gaudebam deturbarent, & pristina
mea gloria spoliarent. Hinc consilio inito
ut honorem ac pretium mihi auferrent, cu-
currerunt in siti, meam cernere perniciem
Aquilæ. sitientes. Pro illo autem, *in siti*, Aquila, *In*
Symmachi. *fallacia*; Symmachus vero, *In mendacio*;
Quintæ. Quinta editio, *in falso*; & alia item editio,
Editionis alius. *in dolo*, interpretati sunt. Verisimile ita-
que est in nostra quoque lectione positum E
primo fuisse, *in mendacio*, ita ut diceretur,
cucurrerunt in mendacio; id est, inimici & in-
sidiatores mei, non duce veritate, sed cum
sese totos mendacio tradidissent, cursum
& studium suum contra me direxerunt: sed
sequentibus temporibus lapsu graphico, pro
illo, ἐν ψεύδει, i. *in mendacio*, ἐν δίψει, i. *in*
siti positum fuisse. Quomodo autem insi-
diatores illi currerent in mendacio, sub hæc
explicat dicens: *Ore suo benedicebant & cor-*
de suo maledicebant. Cum fallacia mollibus
utebantur dictis, ut me inescarent & ab illa

Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον; φονεύετε πάντες ὑμεῖς; ὡς τοίχῳ κεκλιμένῳ καὶ φραγμῷ ὠσμένῳ. ἐμφαίνει διὰ τούτων μὴ ἕνα μόνον πειρασμὸν ὑπομεμενηκέναι ὁ Δαυΐδ, μηδ' ὥσπερ μίαν πληγὴν εἰληφέναι ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων· ὡς δὲ ἐπὶ μακρῷ χρόνῳ τυπτόμενος, καὶ καρτερῶς ὑπομένων τὰς ἐπαγομένας αὐτῷ πληγάς, φάσκειν τοῖς τύπτουσιν· ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον; ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· ἕως τίνος ἐπιβουλεύετε; ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· ἕως τίνος ματαιοπονήσετε; εἶτα τὴν προαίρεσιν τῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῷ διελέγχων φησί· φονεύετε πάντες ὑμεῖς. φονευταὶ γάρ ἐστε φησί, καὶ οὐχ ὥσπερ ἀνταγωνισταὶ πρὸς ἀθλητὴν ἰσάμενοι μέχρι γυμνασίου ποιεῖσθαι τὴν ἅμιλλαν· ἀλλὰ φονικῇ προαιρέσει ἐπιτίθεσθέ μοι, καὶ ἐπιτίθεσθε ὡς ἀβοηθήτῳ, καὶ ὡς ἤδη κεκλιμένῳ τοίχῳ καὶ φραγμῷ ὠσμένῳ. ὡς γὰρ μηδενὸς περιφράττοντος μηδὲ περιτειχίζοντος καὶ τὴν ἐμὴν φρουροῦντος ψυχήν, οὕτως ἐπιτίθεσθε. ἕως οὖν πότε ταῦτα ματαιοπονήσετε, καὶ οὐχὶ παύσεσθε λοιπόν, γνόντες ὅτι εὗρον τὴν ἐμαυτοῦ φυλακήν, καὶ τὸν ἐμαυτοῦ φρουρὸν καὶ σωτῆρα; διὸ ἐθάρρησα φάναι, οὐχὶ τῷ θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. καὶ γὰρ αὐτὸς θεός μου καὶ σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον· πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι, ἔδραμον ἐν δίψει· τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. διάψαλμα. τὰ μὲν πρῶτα αὐτὸς ἑαυτῷ ἤτοι Δαυΐδ, ἢ Ἰδιθοὺμ διείλεκται. τὰ δὲ δεύτερα πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀπετείνατο· τὰ δὲ τρίτα διὰ τῶν προκειμένων ἡμᾶς διδάσκει, τί ποτε βουλευόμενοι οἱ ἐπιβουλεύοντες αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν κατεσκεύαζον. διό φησι, πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι. ἡ γὰρ πᾶσα σκέψις αὐτῶν καὶ ἡ βουλή, οὐδὲν ἕτερον, φησίν, ἢ καταβαλεῖν με τῆς παρὰ τῷ θεῷ τιμῆς καὶ γυμνῶσαι τῆς δόξης ἧς εἶχον πρότερον ἐσπούδαζεν. εἶτα βουλευσάμενοι ταύτην μου τὴν τιμὴν περιελεῖν, ἔδραμον ἐν δίψει τὴν ἐμὴν ἀπώλειαν θεάσασθαι διψῶντες. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐν δίψει, ἐν διαψεύσματι ὁ Ἀκύλας· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐν ψεύσματι· ἡ δὲ ε΄ ἔκδοσις, ἐν ψεύδει· καὶ πάλιν ἑτέρα ἔκδοσις, ἐν δόλῳ ἡρμήνευσαν. εἰκὸς οὖν καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀναγνώσει, κεῖσθαι μὲν πρότερον τό, ἐν ψεύδει· ἵν' ᾖ τὸ λεγόμενον· ἔδραμον ἐν ψεύδει, τουτέστιν οἱ ἐχθροί μου καὶ οἱ ἐπιβουλεύοντες, οὐ σὺν ἀληθείᾳ τὸν κατ' ἐμοῦ δρόμον, καὶ τὴν κατ' ἐμοῦ σπουδὴν ἐποιοῦντο· ὅλους δὲ αὑτοὺς τῷ ψεύδει παραδόντες· σφάλμα δὲ γραφικὸν γεγονέναι ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα συνέβη χρόνοις, ὥστε ἀντὶ τοῦ, ἐν ψεύδει, ἐν δίψει γραφῆναι. πῶς δὲ ψευδόμενοι οἱ ἐπιβουλεύοντες ἔδραμον, διερμηνεύει λέγων ἑξῆς, τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. ἀπατῶντες γάρ, λόγοις γλυκέσιν ἐχρῶντο πρὸς τὸ καθελκύσαι με καὶ καταβαλεῖν τῆς

παρὰ τῷ θεῷ στάσεως. διὸ εὐλογεῖν ἐδόκουν, καὶ ἐπαινεῖν με καὶ ἀποδέχεσθαι εἰς πρόσωπον· τὰ δὲ τῆς διανοίας αὐτῶν πεπλήρωτο καταρῶν· δι' ὧν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι, καὶ κατάρᾳ με ὑποβαλεῖν. διδασκόμεθα δὲ διὰ τούτων ὅτι δὴ πάντες οἱ τοῖς τοῦ θεοῦ ἀνθρώποις ἐπιβουλεύοντες, οὐδὲν ἕτερον σπουδάζουσιν, ἢ τῆς παρὰ τῷ θεῷ τιμῆς γυμνῶσαι αὐτούς.

Αὐτοὶ δὲ εἰς μάτην ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου. ἐγὼ μὲν φησὶ σοὶ τῷ ἐμαυτοῦ σωτῆρι προσεῖχον, καὶ σοὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν συνῆπτον, τοῖς τε σοῖς ἐμελέτων λόγοις, ἐν φυγῇ τυγχάνων καὶ ἐν ἐρημίαις ποιούμενος τὰς διατριβάς. οὐ γὰρ ἠμυνόμην τοὺς ἐλαύνοντάς με, ἀλλ' οὐδὲ σοὶ τῷ θεῷ σχολάζων, εὐχὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνέπεμπον· σοὶ δὲ μόνῳ προσεῖχον ὡς ἔφην. οἱ δὲ οὐ διέλιπον ματαίαν σπουδὴν κατὰ τῆς ψυχῆς μου ποιούμενοι· εἰς μάταιον γὰρ ἐζήτουν αὐτήν, ἀνεύρετον αὐτοῖς οὖσαν διὰ τὸ κεκολλῆσθαι ὀπίσω σου. διόπερ τὰ περιμένοντα αὐτοὺς αὐτοὶ μὲν οὐκ ἴσασι, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον θεσπίζει. εἶθ' ἑξῆς τούτοις προφητικῶς ἀναφωνεῖ λέγον· εἰσελεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς. ἐπειδὴ γὰρ τὰ τῆς γῆς ἐφρόνουν καὶ τῶν κάτω γεγόνασιν, εἰκότως τἀπίχειρα πείσονται οἷς ἔδρασαν. ὁ μὲν γὰρ τῷ θεῷ συναφθεὶς, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτῷ προσκολληθεὶς, ἐλπίδας ἕξει βασιλείας οὐρανῶν· οἱ δὲ τὴν ἐναντίαν δραμόντες καὶ τὰ κάτω φρονήσαντες, εἰς τὸν ἀλλαχοῦ λάκκον ὠνομασμένον καταχθέντες, ἐν τοῖς κατωτάτω τῆς γῆς ἐλεύσονται. τέως μὲν γὰρ πᾶς ἄνθρωπος τὴν ἐπιφάνειαν οἰκῶν τῆς γῆς, τὰ κάτω μόνα οἰκεῖν λέγεται κατὰ τὸν φήσαντα, ὅτι ὁ θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σὺ ἐν τῇ γῇ κάτω. μετὰ δὲ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν, οἱ μὲν θεοφιλεῖς οὐρανὸν ἕξουσιν οἰκητήριον, εἰς τὰ ἀνώτερα μετεωρισθέντες καὶ ἁρπαγησόμενοι ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου, οὕτω τε πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμενοι· οἱ δ' ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς καταβήσονται· ὧν μεμνημένος ὁ ἀπόστολος ἔλεγεν· εἰς τὰ κατώτερα τῆς γῆς ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστιν ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. καὶ μέχρι γὰρ τῶν κατωτάτω τῆς γῆς ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν καταβέβηκεν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα τῆς σωτηρίου δυνάμεως. τοῦτο δὲ καὶ τῷ Ἰὼβ σημαίνει ὁ χρηματίζων κύριος ἐν οἷς φησίν· ἦλθες δὲ ἐπὶ γῆν * θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας. ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου, πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν. ἀλλ' ὁ μὲν καὶ μέχρι τῶν ἐκεῖ καταβέβηκεν, ἵνα τὰς πάλαι τῶν ἁγίων αὐτόθι συνεχομένας ψυχὰς ἐλευθερίας ἀξιώσῃ. οἱ δὲ ἀσεβεῖς εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς κατενεχθέντες, παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας. ἔστι γάρ τις ἐκεῖ ῥομφαία θανάτου, ἧς ὁ σωτὴρ μνημονεύων ἐν κα'. ψαλμῷ ἔλεγε· ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου· σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. ταῦτα δὲ πάντα περὶ ἀντικειμένων δυνάμεων ἐλέγετο· οὐ μόνον δὲ εἰς χεῖρας ῥομφαίας παραδοθήσονται οἱ προειρηκότες, ἀλλὰ καὶ διασπασθήσονται ὧδε κἀκεῖσε περιελκόμενοι ὑπὸ δεινῶν τινων καὶ παντοίων

* In Bibliis, πηγήν.

hinc se castitati puritatique deditum declarabat.

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam. Ego quidem, ait, tibi Servatori meo hærebam, atque perfugus & in solitudine degens, tibi animam copulabam meam, & sermones tuos meditabar: neque enim insequentes me propulsabam, neque etiam dum tibi Deo vacarem, preces fundebam contra inimicos; sed tibi uni, ut dictum est, adhærebam. Illi vero futilem adversus animam meam sollicitudinem suscipere non desistebant: in vanum quippe quærebant eam, quæ quoniam tibi hærebat, ab ipsis minime reperiri poterat: quare quæ se manent ipsi quidem ignorant, sed Spiritus sanctus vaticinatur. Deinde vero hæc prophetice vociferatur: *Introibunt in inferiora terræ.* Quandoquidem enim terrena sapiebant, & in infimis constituti erant, jure facinorum præmia recipient. Nam qui Deo conjunctus & animâ ipsi conglutinatus est, regni cœlorum spem obtinebit; qui vero contrariam decurrunt viam, & infima sapiunt, in lacum alias memoratum dejecti, introibunt in inferiora terræ. Dum enim quivis homo superficiem terræ incolit, in inferioribus tantum habitare dicitur, ut dicit quidam, *Quia Deus in cælo sursum, & tu in terra deorsum.* (Deut. 4. 39.) Post exitum autem ex hac vita, religiosi quidem homines cœlum pro domicilio habebunt, sursum elati, ac rapiendi in nubibus obviam Domino, ac sic semper cum Domino futuri; impii vero & peccatores in inferiora terræ descendent: quæ commemorans Apostolus dicebat: *In inferiores partes terræ qui descendit, ipse est qui adscendit super omnes cælos, ut impleret omnia.* (Ephes. 4. 10.) Etenim Servator & Dominus noster usque ad infima terræ descendit, ut salutari virtute impleret omnia. Hoc ipsum Jobo significat ille qui Dominus vocatur dicens: *Venisti autem in fontem maris, & in vestigiis abyssi ambulasti. Aperiuntur autem tibi timore portæ mortis: ostiarii inferni videntes te conterriti sunt.* (Job 38. 16.) Sed ille quidem ad eos qui istic habitabant descendit, ut animas justorum ibidem jamdiu detentas libertate donaret. 11.
Impii vero in inferiora terræ dejecti, tradentur in manus gladii. Est enim ibidem gladius quidam mortis, quem Servator in XXI. psalmo memorat his verbis, *Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam. Salva me ex ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam.* (Psal. 21. 21.) Hæc autem omnia de adversariis potestatibus dicta sunt. Non enim in manus gladii tantum prædicti homines tradentur, sed etiam huc illuc distrahentur à sævis quibusdam versu-

tisque spiritibus, qui vulpes hic nuncupantur, quia foveas subeunt, & in infimis penetralibus latibula habent. Hæ itaque vulpes impiorum animas istuc delapsas, ut oblatam prædam, comprehensas diripiunt, atque inter se dividunt. Sane talem fore impiorum finem Spiritus sanctus vaticinatur. De justo autem, qui supra memorata præclara
12. opera edidit, hæc subjungit: *Rex vero lætabitur in Deo: laudabuntur omnes qui jurant in eo; quia obstructum est os loquentium iniqua.* Mirum in modum hic regis nomen inductum est: siquidem David cum, ut demonstravimus, quo tempore hæc dicebat a Saüle fugeret, desertumque Judææ incoleret, nondum rex erat; sed Saül genti imperans regnum obtinebat. Quis ergo rex lætabitur in Deo? Sed dicet quispiam, ex præscientia futuri ipsum Davidem indicare: brevi namque, post mortem Saülis, regnaturus ipse erat. Dicet alius, jam tum Davidem fuisse regem, utpote a Samuële in regem unctum, atque ut talem a Deo reputatum; imo etiam tunc temporis regnasse in gentem sese comitantem, cujus meminit historia. Quia igitur insequentium ipsum finem sermo declaravit; consequenter ipsius quoque, utpote magno profectu aucti, laborum finem vaticinatur. Quare dicitur: *Rex vero lætabitur in Deo.* Nam ut generosus Dei athleta, magnis editis certaminibus, præmiis divinisque coronis donatus ea, quæ penes ipsum agonothetam est, lætitia fruetur. Ut e converso inimici ejus non faustum finem obtinuerunt, quippe qui in inferiora terræ ingressi, & traditi in manus gladii, partes vulpium fuerint. Quæ ad literam impleta esse in historia narratur, quando ab inimicis fugiens Saül latebras quærebat, petitamque a Deo opem non obtinuit, neque divino responso dignatus est; ita ut ideo engastrimytham adiret, & a Deo vetita curiosius inquireret. Tunc revera partes vulpium fuere cum ille tum comites ejus. Quare abs Deo derelicti, gladio inimicorum traditi sunt, & in bello ceciderunt. Sicut igitur illa nondum edita, insequentibus Davidem obventura, ex præscientia renuntiabantur; ita & ipsi Davidi prosperum finem Spiritus sanctus prædicebat his verbis, *Rex vero lætabitur in Deo.* Cum enim in Deo spem posuerit, ipsique animam conjunxerit suam, ita ut dicat, *Adhæsit anima mea post te,* supernam a Deo lætitiam obtinebit. Ac quisquis hac de re juravit, ut bene prolato juramento laudabitur; sive secundum Aquilam, *Gloriabitur qui jurat in eo.* Nam quisquis nihil dubitans, juramento adfirmaverit, regem a proposita spe numquam lapsu-

Aquilæ.

A γων πνευμάτων, οὓς ἀλώπεκας ὀνομάζει ὁ παρὼν λόγος. διὰ τὸ καταδεδυκέναι καὶ τοῖς κατωτάτω μυχοῖς ἐμφωλεύειν. οὗτοι δ' οὖν οἱ ἀλώπεκες ὥσπερ εὕρεμα τὰς ἐκεῖ καταπιπτούσας ψυχὰς τῶν ἀσεβῶν λαβόντες διαρπάζουσιν, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὰς μεριζόμενοι. καὶ τῶν μὲν ἀσεβῶν τοιοῦτον ἔσεσθαι τὸ τέλος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον θεσπίζει. περὶ δὲ τοῦ δικαίου τοῦ τὰ προλεχθέντα κατωρθωκότος ἐπιφέρει λέγον· ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ θεῷ· ἐπαινεθήσεται πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ, ὅτι ἐνεφράγη στόμα λαλούντων ἄδικα. σφόδρα παραδόξως ἐνταῦθα τὸ
B τοῦ βασιλέως εἴσηκται ὄνομα· Δαυὶδ μὲν γὰρ φεύγων τὸν Σαοὺλ, καὶ τὴν ἔρημον τῆς Ἰουδαίας οἰκῶν καθ' οὓς ταῦτα ἔλεγε χρόνους, δείκνυται οὐ μὴν ἤδη που βασιλεύων· Σαοὺλ δὲ κρατῶν τοῦ ἔθνους, τῆς βασιλείας ἡγεῖτο. ποῖος οὖν βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ θεῷ; ἀλλ' ἐρεῖ τις κατὰ πρόγνωσιν τοῦ μέλλοντος αὐτὸν σημαίνεσθαι τὸν Δαυίδ· ἤμελλε γὰρ ὅσον οὔπω τελευτήσαντος τοῦ Σαοὺλ βασιλεύειν αὐτός. ἕτερος δέ φησι καὶ τότ' ἤδη βασιλέα εἶναι αὐτὸν ἐπειδὴ κέχριστο ὑπὸ τοῦ Σαμουὴλ εἰς βασιλέα, καὶ παρὰ τῷ θεῷ λελόγιστο ἤδη βασιλεύς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐβα-
C σίλευε τοῦ συνιόντος αὐτῷ πλήθους, οὗ μέμνηται ἡ ἱστορία. ἐπεὶ τοίνυν τὸ τέλος τῶν ἐλαυνόντων αὐτὸν παρέστησεν ὁ λόγος, εἰκότως καὶ αὐτοῦ ὡς ἂν πολλὴν ἐνδειξαμένου προκοπὴν τὰ τέλη τῶν πόνων προφητεύεται. διὸ λέγεται· ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ θεῷ. ὡς γὰρ γενναῖος τοῦ θεοῦ ἀθλητὴς, μεγάλους ἀγῶνας διεξελθὼν, βραβείων τε καὶ θείων στεφάνων κατηξιωμένος, εὐφροσύνης ἀπολαύσει τῆς παρ' αὐτῷ τῷ ἀγωνοθέτῃ. ὥσπερ γὰρ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ τέλος οὐκ αἴσιον εἰλήφασιν, εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς εἰσελθόντες, καὶ παραδοθέντες εἰς χεῖρας ῥομφαίας, μερίδες τε
D ἀλωπέκων γενόμενοι· ἃ δὴ καὶ ἐπληροῦτο πρὸς λέξιν κατὰ τὴν ἱστορίαν, ὁπηνίκα φεύγων ὁ Σαοὺλ τοὺς πολεμίους ἐκρυπτάζετο, ζητῶν τε παρὰ τοῦ θεοῦ βοήθειαν, οὐχ ηὕρισκεν· ἀλλ' οὐδὲ ἀποκρίσεως θείας ἠξιοῦτο, ὡς διὰ τοῦτ' ἐλθεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἐγγαστρίμυθον, καὶ πολυπραγμονεῖν τὰ ἀπηγορευμένα ὑπὸ τοῦ θεοῦ. τότε γοῦν ἀληθῶς μερίδες ἀλωπέκων γεγόνασιν αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. διὸ καὶ καταλειφθέντες ὑπὸ τοῦ θεοῦ, τῇ τῶν πολεμίων ῥομφαίᾳ παρεδόθησαν πεσόντες ἐν τῷ πολέμῳ. ὥσπερ οὖν ταῦτα μηδέπω γενόμενα κατὰ πρόγνωσιν εἴρητο μέλλοντα ἔσεσθαι τοῖς
E τὸν Δαυὶδ ἐλαύνουσιν· οὕτω καὶ αὐτῷ τὰ αἴσια τέλη τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνεφώνει λέγον· ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ θεῷ. ἐλπίσας γὰρ ἐπὶ τὸν θεὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν συνάψας αὐτῷ, ὡς εἰπεῖν, ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου, τῆς ἀνωτάτω τεύξεται παρὰ τοῦ θεοῦ εὐφροσύνης. καὶ πᾶς δὲ ὁ ἐπὶ τούτοις ὀμνὺς ὡς ἂν εὐόρκων ἐπαινεθήσεται. ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, καυχήσεται ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ. ὁ γὰρ μὴ ἀμφιβάλλων, ἀλλὰ καὶ ὅρκον τιθέμενος περὶ τοῦ μή ποτε ἐκπεσεῖσθαι τὸν βασιλέα τῆς ἐπαγγελ-

μένης ἐλπίδος, ὡσανεὶ εὐορκῶν ἐπαινεθήσεται. καὶ ταῦτα ἔσται περὶ τὸν βασιλέα καὶ περὶ πάντα τὸν ὀμνύοντα περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἐνεφράγη τὸ στόμα λαλούντων ἄδικα. καθ' ἑτέραν δὲ διάνοιαν τοῦ δικαίου τελειουμένου κατὰ τὰς ἀποδοθείσας ἐν ἀρετῇ προκοπὰς, χαίρει καὶ εὐφραίνεται ὁ βασιλεὺς, ὁ τοῦ θεοῦ μονογενὴς υἱὸς εὐχαριστῶν τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ, τῷ τὰ τηλικαῦτα χαρίσματα δεδωρημένῳ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει. τοῦτον δὲ τὸν βασιλέα ὁ γνοὺς, καὶ ὅρκιον αὐτοῦ ποιούμενος τοὔνομα, πάντως γένοιτ' ἂν ἐπαίνου ἄξιος, ὡς ἂν μεμαθηκὼς ὅτι τῇ αὐτοῦ δυνάμει καὶ ὁ δίκαιος ἐτελειώθη, καὶ πᾶν στόμα τὸ πολλὰ λαλοῦν ἄδικα ἐνεφράγη. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα χρόνῳ τινὶ συνεχωρεῖτο τῷ τῶν ἀσεβῶν στόματι λαλεῖν ἄδικα καὶ καταβλασφημεῖν τοῦ δικαίου, καὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, ὡς μηδὲν ἐπαμύνοντος τοῖς δι' αὐτὸν ἐλαυνομένοις· ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος τοιαῦτα λαλεῖν συγχωρηθήσονται· φραγήσεται δὲ αὐτῶν τὸ ἀσεβὲς στόμα, καὶ ἡ κατὰ τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν μεγαλαυχία παυθήσεται, ἐπειδὰν καταλάβῃ αὐτοὺς τὰ προλεχθέντα τέλη.

rum esse, ut qui recte juraverit, laudabitur. Et hæc contingent tum regi, tum iis qui de ipso juraverint, *Quia obstructum est os loquentium iniqua.* Secundum aliam vero sententiam cum justus virtutum profectu auctus consummatur; tunc gaudet rex & exsultat, unigenitus scilicet Dei filius, Patri suo gratias referens, qui humanæ naturæ tanta gratiarum dona contulerit. Hunc porro regem qui noverit, ejusque nomine ad juramentum usus fuerit, is sane omni laude dignus habeatur; utpote qui edidicerit, ejus virtute justum consummatum, & os quodlibet injusta multa proferens obstructum fuisse. Etiamsi enim aliquanto tempore concessum impiis fuit, ut ore injusta multa proferrent, & blasphema dicta contra justum ipsumque Deum spargerent, utpote qui viros sui causa pulsos non ulcisceretur; illis sane non permittetur ut ad finem usque talia deblaterent; sed os impium ipsorum obstruetur, cessabitque illa contra pios homines arrogantia, cum illos memoratus finis exceperit.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. ξγ'.

In finem, psalmus David. LXIII. 1.

Εἰσάκουσον ὁ θεὸς προσευχῆς μου ἐν τῷ δέεσθαί με, ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἐξελοῦ τὴν ψυχήν μου. καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπει· ἐν ᾧ τὰ βραβεῖα τῆς ἄνω κλήσεως, καὶ τοὺς τῆς δικαιοσύνης στεφάνους οἱ τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν διηγωνισμένοι, παρὰ τοῦ μεγάλου λήψονται ἀγωνοθέτου. διὸ τὰ μὲν πρῶτα τοῦ ψαλμοῦ ἐχθροὺς εἰσάγει καὶ πονηρευομένους ἐπανισταμένους τῷ δικαίῳ· ἐν δὲ τῷ τέλει τοῦ παντὸς λόγου χρηστὰς ἐλπίδας ἐπισφραγίζεται λέγων· εὐφρανθήσεται δίκαιος ἐν τῷ κυρίῳ, καὶ ἐλπιεῖ ἐπ' αὐτόν· καὶ ἐπαινεθήσονται πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. τοιαῦτα τὰ τέλη τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ἠγωνισμένων εἶναι διδάσκει. ὁ γέ τοι τῆς θεοσεβείας ἀθλητὴς, μυρίους ἔχων ἐχθροὺς καὶ πολεμίους τῆς αὐτοῦ ψυχῆς, οὐχ ὁρατοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφανεῖς, μόνῳ προσφεύγει τῷ θεῷ καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν αἰτεῖ, μονονουχὶ λέγων· εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν τίς καθ' ἡμῶν; διὸ ταῖς εὐχαῖς σχολάζει τὸν θεὸν ἀνακαλούμενος καὶ λέγων· εἰσάκουσον ὁ θεὸς προσευχῆς μου ἐν τῷ δέεσθαί με. ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος, παρακούων δὲ τῶν τοῦ θεοῦ παραγγελμάτων, οὐκ ἂν δύναιτο χρῆσθαι τῇ τοσαύτῃ παρρησίᾳ· ᾧ γὰρ μέτρῳ μετροῦμεν ἀντιμετρεῖται ἡμῖν. διόπερ ἐν παροιμίαις ἡ τοῦ θεοῦ σοφία πρὸς τοὺς ἀπειθεῖς ἀποτείνεται λέγουσα· ἐπειδὴ ἐκάλουν καὶ οὐχ ὑπηκούσατε, καὶ ἐξέτεινον λόγους καὶ οὐ προσείχετε· ἀλλ' ἀκύρους ἐποιεῖτε τὰς ἐμὰς βουλὰς, ταῖς δὲ ἐμαῖς ἐντολαῖς οὐ προσείχετε. τοιγαροῦν

Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. 2.
Præsens quoque psalmus in finem remittit, quo bravia supernæ vocationis, & justitiæ coronas, qui bonum certamen certaverunt, a magno illo agonotheta accepturi sunt. Quare in principio psalmi, inimici & iniqui homines contra justum insurgentes inducuntur; in fine autem totius sermonis spem bonam obsignat his verbis, *Lætabitur justus in Domino, & sperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.* Talem futurum esse finem docet eorum qui pro justitia concertarunt. Religiosus vero athleta, a sexcentis hostibus inimicisque animæ, non solum visibilibus, sed etiam occultis impetitus, ad unum Deum confugit, ejusque auxilium postulat, hæc tantum non proferens: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Rom. 8. 31.
Quamobrem precibus dat operam, Deum invocans & dicens: *Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.* Qui vero hujusmodi non est, sed divinis præceptis non obtemperat, tanta fiducia uti non valet: qua mensura enim metimur, eadem remetietur nobis. Quapropter in Proverbiis hæc inobsequentibus Dei Sapientia edicit: *Quia vocavi, & non obedistis, extendi sermones, &* Prov. 1. 26.
non attendistis; sed irrita fecistis consilia mea, præceptis autem meis non obtemperastis. Itaque

ego quoque in interitu vestro videbo. Erit enim tempus quo invocabitis me, & ego non exaudiam. Si igitur exaudiri volumus cum invocamus Deum, idipsum nos divinis præceptis obtemperantes faciamus. Tunc enim multa cum fiducia nos quoque Deo dicere poterimus: *Exaudi Deus orationem meam cum deprecor.* Quid autem beatus David precabatur? (illius namque, ut æstimo, verba sunt, eo tempore prolata quo a Saüle & comitibus ejus fugiebat;) ut anima ipsius a timore inimici eriperetur, non autem ut inimicos non haberet, aut ut consilia eorum eliminarentur; sed anima ipsius imperterrita & intrepida maneret; ut imperturbatum gerens animum, ipse perinde atque
2. Cor. 4. 8. Paulus diceret: *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; persequutionem patimur, sed non derelinquimur; dejicimur, sed non perimus.* Hæc cum Deo diceret David, non erat beneficiorum, quæ sibi pridem collata fuerant, immemor. Quare de
2. præteritis gratias agens, infert: *Protexisti me a conventu malignantium, a multitudine operantium iniquitatem.* Cum jam enim præteritorum experimentum ceperim, numquam ea oblivisci possim; sed semper memoriâ tenens, grato semper animo sum. Sed tamen jam idem abs te auxilium postulo. Secundum reliquos autem interpretes una eademque servatur verbi expostulatio, unaque sermonis sententia: nam apud Symmachum dicitur, *Exaudi Deus vocem mei invocantis, a terrore inimici circummunies vitam meam: abscondes me a molitionibus malignorum, a perturbatione operantium iniquitatem.* Non enim quasi de præteritis, sed quasi de futuris, omnia dicta sunt, ac similiter secundum reliquos interpretes.

Symmachi.

Lectio reliquorum interpretum.

4. *Qui exacuerunt ut gladium linguas suas,*
5. *intenderunt arcum, rem amaram; ut sagittent*
6. *in occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum, & non timebunt.* Etiamsi David salutarem adventum tempore prævertit, Evangelicas tamen disciplinas, magistro Spiritu divino, non ignorabat; sed salutare il-
Matth. 10. 28. lud eloquium probe noverat, *Nolite timere ab iis qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere:* quare militaris aciei multitudinem, ac omni genere armorum hastisque instructos homines non reformidabat; sed illos quidem, utpote qui sine sudore & labore immanem illum Goliath prostravisset, despiciebat; eos autem pertimescebat, quos hisce verbis antea subindicavit: *Qui exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amaram.* Viden' quæ describat inimicorum arma? Supra vero diceba-
Psal. 56. 5. tur: *Filii hominum dentes eorum arma &*

A κἀγὼ τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλείᾳ ἐπιγελάσομαι. ἔσται γὰρ ὅτε ἐπικαλέσεσθέ με, ἐγὼ δὲ οὐκ εἰσακούσομαι. εἰ τοίνυν εἰσακούεσθαι βουλόμεθα ἐν οἷς δεόμεθα τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτοὶ τοῦτο πράττωμεν τοῖς τοῦ θεοῦ παραγγέλμασι καταπειθεῖς γιγνόμενοι. τότε γὰρ σὺν πολλῇ παῤῥησίᾳ καὶ αὐτοὶ φάναι δυνησόμεθα τῷ θεῷ· εἰσάκουσον ὁ θεὸς τῆς προσευχῆς μου ἐν τῷ δέεσθαί με. τί δὲ ἐδεῖτο ὁ μακάριος Δαυίδ; αὐτοῦ γὰρ εἰσὶν οἱ λόγοι, ὡς οἶμαι, κατὰ τοὺς χρόνους εἰρημένοι, καθ᾽ οὓς τὸν Σαοὺλ ἔφευγε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ῥυσθῆναι ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ,
B οὐκ ἐχθροὺς μὴ ἔχειν, οὐδὲ τὰς ἐκείνων ἀποκρουσθῆναι προαιρέσεις· τὴν δὲ αὐτοῦ ψυχὴν ἄτρομον καὶ ἀπτόητον καὶ ἄφοβον διατηρεῖσθαι· ὅπως ἐν ἕξει γινόμενος ἀταραξίας, λέγῃ καὶ αὐτὸς ὁμοίως Παύλῳ· ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ᾽ οὐ στενοχωρούμενοι· διωκόμενοι, ἀλλ᾽ οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπολλύμενοι. λέγων δὲ ταῦτα πρὸς τὸν θεὸν ὁ Δαυίδ, οὐκ ἠμνημόνει τῶν ἤδη πρότερον εἰς αὐτὸν γεγενημένων εὐεργεσιῶν. διὸ εὐχαριστῶν ἐπὶ τοῖς παρῳχηκόσιν, ἐπιλέγει· ἐσκέπασάς
C με ἀπὸ συστροφῆς πονηρευομένων, ἀπὸ πλήθους ἐργαζομένων ἀδικίαν. ἤδη γὰρ πεῖραν εἰληφὼς τῶν φθασάντων εἰς ἐμέ, οὔποτε λήθην αὐτῶν ποιήσασθαι δύναμαι. φέρων δὲ αὐτὰ διὰ παντὸς ἐν μνήμῃ, εὐχάριστος εἰσαεὶ τυγχάνω. ὅμως δὲ καὶ νῦν τῆς αὐτῆς ἀξιῶ παρὰ σοῦ βοηθείας τυχεῖν. κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτάς, μία καὶ ἡ αὐτὴ πεφύλακται τοῦ λόγου ἔκκλησις, καὶ μία διάνοια τῶν εἰρημένων· διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Σύμμαχον, εἰσάκουσον ὁ θεὸς τῆς φωνῆς μου προσλαλοῦντος, ἀπὸ ἐκπλήξεως ἐχθροῦ περιφράξεις τὴν ζωήν μου. κρύψεις με
D ἀπὸ συσκέψεων κακούργων, ἀπὸ κινήσεως ἐργαζομένων ἀδικίαν. οὐ γὰρ ὡς περὶ παρῳχηκότων, ἀλλ᾽ ὡς περὶ μελλόντων τὰ ὅλα εἴρηται, καὶ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς ὁμοίως.

Οἵτινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίας τὰς γλώσσας αὐτῶν, ἐνέτειναν τόξον πρᾶγμα πικρόν, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον. ἐξάπινα κατατοξεύσουσιν αὐτὸν καὶ οὐ φοβηθήσονται. εἰ καὶ προέφθη τοῖς χρόνοις εἰς τὴν σωτήριον ἐπιδημίαν ὁ Δαυίδ, ἀλλ᾽ οὐκ ἠγνόει τὰ εὐαγγελικὰ μαθήματα θείῳ πνεύματι μεμαθητευμένος· ᾔδει δὲ εὖ μάλα τὸ σωτήριον λόγιον τὸ φῆσαν· μὴ
E φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. διὸ οὐκ ἠγωνία στρατιωτικῆς παρατάξεως πλῆθος, οὐδὲ τοὺς πανοπλίαις καὶ δόρασι παρατεταγμένους· ἀλλὰ τούτων μὲν κατεφρόνει ὡς ἂν τὸν τοσοῦτον Γολιὰδ ἀκμητὶ καὶ ἀνιδρωτὶ καταβαλών· ἐκείνους δὲ ἠγωνία οὓς ἠνίττετο διὰ τῶν προκειμένων λέγων· οἵτινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν, ἐνέτειναν τόξον πρᾶγμα πικρόν. ὁρᾷς ὁποίαν διαγράφει πανοπλίαν ἐχθρῶν. καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δὲ ἐλέγετο· υἱοὶ ἀνθρώπων, οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὅπλον

καὶ βέλη, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν μάχαιρα ὀξεῖα. Ταῦτα δὲ ἀναγέγραπται εἰρηκώς, ὁπότε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον. ἀπὸ τῶν ὁμοίων τοιγαροῦν λόγων φαίνεται ὁ αὐτὸς ὢν χρόνος, καθ' ὃν καὶ τὰ μετὰ χεῖρας περὶ αὐτῶν ἐκείνων καὶ τῶν ἐκείνοις παραπλησίων λέλεκτο. ἀλλὰ καὶ ὅτε ἀπέστειλε Σαοὺλ καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ τοῦ θανατῶσαι αὐτόν, περὶ τῶν αὐτῶν πάλιν τὰς ὁμοίας ἠφίει φωνὰς λέγων· ἰδοὺ ἀποφθέγξονται ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ ῥομφαία ἐν τοῖς στόμασιν αὐτῶν. ἀλλ' ἐν ἐκείνοις μὲν ταῦτ' ἐλέγετο· ἐν δὲ τοῖς μετὰ χεῖρας, τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, ὧν ἀπὸ φόβου ῥυσθῆναι ηὔχετο, ἠκονηκέναι φησὶ τὰς γλώσσας αὐτῶν δίκην ῥομφαίας· ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτάς, ὡς μάχαιραν· ἀλλὰ καὶ ἐντεῖναι τὸ τόξον αὐτῶν, κατὰ μὲν τοὺς ο΄. ἑρμηνευτάς, ἐν πράγματι πικρῷ· διὰ γὰρ πικροῦ πράγματος κατατοξεύειν ἐπειρῶντο τὸν δίκαιον· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ἐπλήρωσαν φησὶ τὸ τόξον αὐτῶν λόγῳ πικρῷ· ἦσαν γὰρ ἀληθῶς πικροί, οὐδὲν γλυκὺ περιέχοντες, οἱ τὸν Δαυὶδ διαβάλλοντες πρὸς τὸν Σαούλ· οἷος ἦν ὁ Δωήκ, καὶ οἱ Ζιφαῖοι, καὶ οἱ τούτοις παραπλήσιοι. ἀλλὰ καὶ πᾶς ἄθεος λόγος πικρὸς ἂν εἴη, ὥσπερ ὁ θεῖος χρηστὸς καὶ γλυκύς. διὸ εἴρηται· γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος. δεινὰ δὲ τόξα καὶ μάχαιραι ὡς ἀληθῶς ὀξεῖαι, αἱ τῶν ἀθέων ἑτεροδόξων, τῶν τὰς ἀκεραίους ψυχὰς κατατοξευόντων, καὶ ταῖς ἑαυτῶν ῥομφαίαις κατασφαττόντων αὐτάς. καὶ οἱ σοφοὶ δὲ τοῦ αἰῶνος τούτου, τὸν ἀπατηλὸν καὶ σεσοφισμένον λόγον προβαλλόμενοι, πολλὰς ἀνεῖλον ψυχάς. εὐχῆς οὖν ἡμῖν δεῖ συντεταμένης, πρὸς τὸ ῥυσθῆναι τούτων ἁπάντων. μάλιστα δὲ οἱ προλεχθέντες, τὸν ἁπλοῦν καὶ ἀφελῆ κατατοξεύειν πειρῶνται. διὸ λέλεκται· ἐνέτειναν τόξον πρᾶγμα πικρόν, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον. καὶ τὸν ἀναίτιον δέ, ἄμωμον καλεῖ, τὴν κατὰ τῶν μηδὲν ἠδικηκότων ἐπιγράφων συκοφαντίαν. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἄμωμον, ἁπλοῦν ἡρμήνευσεν ὁ Ἀκύλας. τὸν γὰρ ἁπλοῦν καὶ ἀπειρόκακον μάλιστα κατατοξεύειν οἱ τοιοῦτοι πειρῶνται. διὸ ἐπιλέγει· ἐξάπινα κατατοξεύσουσιν αὐτὸν καὶ οὐ φοβηθήσονται. καιροφυλακοῦντες γὰρ οὗτοι, ἀθρόως καὶ ἀπροσδοκήτως ἐπέρχονται τῷ ἀμώμῳ, ἢ τῷ ἁπλῷ καὶ ἀκεραίῳ. διὸ γράφων που ὁ ἀπόστολος πρὸς τοὺς τοιούτους, φησί· φοβοῦμαι μή πως ὡς ὁ ὄφις ἐξηπάτησεν Εὔαν, φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς ἐν Χριστῷ. τὸν γὰρ πεφραγμένον τὴν ψυχήν, οὐκ ἄν ποτε δύναιντο καταβαλεῖν οἱ προλεχθέντες, οἵτινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν, καὶ ἐνέτειναν τόξον πρᾶγμα πικρόν, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον, ἤ, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἁπλοῦν· ἐξάπινα κατατοξεύσουσιν αὐτὸν καὶ οὐ φοβηθήσονται. καὶ ὅρα τίνα τρόπον

A *sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* Hæc autem dixisse scribitur, *cum fugeret a facie Saülis in speluncam.* A verborum sane similitudine videntur illa eodem tempore scripta esse, quo hæc, quæ jam tractamus, de iis & similibus dicta fuere. Sed etiam *quando misit Saül, & custodivit domum ejus, ut eum interficeret*, de iisdem iterum similes proferebat voces dicens: *Ecce loquentur in ore suo, & gladius in oribus eorum.* Sed hæc quidem ibi; in his vero de quibus nunc sermo, inimicos suos, a quorum metu eripi precabatur, exacuisse ait ut gladium linguas suas, B sive secundum reliquos interpretes, *sicut macharam*; imo intenderunt arcum suum, secundum LXX. interpretes, in re amara: per rem quippe amaram justum sagittis confodere tentabant; secundum Symmachum autem, *Impleverunt*, inquit, *arcum suum verbo amaro.* Nam qui Davidem apud Saülem criminabantur, vere amari erant, dulcedine adfecti nulla: qualis erat Doëc, quales Ziphæi & iis similes. Quin & quivis sermo impius, amarus; ut & divinus, dulcis & suavis fuerit. C Quare dictum est: *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus.* Sævi porro arcus & vere acuti gladii impiorum heterodoxorum, qui simplicium animas sagittis impetunt, gladiisque suis eas trucidant. Sapientes quoque hujus sæculi, fucatis & sophisticis verbis utentes, multas animas sustulerunt. Opus ergo nobis ferventi oratione, ut ab iis omnibus eripiamur. Ii vero in primis qui supra memorati sunt, simplicem & rudem hominem sagittis conficere satagunt: quare dictum est, D *Intenderunt arcum, rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.* Inculpatum hic immaculatum vocat, his indicans sycophantiam contra eos, qui nihil injuriæ intulissent, paratam. Pro illo autem, *immaculatum*, Aquila, *simplicem*, interpretatus est. Nam ii simplicem & nequitiæ expertem sagittis confodere maxime satagunt: quare infert, *Subito sagittabunt eum & non timebunt.* Nam tempus observantes, confertim & inopinanter immaculatum, sive simplicem, aut innocentem invadunt. Quare E ad homines iis similes rescribens Apostolus, ait: *Timeo autem, ne sicut serpens Hevam seduxit, ita corrumpantur sensus vestri & excidant a simplicitate, quæ est in Christo.* Eum quippe cujus anima circummunita fuerit, dejicere numquam valeant ii qui supra memorati sunt, *qui exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum*; sive, *ut sagittent in occultis simplicem. Subito sagittabunt eum, & non timebunt.* At vide quo

Psal. 58. 1.

Ibid. 8.

Lectio reliquorum interpretum.

Symmachi.

Psal. 33. 9.

Aquilæ.

2. Cor. 11. 3.

pacto dicat, sagittabunt eum, non me qui talia profero; sed simplicem, id est, rudem & innocentem, & adhuc parvulum, ut quis dixerit, ex eorum numero de quibus Servator hæc docuit, *Ne contemnatis unum ex pusillis qui sunt in Ecclesia mea;* &, *Si quis scandalizaverit unum ex pusillis, expedit ei ut demergatur in mare.* Neque enim hic magnum hominem scandalizari Servator inducit, sed eum, qui in Ecclesia pusillus sit; ut hoc in loco simplicem dicit. Inimici ergo magnos & qui apud Deum sapientes sunt, adoriri non audent; sed simplices & innocentes maxime venantur. Quamobrem David cum inimicos memorasset, ad quos præsertim irrepere soleant declaravit.

Matth. 18. 10.
Ibid. 6.

Firmaverunt sibi sermonem nequam: narraverunt ut absconderent laqueos. Postquam tropice inimicos gladios suos exacuere & arcus intendere dixerat, jam apertius qui sit gladius, qualis arcus, enarrat his verbis, *Firmaverunt sibi sermonem nequam.* Non enim sermonem a Deo mutuati sunt; sed postquam sibi ipsis confinxerunt & commenti sunt, hunc firmaverunt. Tales sunt sycophantæ, & quotquot falsas, quas sibi confinxerunt & commenti sunt, sententias firmare & stabilire satagunt. Deinde vero ubi sermonem illum nequam, quem sibi firmaverant, pravum esse adverterunt, non nudum proferunt, sed laqueis extrinsecus clam circumsepiunt, sophismatibus cavillisque quas parant ipsis insidias occultantes; ita se capi & deprehendi non posse o-
7. pinantur. Quare *dixerunt* in seipsis, *Quis videbit eos?* &, *scrutati sunt iniquitates.* Nihil quippe utilitatis in divina lege perquisierunt vel invenerunt; sed iniquitates sibi excogitarunt; sive secundum Symmachum, *Scrutati sunt iniquitates universi:* ac cum hæc multum perquisivissent, & infinita excogitassent, cum nihil veri tandem reperirent, defecerunt, nihil aliud ex tanta perscrutatione referentes. Quare dictum est, *Defecerunt scrutantes scrutinia.* Hujusmodi hostes & inimicos descripsit David, e quorum manibus animam eripi suam precabatur: erant scilicet ii perscrutantes & perquirentes iniquitatem. Nam qui tales sunt, vere animæ interfectores habeantur: quare Deum contra hujusmodi hostes adjutorem invocabat; cum sensiles inimicos, qui contra corpora aciem instruunt, nihili faceret.

Symmachi.

8. *Accedet homo in corde alto, & exaltabitur Deus. Sagitta parvulorum,* &c. Inimici quidem animæ verbis sese malignis circummunientes, laqueosque suos occultantes, iniquitates perscrutantes, iisque gladios suos exacuentes, linguisque suis intenden-

A κατατοξεύσουσιν αὐτὸν φησὶν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐμὲ τὸν ταῦτα λέγοντα. τὸν δὲ ἁπλοῦν, τουτέστι τὸν ἀφελῆ καὶ ἀκέραιον, καὶ ἔτι μικρὸν, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐξ ἐκείνων ὄντα περὶ ὧν ὁ σωτὴρ ἐδίδασκε λέγων· μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μου. καὶ, ὅστις ἐὰν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν, συμφέρει αὐτῷ βληθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν. σκανδαλιζόμενον γὰρ κἀκεῖ ὁ σωτὴρ οὐ μέγαν εἰσάγει· ἀλλὰ τὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μικρὸν, ὥσπερ ἐνταῦθα τὸν ἁπλοῦν. οἱ τοίνυν ἐχθροὶ, οὐδὲ τολμῶσι προσιέναι τοῖς μεγάλοις, οὐδὲ τοῖς
B παρὰ θεῷ σοφοῖς· τοὺς δὲ ἁπλοῦς καὶ ἀκεραίους μάλιστα θηρεύουσι. διόπερ ὁ Δαυὶδ μνημονεύσας τῶν ἐχθρῶν καὶ περὶ τίνας μάλιστα εἰλεῖσθαι εἰώθασιν οὗτοι παρέστησεν.

Ἐκραταίωσαν ἑαυτοῖς λόγον πονηρὸν, διηγήσαντο τοῦ κρύψαι παγίδας. τροπικῶς διὰ τῶν ἔμπροσθεν τοὺς τῆς ψυχῆς ἐχθροὺς τὴν ῥομφαίαν αὐτῶν ἀκονῆσαι καὶ τὰ τόξα ἐντεῖναι προειπὼν· σαφέστερον διὰ τῶν προκειμένων τίς ἦν ἡ ῥομφαία, καὶ τί τὸ τόξον παρίστησιν εἰπὼν ἐκραταίωσαν ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν. οὐ γὰρ παρὰ τοῦ θεοῦ λαβόντες λόγον· ἀλλ᾽ ἑαυτοῖς πλα-
C σάμενοι καὶ συνθέντες, τοῦτον ἐκράτυναν. τοιοῦτοι δέ εἰσιν οἱ συκοφάνται, καὶ οἱ κρατύνειν καὶ βεβαιοῦν πειρώμενοι ἃς ἑαυτοῖς ἀνεζωγράφησαν καὶ ἀνεπλάσαντο ψευδοδοξίας. εἶτα δὲ τὸν πονηρὸν λόγον ὃν ἑαυτοῖς ἐκράτυναν ὁρῶντες σαθρὸν, οὐ γυμνὸν αὐτὸν προβάλλονται, ἀλλὰ περιβάλλουσιν ἔξωθεν παγίσι, κρύπτοντες διά τινων σοφισμάτων καὶ παραλογισμῶν τὴν κατὰ τῶν ἐπιβουλευομένων συσκευήν· οὕτω γὰρ ἄληπτοι καὶ ἀθήρατοι ἔσεσθαι ὑπολαμβάνουσιν. διὸ εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, τίς ὄψεται αὐτούς; καὶ, ἐξηρεύνησαν ἀνο-
D μίας. οὐδὲν γὰρ ὠφέλιμον ἀπὸ τοῦ θείου νόμου ζητήσαντες εὗρον· ἀλλ᾽ ἀνομίας ἑαυτοῖς ἐπενόησαν. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ἐξηρεύνησαν ἀνομίας σύμπαντες. καὶ ἐπὶ τούτοις πολλὰ ζητήσαντες καὶ μυρία παρ᾽ ἑαυτοῖς ἐπινοήσαντες, μηδὲν δὲ ἀληθὲς ἐπὶ τέλει εὑρόντες, ἐξέλιπον, πλέον οὐδὲν ἀπὸ τῆς πολλῆς ἐρεύνης κτησάμενοι. διὸ λέλεκται, ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσεις. τοσούτους τινὰς διέγραψεν ὁ Δαυὶδ τοὺς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους. ἐξ ὧν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ῥυσθῆναι ηὔχετο, ἐξερευνητικούς τινας, καὶ ζητητικοὺς ἀνο-
E μίας. οἱ γὰρ τοιοῦτοι, ψυχῆς ἀληθῶς ἂν εἶεν φονευταί. διὸ δὴ μάλιστα θεὸν βοηθὸν ἐπὶ τῶν τοιούτων ἀνεκαλεῖτο, τοὺς αἰσθητοὺς πολεμίους καὶ τοὺς τοῖς σώμασι παρατατομένους ἐπ᾽ οὐδενὶ λόγῳ τιθέμενος.

Προσελεύσεται ἄνθρωπος ἐν καρδίᾳ βαθείᾳ, καὶ ὑψωθήσεται ὁ θεός. βέλος νηπίων, καὶ τὰ ἑξῆς. οἱ μὲν τῆς ψυχῆς πολέμιοι λόγοις πονηροῖς ἑαυτοὺς περιφράξαντες, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἐγκρύψαντες παγίδας, ἀνομίας τε ἐξερευνῶντες, καὶ διὰ τούτων τὰς ἑαυτῶν ῥομφαίας ἀκονήσαντες, καὶ ταῖς ἑαυ-

τῶν γλώσσαις ἐντείναντες τόξα, τὸν ἄμωμον ἢ τὸν ἁπλοῦν καὶ ἀκέραιον περιϊέσαν ζητοῦντες, ὅπως ἀνέλωσιν αὐτοῦ τὴν ψυχήν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνον μὲν ὁ θεὸς ῥύσεται. τῶν γὰρ μικρῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οἱ ἄγγελοι διὰ παντὸς ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ ἐν οὐρανοῖς πατρός. προσελεύσεται δέ τις αὐτοῖς ἄνθρωπος, ἀληθῶς ἀνὴρ τέλειος καὶ φορῶν τὸν κατ᾽ εἰκόνα θεοῦ πεποιημένον, ὃς ἐν καρδίᾳ βαθείᾳ πεφραγμένος, ἀκατάπληκτος αὐτοῖς παρατάξεται, πάντας τε αὐτοὺς καταλύσει, ὡς ὑψωθῆναι καὶ δοξασθῆναι δι᾽ αὐτοῦ τὸν θεόν, καὶ πάντων ἐκείνων τὰ βέλη ἐλεγχθῆναι ἄτονα καὶ ἀσθενῆ, ὡς νηπίων λογισθῆναι βέλη τὰς πληγὰς αὐτῶν, καὶ τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐξασθενῆσαι. τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, ὁ παρατασσόμενος τοῖς προλεχθεῖσιν ἐν καρδίᾳ βαθείᾳ· ὡς δέχεσθαι μὲν αὐτὸν τὰς πληγὰς καὶ τὰ διὰ σοφισμάτων βέλη. γελᾶν δὲ αὐτὰ καὶ τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι, ὡς ἀπὸ νηπίων ἀτόνως κατ᾽ αὐτοῦ πεμπόμενα. εἶτα καὶ ἐπιλυόμενος αὐτῶν τὰ σοφίσματα, τὰς γλώσσας αὐτῶν καὶ τοὺς λόγους ἐξασθενοῦντας ἐλέγξει. βαθεῖα δὲ καρδία ἡ μὴ ἐξ ἐπιπολῆς ἔχουσα τὰ μαθήματα, μηδὲ ἐν τῷ προφορικῷ λόγῳ σεμνυνομένη, ἀλλ᾽ ἔνδον ἐν αὐτῇ τοὺς τῆς πίστεως θεμελίους ἐρριζωμένους. ἀκολούθως τοίνυν λογικούς τινας πολεμίους τὴν γλῶτταν ἀκονήσαντας, καὶ τόξα τοῖς χείλεσιν ἐντείνοντας ὑποστησάμενος, ἀντιτάττει αὐτοῖς ἄνθρωπον θεοῦ καρδίαν βαθεῖαν κεκτημένον· καὶ τὸν μὲν θεὸν διὰ τούτου δοξαζόμενον, ἐκείνους δὲ ἡττωμένους καὶ ἀσχημονοῦντας.

10. Ἐταράχθησαν πάντες οἱ θεωροῦντες αὐτούς, καὶ ἐφοβήθη πᾶς ἄνθρωπος. ἀκόλουθον ἦν τῶν δοκήσει σοφῶν ἀνατραπέντων καὶ τῶν τῆς ψυχῆς πολεμίων ἀπελεγχθέντων ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ, τοὺς μὴ οὕτω δεινοὺς ἐν σοφίᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου ταράττεσθαι. τῆς γὰρ μερίδος ὄντες τῶν ἡττωμένων, ἄθεοι καὶ αὐτοὶ καὶ δυσσεβεῖς· πλὴν ὡς ἐν κακίᾳ τῆς ἐκείνων δεινότητος ἐλάττους, ὁρῶντες νενικημένους τοὺς ἑαυτῶν βελτίους, ταράττονται. διὸ λέλεκται, ἐταράχθησαν πάντες οἱ θεωροῦντες αὐτούς. ὅ γε μὴν τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος καὶ πάντες οἱ τούτῳ φίλοι, διὰ τοῦ ἑνὸς τὰ κατ᾽ ἐχθρῶν βραβεῖα ἀράμενοι, μειζόνως τὸν θεὸν ἐφοβήθησαν, καὶ ἀνήγγειλαν τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ συνῆκαν. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἄνθρωπος ἐδόκει, καὶ καρδίᾳ βαθείᾳ τὴν τῶν πολεμίων ἀνατροπὴν πεποιῆσθαι, ἀλλὰ τοῖς συνετοῖς ἐγνωρίζετο, αὐτὸς ὢν ὁ θεὸς ὁ τῆς νίκης αἴτιος. διὸ τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ ἀπήγγελλον, ὑμνοῦντες αὐτοῦ τὰ δι᾽ ἀνθρώπων κατορθώματα. οὗτοι μὲν οὖν, ὥσπερ θεαταί, τὸν θεὸν δοξάζοντες ἐπὶ τῇ νίκῃ τοῦ νενικηκότος διετέλουν.

11. αὐτὸς δὲ ὁ νικητὴς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ κυρίῳ, καὶ ἐλπιεῖ ἐπ᾽ αὐτόν. οὐ γὰρ ἐφ᾽ ἑαυτῷ μέγα φρονήσει, οὐδ᾽ ἐπὶ τῇ

A tes arcus, immaculatum, simplicem & innocentem undequaque perquirebant, ut ejus animam interficerent. At illum Deus eripiet; Angeli namque pusillorum in Ecclesia semper vident faciem Patris qui in cœlis est. Accedet autem homo quispiam ad eos, vir vere perfectus, eumque ferens qui ad imaginem Dei factus est, qui alto corde munitus, imperterritus contra eos aciem instruet, ipsosque omnes dissipabit; ita ut ejus opera Deus exaltetur & gloria adficiatur, eorumque omnium sagittæ infirmæ B debilesque comprobentur, ac plagæ eorum pro sagittis parvulorum reputentur, & linguæ eorum in ipsis infirmentur. Hujusmodi enim ille homo Dei est, qui corde alto contra memoratos homines aciem instruit, ut plagas ipse, & sagittas sophismatibus paratas excipiat; ipsasque, utpote a parvulis infirmis emissas, irrideat ac pro nihilo habeat. Sub hæc postquam eorum sophismata solverit, linguas & sermones eorum infirmos comprobabit. Cor autem altum est, quod disciplinas non quoad superficiem tan- C tum obtinet, neque in prolatitio sermone gloriatur; sed quod intus fidei fundamenta radicata habet. Consequenter igitur postquam rationabiles quosdam inimicos linguam exacuentes, & labiis tela vibrantes induxerat, hominem Dei alto corde instructum ipsis opponit; Deumque ejus opera gloriâ celebratum, illosque abjectos ac turpiter agentes effert.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo. Consentaneum erat, e- 10.
versis iis qui sibi sapientes videbantur, ini- D micisque animæ ab homine Dei confutatis, eos qui in sapientia hujus sæculi non ita conspicui erant conturbari. Nam cum illi quoque in numero eorum qui victi fuerant computarentur, & ipsi quoque athei & impii essent; cæterum utpote malitiâ ipsis impares, fortiores seipsis devictos cernentes, conturbantur. Quare dictum est: *Conturbati sunt omnes qui videbant eos.* At Dei homo, & omnes ejus amici, qui per unum victoriam de inimicis retulerunt, Deum tunc magis timuerunt, *& annuntiaverunt opera* E *Dei,* & justificationes ejus intellexerunt. Etiamsi enim homo videretur, & alto corde putaretur inimicos debellasse; a prudentibus tamen ut Deus auctor victoriæ cognoscebatur. Quare ii opera Dei annuntiabant, & præclara ejus in hominum gratiam gesta facinora celebrabant. Hi itaque, ut spectatores, de victoria triumphatoris Deum laudibus efferebant. Ipse autem victor *lætabi-* 11.
tur in Domino, & sperabit in eo. Neque enim de seipso magnum sentiet, neque de

victoria efferetur; sed divino gaudio & lætitia replebitur, utpote qui victoris Dei minister fuerit. Hoc porro lætante, omnes recti corde laudabuntur, ipsi quoque unius opera ceu victores effecti. Nam totus ordo totumque corpus sanctorum laudem consequetur: quia secundum S. Apostolum, uno membro gloriam referente, omnia membra in gloriæ partem veniunt.

A νίκῃ ἐπαρθήσεται, χαρᾶς δὲ θείας καὶ εὐφροσύνης πληρωθήσεται, ὡς ὑπουργὸς καὶ διάκονος τοῦ νικοποιοῦ θεοῦ γεγονώς. τούτου δὲ εὐφραινομένου, πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ ἐπαινεθήσονται, διὰ τοῦ ἑνὸς καὶ αὐτοὶ ὥσπερ νικηταὶ ἀποδειχθέντες. ὅλον γὰρ τὸ τάγμα καὶ τὸ σῶμα τῶν ἁγίων ἐπαίνου τεύξεται. ἐπειδὴ δοξαζομένου μέλους ἑνὸς συνδοξάζεται πάντα τὰ μέλη κατὰ τὸν ἱερὸν ἀπόστολον.

---

1. *In finem, psalmus cantici David. LXIV.*

B Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τοῦ Δαυὶδ ᾠδῆς. ξδʹ.

2. *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Jerusalem.* Prophetiam complectitur eorum quæ in finem eventura erant; quapropter inscribitur *in finem.* Quænam autem illa essent, deinde aperit his verbis, *Ad te omnis caro veniet.* Non jam solùm Judaïcus populus, sed omnis caro, id est, totum hominum genus. Sic enim solet Scriptura homines omnes indicare, qui olim carnales terrenique erant. Quare in lege dicitur: *Corrupit omnis caro viam suam;* ac rursum: *Non permanebit spiritus meus in hominibus his, quia carnes sunt.* Sed tunc quidem omnis caro incusabatur; nunc vero ad Deum ventura dicitur. Quamobrem qui post Davidem fuit Joël propheta, omni carni pulcherrima vaticinatur dicens: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt.* Idipsum quoque declarat Hesaïas dicens: *Videbit omnis caro salutare Dei.* Salutare porro Dei ab omni carne cognoscendum quid aliud fuerit, quam Christus Dei, ut plerumque demonstravimus? Hoc itaque salutare omnibus hominibus, qui olim carnales erant, revelatum iri in vaticinio enuntiatur. Jure ergo præsens psalmus, idipsum significans, promissionem obsignat cum ait: *Ad te omnis caro veniet.* Sub hæc autem clarius sententiam effert cum addit: *Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & eorum qui in mari sunt longe:* imo apertius subjungit: *Et timebunt qui habitant terminos a signis tuis.* Nam quod omnes qui habitabant terminos terræ timerent a signis Dei, id bonorum & sapientiæ initium erat: siquidem *initium sapientiæ timor Domini.* His de causis in finem psalmus inscribitur: estque psalmus cantici, triumphalem hymnum in Servatorem gentium complectens. Et ob eam rem Spiritus sanctus Deum, qui supra omnia est, celebrat dicens: *Te decet hymnus Deus in Sion.* Quem enim alium pro omnium hominum salute celebrari oportuit, nisi omnis boni auctorem? Docet autem idem

Gen. 6. 12. & 3.

Joel. 2. 28.

Hesai. 52. 10.

Psal. 110. 10.

Σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεὸς ἐν Σιών, καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ. προφητείαν περιέχει μελλόντων εἰς τὸ τέλος ἀπαντήσεσθαι πραγμάτων· διὸ ἐπιγέγραπται, εἰς τὸ τέλος. τίνα δὲ ταῦτα διδάσκει ἑξῆς λέγων, πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. οὐκέτι γὰρ μόνον τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ἀλλὰ καὶ πᾶσα σάρξ, τουτέστι πᾶν γένος ἀνθρώπων. οὕτως γὰρ εἴωθεν ὁ λόγος πάντας ἀνθρώπους σημαίνειν τοὺς πάλαι σαρκίνους καὶ γεώδεις. διὸ καὶ ἐν τῷ C νόμῳ λέλεκται· διέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ· καὶ πάλιν, οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. ἀλλὰ τότε μὲν πᾶσα σὰρξ κατηγορεῖτο· νῦν δὲ ἥξειν πρὸς τὸν θεὸν λέγεται. διὸ καὶ μετὰ τὸν Δαυὶδ Ἰωὴλ προφήτης γενόμενος, τὰ κάλλιστα πάσης σαρκὸς θεσπίζει λέγων· ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν· ἀλλὰ καὶ ὁ Ἡσαΐας ταὐτὸν παρίστησιν εἰπών· ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. σωτήριον δὲ θεοῦ πάσῃ σαρκὶ γνω- D σθησόμενον τί ποτε ἦν ἄρα, ἢ ὁ Χριστὸς τοῦ θεοῦ, καθὼς πολλάκις ἀπεδείξαμεν; τοῦτο οὖν τὸ σωτήριον πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς πάλαι σαρκίνοις ἀποκαλυφθήσεσθαι προεφητεύετο. εἰκότως οὖν καὶ ὁ μετὰ χεῖρας ψαλμός, τοῦτο αὐτὸ σημαίνων ἐπισφραγίζεται τὴν ἐπαγγελίαν διὰ τοῦ φάναι, πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. ὑποκαταβὰς δέ, σαφέστερον ἑρμηνεύει τὴν διάνοιαν ἐπιλέγων· ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν. καὶ ἔτι σαφέστερον ἐπιλέγει· καὶ φοβηθήσονται οἱ κατοικοῦντες E τὰ πέρατα ἀπὸ τῶν σημείων σου. τὸ γὰρ φοβηθῆναι πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὰ πέρατα ἀπὸ τῶν σημείων τοῦ θεοῦ, ἀγαθῶν ἦν καὶ σοφίας ἀρχή· ἐπείπερ ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου. διὰ δὴ ταῦτα εἰς τὸ τέλος περιγέγραπται ὁ ψαλμός, καὶ ἔστιν ᾠδῆς ψαλμός, ἐπινίκιον ὕμνον εἰς τὸν σωτῆρα τῶν ἐθνῶν περιέχων. ἐφ' οἷς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν ἀνυμνεῖ φάσκον· σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεὸς ἐν Σιών. τίνα γὰρ ἐχρῆν ἄλλον ἐπὶ τῇ πάντων ἀνθρώπων σωτηρίᾳ ὑμνεῖσθαι, ἢ τὸν πάντων αἴτιον ἀγαθοῦ; διδάσκει δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα

πνεῦμα τοὺς προσιόντας ἐξ ἐθνῶν μόνῳ τῷ θεῷ λέγειν, σοὶ πρέπει ὕμνος· ὡς ἂν κατεγνωκότας ἑαυτῶν, ὅτε μὴ πρέποντας ὕμνους ἀνέπεμπον τῇ πολυθέῳ πλάνῃ. πρέπει δὲ ὕμνος τῷ θεῷ οὐ πᾶς, ἀλλ' ὁ ἐν Σιὼν ἀναπεμπόμενος, δηλαδὴ ὁ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ. Σιὼν μὲν γάρ ἐστιν ἀληθινὴ ἡ ἐπουράνιος Ἱερουσαλήμ, καὶ τὸ ἐπουράνιον ὄρος τοῦ θεοῦ, περὶ οὗ διδάσκων ὁ ἀπόστολος ἔλεγε· προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς· καὶ πάλιν, ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἐλευθέρα ἐστίν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. αὕτη ἂν εἴη ἡ ἀληθὴς Ἱερουσαλήμ, καὶ ἡ κυρίως ἀναδειχθεῖσα Σιών, ἐφ' ἧς καὶ βασιλεύειν λέλεκται ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν, ὥσπερ οὖν διδάσκει λέγων αὐτὸς ἐν β'. ψαλμῷ· ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ. ἡ αὐτὴ δ' ἂν εἴη ἡ καταγγελλομένη τοῖς τὸ εὐαγγέλιον παραδεχομένοις βασιλεία οὐρανῶν· εἰκὼν δ' ἐκείνης ἡ ἐπὶ γῆς γένοιτ' ἂν ἐκκλησία· ὁμωνύμως καὶ αὐτὴ καλουμένη ποτὲ μὲν Σιών, ποτὲ δὲ Ἱερουσαλήμ, καὶ ἄλλοτε θυγάτηρ Σιών, ἢ θυγάτηρ Ἱερουσαλήμ. οὕτω γοῦν αὐτὴν οἱ προφῆται θεσπίζοντες ἀνηγόρευον. ὁ τοίνυν ὕμνος ὁ ἐν τῇ Σιών, ἤτοι τῇ ἐπουρανίῳ, ἢ καὶ τῇ ἐπὶ γῆς ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ ᾀδόμενος, πρέποι ἂν μόνος τῷ ὑμνουμένῳ θεῷ. πᾶσα δὲ ἡ ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ λεγομένη θεολογία, εἴτε παρὰ τοῖς Ἑλλήνων σοφοῖς, εἴτε παρὰ τοῖς ἀθέοις ἑτεροδόξοις, ἀπρεπὴς ἂν εἴη. τῶν γὰρ παρ' Ἕλλησι σοφῶν, οἱ μὲν εἰς ἀθεότητα παντελῆ καταπεπτώκασιν· οἱ δὲ τὴν πολύθεον πλάνην ἐσέμνυναν. τῶν δὲ ἀθέων αἱρεσιωτῶν, οἱ μὲν πλείστας καὶ ἐναντίας ἀρχὰς ὑπεστήσαντο, οἱ δὲ πονηραῖς καὶ φαύλαις δυνάμεσι τὴν τοῦ παντὸς διοίκησιν ἀνατεθείκασιν. ἤδη δὲ καὶ αὐτῶν Ἰουδαίων παῖδες, ἀνθρωπόμορφον καὶ ἀνθρωποπαθῆ τὸν θεόν, τῷ μὴ νοεῖν τὰς γραφάς, εἰσάγοντες· ἀλλὰ καὶ μυρία ἄτοπα καὶ ταπεινὰ μυθολογοῦντες, μακρὰν ἀποπεπτώκασι τοῦ πρέποντος ὕμνου. μόνοι δὲ οἱ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τὸν πρέποντα ὕμνον παρ' αὐτοῦ δεδιδαγμένοι τοῦ σωτῆρος, ἐπαξίως τὸν πατέρα θεολογοῦσιν· ὃ δὴ παρίστησι διὰ τῆς μετὰ χεῖρας φάσκων ᾠδῆς· σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεὸς ἐν Σιών. ἀπρεπὴς δὲ ὕμνος λεχθείη ἂν ὁ δαίμοσι πονηροῖς καὶ πνεύμασιν ἀκαθάρτοις ἀναπεμπόμενος. ἀπρεπὴς δέ ἐστιν καὶ ὁ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις καὶ τοῖς λοιποῖς τοῦ κόσμου μέρεσιν ὑπὸ τῶν ταῦτα θεοποιούντων ᾀδόμενος. καὶ ἔτι μᾶλλον αἰσχίων καὶ ἀπρεπέστατος, ὁ δι' αἰσχρῶν καὶ ἀσελγῶν ᾀσμάτων τοῖς περὶ θεῶν ἐρωτικοῖς διηγήμασιν ἀναπλαττόμενος. μόνος δ' ἐκεῖνος ὡραῖος λεχθείη ἂν καὶ εὐπρεπὴς ὕμνος, ὁ τῷ μόνῳ ποιητῇ καὶ δημιουργῷ καὶ βασιλεῖ τῶν ὅλων θεῷ ἀναπεμπόμενος,

A Spiritus eos qui ex gentibus accedunt soli Deo dicere debere, *Te decet hymnus*, quasi sese damnantes, quod multorum numinum errori indecenter hymnos emisissent. Deum autem hymnus decet, non quivis, sed qui in Sion, videlicet qui in Ecclesia ejus emittitur. Nam vera Sion est cœlestis Jerusalem, & cœlestis mons Dei: de quo Apostolus hæc docuit: *Accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt* Hebr. 12. 22.
B *in cœlis*; ac rursum, *Illa autem quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Galat. 4. 26. Hæc sane fuerit vera Jerusalem, & quæ proprie Sion comprobata est, in qua regnare dicitur Salvator & Dominus noster, ut ipse docet in secundo psalmo: *Ego autem constitutus sum rex super Sion montem sanctum ejus.* Psal. 2. 6. Id ipsum autem fuerit regnum cœlorum, quod accipientibus Evangelium annuntiatur. Imago autem illius fuerit Ecclesia quæ in terra est: quæ pari nomine modo Sion, modo Jerusalem, aliquando filia Sion,
C aliquando filia Jerusalem vocitatur. Sic itaque illam prophetæ vaticinantes appellabant. Hymnus igitur qui in Sion, illa scilicet cœlesti, sive in ecclesia Dei quæ in terra est, canitur, solus celebrando Deo conveniat. Omnis vero quæ extra ecclesiam Dei theologia dicitur, sive apud Græcorum sapientes, sive apud impios heterodoxos, indecens dici possit. Nam Græci sapientes, alii in nullius Dei cultum penitus lapsi sunt; alii multorum numinum errorem celebrarunt. Impii autem hæretici, alii plurima &
D contraria principia constituerunt; alii pravis malisque virtutibus universi administrationem adscripsere. Jam vero ipsi Judæi, humanam formam humanosque adfectus, quod Scripturas non intelligant, Deo adfingunt: imo vero infinita absurda abjectaque fabulantes, ab hymno qui deceat longe prolapsi sunt. Ii vero soli qui in ecclesia Dei decentem hymnum ab ipso Servatore edocti sunt, condignam divinamque de Patre doctrinam efferunt; quod in præsenti cantico declaratur his verbis, *Te de-*
E *cet hymnus Deus in Sion.* Indecens porro hymnus dicatur, qui malignis dæmonibus impurisque spiritibus emittitur: indecens item qui soli, lunæ, astris, cæterisque mundi partibus ab iis canitur, qui eadem inter deos annumerant. Longe turpior vero & admodum indecorus est, qui impuris lascivisque canticis de amatoriis deorum historiis confingitur. Solus autem speciosus ac decens hymnus ille dicatur, qui soli conditori, opifici ac regi universorum emittitur,

cui etiam vota reddere, atque id non extra Ecclesiam ejus præstare convenit. Quare secundum LXX. interpretes dicitur: *Et tibi reddetur votum in Jerusalem.* Votum autem solet divina Scriptura vocare promissionem, quam quis Deo dederit, quando scilicet, resipiscere vitamque suam divinæ philosophiæ addicere, sive etiam ex bonis suis quidpiam consecrare, sive aliud quodvis promissum vitæ, quæ secundum Deum est, consentaneum ac probum edere constituerit. Quare dictum alicubi fuit: *Si votum feceris, ne tardes reddere: melius quippe est non vovere, quam vovere & non reddere.* (Eccle. 5. 3.) Decet igitur in primis universorum opificem & servatorem hymnis celebrare; deinde vero divinis hisce laudibus consentanea opera edere, bonaque promissa dare. Postquam vero & hymnum & vota ipsi reddiderimus, tunc cum ea quæ penes nos sunt impleverimus,

3. fidenter agemus; ita ut dicamus, *Exaudi orationem.* Hic porro accurate προσευχῆς non εὐχῆς dictum; nam εὐχὴ promissionem significat; προσευχὴ vero supplicationem ac deprecationem, quam Spiritus sanctus pro nobis edebat, congruentem deprecationem Deo offerens ac dicens: *Exaudi orationem.* Quorumnam orationem exaudias? Id deinde declarat, gentium vocationem vaticinans, dum ait: *Ad te omnis caro veniet.* Spiritus vero sanctus pro omni carne precabatur, ut omnis caro postquam ad Deum conversa fuerit, ipsumque invocaverit, propitium illum inveniat. Quamobrem non dixit: *Exaudi orationem meam*; sed, *Exaudi orationem, ad te omnis caro veniet;* ac si clarius dixisset: Quia futurum est ut omnis caro, & totum genus humanum a multorum Deorum errore secedat, & ad te solum verum Deum convertatur, hymnos canat tibi, vota reddat, orationes & supplicationes effundat; exaudi orationem eorum.

A ᾧ καὶ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι προσήκει, καὶ τοῦτο ποιεῖν μὴ ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ. διὸ λέλεκται κατὰ τοὺς ο΄. καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ. εὐχὴν δὲ συνήθης τῇ θείᾳ γραφῇ καλεῖν τὴν ἐπαγγελίαν, ἣν ἂν ἐπαγγέλληταί τις τῷ θεῷ, ἤτοι σωφρονεῖν ταξάμενος καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀναθεῖναι τῇ κατὰ θεὸν φιλοσοφίᾳ, ἢ τῶν κτημάτων ἀφιερῶσαί τι, ἢ τάξασθαί τινα σπουδαίαν ἐπαγγελίαν πρέπουσαν τῷ κατὰ θεὸν βίῳ. διὸ λέλεκταί που· ἐὰν εὔξῃ εὐχήν, μὴ χρονίσῃς ἀποδοῦναι· ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαι, ἢ τὸ εὔξασθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι. B πρέπει τοίνυν πρῶτα μὲν ἐπαξίως τὸν τῶν ὅλων ποιητὴν καὶ σωτῆρα ὑμνεῖν. ἔπειτα δι' ἔργων ἀκόλουθα παρέχειν τῇ θεολογίᾳ ἐν ἀγαθαῖς ἐπαγγελίαις. ἐπειδὰν δὲ καὶ τὸν ὕμνον πρεπόντως καὶ τὰς εὐχὰς ἀποδῶμεν αὐτῷ, τηνικαῦτα ὡς ἂν τὰ παρ' ἑαυτῶν πεπληρωκότες παρρησίας μεθεξόμεθα, ὥστε λέγειν, εἰσάκουσον προσευχῆς. ἀκριβῶς δ' ἐνταῦθα προσευχῆς, ἀλλ' οὐκ εὐχῆς εἴρηται· ἡ μὲν γὰρ ἐπαγγελίαν ἐδήλου· ἡ δὲ προσευχὴ δέησιν καὶ ἱκετηρίαν, ἣν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπὲρ ἡμῶν ἐποιεῖτο, πρέ- C πουσαν ἱκετηρίαν προσάγαγον τῷ θεῷ καὶ λέγον· εἰσάκουσον προσευχῆς. τίνων δὲ προσευχῆς εἰσάκουσον; παρίστησιν ἑξῆς, τὴν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν θεσπίζον· διό φησι, πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. ὑπερηύχετο δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πάσης σαρκός, ἵν' ἐπειδὰν ἐπιστραφῇ πᾶσα σὰρξ πρὸς τὸν θεόν, καὶ ἐπικαλῆται αὐτόν, τύχοι αὐτοῦ ἐπηκόου. διὸ οὐκ εἶπεν, εἰσάκουσον τῆς ἐμῆς προσευχῆς· ἀλλ' εἰσάκουσον προσευχῆς, πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. ὡσεὶ σαφέστερον ἔλεγεν· ἐπειδὴ μέλλει πᾶσα σὰρξ καὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων ἀναχω- D ρεῖν μὲν τῆς πολυθέου πλάνης· ἐπιστρέφειν δὲ ἐπὶ σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, ὕμνους τε σοὶ ἀναπέμπειν καὶ εὐχὰς ἀποδιδόναι, προσευχάς τε καὶ ἱκετηρίας ποιεῖσθαι, εἰσάκουσον τῆς αὐτῶν προσευχῆς.

4. *Verba iniquorum prævaluerunt super nos, & impietatibus nostris tu propitiaberis.* Consequenter admodum, postquam de omni carne dixerat, hæc intulit, quæ omnis prædictæ carnis confessionem complectuntur. Itaque quotquot ex omnibus gentibus, quæ olim carnales erant, a superstitione gradum revocarunt, a Spiritu divino docentur confiteri quantis olim in malis complicati fuerint, atque proprias impietates commemorare. Quare ait: *Verba iniquorum prævaluerunt super nos, & impietatibus nostris tu propitiaberis.* Hæc sane quasi ex persona omnis memoratæ carnis valde consequenter dicta fuerint. Quia vero canticum psalmi, Davidis inscriptus est; opportune quæratur quando-

Λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς, καὶ ταῖς ἀσεβείαις ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ. σφόδρα ἀκολούθως μετὰ τὰ περὶ πάσης σαρκὸς λελεγμένα, ἐπενήνεκται τὰ προκείμενα τῆς ὠνομασμένης πάσης σαρκὸς ἐξομολόγησιν περιέχον- E τα. οἱ γοῦν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν τῶν πάλαι σαρκίνων τῆς δεισιδαίμονος πλάνης ἐπιστρέψαντες, διδάσκονται ὑπὸ τοῦ θείου πνεύματος ὁμολογεῖν ἐν ὁποίοις ποτὲ κακοῖς γεγόνασι, τῶν τε οἰκείων ἀσεβημάτων μνημονεύειν. διό φησι· λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς, καὶ ταῖς ἀσεβείαις ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ. ταῦτα μὲν οὖν λεγόμενα ἐκ προσώπου τῆς ἀποδοθείσης πάσης σαρκός, πολλὴν ἂν ἔχοι ἀκολουθίαν. ἐπεὶ δὲ τοῦ Δαυὶδ ἐπιγέγραπται ἡ ᾠδὴ τοῦ ψαλμοῦ, ζητήσειεν ἄν τις.

πότε τὸν Δαυὶδ ἢ τοὺς σὺν αὐτῷ λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, κατεδυνάστευσαν. ποίας δὲ καὶ ἀσεβείας ἐκτήσατο ὁ τοσοῦτος τοῦ θεοῦ προφήτης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἐπείπερ τὰς ἀσεβείας ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ φησίν· ἀλλὰ γάρ, ὡς ἀποδεδώκαμεν, προφητικῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως μνημονεῦσαν, καὶ φῆσαν, πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει, ἀκολούθως τὴν ἐξομολόγησιν αὐτῶν διαγράφει, ἐξ αὐτῶν προσώπου φάσκον· λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς, τουτέστι κρείττους ἡμῶν γεγόνασι καὶ δυνατώτεροι ἡμῶν οἱ τῶν ἀνόμων λόγοι. ἄνομοι δὲ πάντες ἦσαν οἱ πρῶτοι συστησάμενοι τὴν τῶν εἰδώλων θεοποιΐαν. λόγοι τε αὐτῶν οἱ διὰ ποιητῶν καὶ τῶν σοφῶν τοῦ αἰῶνος τούτου περὶ τῆς πολυθέου πλάνης ἐν συγγράμμασι καταβεβλημένοι· ἀλλ' οὗτοι μὲν κατεδυνάστευσαν ἡμῶν, κατὰ τὸν Σύμμαχον· σὺ δ' οὐχ ὑπερεῖδες ἡμᾶς δέσποτα· ἱλάσω δὲ τὰς ἀσεβείας ἡμῶν, καταπέμψας ἡμῖν τὸν ἱλασμόν, δι' οὗ κατέστης ἡμῖν ἵλεως, ὑπερβὰς ἡμῶν τὰς ἀσεβείας. τίς δὲ ἐστὶν ὁ ἱλασμὸς διδάσκει λέγων ὁ ἀπόστολος περὶ τοῦ σωτῆρος· ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον διὰ πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι. καὶ πάλιν· αὐτὸς ἱλασμός ἐστι ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· οὐχ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὅλου τοῦ κόσμου.

Μακάριος ὃν ἐξελέξω καὶ προσελάβου, κατασκηνώσει ἐν ταῖς αὐλαῖς σου. οἱ ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέψαντες, τὰς ἑαυτῶν ἀσεβείας ἐξομολογησάμενοι, καὶ ὡς κατηξιώθησαν τοῦ ἱλασμοῦ, προκοπὴν ἐπιδείκνυνται, καὶ ψυχῆς ὠφέλειαν πολλήν, γνῶσιν ἀνειληφέναι διδάσκοντες τοῦ ἀληθῶς μακαρίου. πάλαι μὲν γὰρ τὸν θνητὸν βίον καὶ τὴν πρόσκαιρον ζωὴν μόνην εἰδότες, πάντως που ἐμακάριζον τοὺς ταύτης ἀπολαύοντας, τέλος ἡδονὴν ὁριζόμενοι, καὶ πλοῦτον, καὶ τὴν ἐν σώματι τρυφήν. νῦν δ' ὅτε τετυχήκασι τοῦ ἱλασμοῦ, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀσεβείας ἀπεκαθήραντο, γνῶσιν ἀνειλήφασι τοῦ ἀληθῶς μακαρίου. καὶ τοῦτον εἶναί φασι τὸν ὑπὸ θεοῦ ἐκλελεγμένον καὶ τῆς ὑπ' αὐτοῦ προσλήψεως κατηξιωμένον. διό φασι· πάντες ἡμεῖς τῆς κλήσεως κατηξιώμεθα οἱ πάλαι ὄντες σάρξ· ἀλλ' ἴσμεν ὅτι πολλοὶ μὲν κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. εἰκότως οὖν ὡς ἂν σπάνιον μακαρίζομεν τὸν ἐκλεκτόν. τίς δὲ ἐστὶν οὗτος, ἀλλ' ἢ ὁ ἀφορισθεὶς τῶν πολλῶν καὶ ἀναληφθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ; καὶ πῶς γὰρ οὐ μακάριος ἀληθῶς ὁ τοιοῦτος, ὁπότε τῶν δύο τούτων τυχών, λέγω δὲ τῆς ἐκλογῆς καὶ τῆς τοῦ θεοῦ προσλήψεως, ἑτέρου κρείττονος καταξιωθήσεται, κατοικήσει γὰρ ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ θεοῦ; καὶ ταύτην λοιπὸν τὴν μονὴν εὑρὼν καὶ τὴν ἀνάπαυλαν, ἐνταῦθα στηριχθήσεται· τὸ τέλος ἀγαθὸν τοῦτο ἀπολαύων, οὗ τυχεῖν καὶ ἄλλος ηὔχετο προφήτης ὁ εἰπών· ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ κυρίου. αὐλαὶ δὲ τοῦ κυρίου εἰσὶν αἱ κατ' οὐρανὸν μοναί, περὶ ὧν εἴρηται ἐν εὐαγγελίῳ, πολλαὶ μοναὶ πα-

A nam in Davidem aut suos verba iniquorum prævaluerunt; sive secundum Symmachum, *dominati sunt*: queis vero impietatibus cum tantus ille Dei propheta, tum socii ejus addicti fuerint, siquidem ait, *impietatibus nostris tu propitiaberis.* Verum uti jam tradidimus, cum Spiritus sanctus gentium vocationem prophetice commemoret ac dicat, *ad te omnis caro veniet;* earum confessionem consequenter describit, ac ex earum persona dicit: *Verba iniquorum prævaluerunt super nos,* id est, verba iniquorum superiora
B ac potentiora nostris fuerunt. Iniqui autem fuere, qui primi idola inter Deos computarunt: verba porro eorum sunt, quæ a poëtis & sapientibus hujus sæculi de multorum numinum errore scriptis consignata sunt. Sed ii quidem *dominati sunt nobis* secundum Symmachum; tu vero non despexisti nos, Domine, sed propitiatus impietatibus nostris, misisti propitiationem nobis, qua impietates prætergressus nostras, placatus evasisti. Quæ porro sit illa propitiatio, docet Apostolus de Servatore dicens: *Quem*
C *proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius;* ac rursum, *Ipse propitiatio est pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed pro totius mundi.*

Symmachi. Symmachi. Rom. 3. 25. 1. Joan. 2. 2.

5. *Beatus quem elegisti & adsumsisti, inhabitabit in atriis tuis.* Qui ex omnibus gentibus conversi sunt, impietates confessi suas, ut propitiatione dignati, profectum animæque utilitatem multam, illius qui vere beatus est notitia instructi, exhibent. Olim namque cum mortalem tantum & temporaneam vitam nossent, qui ea fruerentur
D beatos omnino prædicabant, voluptatem, divitias, corporis delicias pro fine constituentes. Nunc vero propitiationem nacti, depositisque impietatis sordibus, illius qui vere beatus est cognitionem adepti sunt; huncque esse dicunt, quem Deus adsumere & eligere dignatus est: quare aiunt, Nos omnes vocatione digni habiti sumus, qui olim caro eramus: sed scimus multos vocatos, paucos electos esse: jure igitur electum, utpote qui perrarus sit, beatum prædicamus. Quis ille est, nisi qui ex multis se-
E gregatus & a Deo adsumtus est? Ecqui non vere beatus sit qui hujusmodi est, quando duo hæc a Deo consequutus, electionem scilicet & adsumtionem, alio præstantiore dignabitur? nam inhabitabit in atriis Dei. Et hac inventa mansione & quiete, istic confirmabitur, fineque bono fruetur, quem nancisci rogabat alius propheta dicens: *Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Psal. 83. 3.
Atria vero Domini sunt cœlestes mansiones, de quibus dicitur in Evangelio, *Apud Pa-* Joan. 14. 2.

trem mansiones multæ. Is itaque ex genti- A bus, qui olim caro erat, sed jam mutatus, homo Dei effectus est, eum qui segregatus & jam electus est beatum prædicat; utpote qui a Deo adsumtus & in atria cœlestis Jerusalem translatus fuerit. *Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in justitia.* Qui supra memorati sunt, bona cœlestia, queis prædictus vir beatus dignus habitus est, consequi peroptantes, aiunt: *Replebimur in bonis domus tuæ.* Cœlestem enim illam Dei domum, B cujus in atriis is qui jam electus fuit constitutus est, probe norunt. Quamobrem precantur, se quoque opportuno tempore cœlestia illa bona consequi. Quod si domus Dei Ecclesia ejus sit secundum Apostolum,

1.Tim. 3.15. qui ait, *Ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis;* jure dicunt, Beatus ille jam tuam consequutus est electionem; nos vero, qui nondum tales sumus, sed adhuc induti [carne], gaudemus quod jam hic constituti, bonis domus C tuæ fruamur, divinis scilicet sermonibus, sapientiæ disciplinis, & sancti Spiritus charismatibus, queis domus Dei exornatur:

1.Cor. 12.8. *Alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii fides in eodem Spiritu, alii dona curationum, alii genera linguarum,* & alia quæ divinus Apostolus enumeravit. Hoc se itaque apparatu instruunt qui meliora concupiscunt. Deinde quia domus Dei mentionem fecerunt, consequenter edocent quænam illa sit dicentes, *Sanctum est* D *templum tuum, mirabile in justitia.* Hæc enim domus Dei erat, sanctum templum ejus. Templum autem sanctum Dei intelligas, non murorum tectorumque fabricam, sed illud quod jam ex electis animabus constituitur. Sancti, lapides vivi sunt; domumque spiritualem ad sanctum sacrificium destinatam, cœtum religiosorum hominum esse sacer Apostolus docuit his verbis:

1.Cor. 3.17. *Vos autem omnes domus Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis templum Dei violaverit, disperdet* E *illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Hæc autem cum dixit, adfinia loquutus est dictis præsentibus: *Sanctum est templum tuum, mirabile in justitia.* Sicut enim sensibilium templorum structura in admiratione plerumque est, quod ea studiosa varietate exædificata sint; aurea quippe tecta & anaglyphis ornata concinnant elegantiæ studentes, columnis atque marmoribus ædificia exornant: eodem modo templum Dei quod sanctum est, (& hoc sane ipsi primum & quidem pulcherrimum bonum adest,) externo ornatu circumfulget, videlicet sapientia illa Dei varietate

παρὰ τῷ πατρί. ὁ τοίνυν ἐξ ἐθνῶν πάλαι μὲν ὢν σάρξ, μεταβαλὼν δὲ καὶ γενόμενος θεοῦ ἄνθρωπος, μακαρίζει τὸν ἐξαίρετον καὶ ἤδη ἐκλεκτὸν ὡς ἂν προσληφθέντα ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ παραληφθέντα εἰς τὰς αὐλὰς τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλήμ. πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου· ἅγιος ὁ ναός σου, θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ. οἱ προλεχθέντες, τυχεῖν εὐχόμενοι καὶ αὐτοὶ τῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν, ὧν ἠξίωται ὁ προειρημένος μακάριος, φασὶν· πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου. ἐγνώκασι γὰρ τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ τὸν ἐπουράνιον, οὗ ἐν ταῖς αὐλαῖς ὁ ἤδη ἐκλεκτὸς κατατέτακται. διὸ ἱκετεύουσι καιρῷ ποτε καὶ αὐτοὶ τυχεῖν τῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν. εἰ δὲ καὶ οἶκος θεοῦ ἡ ἐκκλησία αὐτοῦ ἐστι, κατὰ τὸν ἀπόστολον φήσαντα· ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας· εἰκότως φασὶν ὅτι ὁ μὲν μακάριος, ἤδη τῆς παρὰ σοὶ τετύχηκεν ἐκλογῆς· ἡμεῖς δὲ οἱ μηδέπω τοιοῦτοι, ἔτι δὲ περιβεβλημένοι ἀγαπῶμεν ἐντεῦθεν ἤδη τῶν ἐν τῷ οἴκῳ σου ἀγαθῶν ἀπολαύοντες, λόγων δηλαδὴ θείων καὶ τῶν τῆς σοφίας μαθημάτων τε καὶ χαρισμάτων τοῦ ἁγίου πνεύματος, οἷς κεκόσμηται ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ. ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως· ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι· ἄλλῳ χαρίσματα ἰαμάτων, ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν, καὶ ὅσα ἄλλα κατέλεξεν ὁ θεῖος ἀπόστολος. ἐν τούτοις οὖν ἑαυτοὺς παρασκευάζουσιν οἱ τῶν κρειττόνων ἐφιέμενοι. εἶτ᾽ ἐπειδὴ περὶ οἴκου θεοῦ ἐμνημόνευσαν, ἀκολούθως ὁποῖος οὗτος τυγχάνει διδάσκουσι λέγοντες· ἅγιος ὁ ναός σου, θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ. οὗτος γὰρ ἦν ὁ οἶκος τοῦ θεοῦ ὁ ἅγιος αὐτοῦ νεώς· νεὼν δὲ ἄκουε τοῦ θεοῦ ἅγιον, οὐ τοίχων καὶ ὀρόφων οἰκοδομήματα, ἀλλὰ τὸν ἐκ ψυχῶν ἐκλεκτῶν συνεστῶτα ἤδη. λίθοι ζῶντες οἱ ἅγιοι, καὶ οἶκος πνευματικὸς εἰς ἱεράτευμα ἅγιον, τὸ σύστημα τῶν θεοσεβῶν εἶναι ὁ ἱερὸς ἀπόστολος ἐδίδαξεν εἰπών· ὑμεῖς δὲ πάντες οἶκος θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ θεός· ὁ γὰρ ναὸς τοῦ θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς. τοῦτο δὲ εἰπών, συνῳδὰ τῷ μετὰ χεῖρας ἐδίδασκε λόγῳ φάσκοντι· ἅγιος ὁ ναός σου, θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ. ὡς γὰρ τῶν αἰσθητῶν ναῶν θαυμάζεται πολλάκις ἡ κατασκευὴ διὰ φιλοκάλου πολυτελείας γενομένη· χρυσόροφα γοῦν καὶ διάγλυφα τεκταίνουσι φιλοκαλοῦντες, ὕλῃ τε κιόνων καὶ μαρμάρων κατακοσμοῦσι τὰς οἰκοδομάς· τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ τοῦ θεοῦ νεὼς ἅγιος ὤν, ὃ καὶ τοῦτο πρῶτον κάλλιστον ἀγαθὸν κεκτημένος, τὸν ἔξωθεν περιβέβληται κόσμον, πολυποικίλῳ σοφίᾳ θεοῦ, δικαιοσύνῃ

τε καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς· τοῖς τε τοῦ ἁγίου πνεύματος χαρίσμασι πεποικιλμένος, ὡς ἔκπληξιν ἐμποιεῖν καὶ θαῦμα παρέχειν τοῖς ὁρῶσιν· ὅθεν οἱ καταξιούμενοι τῆς ἐν αὐτῷ διατριβῆς, χαίροντες φασί· πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου· ἅγιος ὁ ναός σου, θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ. τήρει δὲ ὅπως ταῦτα κατὰ τοὺς χρόνους ἐλέγετο τοῦ Δαυίδ, καθ' οὓς ὁ αἰσθητὸς ὑπὸ Σολομῶντος οὐδέπω κατεσκεύαστο νεώς. δεικνύντος ἐναργῶς τοῦ λόγου, ὅτι ὁ ἀληθῶς ναὸς τοῦ θεοῦ οὐχ ὁ ἐκ λίθων ἀψύχων ᾠκοδομημένος ἦν· ἀλλ' ὁ ἀποδοθεὶς ἡμῖν κατὰ τὴν ἀποστολικὴν μαρτυρίαν. καὶ ἄλλως δὲ καθ' ἑτέραν ἐκδοχήν, ἐπειδὴ ἀνωτέρω ἐμακάρισαν τὸν ἐκλεγέντα καὶ ἀναληφθέντα ὑπὸ τοῦ θεοῦ, κατοικήσαντά τε ἤδη ἐν ταῖς αὐλαῖς αὐτοῦ ταῖς ἐπουρανίοις, εἰκότως καὶ αὐτοὶ τέως μένοντες κλητοὶ εὐχόμενοι δὲ ἐκλεκτοὶ γενέσθαι καὶ τῶν αὐτοῦ ἐπουρανίων μονῶν καταξιωθῆναι, ἐλπίδας ἀγαθὰς ἑαυτοῖς ὑπογράφουσιν, ἱκετεύοντες τυχεῖν τοῦ αὐτοῦ ἐπουρανίου οἴκου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἀγαθῶν. εἶθ' ὡς μεμαθηκότες ὁποῖός ἐστιν ὁ ἐπουράνιος τοῦ θεοῦ οἶκος, ἑρμηνεύουσι τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ φάσκοντες· ἅγιος ὁ ναός σου, θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ. ναὸς δὲ ἐπουράνιος καὶ ἀληθῶς ἐπάξιος τοῦ θεοῦ, ἐν ᾧ κατοικῶν ἐπινοεῖται ὁ τῶν ὅλων θεός, τίς ἂν γένοιτο, ἢ ὁ μονογενὴς αὐτοῦ λόγος, εἰς ὃν εὐδόκησεν πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι; οὗτος οὖν ἀληθῶς θαυμαστός ἐστιν ἐν δικαιοσύνῃ· ἐπειδὴ γέγονεν ἡμῖν αὐτὸς σοφία ἀπὸ τοῦ θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις.

A distincta, justitia & reliquis virtutibus, Spiritus item sancti donis varie illustratum; ita ut in stuporem & admirationem se contemplantes conjiciat. Quamobrem qui ut in eo sedes haberent digni habiti sunt, læti dicunt: *Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in justitia.* Observes 6. porro velim hæc Davidis tempore dicta fuisse, quo templum illud sensibile a Salomone nondum excitatum fuerat: sicque clare docetur, verum Dei templum, non illud esse quod ex inanimatis lapidibus structum e- B rat; sed quod ex Apostolico testimonio designavimus. Secundum aliam vero interpretationem, quia electum & adsumtum a Deo, qui jam in cœlestibus ejus atriis habitat, beatum prædicaverunt; jure & ipsi qui vocati permanent, atque electi esse, & cœlestibus mansionibus donari peroptant, bonam sibi spem adscribunt, eamdem domum cœlestem ejusque bona consequi rogantes. Deinde, utpote qui edidicerint qualis illa cœlestis Dei domus sit, ejus virtutem post explicant dicentes: *Sanctum est templum tu-* C *um, mirabile in justitia.* Templum autem cœleste ac vere Deo dignum in quo habitare universorum Deus intelligitur, quid aliud fuerit, quam unigenitum ejus Verbum, in quo placitum est omnem plenitudinem deitatis inhabitare? Hoc itaque vere mirabile est in justitia; utpote quod factum sit nobis sapientia a Deo, justitia, sanctificatio & redemtio.

Ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν. ὁ μὲν δὴ ἐκλελεγμένος ὑπὸ σοῦ καὶ ἀναληφθεὶς εἰς τὸν ἐπουράνιον ναόν, μακάριος ἀληθῶς καὶ τρισμακάριος· ἡμεῖς δὲ ἐν ἐπαγγελίαις ὄντες τῶν προλεχθέντων ἀγαθῶν, ἐλπίσι τε ἀνηρτημένοι, ἤδη ποτὲ τούτων τυχεῖν εὐχόμεθα. διὸ παρακαλοῦμεν λέγοντες· ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν. ἐπακούσας δέ, μακαρίους γενέσθαι καταξίωσον καὶ ἡμᾶς προσλαβόμενος καὶ ἐκλεξάμενος, καὶ κατοικίσας ἐν ταῖς αὐλαῖς σου· ἵν' ἐκεῖ γενόμενοι πλησθῶμεν τῶν ἀγαθῶν τοῦ οἴκου σου. ἀγαθὰ δὲ τοῦ ἐπουρανίου οἴκου, ὁποῖα ἄν τις νοήσειεν, ἢ οἷα ὁ θεῖος ἀπόστολος διέγραψεν εἰπών· ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν; ἐπάκουσον τοίνυν ἡμῶν ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ ἐπακούσας, καταξίωσον καὶ ἡμᾶς τῶν ἀγαθῶν τοῦ οἴκου σου. ταῦτα διδάσκονται λέγειν οἱ πάλαι ὄντες σάρκες, τῆς δὲ τοῦ θεοῦ κλήσεως κατηξιωμένοι. ἐπικαλοῦνται δὲ εὐκαίρως ἐν τούτοις τὸν ἑαυτῶν σωτῆρα, ὃν καὶ ἀνωτέρω ἱλασμὸν ὠνόμασαν εἰπόντες, καὶ τὰς ἀνομίας ἡμῶν σὺ ἱλά-

Exaudi nos Deus salvator noster, spes omni- D *um finium terræ, & eorum qui in mari sunt longe.* Qui abs te electus, & in cœleste illud templum adsumtus est, vere beatus & ter beatus: nos autem qui in prædictorum bonorum promissionibus & in spe versamur, jam hæc ipsa consequi precamur: quare his verbis rogamus, *Exaudi nos Deus salvator noster:* postquam autem exaudieris, concede etiam nobis ut beati efficiamur, qui nos antea adsumtos & electos habitare fecisti in atriis tuis; ut ibi constituti im- E pleamur bonis domus tuæ. Bona vero cœlestis domus quænam esse putaveris, nisi quæ Apostolus his verbis descripsit, *Quæ ocu-* 1. Cor. 2. 9. *lus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adscendit, quæ præparavit Deus diligentibus se?* Exaudi itaque nos Deus salvator noster, & postquam exaudieris, nos bonis domus tuæ dignare. Hæc dicere edocentur, qui cum olim caro essent, Dei vocatione donati sunt. Opportune autem hisce verbis Servatorem invocant suum, quem superius propitiationem appellaverunt, cum dicerent, *& impietatibus nostris tu propitiabe-*

Hebraïca lectio. A *ris*. Hic quoque Hebraïca scriptura salvatorem ipsis characteribus effert, queis Salvator noster Jesus scribitur. Eumdem porro servatorem & propitiationem ita quo-
7. que vocant, *Spes omnium finium terræ & eorum qui in mari sunt longe*, palam declarantes hæc nihil ad Judæos pertinere: neque enim ipsis tantum, sed etiam omnibus gentibus Servatoris gratiam, ut & notitiam scientiamque Dei annuntiandam vaticinantur; ita ut non ultra in suis olim vocatis diis, sed in eo solo qui servator eorum effectus est, spem reponant. B *Præparans montes in virtute sua accinctus potentia*. Pro illo, *præparans montes*, Symmachus, *fundasti montes*, interpretatus est. Symmachi. Hic porro divina de Servatore doctrina inducenda est. Tu enim, inquit, es spes omnium finium terræ, qui & hæc & illa virtute tua magna condidisti. Primo quidem præparasti montes in virtute tua, accinctus potentia: deinde conturbasti profundum maris, & sonum fluctuum ejus mitigasti: postea per hæc conturbasti gentes. His vero gestis magnam utilitatem perceperunt qui habitant terminos. C Te quippe noverunt, & timuerunt a signis tuis; ita ut nullam ulterius præter te spem ob oculos ponerent. Quare supra dictum est, *Spes omnium finium terræ*. Ii enim qui terminos terræ incolunt hic prænuntiatur futurum esse ut timeant Deum a signis ejus, ut dicitur:
9. *Et timebunt qui habitant terminos a signis tuis*. Quænam signa illa erant, quæ cum viderent qui habitabant terminos timuerunt Deum in ipsumque sperarunt, superius docuit his verbis, *Præparans montes in virtute sua, accinctus potentia, qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum ejus*. D *Quis sustinebit? Turbabuntur gentes*. Hæc videntes qui habitant terminos, timuerunt a signis ejus. His porro significatur spirituum malignorum, qui olim contra Dei scientiam erigebantur, abjectio & depulsio, ac diabolicæ aciei clades, principatuum videlicet, potestatum, rectorum mundi & spiritualium nequitiæ: quæ quidem olim gentibus terram incolentibus dominabantur, & humanæ vitæ mare commiscebant & conturbabant, ita ut deorum religionem, omnibus universum orbis E elementum incolentibus emitterent. Omnia vero per salutarem Dei adventum de medio sublata & eversa sunt. His similia alius quoque propheta hisce verbis vaticinatur:
Mich. 1. 2. *Audite populi omnes, qui habitatis in ipsa: & erit Deus vobis in testimonium, Dominus de domo sancta sua. Quia ecce Dominus, Dominus descendet de loco suo, & conscendet super excelsa terræ. Et conteret montes subtus se, & valles liquescent sicut cera a facie ignis propter im-*

σῃ. καὶ ἐνταῦθα δὲ τὸν σωτῆρα ἡ Ἑβραϊκὴ γραφὴ τούτοις ἐγγράφει τοῖς χαρακτῆρσι, δι' ὧν καὶ ὁ ἡμέτερος σωτὴρ Ἰησοῦς γράφεται. τοῦτον δὲ αὐτὸν τὸν σωτῆρα καὶ τὸν ἱλασμὸν, ἐλπίδα πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακρὰν, ὀνομάζουσιν, ἄντικρυς παριστῶντες μηδὲν ταῦτα πρὸς Ἰουδαίους. οὐ γὰρ μόνοις αὐτοῖς, πᾶσι δὲ τοῖς ἔθνεσι τὴν τοῦ σωτῆρος χάριν διαγγελίζεσθαι, οἷς γνώμην θεοῦ καὶ ἐπιστήμην θεσπίζουσιν, ὡς μηκέτι τὰς ἐλπίδας ἀναρτᾷν ἐπὶ τοὺς πάλαι νομιζομένους αὐτῶν θεοὺς. ἀλλ' ἐπὶ μόνον τὸν αὐτῶν γενόμενον σωτῆρα. ἑτοιμάζων ὄρη ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ περιεζωσμένος ἐν δυναστείᾳ. ἀντὶ τοῦ, ἑτοιμάζων ὄρη, ἥδρασας ὄρη ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν. ἐπάγει δὲ ὁ λόγος τὰς περὶ τοῦ προλεχθέντος σωτῆρος θεολογίας. σὺ γὰρ εἶ φησιν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς ὁ τάδε καὶ τάδε τῇ σαυτοῦ δυνάμει μεγαλουργήσας. πρῶτον μὲν ἡτοίμασας ὄρη ἐν τῇ ἰσχύϊ σου περιεζωσμένος δυναστείαν. εἶτα συνετάραξας τὸ κύτος τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν κυμάτων αὐτῆς τὸ ἦχος ἐπράϋνας. εἶτα διὰ τούτων ἐτάραξας ἔθνη. τούτων δὲ γενομένων τὰ μεγάλα ὠφελήθησαν οἱ κατοικοῦντες τὰ πέρατα. ἔγνωσαν γάρ σε καὶ ἐφοβήθησαν ἀπὸ τῶν σημείων σου. ὡς μηκέτι λοιπὸν ἄλλην τινὰ ἐλπίδα πρὸ ὀφθαλμῶν τίθεσθαι, ἢ σέ. διὸ ἀνωτέρω ἐλέγετο· ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς. οὗτοι γὰρ οἱ τὰ πέρατα τῆς γῆς οἰκοῦντες ἐν τοῖς προκειμένοις φοβηθήσεσθαι τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν σημείων αὐτοῦ θεσπίζονται ὑπὸ τοῦ φήσαντος λογίου· καὶ φοβηθήσονται οἱ κατοικοῦντες τὰ πέρατα ἀπὸ τῶν σημείων σου. ποῖα δὲ ἦν τὰ σημεῖα ἅπερ θεασάμενοι οἱ κατοικοῦντες τὰ πέρατα ἐφοβήθησαν τὸν θεὸν καὶ εἰς αὐτὸν ἤλπισαν, προεδίδαξεν εἰπών· ἑτοιμάζων ὄρη ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, περιεζωσμένος ἐν δυναστείᾳ, ὁ συνταράσσων τὸ κύτος τῆς θαλάσσης ἤχους κυμάτων αὐτῆς. τίς ὑποστήσεται; ταραχθήσονται ἔθνη. ταῦτα θεασάμενοι οἱ κατοικοῦντες τὰ πέρατα, ἐφοβήθησαν ἀπὸ τῶν σημείων αὐτοῦ. δηλοῦται δὲ διὰ τούτων ἡ τῶν πάλαι ἐπαιρομένων κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ πονηρῶν πνευμάτων ταπείνωσις καὶ ἡ καθαίρεσις τῆς διαβολικῆς παρατάξεως, ἀρχῶν δηλαδὴ καὶ ἐξουσιῶν, καὶ κοσμοκρατόρων καὶ πνευματικῶν τῆς πονηρίας. ἅτινα πάλαι μὲν κατεκράτει τῶν ἐπὶ γῆς οἰκούντων ἐθνῶν· συνεκύκα τε καὶ συνετάραττε τὴν τοῦ ἀνθρωπείου βίου θάλασσαν· ὡς θεῶν δόξαν ἀποστέλλειν παρὰ πᾶσι τοῖς τὸ τῆς γῆς οἰκοῦσι στοιχεῖον. καθῄρηται δὲ πάντα καὶ ἀνατέτραπται διὰ τῆς σωτηρίου θεοφανείας. τὰ ὅμοια δὲ τούτοις καὶ ἄλλος προφήτης ὧδε θεσπίζει λέγων· ἀκούσατε λαοὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. καὶ ἔσται ὁ θεὸς ὑμῖν εἰς μαρτύριον, κύριος ἐξ οἴκου ἁγίου αὐτοῦ· διότι ἰδοὺ κύριος κύριος καταβήσεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ· καὶ ἐπιβήσεται ἐπὶ τὰ ὕψη τῆς γῆς. καὶ σαλευθήσεται τὰ ὄρη ὑποκάτωθεν αὐτοῦ· καὶ αἱ κοιλάδες τακήσονται ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς δι' ἀσε-

σέβειν Ἰακώβ. ταῦτα πάντα καὶ δι' ἁμαρτίαν οἴκου Ἰσραήλ. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ιζ΄. ψαλμῷ, τὴν ἐξ οὐρανῶν ἐπὶ γῆς κατάβασιν τοῦ αὐτοῦ κυρίου περιέχοντι, λέλεκται· καὶ ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ, καὶ τὰ θεμέλια τῶν ὀρέων ἐταράχθησαν καὶ ἐσαλεύθησαν, ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ κύριος. σημαίνεται δὲ διὰ τούτων κάθοδος τοῦ κυρίου, δηλαδὴ τοῦ θεοῦ λόγου· εἶτ' ἐπὶ τῇ εἰς ἀνθρώπους καθόδῳ αὐτοῦ τῶν ἀφανῶν καὶ ἀοράτων δυνάμεων τῶν πάλαι εἰς ὕψος ἐπηρμένων, καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τετιμημένων καθαίρεσις καὶ ταπείνωσις καὶ σκεδασμός. διὸ καὶ ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας εἴρηται· ἑτοιμάζων ὄρη ἐν τῇ ἰσχύι αὐτοῦ περιεζωσμένος ἐν δυναστείᾳ. δυναστείᾳ γὰρ περιεζωσμένος τῇ αὐτοῦ ἰσχύι, τὰ προλεχθέντα ὄρη οὔπω μὲν εἰς τὸ παντελὲς ἀπώλεσεν· ἡτοίμασε δὲ εἰς τιμωρίαν τέως ἀφορίσας αὐτὰ καὶ ἀποστήσας τῆς κατὰ τῶν ἀνθρώπων τυραννίδος· ἀλλὰ καὶ τὸ κύτος τῆς θαλάσσης τῇ ἑαυτοῦ δυναστείᾳ κατέπαυσε. διὸ λέλεκται· συνταράσσων τὸ κύτος τῆς θαλάσσης, ἤχους κυμάτων αὐτῆς. ἀντὶ δὲ τοῦ, ὁ συνταράσσων, ὁ μὲν Ἀκύλας καταστέλλων, ὁ δὲ Θεοδοτίων καταπραΰνων, καὶ ἡ ε΄. ἔκδοσις, ὁ καταπραΰνων ἡρμήνευσαν. λέγει δ' οὖν ὁ Ἀκύλας· καταστέλλων ἦχον θαλάσσης, θόρυβον κυμάτων αὐτῆς καὶ ὄχλον φυλῶν. ὥσπερ γὰρ τὰ προλεχθέντα ὄρη εἰς τὴν μέλλουσαν αὐτὰ διαλήψεσθαι τιμωρίαν ἡτοίμασεν· οὕτως κατέστειλε τὸν ἦχον τῆς θαλάσσης καὶ τὸν θόρυβον τῶν κυμάτων αὐτῆς. τίς δὲ ἡ θάλασσα, καὶ ποταπὸς ὁ ἦχος αὐτῆς, καὶ τίς ὁ θόρυβος τῶν κυμάτων αὐτῆς, ἑξῆς διασαφεῖ ὁ Ἀκύλας εἰπών· καὶ ὄχλον φυλῶν. ὁ γὰρ πολὺς ὄχλος τῶν πάλαι ἐθνῶν, καὶ τῶν κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων φυλῶν ἦν, ὅτε κῦμα τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου, καὶ ἡ τοιαύτη τοῦ θνητοῦ βίου θάλασσα τῆς τῶν ἀνθρώπων κακίας πεπληρωμένη, πολὺν θόρυβον εἶχεν, μέγαν τε ἦχον ἐξαπέστελλεν ἅτε τὸν δράκοντα οἰκοῦντα ἐν αὐτῇ κεκτημένη· περὶ οὗ λέλεκται· ἐπάξει κύριος ὁ θεὸς τὴν μάχαιραν ἐπὶ τὸν δράκοντα, ὄφιν τὸν σκολιόν, καὶ ἀνελεῖ τὸν δράκοντα τὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ. καὶ ἀλλαχοῦ προειπὼν ὁ λόγος· αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος, ἐπιλέγει· ἐκεῖ δράκων οὗτος, ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ. ἀλλὰ γὰρ ἀθρόως καὶ τὸν δράκοντα καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τὸν τῶν κυμάτων αὐτῆς ἦχον, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς ἐπιφανεῖσα ἀνθρώποις, κατέστειλε καὶ κατεπράϋνε, τόν τε ὄχλον τῶν φυλῶν ἔσβεσε. τούτων δὲ γενομένων, ἑξῆς καὶ ἀκολούθως εἴρηται· καὶ φοβηθήσονται οἱ κατοικοῦντες τὰ πέρατα ἀπὸ τῶν σημείων σου. ἱκανὰ γὰρ ἦν τὰ προλεχθέντα σημεῖα, ὄρη ταπεινούμενα καὶ θαλάσσης ἦχος καταστελλόμενος, θόρυβός τε κυμάτων μηκέτι ταράττων κατὰ τὸ παλαιόν· ἀλλὰ καὶ ὄχλος φυλῶν καὶ αὐτὸς σβεννύμενος, φόβον ἐμποιῆσαι τοῖς κατοικοῦσι τὰ πέρατα· ὡς μηκέτι τὰ προλεχθέντα πάντα φοβεῖσθαι, ἀλλ' ἕνα μόνον τὸν πάντων ἐκείνων νικητήν· ὅν τινα λοιπὸν γνόντες καὶ

pietatem Jacob: hæc omnia & propter peccatum domus Israel. In XVII. item psalmo, qui ejusdem Domini descensum ex cœlis in terram complectitur, dictum est: *Et commota est & contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt, quoniam iratus est eis Dominus.* [Psal. 17. 8.] His porro descensus Domini, id est Dei Verbi, significatur; deindeque occultarum & invisibilium potestatum, quæ olim in sublime erigebantur, & ab omnibus gentibus colebantur, ruina, abjectio & dissipatio, quæ in ejus ad homines descensu contigit. Quare in præsenti dicitur: *Præparans montes in virtute sua, accinctus potentia.* Potentia enim accinctus, fortitudine scilicet sua, prædictos montes nondum quidem prorsus sustulit; sed præparavit & ad supplicium destinavit, & a tyrannide quam in homines exercebant semovit: imo etiam profundum maris potentia sua sedavit. Quapropter dicitur: *Conturbans profundum maris, sonum fluctuum ejus.* Pro illo autem, *conturbans*, Aquila, *comprimens*; Theodotio, *mitigans*; Quinta item editio, *mitigans*, interpretati sunt. [Aquilæ. Theodotionis. Quintæ.] Ait igitur Aquila: *Comprimens sonum maris, tumultum fluctuum ejus, & turbam nationum.* Quemadmodum enim prædictos montes ad futurum ipsis inferendum supplicium præparavit; ita quoque sonum maris & tumultum fluctuum ejus compressit. Quodnam illud mare, quis sonus ejus, quis tumultus fluctuum ejus sit, sub hæc declarat Aquila dicens: *& turbam nationum.* [Aquilæ.] Siquidem multa olim turba gentium, & nationum totius humani generis erat: hujusce autem mortalis vitæ fluctus & mare, malitia repletum, tumultum magnum excitabat, & ingentem emittebat sonitum; utpote quod draconem in medio sui habitantem contineret, de quo dictum est: *Inducet Dominus Deus gladium super draconem, serpentem tortuosum, & occidet draconem qui est in mari.* [Hesai. 27. 1.] Et alibi postquam dixisset, *Hoc mare magnum & spatiosum*; subdit, *Illic draco iste quem formasti ad illudendum ei.* Imo confertim draconem, mare & sonum fluctuum ejus compressit & sedavit spes illa omnium finium terræ, quæ hominibus affulsit, & turbam nationum extinxit. His peractis consequenter subjungitur: *Et timebunt qui habitant terminos a signis tuis.* Nam prædicta signa, nempe montes depressi, sonus maris sedatus, tumultus fluctuum, non ut olim perturbans; turba item nationum extincta, erant ad terrorem habitantibus terminos incutiendum satis; ita ut non ista jam memorata, sed unum eorum omnium victorem, ultra reformidarent: quem demum cognoscen-

tes ac timentes, beatitudinem sic expressam consequuntur: *Beati omnes qui timent Dominum.* [Psal. 127. 1.] Quinam vero sint illi, hisce verbis edocetur: *Et timebunt qui habitant terminos a signis tuis.* Terminos autem inhabitare dicuntur non prorsus ii qui extrema terræ incolunt; sed qui unà cum Paulo dicere possunt: *In carne viventes, non secundum carnem militamus*, [2. Cor. 10. 3.] &, *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus.* [Gal. 2. 20.] Hi enim humanis non sese negotiis immergentes, neque tamen iis sese prorsus subducentes, quasi in finibus consistunt, & circa vitæ humanæ terminos versantur. Qui sane multo sensu præditi, conspectis Servatoris nostri signis, ad principium sapientiæ, timorem Dei adsumentes, devenerunt. Quis vero eorum, qui variis temporibus imperium tenuere, sublimitatem & insultus in ecclesiam Dei conspicatus, quis impiorum hominum persequutiones & minas intuitus, non dicat montes exaltatos, mare concussum fuisse, & sonum fluctuum esse impiorum & atheorum blasphema dicta? Quæ sane omnia ille omnium terræ terminorum servator, vel solo nutu in virtute sua deprimere consuevit; ita ut qui ruinam & perniciem eorum conspiciunt turbentur; alii vero hinc utilitatem nanscifcantur, Deique timorem adsumant, impiorum perniciem divinæ Salvatoris potestatis signa perspicua esse confitentes.

10. *Exitus matutini & vesperæ delectationes. Visitasti terram & inebriasti eam.* Ad ea quæ prius enumerata sunt, alia item signa virtutis Servatoris declarat his verbis, *Exitus matutini & vesperæ delectationes.* Pro quo Symmachus, *Progressus diluculi & hymni vesperæ.* [Symmachi.] Unum quippe hoc maximumque signum est Salutaris virtutis, quod postquam supra dicta depresserat, exitus matutini & delectationes vesperæ hominibus constituerit; sive secundum Symmachum *hymnos*, aut secundum Aquilam, *laudes.* [Symmachi. Aquilæ.] Nam quod per universum orbem in ecclesiis Dei in matutino solis exitu, & vespertinis horis, hymni, laudes & divinæ vere delectationes Deo constituantur; id sane Dei virtutis non modicum signum est. Dei vero delectationes sunt hymni ubique terrarum in Ecclesia ejus matutinis & vespertinis horis emissi. Quare dictum est alicubi: *Jucunda sit ei laus mea:* [Psal. 148. 1.] ac rursum, *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum;* [Psal. 140. 2.] &, *Fiat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Ipsæ itaque delectationes Servatoris signa sunt. Ad hæc aliud maximum signum memorat dicens: *Visitasti terram, & inebriasti eam.* Ut enim ægrum medicus inspicit ac visitat, morbique cu-

A φοβούμενοι, τοῦ φάσκοντος μακαρισμοῦ τυγχάνουσι· μακάριοι πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον. τίνες δ' ἂν εἶεν οὗτοι τὸ παρὸν λόγιον διδάσκει φάσκον· καὶ φοβηθήσονται οἱ κατοικοῦντες τὰ πέρατα ἀπὸ τῶν σημείων σου. κατοικεῖν δὲ λέγονται τὰ πέρατα, οὐ πάντως οἱ τὰς ἐσχατιὰς τῆς γῆς οἰκοῦντες· ἀλλ' οἱ δυνάμενοι ὁμοίως Παύλῳ λέγειν· ἐν σαρκὶ γὰρ ζῶντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα· καὶ, ζῶ δὲ, οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. οὗτοι γὰρ οὔτε ἐμβαθύναντες τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν, οὔτε πάντη ἐκτὸς ὄντες αὐτῶν, ὥσπερ ἐν B μεθορίῳ καθεστήκασιν, ἀμφὶ τὰ πέρατα τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς πολιτευόμενοι. οἳ δὴ πολλῆς αἰσθήσεως μετασχόντες, τὰ σημεῖα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεασάμενοι, * οἱ ἐν ἀρχῇ γεγόνασι σοφίας, τὸν φόβον τοῦ θεοῦ ἀνειληφότες. τίς δὲ τὰ ὑψώματα τῶν κατὰ χρόνους ἀρχόντων καὶ τὰς κατὰ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ ἐπαναστάσεις, τούς τε διωγμοὺς καὶ τὰς ἀπειλὰς τῶν ἀσεβῶν ἀνδρῶν τεθεαμένος, οὐκ ἂν εἴποι ὄρη εἶναι ὑψούμενα καὶ θάλασσαν ἀληθῶς κυμαίνουσαν· ἤχους τε κυμάτων τὰς τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀθέων βλασφη-C μίας; ἃ δὴ πάντα ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ ὁ σωτὴρ πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, μιᾷ ῥοπῇ ταπεινοῦν εἴωθεν· ὡς τοὺς ὁρῶντας τὴν πτῶσιν αὐτῶν καὶ τὴν ἀπώλειαν ταράττεσθαι· τοὺς δὲ ὠφελεῖσθαι καὶ φόβον ἀναλαμβάνειν θεοῦ. σημεῖα ἐναργῆ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐνθέου δυνάμεως τὴν τῶν ἀσεβῶν καθαίρεσιν εἶναι ὁμολογοῦντας.

Ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις. ἐπεσκέψω τὴν γῆν καὶ ἐμέθυσας αὐτήν. πρὸς τοῖς κατειλεγμένοις καὶ ἄλλα σημεῖα τῆς τοῦ σωτῆρος δυνάμεως παρίστη λέγων· ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις· ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμή-D νευσε, τὰς προελεύσεις τοῦ ὄρθρου καὶ τῆς ἑσπέρας τὰς ὑμνολογίας. ἓν γὰρ καὶ τοῦτο μέγιστον σημεῖον τυγχάνει τῆς σωτηρίου δυνάμεως, τὸ μετὰ τὴν ταπείνωσιν τῶν προλεχθέντων, συστήσασθαι ἐν ἀνθρώποις ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον ὑμνολογίας, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν αἰνοποιήσεις. τὸ γὰρ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ κατὰ τὰς πρωϊνὰς τοῦ ἡλίου ἐξόδους, κατά τε τὰς ἑσπερινὰς ὥρας ὑμνολογίας καὶ αἰνοποιήσεις, καὶ θείας ἀληθῶς τέρψεις τῷ θεῷ συνίστασθαι, οὐ τὸ τυχὸν τῆς θεοῦ ἀρετῆς ση-E μεῖον. θεοῦ δὲ τέρψεις οἱ πανταχοῦ τῆς γῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἀναπεμπόμενοι κατὰ τοὺς ὀρθρινοὺς καὶ κατὰ τοὺς ἑσπερινοὺς καιροὺς ὕμνοι τυγχάνουσι. διὸ λέλεκταί που· ἡδυνθείη αὐτῷ ἡ αἴνεσίς μου· καὶ πάλιν· ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή· καὶ, κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. καὶ αὗται δὴ αἱ τέρψεις σημεῖα τυγχάνουσι τοῦ σωτῆρος. καὶ ἄλλο δὲ πρὸς τούτοις σημεῖον μέγιστον καταριθμεῖται ἑξῆς λέγων· ἐπεσκέψω τὴν γῆν καὶ ἐμέθυσας αὐτήν. ὡς γὰρ νοσοῦντα ἰατρὸς ἐφορᾷ καὶ ἐπισκέπτεται, ἐπιμέλειαν ποιούμενος

τοῦ

τοῦ πάθους, πάντα τε τὰ πρὸς ἴασιν καὶ σωτηρίαν συντελοῦντα συμβαλλόμενος, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ σὺ ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, περιζωσάμενος δυναστείαν τῇ ἰσχύϊ σου, ταῦτα πάντα εἰργάσω· τὰς μὲν ἀντικειμένας καθεῖλες δυνάμεις, συνεστήσω δὲ ἐπὶ γῆς πρωϊνὰς καὶ ἑσπερινὰς τέρψεις. καὶ ταῦτ᾽ ἔπραξας, καταξιώσας τῆς σαυτοῦ ἐπισκοπῆς τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους, δι᾽ ἧς μυρία αὐτοῖς ἀγαθὰ δεδώρηται, ὡς πληρῶσαι αὐτοὺς καὶ μεθύσαι ταῖς ἀγαθαῖς σου χορηγίαις, πλουτῆσαί τε αὐτοὺς κατὰ τὸν ἀπόστολον φήσαντα· ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει. ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον φήσαντα, πολυκαρπίᾳ πλουτίσεις αὐτήν. πῶς δὲ ἐμέθυσε τὴν γῆν, καὶ πῶς ἐπλούτισε καὶ ἐπλήρωσεν αὐτὴν πολυκαρπίας, διασαφεῖ λέγων ἑξῆς· ὁ ποταμὸς τοῦ θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων. τὸν γὰρ σεαυτοῦ ποταμὸν τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸν ἀπὸ τῆς ἐν σοὶ πηγῆς ἀναβλυστάνοντα τοῖς ἐπὶ γῆς οἰκοῦσι δωρησάμενος, τὴν λογικὴν καὶ νοερὰν αὐτῶν χώραν γῆν ὀνομαζομένην, πολλῷ τῷ ῥεύματι κατακλύσας, μεθύσας τοῖς τῆς σοφίας ὀμβρήμασιν, ἐπλήθυνάς τε τοῦ πλουτῆσαι αὐτὴν τοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος διαφόροις χαρίσμασι. τούτου δὲ τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ. καὶ ὁ σωτὴρ δὲ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐδίδασκε λέγων· ὃς ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ πνεύματος, οὗ ἤμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. οὗτος οὖν ὁ ποταμὸς τοῦ θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων, ὡς ἂν εἰπεῖν, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. πολλῶν δὲ ὑδάτων ὁ ποταμὸς πεπλήρωται, διὰ τὸ μὴ ὁμοίους εἶναι τοὺς ἐξ αὐτοῦ ποτιζομένους. διαφόρων δὲ ὄντων ταγμάτων τῶν μεταλαμβανόντων αὐτοῦ, εἰκότως ἑκάστῳ παρέχων τὰ πρόσφορα, πολλῶν ὑδάτων πεπληρῶσθαι λέγεται· ὧν μεταλαβοῦσα ἡ λογικὴ χώρα, τὰς ἐπιτηδείους ἑκάστῳ δίδωσι τροφὰς, καὶ τοὺς ἐπαξίους τοῦ τοσούτου ποταμοῦ καρπούς. διὸ λέλεκται· ἡτοίμασας τὴν τροφὴν αὐτῶν, ὅτι οὕτως ἡ ἑτοιμασία. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, τελεσφορήσεις, φησὶ, τὴν σπερματίαν αὐτῆς, ὅτι οὕτως ἥδρασας αὐτὴν, δηλονότι τὴν γῆν· καὶ ἐμέθυσας αὐτὴν, ἐπλήθυνας τοῦ πλουτῆσαι αὐτήν. τῷ οὖν ποταμῷ τῷ σῷ τελεσφορήσεις τὴν σπερματίαν αὐτῆς, τουτέστι τὰ σπέρματα ἐν αὐτῇ καταβληθέντα σὺ αὐτὸς διὰ τοῦ σαυτοῦ ποταμοῦ τελεσφορηθῆναι ποιήσεις, ὡς τελείους ἀποδοῦναι τοὺς στάχυς. οὕτω γοῦν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, ἡ μὲν ποιήσει λʹ. ἡ δὲ ξʹ. ἡ δὲ ρʹ. τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς γῆς ὀνομαζομένης, καὶ κατὰ τὴν σωτήριον παραβολήν. τοὺς αὔλακας αὐτῆς μέθυσον· πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς· ἐν ταῖς σταγόσιν αὐτῆς εὐφρανθήσεται ἀνατέλλουσα. διεξελθὼν ὁ προφητικὸς λόγος τὰ σημεῖα τῆς τοῦ σωτῆρος ἀρετῆς, καὶ τῇ τοῦ πνεύματος προγνώσει τὰ ἐσόμενα, ὡς ἤδη δι᾽ ἔργων κεχωρηκότα τεθεαμένος·

A ram gerit, omniaque ad medelam & salutem opportuna confert; eodem modo tu Servator noster & spes omnium finium terræ, accinctus potentiâ virtutis tuæ, hæc omnia operatus es: adversarias potestates de medio sustulisti, matutinas vespertinasque delectationes in terra constituisti: & hæc effecisti, homines visitatione dignatus tua, qua infinita ipsis bona collata sunt; ita ut optimis illis tuis muneribus replerentur & inebriarentur, atque divites evaderent secundum Apostolum qui ait, *In omni divites* (1. Cor. 1. 5.) B *facti estis in ipso, in omni verbo & in omni scientia*; sive secundum Symmachum, *Fructuum ubertate ditabis ipsam.* (Symmachi.) Quomodo inebriaverit terram, quomodo locupletaverit, & fructuum ubertate repleverit, sub hæc declarat dicens: *Flumen Dei repletum est aquis.* Nam tuum sancti Spiritus flumen, quod ex fonte scaturit tuo, terræ habitatoribus elargitus, atque rationabilem spiritualemque ipsorum agrum, qui terra vocatur, magno inundans fluxu, sapientiæque imbribus inebrians, *multiplicasti locupletare eam* C variis Spiritus sancti charismatibus. Hujus porro *fluminis impetus lætificant civitatem Dei.* Salvator item de eadem ipsa re hæc docuit: *Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, salientis in vitam æternam. Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* (Joan. 7. 38.) Hoc itaque flumen Dei repletum est aquis; ita ut dicant: *Ex plenitudine ejus nos omnes accepimus.* (Joan. 1. 16.) Multis autem aquis repletum flumen est, quoniam qui eo potantur, inter se dissimiles sunt. Cum D diversi porro sint ordines eorum, qui ejus consortes sunt, jure singulis congruentia præbens, multis aquis repletum esse dicitur: quorum particeps rationabilis ager, congruentes singulis præbet escas, atque condignos tanti fluminis fructus. Quare dictum est: *Parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio.* Secundum Symmachum vero, *Fructificare facies semen ejus, quoniam ita fundasti eam*, videlicet terram, & *inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.* (Symmachi.) Flumine itaque tuo fructum parere facies semini ejus, id est, E semina istuc conjecta, tu ipse, tuoque flumine fructum parere facies, ita ut perfectas spicas præbeat. Sic secundum Evangelium alia terra trigesimum, alia sexagesimum, centesimum alia proferet: nam in Salvatoris parabola anima hominis terra vocatur. 11. *Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus: in stillicidiis ejus lætabitur germinans.* Postquam propheticus sermo signa virtutis Servatoris recensuit, & ex præscientia Spiritus futura, ut jam opere completa, prævidit;

quomodo scilicet adversarios prostraverit, quomodo terram visitaverit & inebriaverit, quo pacto multiplicaverit locupletare eam, flumine Dei aquis repleto. Hæc vaticinatus, & quasi præ oculis haberet contemplatus, ad preces vertitur, Deoque supplicat his verbis: *Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus.* Rivi animæ ejusdem profundæ cogitationes fuerint, & abscondita multisque latens conscientiæ vis, quam Dei verbum ceu aratrum sulcans & immutans, planam efficit: spinisque ac superflua materia amotis, semina sua inserit: deindeque rationabilibus fluentis irrigans, ipsam
11. inebriat. Quare dictum est: *Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus.* Postea vero illius loco, *In stillicidiis ejus latabitur germinans*, Symmachus sic habet, *Stillis ejus emollies ipsam & germen ejus.* Et hæc omnia visitantis Ecclesiam suam signa sunt: quæ sane olim prænuntiata, non alio modo quam per Servatoris nostri adventum completa sunt: per quem qui ejus gratia dignati sunt, cœlestia semina in animabus suis excipientes, uberes fructus proferunt; alii nempe centesimum, alii sexagesimum, alii trigesimum. Quisquis vero in Dei Ecclesia diversos eorum qui in Christo proficiunt ordines conspicit, is eorum quæ in vaticinio feruntur ubertatem probe cognoscet.

Symmachi.

12. *Benedices corona anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur ubertate.* Quia ad prædicandum annum Dei acceptabilem, & diem retributionis venisse Servator dicitur, secundum Scripturam ex ejus persona sic loquentem; *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me: evangelizare pauperibus misit me; prædicare captivis dimissionem, & cæcis visûs restitutionem; vocare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis*; jure hic retributionis diem indicat. Est autem illa futurum sæculum, quod post præsentis consummationem veniet. Illum itaque annum quasi corona novisque ac speciosis floribus, qui in eo versaturi sunt, ornandum, sermo præsens vaticinatur dicens: *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.* Nam ille futuri sæculi annus, cum sit annus benignitatis Dei, benedictam coronam habebit, totum nempe sanctorum chorum. Quam coronam cum benedixerit, imponet sibi Christus Dei, eorum agriculturæ floribus decoratus. Sed etiam ipse eorumdem corona erit secundum Hesaïam sic loquentem: *Et erit Dominus*
13. *Sabaoth corona gloriæ. Tunc campi Dei replebuntur ubertate, & montes deserti tunc pinguescent.* Ad hæc etiam tunc *colles exsultatione accingentur.* Præter hæc autem omnia

Hesai. 61. 1.

Hesai. 28. 5.

A ὅπως μὲν τῶν ἀντικειμένων ἀνατροπὴν εἰργάσατο· ὅπως δὲ ἐπεσκέψατο τὴν γῆν καὶ ἐμέθυσεν αὐτήν, καὶ ὡς ἐπλήθυνε τοῦ πλουτίσαι αὐτήν, πληρωθέντος ὑδάτων τοῦ ποταμοῦ τοῦ θεοῦ. ταῦτα θεσπίσας, καὶ ὡς ἤδη πρὸ ὀφθαλμῶν ὁρώμενα θεασάμενος, ἐπ' εὐχὴν τρέπεται, καὶ τὸν θεὸν ἱκετεύει λέγων· τοὺς αὔλακας αὐτῆς μέθυσον, καὶ πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς. αὔλακες δὲ ψυχῆς εἶεν ἂν οἱ κατὰ βάθους αὐτῆς λογισμοί, καὶ τῆς συνειδήσεως αὐτῆς ἡ κρύφιος καὶ τοὺς πολλοὺς λανθάνουσα δύναμις· ἣν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἀρότρου δίκην ἀνατέμνων καὶ μεταβάλλων, λείαν ἀπεργά-
B ζεται· περιελών τε τὰς ἀκάνθας, καὶ τὴν περιττὴν ὕλην, ἐντίθησι τὰ ἑαυτοῦ σπέρματα· εἶτα τοῖς λογικοῖς νάμασιν ἀρδεύων, μεθύσκει αὐτήν. διὸ λέλεκται· τοὺς αὔλακας αὐτῆς μέθυσον καὶ πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς. εἶτα ἀντὶ τοῦ, ἐν ταῖς σταγόσιν αὐτῆς εὐφρανθήσεται ἀνατέλλουσα· κατὰ τὸν Σύμμαχον, ταῖς ψεκάσιν αὐτῆς χαυνώσεις αὐτήν, καὶ τὸ βλάστημα αὐτῆς, εἴρηται. καὶ πάντα δὲ ταῦτα σημεῖα τυγχάνει τοῦ ἐπισκεψαμένου τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ· ἃ δὴ πάλαι προλεχθέντα, οὐκ ἄλλως εἰς ἔργα κεχώρηκεν, ἢ διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας· δι' ἧς οἱ κατηξιωμένοι
C τῆς αὐτοῦ χάριτος, τὰ ἐξ οὐρανοῦ σπέρματα ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς ἀποδεξάμενοι, καρποὺς εὐθαλεῖς παρέχουσιν οἱ μὲν ρ. ποιοῦντες, οἱ δὲ ξ. οἱ δὲ λ. ὁρῶν δέ τις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ τὰ διάφορα τάγματα τῶν ἐν Χριστῷ προκοπτόντων, τὴν παγκαρπίαν εἴσεται τῶν διὰ τῆς προκειμένης προφητείας θεσπιζομένων.

Εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου, καὶ τὰ πεδία σου πλησθήσεται πιότητος. ἐπειδὴ κηρύξαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτόν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως ἐληλυθέναι λέγεται ὁ σωτήρ, κα-
D τὰ τὴν φάσκουσαν ἐξ αὐτοῦ προσώπου γραφήν· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· καλέσαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτόν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως· εἰκότως καὶ ἐνταῦθα τὴν ἡμέραν σημαίνει τῆς ἀνταποδόσεως. ἔστι δὲ αὕτη ὁ μέλλων ἐπιστήσεσθαι αἰὼν μετὰ τὴν τοῦ ἐνεστῶτος συντέλειαν. ἐκεῖνον τοίνυν τὸν ἐνιαυτὸν ὥσπερ στεφάνῳ κοσμηθήσεσθαι διὰ τῶν νεαρῶν καὶ ὡραίων ἀνθῶν τῶν μελλόντων ἐν αὐτῷ πολιτεύεσθαι, ὁ παρὼν θεσπίζει λόγιον φάσκων· εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ
E ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου. ὁ γὰρ ἐνιαυτὸς ἐκεῖνος ὁ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, χρηστότητος ὢν θεοῦ, στέφανον ἕξει ηὐλογημένον, σύμπαντα χορὸν τῶν ἁγίων· ὅν τινα στέφανον εὐλογήσας, περιθήσεται ὁ Χριστὸς τοῦ θεοῦ, τοῖς τῆς αὐτῶν γεωργίας ἄνθεσιν ὡραϊζόμενος. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αὐτῶν γενήσεται στέφανος κατὰ τὸν Ἡσαΐαν φήσαντα· καὶ ἔσται κύριος Σαβαὼθ ὁ στέφανος τῆς δόξης. τότε δὲ καὶ τὰ πεδία τοῦ θεοῦ πλησθήσεται πιότητος, καὶ τὰ ὄρεα δὲ τῆς ἐρήμου, τότε πιανθήσεται. ἔτι μὴν καὶ οἱ βουνοὶ τότε ἀγαλλίασιν περιζώσονται. καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν, οἱ κριοὶ

τῶν προβάτων τοὺς ἰδίους ἐνδύσονται πόκους. νοήσεις δὲ ταῦτα, τὴν διαφορὰν ὑποθέμενος ἑαυτῷ τῶν σωζομένων· ὧν οἱ μὲν ὡς ἐν παραθέσει τῶν κρειττόνων τὸν βίον ὑποβεβηκότες, ἀλληγορικῷ τρόπῳ πεδία θεοῦ προσηγορεύθησαν πιότητος πληρούμενα. διὸ λέλεκται· τὰ πεδία σου πλησθήσεται πιότητος· οἱ δὲ ἤδη ἐν διαφόροις ἀρεταῖς ἀνθοῦντες ὄρεα τῆς πρὶν ἐρήμου ἐκκλησίας ὠνομάσθησαν· οἱ καὶ αὐτοὶ πλουσίως ἀρδόμενοι ἐκ τοῦ δηλωθέντος ποταμοῦ πιανθήσεσθαι λέγονται. ἀλλὰ καὶ οἱ ἔτι τούτων ὑψηλότεροι βουνοὶ τροπικῶς καλούμενοι, ἀγαλλιάσει περιζώσονται. B καὶ τρία μὲν ταῦτα τάγματα κατὰ τὸν μέλλοντα ἐνιαυτὸν τῆς χρηστότητος τοῦ θεοῦ, τεύξεται τῆς μακαριότητος. τάχα που ἐξ ἐκείνων ὄντες, ὧν οἱ μὲν ἐποίουν ρ'. οἱ δὲ ξ'. οἱ δὲ λ'. οἱ δὲ τούτων ἐπιστησόμενοι ἄρχοντές τινες καὶ ἡγεμόνες τινὲς αὐτῶν, ἐν δυνάμεσιν ἐξαιρέτοις κοσμηθήσονται. διὸ λέλεκται· ἐνεδύσαντο οἱ κριοὶ τῶν προβάτων· ἀντὶ τοῦ, ἐνδύσονται. κριοὺς δὲ προβάτων, τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἡγουμένους τῶν προλεχθέντων νοήσεις, οἵτινες ἐνεδύσαντο ἢ καὶ μᾶλλον ἐνδύσονται. τί δὲ ἐνδύσονται, ἡμῖν καταλέλοιπεν νοεῖν· διδάσκει δὲ τὸ ἔνδυμα τούτων C ὁ θεῖος ἀπόστολος λέγων· δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν. καὶ πάλιν· ἐφ᾽ ᾧ οὐ θέλομεν * ἐνδύσασθαι ἀλλ᾽ ἐπενδύσασθαι ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. ἐνδύσονται τοίνυν οἱ κριοὶ τὸ ἐμπρέπον αὐτοῖς ἔνδυμα, τοῦ φθαρτοῦ σώματος αὐτοῖς μεταβάλλοντος εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ τοῦ θνητοῦ εἰς ἀθανασίαν. οὕτω γοῦν κατὰ τὸ παράδειγμα καὶ οἱ κριοὶ οἴκοθεν ἐπάγονται τὸ ἔνδυμα, τοῦ σώματος αὐτοῖς καρποφοροῦντος τὸν πόκον. ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐνδύσονται τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστόν· τὸ ἐξαίρετον D ἔνδυμα τὸ φῶς τῆς θεότητος αὐτοῦ περιβαλούμενοι. ἔτι μὴν καὶ αἱ κοιλάδες τότε πληθυνοῦσι σῖτον. ἔδει γὰρ μηδὲ τῶν κοιλάδων ἀμνημονῆσαι· ἀνωτέρω μὲν γὰρ πεδιάδες ὠνομάσθησαν καὶ ὄρεα ἐρήμου καὶ βουνοί. ἐπειδὴ δέ εἰσι καὶ παρὰ τὰ λεχθέντα τάγματα ἄλλοι τινὲς ταπεινότεροι, καὶ οὐκ ἀπόβλητοι μὲν τῆς βασιλείας· πλὴν ὡς ἐν παραθέσει τῶν προλεχθέντων σμικροὶ καὶ βραχεῖς, πάντων τε ὡς ἂν εἴποι τις ἔσχατοι· ἀναγκαίως οὐδὲ τούτων παρῆλθε τὴν μνήμην ὁ λόγος. ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς καρπὸν οἴσειν τὸν ἐπιβάλλοντα διδάσκει λέγων· καὶ αἱ κοιλάδες πληθυνοῦσι σῖτον προσφέρουσαι, ἢ τὴν τροφὴν κατὰ τὸν Σύμμαχον. κεκράξονται. τί δὲ κεκράξονται ἑρμηνεύει ἑξῆς λέγων· καὶ γὰρ ὑμνήσουσιν. ὡσεὶ σαφέστερον εἰρήκει· εἰ καὶ κοιλάδες τυγχάνουσιν, ὅμως δ᾽ οὖν ὑμνήσουσι τὸν καὶ αὐτοῖς τῶν ἀγαθῶν παρέχον. ὑμνοῦσαι δὲ κεκράξονται παρρησίᾳ χρώμεναι καὶ βοῇ μεγάλῃ· βοῶσαι δὲ κραυγῇ καὶ ὑμνοῦσαι ποίας

* Fort. ἐκδύσασθαι.

A arietes ovium proprio vellere induentur. Hæc porro intelliges, si eorum qui salutem nanciscuntur discrimina tecum reputes. Quorum alii quidem comparatione præstantiorum quasi inferiore gradu vitæ incedentes, allegorice campi Dei ubertate repleti vocati sunt; quare dictum est, *Campi tui replebuntur ubertate*: alii vero variis jam virtutibus florentes, montes Ecclesiæ prius desertæ nuncupati sunt. Qui & ipsi ubertim irrigati a memorato flumine, pinguedine replendi dicuntur; sed etiam colles iis quoque sublimiores, sic tropice vocati, exsultatione accingentur. Et hi quidem tres ordines in futuro benignitatis Dei anno beatitudinem consequentur. Qui fortasse ex eorum numero sunt, qui fructum ferunt, alii centesimum, alii sexagesimum, alii trigesimum. Qui vero eorum præfecti futuri sunt, principes ac duces quidam ipsorum, præcellentibus virtutibus exornabuntur: quare dicitur, *Induti sunt arietes ovium*, ac si diceret, *Induentur*. Arietes autem ovium principes 14.
ac duces memoratorum hominum intelligas, qui induti sunt, imo potius induentur. C Quid induentur cogitandum nobis reliquit: sed tale nobis indumentum declarat divinus Apostolus dicens: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem*; ac rursum, *Eo quod nolumus exspoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est a vita.* Induentur itaque arietes congruenti sibi vestimento, mutato corruptibili corpore in incorruptionem, & mortali in immortalitatem. Sicitaque secundum exempli rationem, arietes vestimentum sibi producunt, corpore ipso vellus emittente. Imo vero ipsum Do- D minum nostrum Jesum Christum induent; præstantissimo illo indumento, luce nempe deitatis, vestiendi. Ad hæc autem tunc *valles abundabunt frumento.* Par quippe fuit valles non silentio præterire: nam superius campi, montes deserti, & colles nominati sunt. Quia vero alii sunt memoratis ordinibus viliores, neque tamen ex regno ejiciendi; licet prædictis comparati, parvi, pusilli, ac ut ita dicam postremi habeantur; necesse fuit ut neque eorum mentio præteriretur; sed eos quoque congruentem fructum la- E turos esse declaratur his verbis: *Et valles abundabunt frumento*, quod proferent, sive *escam* secundum Symmachum. *Clamabunt.* Symmachi.
Quid autem clamabunt, sub hæc explicat dicens, *Etenim hymnum dicent*: ac si apertius dixisset, Etiamsi valles sint, attamen talium sibi bonorum auctori hymnum dicent. Hymnum vero dicentes clamabunt, fiducia clamoreque magno utentes. Clamantes autem voce magna & hymnum di-

1. Cor. 15. 53.
2. Cor. 5. 4.

centes quas voces emittent, nisi eas quæ initio totius psalmi feruntur: *Te decet hymnus Deus in Sion?* Necessario autem illud, *clamabunt etenim hymnum dicent*, enuntiatur tam de vallibus quam de memoratis omnibus, ut ediscamus, hæc non de sensibilibus & corporeis locis doceri: tametsi prædicta verba de sensibilibus quoque Dei donis dicta putare par est, ita ut sit hymnus in gratiarum actionem pro iis, si verba spectentur, quæ quotannis a Deo hominibus subministrantur. Singulis itaque annis hominum ille amator largitorque bonorum omnium Deus, visitans terram, inebriat eam solitisque imbribus irrigat, rivos ejus pluviis tumere procurat, genimina ejus multiplicans benedicit. Illa vero læta & renovata iterum efflorescit. Deinde fructibus omnis generis referta, segetibus & pomis coronatur; ut ne pigeat eam verno tempore coronatam dicere: campi replentur ubertate; quin etiam & montes deserti efflorescunt, & colles exsultatione accinguntur: arietes ovium velleribus suis vestiuntur: ipsæ convalles plerumque frumento abundant, & ipsis operibus tantum non clamant Deumque laudibus efferunt. Hæc porro etiamsi quotannis sensibili modo impleantur; ex serie tamen narrationis commonstratum est, eadem nos ad contemplationem evocare. Nihilominus memorata omnia, nimirum campi, montes deserti, colles & arietes ovium, atque insuper prius explicatæ convalles, tum secundum datam interpretationem, tum obvio sensu accepta, unam vocem, melodiamque consonam Deo emissura esse dicuntur. Quare de omnibus hæc intelligas: *Clamabunt & hymnum dicent.*

A προήσονται φωνάς, ἢ τὰς ἐν ἀρχῇ παντὸς ψαλμοῦ φερομένας· σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεὸς ἐν Σιὼν λέγουσαι; ἀναγκαίως δὲ πρόσκειται τὸ, κεκράξονται, καὶ γὰρ ὑμνήσουσι, περὶ τῶν κοιλάδων, ἢ καὶ περὶ τῶν προλεχθέντων ἁπάντων, ὡς ἂν μάθοιμεν, ὅτι μὴ περὶ αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν τόπων ὁ λόγος ταῦτα διδάσκει. καίτοι καὶ περὶ τούτων εἰκὸς ἦν τὰ προλεχθέντα λέγεσθαι νομίζειν ἐπὶ τοῖς αἰσθητοῖς τοῦ θεοῦ δωρήμασιν· ὡς εἶναι εὐχαριστήριον ὕμνον, ὡς πρὸς τὴν λέξιν, ὑπὲρ τῶν κατ' ἔτος ἀνθρώποις χορηγουμένων τὸν παρόντα λόγον. καθ' ἕκαστον γοῦν ἐνιαυτὸν B ὁ φιλάνθρωπος καὶ πάντων ἀγαθῶν δοτὴρ θεὸς ἐπισκεπτόμενος τὴν γῆν, μεθύσκει αὐτήν, ἄρδων τοῖς συνήθεσιν ὄμβροις. πληροῖ τε αὐτῆς τοὺς αὔλακας ταῖς τῶν ὑετῶν χορηγίαις. τά τε γεννήματα αὐτῆς πληθύνων εὐλογήσει. ἡ δὲ εὐφραίνεται, νεαροποιηθεῖσά τε ἀνατέλλει. κἄπειτα πληρουμένη παντοίων καρπῶν, σταχύων τε καὶ ἀκροδρύων στεφανοῦται, ὡς μὴ ἂν ὀκνῆσαι κατὰ τὸν τοῦ ἔαρος καιρὸν ἐστεφανῶσθαι λέγειν αὐτήν, τά τε πεδία πληθύνεσθαι πιότητος· ναὶ μὴν καὶ τὰ ὄρεα τῆς ἐρήμου ἀνθεῖν, καὶ τοὺς βουνοὺς ἀγαλλίασιν περιζώννυσθαι· ἀλλὰ καὶ τοὺς κριοὺς τῶν C προβάτων τοῖς ἑαυτῶν πόκοις ἐνδιδύσκεσθαι, αὐτάς τε τὰς κοιλάδας χώρας πολλάκις πληροῦσθαι σίτου, καὶ μονονουχὶ τῷ ἔργῳ βοᾶν καὶ τὸν θεὸν δοξάζειν. ταῦτα δὲ εἰ καὶ ὅτι μάλιστα αἰσθητῶς πληροῦται καθ' ἕκαστον ἔτος, ἀλλ' ἡ σύμφρασις τῆς παντὸς λόγου ἀκολουθίας ἐπὶ τὴν θεωρίαν ἡμᾶς ἀναπέμπουσα ἀποδέδεικται. ὁμοῦ δὴ οὖν τὰ προλεχθέντα πάντα, λέγω δὲ τὰ πεδία καὶ τὰ ὄρεα τῆς ἐρήμου, οἵ τε βουνοὶ καὶ οἱ κριοὶ τῶν προβάτων, καὶ πρὸς τούτοις αἱ ἀποδοθεῖσαι κοιλάδες κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν ἑρμηνείαν, κατά τε τὴν πρόχειρον διάνοιαν, μίαν ἀφήσειν φωνὴν καὶ σύμφωνον μελῳδίαν τῷ θεῷ εἴρηνται. διὸ κατὰ πάντων ἀκούσῃ τὸ, κεκράξονται καὶ ὑμνήσουσιν.

---

1. *In finem canticum psalmi, LXV.*

D Εἰς τὸ τέλος ᾠδὴ ψαλμοῦ. ξε'.

2. *Jubilate Deo omnis terra, psallite nomini ejus, date gloriam laudi ejus.* Evangelicus hic item psalmus est: nam gentium vocationem complectitur. Neque enim eo quo canebatur tempore finem consequuturus erat, sed in consummatione sæculorum. Quare memoratarum ibi rerum prophetiam ad finem remittit. Estque rursus canticum psalmi; sive, prout in præcedenti psalmo inscribitur, Psalmus cantici. Spiritus quippe sanctus per propheticam animam, quæ se receperat, cum lætitia multâ canebat psallebatque, pro bonis in vaticinio suo annuntiatis: quorum causa omnibus gentibus salutarem gratiam suscepturis quædam

ἈΛαλάξατε τῷ θεῷ πᾶσα ἡ γῆ, ψάλατε δὴ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, δότε δόξαν αἰνέσει αὐτοῦ. εὐαγγελικὸς ὑπάρχει καὶ ὁ παρὼν ψαλμός, τὴν τῶν ἐθνῶν περιέχων κλῆσιν. ἤμελλε δὲ ἄρα οὐ καθ' οὓς ᾔδετο χρόνους τέλους τυγχάνειν, ἀλλ' ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων. διὸ ἀναπέμπει τὴν τῶν δηλουμένων προφητείαν εἰς τὸ τέλος. ἔστι δὲ ᾠδὴ ψαλμοῦ ἔμπαλιν ἢ κατὰ τὸν πρὸ αὐτοῦ, ὡς ἐπιγέγραπτο, ψαλμὸς ᾠδῆς. ᾖδε γὰρ καὶ E ἔψαλλε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, σὺν πολλῇ χαρᾷ διὰ τῆς ὑποδεξαμένης αὐτὸ προφητικῆς ψυχῆς ἐπὶ τοῖς δι' αὐτοῦ θεσπιζομένοις ἀγαθοῖς, ἐφ' οἷς καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς τὴν σωτήριον χάριν ὑποδεξομένοις παρακελεύε-

ται προστάττειν τινά· ἅπερ ἀναγκαῖον ἐπιτελεῖν ἡμᾶς, οἷς ταῦτα προσπεφώνηται. προστάττει τοίνυν πάσῃ τῇ γῇ, τουτέστι τοῖς τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον οἰκοῦσιν ἅπασιν, μὴ τοῖς Μωσέως παραγγέλμασι καὶ τῷ βαρεῖ ζυγῷ τοῦ νόμου ἑαυτοὺς ὑποτάττειν. μόνα δὲ τὰ διὰ τοῦ μετὰ χεῖρας κελευόμενα ποιεῖν· καὶ πρῶτον μὲν ἀλαλάζειν τῷ θεῷ, δεύτερον, ψάλλειν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, τρίτον, δόξαν διδόναι τῇ αἰνέσει αὐτοῦ· τέταρτον, λέγειν τῷ θεῷ, ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου, καὶ ἐν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεώς σου, ψεύσονταί σε οἱ ἐχθροί σου. τὸ μὲν οὖν πρῶτον, δι' ἐπιστήμης καὶ γνώσεως ἀληθοῦς ἐπιτελέσωμεν ἀλαλάζοντες τῷ θεῷ, δίκην τοῖς ἐν πολέμοις ἀναφωνούντων καὶ ἀλαλαζόντων στρατιωτῶν· οἳ τῇ δυνάμει τῆς φωνῆς καταπληκτικοὺς καὶ φοβεροὺς ἑαυτοὺς τοῖς πολεμίοις ἐμφαίνουσιν. ἐπεὶ τοίνυν τοὺς ἡμετέρους ἐχθρούς, τοὺς πάλαι τὴν ψυχὴν ἡμῶν εἰς τὴν πολύθεον πλάνην ᾐχμαλωτικότας, ἐλαύνων καὶ πολεμῶν ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ πάντας ἡμᾶς τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας κατ' αὐτῶν ὁπλίζει, εἰκότως διὰ τῶν πρὸς τὸν θεὸν εὐχῶν ἀλαλάζειν κελευόμεθα· στεναγμοῖς τε ἀλαλήτοις συμπράττειν τῇ νίκῃ τοῦ βασιλέως ἡμῶν. γίνεται δὲ ὁ ἀλαλαγμὸς δι' εὐχῶν, γίνεται καὶ διὰ θεολογίας, γίνεται δὲ καὶ δι' ὑγιοῦς καὶ τετρανωμένης γνώσεως, γίνεται καὶ διὰ τῆς πνευματικῆς ἱερουργίας, ἣν ἐν ταῖς εὐχαριστίαις κατὰ τὰ μυστήρια τῆς καινῆς διαθήκης καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐπιτελοῦμεν, ὁπηνίκα τῆς θυσίας τοῦ ἀμνοῦ τοῦ θεοῦ τὴν ἀνάμνησιν ποιούμενοι, τὴν προφητείαν πληροῦμεν τὴν φάσκουσαν· ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀλαλαγμοῦ. διὸ καὶ ἕτερον λόγιον τὸν τούτων ἐπιστήμονα λαὸν μακαρίζει φάσκον, μακάριος ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν. τοῦτο δὴ οὖν πρῶτον ἀναγκαίως τὸ προφητικὸν πνεῦμα πᾶσιν ἀνθρώποις προστάττειν διακελεύεται φάσκον· ἀλαλάξατε τῷ θεῷ πᾶσα ἡ γῆ. εἶτα δεύτερον, ψάλλειν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ προστάττει· ὃ καὶ αὐτὸ κατὰ πάντα τόπον εἴωθεν ὑφ' ἡμῶν ἐπιτελεῖσθαι. ἐπεὶ κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ τὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἱδρυμένην, αὐτὰ δὴ ταῦτα μελῳδεῖσθαι καὶ ψάλλεσθαι, οὐχ Ἕλλησι μόνοις, ἀλλὰ καὶ Βαρβάροις παραδέδοται. καὶ ἄλλως δέ, νόμοις ἀλληγορίας, τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπειον ὥσπερ ὄργανον τῇ ψυχῇ δεδομένον, ψαλτήριον εἴωθεν ὀνομάζεσθαι· δι' οὗ ὁ εἴσω ἄνθρωπος ἀνακρουόμενος, ἐπιστημόνως τὰ μέλη καὶ τὰ αἰσθητήρια τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ λέγοιτ' ἂν εἰκότως ψάλλειν. τὰ μὲν οὖν τῆς γνώσεως καὶ διὰ τοῦ ἀλαλαγμοῦ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ κατώρθου· διὸ αὐτῷ τῷ θεῷ ἠλάλαξεν· τὰ δὲ τοῦ ψάλλειν διὰ τῆς τοῦ σώματος ἠθικῆς καὶ πρακτικῆς κινήσεως ἐνεργεῖ. διὸ λέλεκται, τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. εὐφημίαν γὰρ τῷ τοῦ θεοῦ ὀνόματι φέροι ἂν ἡ διὰ τῶν πράξεων τοῖς πολλοῖς θεωρουμένη κατόρθωσις. καὶ τρίτον δέ, πρόσταγμα πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἐξ ἐθνῶν τὸν θεὸν ἐπεγνωκόσι παρήγγελται, ὃ κελεῦον διδόναι

A agenda præcipit, quæ nos exsequi, ad quos præmissæ voces spectant, necessarium est. Præcipit itaque omni terræ, id est omnibus terræ elementum incolentibus, ne sese Moysis mandatis & gravi legis jugo subjiciant; sed ea solum, quæ in præsenti psalmo jubentur, peragant; & primo quidem Deo jubilent; secundo, psallant nomini ejus; tertio, dent gloriam laudi ejus; quarto, dicant Deo, *Quam terribilia sunt opera tua! &, In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.* 8. Primum itaque per scientiam & veram cognitionem exsequemur Deo jubilantes, militum instar qui in bellis acclamant & jubilant, quique vocis magnitudine sese terribiles & formidabiles inimicis exhibent. Quoniam ergo Servator noster inimicos nostros, qui olim animas nostras in multorum numinum errorem captivas egerant, propellens ac oppugnans, nos omnes milites suos armis adversus eosdem instruit; jure precibus ad Deum effusis jubilare, ac gemitibus inenarrabilibus victoriæ Regis nostri operam dare jubemur. Jubilatio autem per orationes, per theologiam, per sanam & claram cognitionem emittitur; itemque per spirituale sacerdotium, quod gratiarum actionibus, in mysteriis novi Testamenti, per universam terram persolvimus, quando immolationis agni Dei commemorationem agentes, hanc implemus prophetiam: *Circuivi & immolavi in tabernaculo ejus hostiam laudis & jubilationis.* Psal. 26. 6. Quare in alio eloquio horum eruditus populus, beatus prædicatur his verbis, *Beatus populus qui scit jubilationem.* Psal. 88. 16. Hoc itaque primum, ut necessario præstandum, omnes homines Spiritus sanctus agere jubet dicens: *Jubilate Deo omnis terra.* Secundo, psallere nomini ejus præcipit, quod a nobis omnibus in locis observari consuetum est. Nam in omnibus Dei ecclesiis apud gentes constitutis, hæc ipsa modulari & psallere, non Græcis tantum, sed etiam Barbaris præcipitur. Alias quoque, allegoriæ ritu, corpus humanum, quod ceu instrumentum animæ traditum est, psalterium vocari solet: quo cum pulsatur interior homo, membra & sensus ejus scite legi Dei psallere jure dicantur. Quæ igitur ad cognitionem pertinent anima in seipsa per jubilationem exsequebatur, quamobrem ipsi Deo jubilabat; * per consuetum autem corpori agendi motum psallendi ritum exsequebatur: quare dicitur, *Nomini ejus.* Laudem quippe nomini Dei conciliant recte facta, quæ a multis conspiciuntur. Tertio, mandatum nobis omnibus, qui ex gentibus ad Dei cognitionem accessimus, traditum est, quo jubemur glo-

* Vide supra pag. 4.

riam dare, non Deo, satis enim erat jubilare ipsi; non nomini ejus, huic enim psallere jubemur; sed laudi ejus. Laudantes enim ipsum par est non humiliter, nec sine gloria id agere, sed magno cum honore & gloria. Siquidem præter cognitionem Dei in mente defixam, quæ per instrumentum celebratur, par est etiam divinis sermonibus laudes & hymnos Dei complectentibus cum pietate ac veneratione primum præceptum implere. Quare dictum est, *Date gloriam laudi ejus*; vel secundum Aquilam, *Date gloriam hymnis ejus*; vel secundum Symmachum, *Constituite in honorem hymnum ejus.* Ad hæc vero Spiritus propheticus jubet nos omnes adtento animo opera Dei considerare, atque mente perpendere, quo pacto magna sapientiæ illius opera timorem stuporemque inferant. *Nam ex magnitudine & pulcritudine creaturarum proportione quadam opifex intelligitur: & invisibilia ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus & divinitas.* Hæc contemplantes, stupore adfici par est, ac dicere Deo, *Quam terribilia opera tua!* Sed a nobis quidem abs te illuminatis cognoscitur & comprehenditur opera tua terribilia esse. Inimici vero tui in tenebris volutati, etiamsi nonnumquam velint de operibus tuis verba facere, naturalesque sermones pro facultate texere, longe aberrant a magnitudine virtutis tuæ, nihilque sanum, verum nihil efferre valent. Quare dicimus: *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.*
4. *Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Diapsalma.* Priora quidem præcepta omni terræ, videlicet omnibus gentibus, prophetice tradita fuerant. Quia vero, ut hæc opere compleri possent, oratione opus erat, Spiritus divinus post priora illa, necessario ad Deum vertitur, orationemque pro universa terra emittit. Quamobrem ait: *Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo.* Pro illo autem, *Omnis terra*, clarius Symmachus interpretatur dicens, *Omnes qui in terra sunt*, apertius declarans, non Judæis traditum præceptum esse, sed omnibus qui in terra sunt hominibus. Precibus namque maxime opus erat, ut ex Dei potestate, inexspectata quædam mutatio ipsis accederet, ut ne ultra multorum numinum errori animo adhærerent; sed unum Deum, solum adorandum, reapse colerent & adorarent, atque præceptum hujusmodi observarent: *Psallite nomini ejus.* Ut itaque hæc eveniant, Spiritus sanctus ita precatur: *Omnis terra adoret te & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo.*

Aquila.

Symmachi.

Rom. 1. 20.

Symmachi.

A δόξαν οὐ τῷ θεῷ, ἀπήρκει γὰρ ἀλαλάζειν αὐτῷ· ἀλλ' οὐδὲ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, τούτῳ γὰρ ψάλλειν ἐκελευόμεθα· τῇ δὲ αἰνέσει αὐτοῦ. αἰνοῦντας γὰρ αὐτὸν προσήκει μὴ ταπεινῶς, μηδὲ ἀδόξως αἰνεῖν, σὺν πολλῇ δὲ τιμῇ καὶ δόξῃ. πρὸς γὰρ τῇ κατὰ διάνοιαν ἐῤῥωμένῃ περὶ θεοῦ γνώσει δι' ὀργάνου κατορθουμένῃ, προσήκει καὶ διὰ λόγων θείων αἰνέσεις καὶ ὕμνους τοὺς εἰς τὸν θεὸν περιεχόντων σὺν εὐλαβείᾳ καὶ σεβασμίῳ τιμῇ τὸ πρῶτον ἀποπληροῦν πρόσταγμα· διὸ λέλεκται· δότε δόξαν αἰνέσει αὐτοῦ, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, δό-
B τε δόξαν ὑμνήσει αὐτοῦ, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· τάξατε εἰς τιμὴν τὸν ὕμνον αὐτοῦ. ἐπὶ πρὸς τούτοις τὸ πνεῦμα τὸ προφητικὸν παρακελεύεται πᾶσιν ἡμῖν τεθεωρημένως ἐνατενίζειν τοῖς ἔργοις τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν νοῦν ἐφιστᾶν, ὅπως φόβου καὶ ἐκπλήξεως γέμει τὰ τῆς σοφίας αὐτοῦ μεγαλουργήματα. ἐκ μεγέθους γὰρ καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς θεωρεῖται· καὶ τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. ταῦτ' οὖν θεωροῦντας, ὑπερεκπλήττε-
C σθαι δεῖ, καὶ λέγειν τῷ θεῷ, ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου· ἀλλ' ἡμῖν μὲν τοῖς ὑπὸ σοῦ πεφωτισμένοις ἔγνωσται καὶ κατείληπται τὰ ἔργα σου ὄντα φοβερά. οἱ δὲ ἐχθροί σου ἐν σκότῳ καλινδούμενοι κἂν ἐθέλωσί ποτε περὶ τῶν σῶν ἔργων διεξιέναι, καὶ λόγους ὡς οἷόν τε φυσικοὺς ἀποδιδόναι, μακρὰν ἀποπίπτουσι τοῦ πλήθους τῆς σῆς δυνάμεως, οὐδὲν ὑγιὲς οὐδὲ ἀληθὲς ἔχοντες λέγειν· διὸ ψαλμῷ· ἐν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεώς σου ψεύσονταί σε οἱ ἐχθροί σου. πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι καὶ ψαλάτωσάν σοι, ψαλάτωσαν τῷ ὀνόματί σου. διάψαλ-
D μα. τὰ μὲν πρῶτα παραγγέλματα ἦν πάσῃ τῇ γῇ, δηλαδὴ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι προφητικῶς παρηγγελμένα· ἐπεὶ δὲ εὐχῆς ἦν χρεία εἰς τὸ δυνηθῆναι δι' ἔργων ταῦτα χωρῆσαι, ἀναγκαίως τὸ θεῖον πνεῦμα μετὰ τὰ πρῶτα πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέφει τὸν θεόν, εὐχὴν ὑπὲρ πάσης τῆς γῆς ἀναπέμπον. διό φησι· πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι καὶ ψαλάτωσάν σοι, ψαλάτωσαν τῷ ὀνόματί σου. ἀντὶ δὲ τοῦ, πᾶσα ἡ γῆ, ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἡρμήνευσεν εἰπών· πάντες οἱ ἐπὶ γῆς· λευκότερον δηλώσας ὅτι μὴ Ἰουδαίοις τὸ παράγγελμα δέδο-
E το, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις. μεγίστης γὰρ ἐδέοντο εὐχῆς, ὡς ἂν δυνάμει θεοῦ παράδοξός γένοιτό τις ἐν αὐτοῖς μεταβολὴ πρὸς τὸ μηκέτι μὲν τῇ πολυθέῳ προσέχειν πλάνῃ· μόνον δὲ σέβειν ὃν δεῖ καὶ προσκυνεῖν, τὸν ἕνα καὶ μόνον καὶ προσκυνητὸν θεόν· ἐπιτελεῖν τε τὸ πρόσταγμα δι' οὗ ἐλέγετο· ψάλατε δὴ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. ἵν' οὖν ταῦτα γένηται, εὔχεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγον· πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι καὶ ψαλάτωσάν σοι, ψαλάτωσαν τῷ ὀνόματί σου.

Δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, φοβερὸς ἐν βουλαῖς παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ὡς μακρὰν ἀφεστηκόσι τοῖς καλουμένοις τὸ θεῖον ὄνομα, πλησίον ἔρχεσθαι προστάττει λέγων· δεῦτε. τοῦτο δὲ ὁ θεῖος ἀπόστολος παρέστη εἰπών· καὶ ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν, καὶ εἰρήνην τοῖς ἐγγύς. καλεῖ δὲ ὁ λόγος τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν, ἐπί τε τὴν θεωρίαν τῶν ἔργων αὐτοῦ. μακρὰν γὰρ ἀφεστῶτα τοῦ θεοῦ οὔτε ἑώρα, οὔτε ἐγίνωσκε, διὸ φησί· δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, περὶ ὧν ἀνωτέρω ἐλέγετο· εἴπατε τῷ θεῷ, ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου. ἀλλὰ πάλαι μὲν προσέταττε λέγειν, ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου. ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἦν ἀγνοεῖν τοὺς μακρὰν ἀφεστῶτας τίνα ἦν τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, ἀκολούθως ἐνταῦθα πρὸς τοὺς αὐτοὺς φάσκει· δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ· ἰδόντες δὲ ταῦτα μαθήσεσθε, ὅτι φοβερός ἐστιν ἐν βουλαῖς ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. σαφέστερον τὴν διάνοιαν ἀπέδωκεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· ἔλθετε καὶ ἴδετε πράξεις τοῦ θεοῦ, φοβερὰ μηχανήματα ὑπὲρ υἱῶν ἀνθρώπων. πάντα γὰρ ὑπὲρ σωτηρίας τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων ἐμηχανήσατο. εἶτα διδάσκει ὅσα πρότερον παρὰ τοῖς παλαιοῖς πεποιηκὼς ὁ θεὸς ἱστορεῖται. τίνα δὲ ταῦτα ἐπιλέγει ἑξῆς· ὁ μεταστρέφων τὴν θάλασσαν εἰς ξηράν, ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, μετέβαλέ φησι, τὴν θάλασσαν εἰς ξηράν· ποταμὸν διέβησαν ποδί. ταῦτα δὲ φέρεται ἐν τῇ τῆς ἱστορίας γραφῇ· ἃ δὴ ἀναγκαίως ὡς μὴ εἰδόσι τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγέλλεται, ὡς ἂν μάθοιεν ὅτι καὶ ὁ πάλαι τοῦ θεοῦ λαὸς, ἦν ποτε Αἰγυπτίοις δεδουλωμένος, καὶ τῇ πλάνῃ τῆς Αἰγυπτιακῆς εἰδωλολατρείας ὑπηγμένος· ἀλλ' εἰργάσατο ὑπὲρ αὐτῶν ὁ θεὸς μεγάλα καὶ φοβερά· πληγαῖς μὲν τοὺς Αἰγυπτίους θεηλάτοις μαστίξας, αὐτοὺς δὲ τῆς πικρᾶς δουλείας ἐλευθερώσας. ταῦτα γὰρ ἦν τὰ φοβερὰ τοῦ θεοῦ ἔργα, οὐ μόνα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς ἐρυθρᾶς ἣν εἰς ξηρὰν μεταβαλὼν, διέσωσε μὲν τοὺς οἰκείους, τοὺς δὲ ἀσεβεῖς βυθῷ παρέδωκεν ἀπωλείας. ταῦτα δὲ μανθάνοντες ὦ οὗτοι, φησί, θαρσεῖτε, πιστεύοντες ὅτι ὁ τὰ τοσαῦτα ἐργασάμενος ἐπὶ τῶν παλαιῶν, οὐκ ἀδυνατήσει τὰ ὅμοια καὶ ἐφ' ὑμῶν καταπράξασθαι. διὸ δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, ὡς φοβερὸς ἐστιν ἐν βουλαῖς ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. μετέστρεψε γοῦν τὴν θάλασσαν εἰς ξηράν. καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου δὲ ποταμοῦ, ἄλλα τινὰ φοβερὰ θαύματα εἰργάσατο, ὅτε διῆλθον τοῖς ποσὶν ὑποσταλέντος τοῦ ποταμοῦ, οἱ ἀπὸ τῆς ἐρήμου παριόντες ἐπὶ τήνδε τὴν γῆν. τούτοις δὴ οὖν αὐτοῖς ὑποδήμασι χρησάμενοι, θαρσεῖτε ὡς καὶ τοὺς ὑμετέρους νοητοὺς Αἰγυπτίους δαίμονας πονηροὺς, τοὺς πάλαι καταδυναστεύοντας τῶν ὑμετέρων ψυχῶν, ἀπελάσει ὁ αὐτὸς θεὸς, κἂν κυμαίνῃ δὲ ἡ τῶν ἀνθρώπων

A *Venite & videte opera Dei, terribilis in consiliis super filios hominum.* 5. Ut longe dissitis iis qui invocant nomen Dei, ut propius accedant præcipit dicens, *Venite.* Quod ipsum divinus Apostolus declaravit his verbis: *Et veniens annuntiavit pacem vobis qui longe fuistis, & pacem iis qui prope.* Ephes. 2. 17. Omnes porro per orbem gentes ad Dei notitiam, & ad contemplationem operum ejus sermo evocat. Nam procul Deo positæ, neque videbant, neque noverant. Quamobrem ait: *Venite & videte opera Dei:* de quibus supra B dictum est: *Dicite Deo, Quam terribilia sunt opera tua!* Sed olim quidem præcipiebat dicere, *Quam terribilia sunt opera tua!* Quoniam autem verisimile erat eos, procul positos, quæ essent opera Dei ignorare, hic consequenter eosdem sic alloquitur, *Venite & videte opera Dei.* Cum autem ea videritis, edíscetis, eum terribilem esse in consiliis pro filiis hominum. Horum sententiam sic clarius interpretatur Symmachus dicens: Symmachi. *Venite & videte opera Dei, terribiles machinationes pro filiis hominum.* Omnia quippe C pro salute filiorum hominum machinatus est. Sub hæc docet quanta apud antiquos illos Deus fecisse narretur. Quænam vero illa sint, postea declarat: *Qui convertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede.* 6. Secundum Symmachum autem, *Convertit,* Symmachi. inquit, *mare in aridam, fluvium pertransierunt pede.* Hæc porro in historia Scripturæ feruntur: quæ gentibus, utpote ignorantibus, necessario enarrantur; ut ediscant, eum qui olim populus Dei erat, in servitute Ægyptiorum aliquando fuisse, & Ægyptiacæ D idololatriæ subjectum; sed Deum pro illis magna & terribilia edidisse, divinitus scilicet immissis plagis Ægyptios verberasse, ipsumque populum a dira servitute liberasse. Hæc quippe erant terribilia Dei opera; neque tantum ea ibi edita, sed etiam in mari Rubro: quo in aridam mutato, suos quidem eripuit, impios vero in profundum perniciei conjecit. Hæc edocti, heus vos inquit, confidite, ac credite eum qui talia pro antiquis illis operatus est, non imparem futurum ad similia pro vobis agenda. Quare *venite & videte opera Dei,* quam terribilis sit E *in consiliis pro filiis hominum.* Convertit igitur mare in aridam: & in Jordane fluvio alia quædam terribilia opera designavit, quando demisso flumine pedibus pertransierunt, qui ex deserto ad istam terram accesserant. Ipsis igitur iisdemque calceamentis usi, confidite ipsum Deum spirituales Ægyptios, dæmones nempe malignos, qui olim animas vestras in servitutem redigebant, expulsurum. Etiamsi mare illud hominum flu-

ctibus intumescat, etiamsi atheorum & impiorum genus fluctus & pericula vobis suscitet; confidite tamen, cum exemplum vobis conspicuum offeratur, mare scilicet olim versum in aridam. Sic quippe vobis expeditus, ac nullo obice interclusus erit ab errore ad veritatem transitus. Quod si Jordanem fluvium antiqui illi inexspectato modo transierunt; at vos quoque hoc exemplo evangelium excipite, scientes quod tum nos ipsi qui hæc dicimus, tum vos qui auditis, *ibi lætabimur in ipso*. Ibi, scilicet in memorato fluvio. Erit tempus, erit, inquam, quo ceu ad convivium apparantes se, ad lavacrum regenerationis accedent, ad mysticam in Jordane fluvio peragendam sordium purgationem, qui ab Ægyptiaco errore liberati sunt. His porro significatur lavacrum regenerationis, quod ab Jordane fluvio incepit, cum Joannes Baptista Judæam percurreret, prædicans baptismum pœnitentiæ, omnesque cum Græcos tum Judæos admitteret ad confessionem delictorum: cum ipse Servator & Dominus noster adstans, ipsum fluvium divino suo aditu dignatus est. Quapropter supra dictum est, *Ibi lætabimur in ipso*. Unde & merito quidem idem propheticus Spiritus, ubi deserto per Hesaïam fausta denuntiat, ipsius Jordanis mentionem facit dicens: *Lætare desertum sitiens; sed etiam exsultet solitudo, & floreat quasi lilium: & efflorescent & exsultabunt deserta Jordanis. Confortamini manus remissæ & genua dissoluta, consolamini qui mente pusillanimes estis. Confortamini, nolite timere. Ecce Deus noster judicium retribuit: ipse veniet & salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc saliet quasi cervus claudus, & lingua balbutientium clara erit: quia erupta est in deserto aqua, & torrens in terra sitienti.* De hoc loquitur in præsenti,

Hesai. 35. 1.

7. *Ibi lætabimur in ipso*. Quæ in divino Servatoris nostri ad homines adventu impleta sunt. Unde merito præsens psalmus omnes gentes compellans dicebat: *Venite & videte opera Dei*: ac rursum, *Dicite Deo, Quam terribilia sunt opera tua!* Et valde consequenter postquam dixerat, *Ibi lætabimur in ipso*; infert, *Qui dominatur in virtute sæculo*. Id quoque porro intelligas Servatorem audiens dicentem: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: euntes docete omnes gentes in nomine meo*. Quare secundum Aquilam dicitur: *Qui potestatem habet in virtute sua per sæculum*. Aliàs quoque lætabimur in ipso, jam memoratis bonis donati. Quandonam exsultabimus, nisi cum futurum sæculum advenerit? cujus dominatum & potestatem nullus alius obtinebit, nisi

Matth. 28. 18.

Aquila.

A θάλασσα· κἂν ὁ τῶν ἀθέων καὶ ἀσεβῶν βίος κλύδωνας καὶ κινδύνους ἐγείρῃ καθ' ὑμῶν, θαρσεῖτε ὑμεῖς, ἐναργὲς ἔχοντες ὑπόδειγμα τὴν πάλαι στραφεῖσαν θάλασσαν εἰς ξηράν. οὕτως γὰρ καὶ ὑμῖν ὁμαλή τις ἔσται, καὶ ἀπαραπόδιστος ἡ ἀπὸ τῆς πλάνης πρὸς τὴν ἀλήθειαν διάβασις. εἰ δὲ καὶ ποταμόν ποτε τὸν Ἰορδάνην παραδόξως διῆλθον οἱ παλαιοί· ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς ἐντεῦθεν ἤδη εὐαγγελίζεσθε, γινώσκοντες ὅτι ἡμεῖς αὐτοὶ οἱ ταῦτα λέγοντες, καὶ ὑμεῖς οἱ ἀκούοντες, ἐκεῖ εὐφρανθησόμεθα ἐν αὐτῷ. ἐκεῖ δηλαδή, B ἐν τῷ μνησθέντι ποταμῷ. ἔσται γὰρ ἔσται καιρός, καθ' ὃν ὥσπερ εἰς συμπόσιον παρασκευαζόμενοι, ἐπὶ λουτροῦ παλιγγενεσίας ἀπαντήσουσιν εἰς τὴν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ μυστικὴν ἀποκάθαρσιν οἱ τῆς Αἰγυπτιακῆς ἐλευθερούμενοι πλάνης. σημαίνει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ, ὁπηνίκα ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας παρῆν, κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας, προσίετό τε πάντας Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν τῶν παραπτωμάτων, ὅτε καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν ἐπιστὰς τὸν αὐτὸν C κατηξίωσε ποταμὸν τῆς θεϊκῆς αὐτοῦ ἐπιβάσεως. διὸ ἐν τοῖς προκειμένοις λέλεκται· ἐκεῖ εὐφρανθησόμεθα ἐν αὐτῷ. ἔνθεν εἰκότως τὸ αὐτὸ προφητικὸν πνεῦμα διὰ Ἡσαΐου τὴν ἔρημον εὐαγγελιζόμενον καὶ αὐτοῦ μνήμην πεποίηται τοῦ Ἰορδάνου λέγον· εὐφράνθητι ἔρημος διψῶσα, ἀλλ' ἀγαλλιάσθω ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον. καὶ ἐξανθήσει καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου. ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα παρακαλέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ. ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. ἰδοὺ ὁ θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδέδωκεν, αὐτὸς D ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς. τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται. τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλός, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων· ὅτι ἐρράγη ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ φάραγξ ἐν γῇ διψώσῃ. ταύτην διὸ λέλεκται ἐπὶ τοῦ παρόντος· ἐκεῖ εὐφρανθησόμεθα ἐν αὐτῷ· ἃ δὴ ἐπληροῦτο κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους θεοφάνειαν. ἔνθεν εἰκότως ὁ παρὼν ψαλμὸς ἅπασι τοῖς ἔθνεσι προσφωνῶν ἔλεγε· δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, καὶ πάλιν, εἴπατε τῷ θεῷ, ὡς φοβερὰ E τὰ ἔργα σου. σφόδρα δὲ ἀκολούθως εἰπὼν ἐκεῖ εὐφρανθησόμεθα ἐν αὐτῷ, ἐπιφέρει, τῷ δεσπόζοντι ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ τοῦ αἰῶνος. νοήσεις δὲ καὶ τοῦτο αὐτοῦ λέγοντος ἀκούων τοῦ σωτῆρος· ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· πορευόντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου. διὸ κατὰ μὲν τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· τῷ ἐξουσιάζοντι ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ δι' αἰῶνος. καὶ ἄλλως δὲ εὐφρανθησόμεθα ἐν αὐτῷ τῶν προειρημένων καταξιωθέντες. πότε δὲ εὐφρανθησόμεθα, ἀλλ' ἐπειδὰν ὁ μέλλων ἐπιστῇ αἰών; οὗ τὴν δεσποτείαν καὶ τὴν ἐξουσίαν οὐδ' ἕτερος ἕξει, ἢ

μόνος

μόνος αὐτὸς ὁ τὴν δυναστείαν παρὰ τοῦ πατρὸς εἰληφώς. νῦν μὲν γὰρ ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι ἀρχαὶ πολλαί, καὶ ἐξουσίαι καὶ κυριότητες, καὶ πνευματικὰ πονηρίας καὶ κοσμοκράτορες. τότε δὲ ὅτε καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν, μόνος αὐτὸς ἐξουσιάσει τοῦ αἰῶνος, ἐν ᾧ ἐπαγγέλλεται ἡμῖν ὁ παρὼν λόγος τὴν εὐφροσύνην.

Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἐπιβλέπουσιν, οἱ παραπικραίνοντες μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς. διάψαλμα. διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐπεσκιασμένως τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν αἰνιξάμενος, πᾶσαν τὴν γῆν ἐκάλει· οὐ μὴν σαφῶς τὰ ἔθνη· νυνὶ δὲ λευκότατα τῶν ἐθνῶν μέμνηται καὶ τῆς τοῦ θεοῦ διαλλαγῆς. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἁμαρτανόντων εἴρηται· ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου· καὶ πάλιν· ἱνατί ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου καὶ τὴν δεξιάν σου; καὶ πάλιν· ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος. ἐπὶ δὲ τῶν ἀγαθὰς ἐλπίδας ἐχόντων λέλεκται· ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. καὶ πάλιν, οἱ ὀφθαλμοί σου ἰδέτωσαν εὐθύτητας· καὶ αὖθις· σημειωθήτω ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε. μεγάλαι τοίνυν ἐπαγγελίαι διὰ τῶν προκειμένων τοῖς ἔθνεσι δέδονται· ἤδη ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἐπιβλέπουσι. καὶ θέα ὅπως οὐδαμοῦ τῶν προκειμένων Ἰουδαίων μέμνηται, δι' ὅλου δὲ τοῖς ἔθνεσι τὰ χρηστὰ εὐαγγελίζεται. ὁ μὲν οὖν φιλάνθρωπος τῶν ἐθνῶν σωτὴρ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, τὰς ἐπισκοπικὰς δηλαδὴ δυνάμεις ἐξήπλωσεν ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. φωτὸς δὲ ἀκτῖνες ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ πεμπόμεναι τὰς χωρητικὰς αὐτῶν ψυχὰς καταλάμπουσιν. ἐπεὶ δὲ ἤμελλον μὴ πάντες τὴν χάριν ὑποδέχεσθαι, παροργίζειν δὲ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς καὶ παραπικραίνειν τὴν τοσαύτην φιλανθρωπίαν, διὰ τὸ μὴ παραδέχεσθαι τὸ δῶρον· εἰκότως ἐπιλέλεκται· οἱ παραπικραίνοντες μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς. σημαίνει δὲ διὰ τούτων καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἀπειθεῖς καὶ ἀνυποτάκτους τῷ εὐαγγελικῷ λόγῳ· διὸ λέλεκται παρὰ τῷ Συμμάχῳ· οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ τὰ ἔθνη ἐπισκοποῦσιν· οἱ ἀπειθεῖς μὴ ὑψούτωσαν ἑαυτούς. σημαίνει δὲ καὶ ἄλλως τοὺς ἐκ περιτομῆς ἀθετήσαντας τὴν χάριν καὶ τὴν τοῦ σωτῆρος κλῆσιν ὑπερφρονήσαντας· διὸ πρὸς αὐτοὺς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ διὰ Ἡσαΐου ἀπετείνετο φῆσαν· ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. εἰκότως τοιγαροῦν ἐπιρραπίζων αὐτοὺς ὁ παρὼν λόγος, εἰκῇ φυσιουμένους ἐπὶ τοῖς προγόνοις, καὶ μέγα φρονοῦντας ἐπὶ τῇ τῶν προπατόρων εὐδοκιμήσει, φησίν· οἱ παραπικραίνοντες μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς. παύσασθε γάρ, φησι, βρενθυόμενοι καὶ εἰκῇ τυφούμενοι, ὦ οὗτοι, γνόντες ὅτι οὐ μᾶλλον ὑμῖν ἐπιβλέπει ὁ θεός, ἢ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν. οἱ γοῦν τῆς ἐπισκοπικῆς αὐτοῦ δυνάμεως ὀφθαλμοί,

A ille qui dominatum a Patre accepit. Nunc enim in præsenti sæculo principatus sunt multi, potestates & dominationes, spiritualia nequitiæ & rectores mundi. Tunc vero, postquam sustulerit omnem principatum, potestatem & virtutem, ipse solus imperium obtinebit in sæculum illud, in quo lætitiam nobis hic sermo pollicetur.

Oculi ejus super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis. Diapsalma. Cum superius gentium vocationem
B adumbraret, universam terram evocabat: neque tamen gentes diserte memoravit: nunc vero apertissime easdem, necnon Dei reconciliationem meminit. Nam de peccatoribus quidem dictum est, *Averte faciem* Psal. 50. 11.
tuam a peccatis meis; ac rursum, *Quare faciem tuam, & dexteram tuam avertis?* & ite- Psal. 43. 24.
rum, *Avertisti autem faciem tuam a me, &* Psal. 29. 8.
factus sum conturbatus. De iis vero qui bona spe instructi sunt dictum est, *Oculi Domini*
super justos, & aures ejus in preces eorum; Psal. 33. 16.
& rursum, *Oculi tui videant æquitates*; & Psal. 16. 2.
C iterum, *Signetur super nos lumen vultus tui,* Psal. 4. 7.
Domine. Magnæ igitur pollicitationes gentibus in præsenti datæ sunt. Jam oculi ejus super gentes respiciunt. Atque animadvertas velim in hisce nusquam Judæorum mentionem haberi; sed per totum psalmum bona gentibus annuntiari. Perhumanus ergo ille gentium Servator oculos suos, scilicet inspiciendi virtutes, expandit in omnes gentes. Lucis autem radii ex oculis ejus emissi, animas sui capaces illustrant. Quoniam vero futurum erat ut non omnes gra-
D tiam reciperent, sed tantam ejus erga homines clementiam irritarent & exasperarent, quod donum non admitterent; jure additur: *Qui exasperant non exaltentur in semetipsis.* His porro significat eos ex gentibus, qui immorigeri & inobsequentes Evangelio sunt. Quare apud Symmachum dici- Symmachi.
tur: *Oculi ejus gentes inspiciunt: inobsequentes ne exaltent semetipsos.* Alio item sensu indicat eos ex circumcisione, qui gratiam contemserunt, & Servatoris vocationem nihili fecerunt. Quare Spiritus sanctus per
E Hesaïam ad eos respiciens dicebat: *Aure* Hesai. 6. 9.
audiatis, & ne intelligatis; & videntes videatis, & ne sciatis. Merito igitur viros increpans præsens sermo, utpote sine causa de atavorum dignitate inflatos, & de progenitorum gloria altum sapientes, dicit: *Qui exasperant non exaltentur in semetipsis.* Heus vos, inquit, superbiæ & vano tumori vestro finem date, scientes Deum non magis, quam reliquis gentibus, vobis prospicere. Oculi ergo illius lustrandi vi præditi, universorum

hominum providentiam gerentes, super gentes respiciunt. Quid igitur vos, ac si præstantiora obtineatis, exaltamini in vobismetipsis, cum maxime viri exasperantes sitis? Quod autem ipsos sermo subindicet, aperte declarat Spiritus per Ezechielem dicens: *Fili hominis, mittam te ego ad domum Israël, ad exasperantes, qui exasperaverunt me ipsi & patres ipsorum usque ad præsentem diem:* & postea, *Si forte audiant & deterreantur, quia domus exasperantium est;* & iterum: *Et loquar sermones meos ad illos, si forte audiant & deterreantur, quia domus exasperantium est.* Et in CV. psalmo dictum est, *Quia exacerbaverunt spiritum ejus;* ac rursum, *Sæpe liberavit eos. Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo.* Imo etiam Moyses acerbitatem eorum declarat his verbis: *Nam ex vinea Sodomorum vinea eorum, & palmes eorum ex Gomorrha. Uva eorum uva fellis, botrus acerbitatis eorum.* In Jeremia autem ad eosdem dicitur: *Quomodo conversa est in amaritudinem vitis aliena?* Jure igitur hic quoque exasperantes vocantur. Dum autem ex adverso gentium & salutis eorum mentionem sermo facit, comparationem inducit cum iis qui ex circumcisione sunt dicens: *Oculi ejus super gentes respiciunt, qui exasperant non exaltentur in semetipsis. Benedicite gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis ejus.* Evangelicum esse psalmum jam sub initium observavimus: quod etiam ex tota prophetiæ serie comprobatur. Nam initio omnem terram compellabat: deindeque plura docens, clarius de gentibus vaticinatur dicens: *Oculi ejus super gentes respiciunt.* Post hujusmodi itaque doctrinam consequenter omnibus gentibus, utpote quæ supra memorata edidicerunt, & hinc utilitatem nactæ sunt, præcipit ut tot miraculorum terribiliumque operum artificem benedicant. *Benedicite*, inquit, *gentes Deum nostrum.* Non pristinos, ait, vestros, quos deos esse errantes putabatis; sed nostrum, quem ab avis usque nostris Deum adscripsimus, scientes hunc verum esse Deum. Nunc igitur, etiamsi id prius non feceritis, vos quoque benedicite. Benedicentes autem & laudantes illum ut solum verum & communem omnium tam nostrum quam vestrum Deum, ne tacite, neu demissa voce id agite; sed cum multa fiducia & confidentia, alta voce magnisque clamoribus utimini: ut laudes a vobis Deo emissæ etiam ab extraneis audiantur, quod etiam Servator his verbis declarabat, *Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta.* Huic igitur sententiæ adfine hoc dictum est, *Et*

Ezech. 2. 3.
Ibid. 5.
Ibid. 7.
Psal. 105. 33.
Ibid. 43.
Deut. 32. 32.
Jerem. 2. 21.
Matth. 10. 27.

A πάντων ἀνθρώπων πρόνοιαν ποιούμενοι, ἐπὶ τὰ ἔθνη ἐπιβλέπουσι. τί οὖν ὑμεῖς ὥσπερ τι ἐξαίρετον κεκτημένοι, ὑψοῦσθε ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ταῦτα ἄνδρες ὄντες, ἀεὶ παραπικραίνοντες; ὅτι δὲ αὐτοὺς αἰνίττεται ὁ λόγος σαφῶς παρίστησι τὸ πνεῦμα διὰ Ἰεζεκιὴλ λέγον· υἱὲ ἀνθρώπου, ἐξαποστελῶ σε ἐγὼ πρὸς τὸν οἶκον Ἰσραὴλ τοὺς παραπικραίνοντας, οἵτινες παρεπίκρανάν με αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. καὶ ἑξῆς· ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν, ἢ πτοηθῶσι διὰ τὸ οἶκος παραπικραινόντων ἐστί. καὶ πάλιν, καὶ λαλήσω τοὺς λόγους μου πρὸς αὐτοὺς ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν, B ἢ πτοηθῶσιν ὅτι οἶκος παραπικραινόντων ἐστί. καὶ ἐν ρε΄. δὲ ψαλμῷ λέλεκται· ὅτι παρεπίκραναν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ· καὶ πάλιν, πλεονάκις ἐρρύσατο αὐτούς· αὐτοὶ δὲ παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν. ναὶ μὴν καὶ Μωσῆς τὴν πικρίαν αὐτῶν παρίστησι λέγων· ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόρρας· ἡ σταφυλὴ αὐτῶν σταφυλὴ χολῆς βότρυς πικρίας αὐτοῖς. καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ δὲ εἴρηται πρὸς τοὺς αὐτούς· πῶς ἐστράφη εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; εἰκότως τοίνυν καὶ ἐνταῦθα παραπικραίνοντες ὠνομάσθησαν. C ἐκ παραλλήλου δὲ μνημονεύσας τῶν ἐθνῶν καὶ τῆς τούτων σωτηρίας ὁ λόγος, παράθεσιν τῶν ἐκ περιτομῆς πεποίηται εἰπών· οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἐπιβλέπουσιν· οἱ παραπικραίνοντες μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς. εὐλογεῖτε ἔθνη τὸν θεὸν ἡμῶν, καὶ ἀκουτίσατε τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. εὐαγγελικὸν εἶναι τὸν ψαλμὸν καὶ ἀρχόμενοι τοῦ λόγου τετηρήκαμεν· ὃ καὶ δι' ὅλου τοῦ ὕφους τῆς προφητείας παρίσταται. ἐκάλει μὲν γὰρ ἐν ἀρχῇ πᾶσαν τὴν γῆν. εἶτα ἐν τῷ μεταξὺ πλείονα διδάξας, σαφέστερον περὶ τῶν ἐθνῶν ποιεῖται προφητείαν λέγων· οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὰ D ἔθνη ἐπιβλέπουσιν. μετὰ δὴ οὖν τὴν τούτων διδασκαλίαν ἀκολούθως πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὡς ἂν ὠφελημένοις ἐκ τοῦ προμεμαθηκέναι τὰ προλεχθέντα, εὐλογεῖν τὸν τοσούτων θαυμάτων τῶν τε φοβερῶν ἔργων ποιητὴν παρακελεύεται λέγων· εὐλογεῖτε ἔθνη τὸν θεὸν ἡμῶν. μὴ γὰρ τοὺς ὑμετέρους φησὶ τοὺς πάλαι πεπλανημένως νομιζομένους θεούς· ἀλλὰ τὸν ἡμέτερον, ὃν ἐκ πατέρων ἡμεῖς ἐπεγραψάμεθα· τοῦτον γνόντες εἶναι τὸν ἀληθινὸν θεόν. νῦν γοῦν εἰ καὶ μὴ πρότερον καὶ ὑμεῖς εὐλογεῖτε, εὐφημοῦντες δὲ αὐτόν, καὶ εὐλογοῦντες ὡς μόνον ἀληθι- E νὸν καὶ κοινὸν ἁπάντων ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν θεόν, μὴ σεσιωπημένως, μηδὲ ἠρεμέα (sic) τῇ φωνῇ τοῦτο πράττετε· σὺν πολλῇ δὲ παρρησίᾳ καὶ θάρσει, φωναῖς τε γεγωνοῖς καὶ βοαῖς χρήσασθε μεγάλαις· ὡς καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἀκούεσθαι τὴν ἀναπεμπομένην εἰς θεὸν ὑφ' ὑμῶν αἴνεσιν. ὃ δὴ καὶ ὁ σωτὴρ ἐδήλου λέγων· ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ εἴπατε ἐν τῷ φωτί, καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύσσετε ἐπὶ τῶν δωμάτων. ταύτης οὖν ἔχεται τῆς διανοίας τὸ φάσκον λόγιον· καὶ ἀκου-

ποιήσατε τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἐξάκουστον ποιήσατε τὴν φωνὴν τοῦ ὕμνου αὐτοῦ. θαυμάσαι δὲ ἔστι τοῦ λόγου τὸ ἀποτέλεσμα, ὅτι καθ᾽ ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης ἐν μέσαις ταῖς πόλεσι, ἔν τε κώμαις καὶ χώραις κατὰ πάσας τὰς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ, οἱ τοῦ Χριστοῦ λαοὶ ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν συνειλεγμένοι, τοὺς ὕμνους καὶ τὰς ψαλμῳδίας, οὐκ ἐπὶ τοῖς πατρῴοις θεοῖς, οὐδὲ τοῖς θεομάχοις δαίμοσι, μόνῳ δὲ τῷ παρὰ τοῖς προφήταις θεολογουμένῳ, μετὰ μεγάλης ἀναπέμπουσι βοῆς, ὡς καὶ τοῖς ἐκτὸς ἑστῶσιν ἐξάκουστον εἶναι τῶν ψαλλόντων τὴν φωνὴν ἔργῳ πληρουμένου τοῦ φάσκοντος ἐνταῦθα λογίου· εὐλογεῖτε ἔθνη τὸν θεὸν ἡμῶν, καὶ ἀκουτίσατε τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. εἶθ᾽ ἑξῆς συνῆπται. τοῦ θεμένου τὴν ψυχήν μου εἰς ζωήν, καὶ μὴ δόντος εἰς σάλον τοὺς πόδας μου. ἀντὶ δὲ τοῦ, τὴν ψυχήν μου, τὴν ψυχὴν ἡμῶν οἱ λοιποὶ πάντες ἑρμηνευταὶ ἐκδεδώκασι. καὶ πάλιν ἀντὶ, τοὺς πόδας μου, τοὺς πόδας ἡμῶν, ὁμοίως οἱ πάντες ἡρμήνευσαν. μὴ γὰρ ἐπὶ τοῖς παλαιοῖς φησι μόνοις ἔργοις τοῦ θεοῦ, ἃ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐδηλοῦτο, τὸν ὕμνον αὐτῷ καὶ τὰς αἰνέσεις ἀναπέμπετε· ἀλλὰ καὶ διὰ τὰς εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς τοὺς ταῦτα λέγοντας εὐεργεσίας. ἐπειδὴ γὰρ τοὺς ἡμετέρους πόδας, πολλὰ δραμόντας, ὥστε πᾶσιν ὑμῖν τοῖς ἔθνεσι κηρύξαι τὸ σωτήριον εὐαγγέλιον, ἐδυνάμωσεν, ἐφύλαξέ τε ἀδιαπτώτους ἐν τοῖς τοῦ βίου ῥεύμασιν τὰ ἐμποδὼν κωλύματα ὑπεξελών· πολλῶν τε τῇ ψυχῇ ἡμῶν ἐπιβουλευόντων, αὐτὸς ταύτης σωτὴρ καὶ φύλαξ ἐγένετο· καὶ τούτων αὐτῶν ἕνεκα εὐλογεῖτε ἔθνη τὸν θεὸν ἡμῶν, καὶ ἀκουτίσατε τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. ταῦτα δὲ ἄντικρυς ἐκ προσώπου τῶν κηρύκων τοῦ εὐαγγελίου προανεφωνεῖτο, ὧν τὸν δρόμον καὶ τῶν ποδῶν τὴν ἀρετὴν Ἡσαΐας, μᾶλλον δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δι᾽ αὐτοῦ ἀποθαυμάζον ἐβόα, ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων ἀγαθά, τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην. ἐπεὶ τοίνυν πολλὰ κεκμηκότες, καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν διωγμοὺς ὑπομείναντες, δεσμά τε καὶ φυλακὰς καὶ παντοίας ἐπιβουλάς, ἀδιάτρεπτοι μεμενήκασιν· εἰκότως τὸν δυναμώσαντα αὐτοὺς καὶ τὴν μὲν ψυχὴν εἰς ζωὴν φυλάξαντα, ὡς μὴ ἐκπεσεῖν αὐτὴν εἰς τὸν τῆς ἁμαρτίας θάνατον, τοὺς δὲ πόδας αὐτῶν στερροὺς ἀπεργασάμενον πρὸς τὸ μὴ σάλον ὑπομεῖναι, μηδὲ ὀλισθὸν καὶ πτῶσιν, εὐλογεῖν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι παρακελεύονται, ἐξάκουστόν γε ποιεῖν τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ, οὐκ ἐπὶ μόνοις τοῖς παλαιοῖς αὐτοῦ παραδόξοις καὶ φοβεροῖς ἔργοις· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς νέοις ἀγαθοῖς· ἐφ᾽ οἷς τὴν ψυχὴν τῶν ταῦτα λεγόντων ἔθετο εἰς ζωήν, μὴ δοὺς εἰς σάλον τοὺς πόδας αὐτῶν. διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον πληθυντικῶς εἴρηται, τοῦ τάξαντος τὴν ψυχὴν ἡμῶν εἰς ζωήν, καὶ μὴ δόντος σφαλεῦσαι τοὺς πόδας ἡμῶν.

Ὅτι ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεός, ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. καὶ ταῦτα ἀκο-

auditam facite vocem laudis ejus; sive secundum Symmachum, *Auditam facite vocem hymni ejus*. Symmachi. Mirari porro subit quî impletus hic sermo fuerit, quando per universum orbem, in mediis urbibus, in vicis, in agris per universas Dei ecclesias, Christi populi ex universis gentibus delecti, hymnos & psalmos, non patriis diis, non Dei inimicis dæmonibus; sed uni Deo a Prophetis prædicato, alta emittunt voce, ita ut psallentium vox vel ab iis qui foris consistunt audiatur; ut præsens sermo opere compleatur, *Benedicite gentes Deum no-* 8.
strum, & auditam facite vocem laudis ejus.
Additur postea, *Qui posuit animam meam* 9.
ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos. Pro illo autem, *animam meam*, *animam nostram* reliqui omnes interpretes ediderunt: ac rursum pro illo, *pedes meos*, *pedes nostros* item omnes interpretati sunt. Lectio reliquorum interpretum. Non tantum, inquit, pro antiquis illis Dei operibus, quæ supra declarata sunt, hymnum ipsi & laudes emittite; sed ob beneficia nobis ipsis, qui talia loquimur, collata: Quandoquidem enim pedes nostros, valde currentes, utpote qui vobis omnibus gentibus salutare evangelium prædicemus, confortavit, & in vitæ defluxu, obices amovens, servavit inconcussos: multisque animæ nostræ insidiantibus, ipse ejus servator & custos fuit; eorum itaque gratia *benedicite gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis ejus.* Hæc porro ex persona præconum Evangelii manifeste prædicta sunt, quorum cursum pedumque virtutem Hesaïas, imo potius Spiritus sanctus per ipsum declarans, mirabundus acclamabat: *Quam speciosi pedes evangelizantium bona, evangelizantium pacem!* Hesai. 52. 7. Quoniam igitur multis laboribus perfuncti, & ab incredulis gentibus vexationem, vincula, carceres & omne insidiarum genus perpessi, immutabiles permansere; jure eum qui ipsis vires addiderat, qui animam ipsorum ad vitam custodierat, ut ne in peccati mortem laberetur; qui pedes firmos statuerat, ne commotionem, neu lapsum vel ruinam paterentur, omnes gentes benedicere jubent, & auditam facere vocem laudis ejus; non tantum pro mirabilibus terribilibusque illis antiquis operibus; sed etiam pro recentibus beneficiis, queîs animam eorum qui talia loquerentur ad vitam posuit, neque dedit in commotionem pedes ipsorum. Quare secundum Symmachum pluraliter dicitur, *Qui ordinavit animam nostram ad vitam, & non dedit labi pedes nostros.* Symmachi.

Quoniam probasti nos Deus, igne nos exa- 10.
minasti, sicut examinatur argentum. Et hæc

consequenter ad superiora dicta sunt. Oportebat enim edoceri nos quo pacto Deus posuerit ad vitam animam eorum qui hæc dicerent, & quomodo pedes eorum non dederit in commotionem. Nam quid admiserant, ut non corpore, sed anima perituri essent, & qua de causa in tantum periculi devenerant, ut pedes eorum commovendi essent; id singulatim enarrant, ut à Deo gratias agentes, & eorum quæ passi fuerant notitiam præbentes. Primo igitur aiunt, *Probasti nos Deus.* Et quomodo probasti? Id explicant dicentes: *Igne nos examinasti sicut examinatur argentum.* Hæ ipsæ sunt, ut jam dixi, Apostolorum, Discipulorum & Evangelistarum Salvatoris voces, quorum sonus in omnem terram exivit, & in fines orbis terræ verba eorum. Fuerint quoque sanctorum Dei Martyrum, qui ad imitationem piorum Servatoris præconum, paria perpessi sunt; cum pro divina religione certamina subierunt. Aiunt itaque, explicantes ac declarantes quo pacto animam suam posuerit ad vitam, & quomodo non dederit in commotionem pedes suos, *Quoniam probasti nos Deus, ut igne examinatur argentum.* Quia enim quisquis non probatur inglorius est, jure Deus familiares suos exercens, tentationibus tradit; non ut cognoscat ipse quinam illi sint, sed ut ipsi igne examinati, splendidiores ac puriores evadant. Quemadmodum enim in argento alienæ materiæ plerumque commixtio reperitur, quæ sane latet antequam in conflaturam reponatur, dum autem igne conflatur, tunc discernitur & probatur; ipsumque argentum tandem purius, præstantius ac splendidius ex purgatione remanet: sic & viri Dei, si quid alienum in anima sua ex carnis commixtione contraxerint, illud omne in tentationibus & instantibus persequutionibus abstergunt, igne examinati & per talem conflaturam purgati, ita ut omnem peccati labem deponant, quam aliquando, utpote homines, in quædam lapsi delicta, admiserant. De his itaque gratias agentes, dicunt: *Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum.* Non enim ut paleam & fœnum, neque ut aliam fragilem materiam nos igne examinasti; sed ut argentum, quod ab igne purius evadit. Quomodo autem igne examinati fuerint, his verbis

11. enarrant, *Induxisti nos in laqueum*; secundum Aquilam vero, *Induxisti nos*, aiunt, *in munimentum*; secundum vero Symmachum, *Induxisti nos intra obsidionem*; secundum Quintam editionem, *Induxisti nos in munitionem.* His porro significantur ergastula, custodiæ, carceres in quibus ante-

Aquilæ.

Symmachi.

Quintæ.

A λούθως εἴρηται τοῖς ἔμπροσθεν. ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς διδαχθῆναι, πῶς ὁ θεὸς τὴν ψυχὴν ἔθετο εἰς ζωὴν τῶν ταῦτα φασκόντων, καὶ πῶς τοὺς πόδας αὐτῶν οὐ παρέδωκεν εἰς σάλον. τί γὰρ παθόντες ἤμελλον, οὐ τὸ σῶμα, ἀλλ' αὐτὴν τὴν ψυχὴν ἀπολλύναι, τίνος δὲ γενομένου εἰς τοσοῦτον ἤλασαν κινδύνου ὡς τοὺς πόδας μέλλειν σαλεύεσθαι, κατὰ μέρος διεξέρχονται, εὐχαριστοῦντες ἅμα τῷ θεῷ, καὶ διδασκαλίαν ποιούμενοι ὧν ὑπομεμενήκασι. πρῶτον οὖν φασιν, ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεός. καὶ πῶς ἐδοκίμασας; ἑρμηνεύουσι λέγοντες·

B ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. φωναὶ δὲ αὗται, ὡς ἔφην, ἀποστόλων καὶ μαθητῶν καὶ εὐαγγελιστῶν τυγχάνουσι τοῦ σωτῆρος ὧν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα. εἶεν δ' ἂν καὶ τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ μαρτύρων, οἱ κατὰ μίμησιν τῶν προτέρων τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κηρύκων τὰ ἴσα πεπόνθασιν ἐν οἷς τοὺς ὑπὲρ θεοσεβείας ἄθλους ἠγωνίσαντο. φασὶν οὖν ἑρμηνεύοντες καὶ διασαφοῦντες, ὅπως τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἔθετο εἰς ζωήν, καὶ ὅπως τοὺς πόδας αὐτῶν οὐκ ἔδωκεν εἰς σάλον· ὅτι ἐδο-

C κίμασας ἡμᾶς ὁ θεὸς ὡς πυροῦται ἀργύριον. ἐπειδὴ γὰρ ἀπείραστος ἀνὴρ ἀδόκιμος, εἰκότως ἐγγυμνάζων τοῖς πειρασμοῖς παραδίδωσι τοὺς οἰκείους ὁ θεός· οὐχ ἵνα αὐτὸς γνῷ ὁποῖοί τινες εἰσίν, ἀλλ' ἵνα αὐτοὶ πυρωθέντες λαμπρότεροι καὶ καθαρώτεροι ἀποτελεσθῶσιν. ὥσπερ γὰρ ἐν ἀργύρῳ πολλάκις εὑρίσκεται ὕλης ἀλλοτρίας μίγμα, ὃ τέως μὲν λανθάνει πρὸ τῆς χωνείας· ἐν δὲ τῇ πυρώσει διελέγχεται καὶ διακρίνεται· μένει τε λοιπὸν αὐτὸς καθαρὸς ὁ ἄργυρος, κρείττων καὶ λαμπρότερος γενόμενος ἐκ τῆς καθάρσεως·

D τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ τοῦ θεοῦ ἄνδρες ὅσον ἀλλότριον ἐν τῇ ἑαυτῶν ψυχῇ ἐκ τῆς πρὸς τὴν σάρκα συμπλοκῆς ἐφελκύσαντο, τοῦτο πᾶν ἐν τοῖς πειρασμοῖς, καὶ τοῖς κατ' αὐτῶν ἐπανισταμένοις διωγμοῖς ἀπορρύπτονται, (sic) πυρούμενοι καὶ καθαιρόμενοι διὰ τῆς τοιᾶσδε χωνείας, ὡς πᾶσαν ἀποβαλεῖν ἁμαρτίας κηλῖδα, ἥν τινά ποτε ὡς ἂν ἄνθρωποι ἐν τισὶν ἐλαττώμασι γενόμενοι προσεκτήσαντο. ἐπὶ τούτοις οὖν εὐχαριστοῦντες, φασὶν· ὅτι ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεός, ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. οὐ γὰρ ὡς καλά-

E μην, οὐδ' ὡς χόρτον, οὐδ' ὡς ἑτέραν εὔθραυστον ὕλην ἐπύρωσας ἡμᾶς· ἀλλ' ὡς ἀργύριον, τὸ ἀπὸ τῆς πυρώσεως καθαρώτερον γινόμενον· πῶς δὲ ἐπυρώθησαν ὑφηγοῦνται λέγοντες· εἰσήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν παγίδα. κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, εἰσήγαγες ἡμᾶς φασὶν ἐν ὀχυρώματι· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· εἰσήγαγες ἡμᾶς ἐντὸς πολιορκίας· κατὰ δὲ τὴν πέμπτην ἔκδοσιν εἰσήγαγες ἡμᾶς εἰς περιοχήν. δηλοῖ δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος, εἱρκτὰς καὶ φυλακὰς καὶ δεσμωτήρια ἐν

οἷς πρὸ τοῦ θανάτου κατάκλειστοι γίγνονται οἱ τοῦ θεοῦ μάρτυρες· ἃ δὴ παγίδι ἔοικεν, εἴσω αὐτῆς ἀπολαβούσῃ τὸ τεθηραμένον. ταύτης δὲ τῆς παγίδος μέμνηνται καὶ ἀλλαχοῦ οἱ αὐτοὶ φάσκοντες· ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων· ἡ παγὶς συνετρίβη καὶ ἡμεῖς ἐρρύσθημεν. πρῶτον μὲν οὖν εἰς τὴν παγίδα οἱ πυρούμενοι εἰσάγονται, ἢ εἰς τὸ ὀχύρωμα, ἢ εἰς τὴν περιοχήν, ἢ εἰς τὴν πολιορκίαν. εἶτα δεύτερον ἆθλον ἀγωνίζονται, ὃν διασαφοῦσι λέγοντες· ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν. κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν φασίν· ἔθηκας τριγμὸν ἐν τῷ νώτῳ ἡμῶν· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ἔθηκας κύκλωσιν τῇ ὀσφύϊ ἡμῶν. δηλοῦσι δὲ διὰ τούτων τὰς κατὰ τοῦ σώματος πληγάς, ἃς ἐδήλου σαφέστερον ὁ ἀπόστολος λέγων· τρὶς ἐραβδίσθην, ἅπαξ ἐλιθάσθην, ὑπὸ Ἰουδαίων τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον. μετὰ δὲ τὰς εἱρκτὰς καὶ τὰς κατὰ τῶν νώτων, ἢ κατὰ τῶν ὀσφύων πληγάς, ἐπεβίβασας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν. καὶ τοῦτο δὲ νοήσεις, ὁρῶν κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιροὺς ἐπεμβαίνοντας τοὺς ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς ἄνδρας καὶ κατεπαιρομένους τῶν τῆς θεοσεβείας ἀθλητῶν, τοὺς δὲ ταπεινουμένους καὶ τὰ πρόσωπα συνεσταλμένους ἐπὶ ταῖς τῶν ἀθέων βλασφημίαις τε καὶ μεγαλαυχίαις. ἤδη δὲ πολλάκις καὶ κατὰ κόρης ἔτυψαν παίοντες πληγαῖς τὰς τῶν ἀθλητῶν τοῦ θεοῦ κεφαλάς. ἀλλὰ ταῦτα πάντα φασὶν οἱ τοῦ θεοῦ μάρτυρες, σὺ ἡμῖν ἐπήγαγες ὁ θεός. μὴ γὰρ σοῦ βουλομένου οὐκ ἄν τι τοιοῦτον καθ᾽ ἡμῶν ἐτολμᾶτο· συγχωροῦντος δέ σου ταῦτ᾽ ἐγίνετο. διὸ φασὶ πρὸς αὐτόν· εἰσήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν παγίδα. σὺ γὰρ ἦσθα ὁ κατακλείστους ἡμᾶς ποιῶν, συγχωρῶν δὲ ταῦτα γίνεσθαι. καὶ σὺ ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν. οὐ γὰρ ἂν ταῦτα καθ᾽ ἡμῶν ἐτολμᾶτο, εἰ τῇ σαυτοῦ χειρὶ σκεπάσας ἐφύλαττες. σὺ δὲ καὶ τοὺς ἀθέους ἀνθρώπους ἐπεβίβασας ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν. ἤδη δὲ πρὸς τούτοις εἰς ἔσχατα κακῶν ἤλθομεν, οἱ μὲν τὸν διὰ πυρὸς ὑπομείναντες θάνατον· οἱ δὲ τὸν δι᾽ ὕδατος. σίδηρος μὲν γὰρ καὶ αἱ διὰ σιδήρου κολάσεις, οἵ τε ἄλλοι θάνατοι οὓς οἱ πλείους ἡμῶν ὑπομεμενήκασι τὸ μηδὲν ἐνομίσθησαν παραθέσει τῶν χειρόνων. διὸ ἐκεῖνα μὲν σεσιωπήκαμεν· ἐπεὶ δέ, ὡς ἐν δεινοῖς, οὐδὲν χεῖρον τοῦ διὰ πυρὸς θανάτου καὶ τοῦ δι᾽ ὕδατος νενόμισται· ταῦτα δὲ αὐτὰ φαμὲν ὑπομεμενηκέναι. τινὲς μὲν γὰρ ἡμῶν ὑποβρύχιοι θαλάττῃ καὶ ποταμοῖς παρεδόθησαν· οἱ δὲ τὴν διὰ πυρὸς τιμωρίαν ὑπέστησαν. διὰ τοσούτων οὖν ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ θεός, καὶ διὰ τούτων ἁπάντων ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον.

Ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐπαγαγὼν ἡμῖν, πάλιν σὺ αὐτὸς ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν. οὐ γὰρ ἡμέτερον ἦν τὸ ὑπομεῖναι καὶ διαφυγεῖν τὰ τοσαῦτα, ἀλλὰ σοῦ τοῦ μεγάλου σωτῆρος· ὡς

A quam morti tradantur, conclusi degunt Dei Martyres: quæ sane laquei similia sunt, quo venatione capta detinentur. Hujusce laquei mentionem iidem alibi faciunt dicentes, *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Psal. 123. 7. Primo quidem qui igne examinantur, in laqueum inducuntur sive in præsidium, in munitionem, aut in obsidionem; secundo certamen obeunt; quod significant his verbis: *Posuisti tribulationes in dorso nostro;* secundum Aquilam Aquilæ. B vero dicunt, *Posuisti contritionem in dorso nostro;* secundum Symmachum, *Posuisti circulum lumbis nostris.* Symmachi. His vero declarant inflictas corpori plagas, quas apertius enarravit Apostolus dicens: *Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, a Judæis quadragenas una minus accepi.* 2. Cor. 11. 25. Post carceres, post plagas dorso aut lumbis incussas hæc addunt: *Imposuisti homines super capita nostra.* 12. Hæc autem intelliges, cum videas atheos & impios viros persequutionum tempore insurgentes ac contra divinæ religionis athletas sese extollentes; hos vero abje- C ctos ac vultu demisso ob blasphema dicta & jactantiam atheorum. Et vero plerumque vel pupillas oculorum verberabant, dum capita athletarum Dei plagis cæderent. Sed hæc omnia, aiunt Dei Martyres, tu nobis, Deus, induxisti: nec tamen te volente quid simile in nos admittere ausi sunt, sed permittente. Quare sic eum alloquuntur, *Induxisti nos in laqueum.* Tu enim nos carcere detineri curabas, quia id fieri permittebas. Tu quoque ponebas tribulationes in dorso nostro. Neque enim id adversum nos ausi D essent, si nos manu protegens tua custodiisses. Tu vero atheos homines imposuisti super capita nostra. Ad hæc autem in extremum malorum devenimus; nam alii quidem igni traditi mortem sustinuerunt; alii in aqua extincti sunt. Ferrum quippe, & ferro illata supplicia, aliaque mortis genera, quæ maxima pars nostrum sustinuit, pro nihilo reputantur ex deteriorum comparatione. Quamobrem hæc quidem tacemus. Quia vero inter atrocia, nihil crudelius nece per ignem & aquam illata existimatur, E hæc nos perpessos dicimus. Nam alii nostrum in mari & in fluminibus demersi sunt; alii ignis supplicium luerunt. His tantis suppliciis probasti nos Deus, his omnibus igne nos examinasti sicut examinatur argentum.

Sed cum hæc omnia in nos induxisses, tu ipse rursum eduxisti nos in refrigerium. Non enim nostrûm erat talia sustinere & talia effugere, sed tui magni Servatoris; sicut

enim induxisti nos in laqueum, sic eduxisti
in refrigerium. Quandoquidem non permisisti ut tristia illa diu permanerent, neque in infinitum tribulationem protraxisti, neque permisisti ut diuturno tempore homines capitibus instarent nostris; neque in ignem conjecti diu ibi versati, neque in aquam dejecti absorpti fuimus; sed eam pertransivimus: quare dicitur: *Transivimus per ignem, & profundum aquarum prætergressi sumus;* ideo dicitur, *per aquam.* His omnibus nos probasti, sumtoque patientiæ & perseverantiæ nostræ experimento, eduxisti nos in refrigerium; sive secundum Symmachum, *in latitudinem.* (Symmachi.) Hoc autem diverso modo impletum est. Nam cum unum sit religiosorum hominum corpus; & alii quidem hæc passi sint, alii supplicium luerint, alii solum mulctâ bonorum exercitati fuerint; alii fuga & secessu familiarium probati fuerint, non diu postea omnium finis omnibus faustus occurrit. Nam Dei Martyres morte consummati, verum refrigerium invenerunt, ut dicere valeant: (Psal. 114. 8.) *Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi: quoniam eripuit animam meam de morte,* &c. Hæc quippe adfinia præsentibus sunt, *Qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos;* ac rursum, *Et eduxisti nos in refrigerium.* Qui autem superstites servati sunt, restinctumque persequutionis incendium viderunt, in jucunda pace constituti, refrigerium nacti sunt, & in tranquillum portum ingressi, post persequutionem lætitia fruebantur. Sane intelligas qua ratione hic dicatur, *Imposuisti homines super capita nostra,* si hæc conferas cum hoc alterius psalmi dicto: (Psal. 26. 6.) *Et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos. Circuivi & immolavi in tabernaculo tuo hostiam jubilationis.* Quemadmodum enim persequutionis tempore imponit Deus homines super capita nostra; ita postquam eduxit nos in refrigerium, exaltat capita nostra super inimicos nostros. Idque prophetice declarabat qui dixit: *Et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.* (13.) *Introibo in Domum tuam in holocaustis.* Nam sancti Dei Martyres post magna, quæ sustinuerunt, certamina, per ignem & aquam transgressi, in refrigerium recepti sunt. Deinde petita illa cœlesti ac vera Dei domo, aiunt, *Introibo in domum tuam in holocaustis.* Utpote enim qui per ignem & aquam transierint, holocausta sua, queis martyrium passi sunt, instar hostiæ Deo suo offerunt, multa usi in precibus fundendis fiducia. Orabant quippe ut certamina inirent, hac data promissione, se usque ad mortem pro pietate

A γὰρ εἰσήγαγες εἰς τὴν παγίδα, οὕτω καὶ ἐξήγαγες εἰς ἀνάψυξιν. ἐπειδὴ μὴ παράμονα εἴασας ἡμῶν τὰ σκυθρωπά, μηδὲ εἰς ἄπειρον παρέτεινας τὴν θλῖψιν· μηδὲ εἰς μακρὸν χρόνον συνεχώρησας ἐπιβῆναι ἀνθρώποις ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν· ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῷ πυρὶ γενόμενοι ἐνυπομείναμεν, οὐδὲ ἐν τῷ ὕδατι ἐμβληθέντες κατεπόθημεν· καὶ τοῦτο δὲ διήλθομεν. διὸ λέλεκται· διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ τὸν βυθὸν τῶν ὑδάτων διεξήλθομεν. διὸ καὶ δι' ὕδατος εἴρηται. καὶ δὴ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ἐγυμνάσας ἡμᾶς καὶ τῆς ὑπομονῆς ἡμῶν καὶ τῆς καρτερίας τὴν δο-
B κιμὴν λαβὼν ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀνάψυξιν· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, εἰς εὐρυχωρίαν. καὶ τοῦτο δὲ ἐπληροῦτο διαφόρως· ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ τῶν θεοσεβῶν σώματος, καὶ τῶν μὲν τάδε πεπονθότων, τῶν δὲ ὑπομεινάντων τιμωρίαν· τῶν δὲ τῇ τῶν ὑπαρχόντων ζημίᾳ μόνῃ δοκιμασθέντων, τῶν δὲ διὰ φυγῆς καὶ τῆς τῶν οἰκείων ἀναχωρήσεως ἐγυμνασθέντων, οὐκ εἰς μακρὸν τὸ πάντων τέλος τοῖς πᾶσιν αἴσιον ἀπήντα. οἱ μὲν γὰρ τοῦ θεοῦ μάρτυρες διὰ τοῦ θανάτου τελειωθέντες, τὴν ἀληθῶς ἀνάψυξιν εὕραντο, ὡς δύνασθαι φάναι· ἐπίστρεψον ἡ ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι
C κύριος εὐηργέτησέ σε, ὅτι ἐξείλατο τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου καὶ τὰ ἑξῆς. ἀδελφὰ γὰρ ἂν εἴη ταῦτα τῶν διὰ τῶν μετὰ χεῖρας φασκόντων. τοῦ θεμένου τὴν ψυχήν μου εἰς ζωήν, καὶ μὴ δόντος εἰς σάλον τοὺς πόδας μου· καὶ πάλιν· καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀνάψυξιν. οἱ δὲ ἐν τῷ βίῳ πεφυλαγμένοι καὶ τὴν τοῦ διωγμοῦ πυρκαϊὰν ἀποσβεσθεῖσαν τεθεαμένοι, ἐν εἰρήνῃ φαιδρᾷ καταστάντες, τῆς ἀναψυχῆς ἔτυχον, καὶ εἰς εὔδιον λιμένα καταντήσαντες, καὶ τῆς μετὰ τὸν διωγμὸν εὐφροσύνης ἀπολαύσαντες. νοήσεις δὲ ὅπως εἴρηται ἐνταῦθα τό, ἐπεβίβασας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡ-
D μῶν, παραθεὶς τὸ ἐν ἑτέρῳ εἰρημένον· καὶ νῦν ὕψωσε κεφαλήν μου ἐπ' ἐχθρούς μου. ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ σου θυσίαν ἀλαλαγμοῦ. ὥσπερ γὰρ κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιρούς, ἐπανίστησιν ὁ θεὸς ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν, οὕτως μετὰ ταῦτα, ὅτε ἐξήγαγεν ἡμᾶς εἰς ἀνάψυξιν, ὑψοῖ τὰς κεφαλὰς ἡμῶν ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν· καὶ τοῦτο προφητικῶς ἐδήλου ὁ φήσας· καὶ νῦν ὕψωσε κεφαλήν μου ἐπ' ἐχθρούς μου. εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου ἐν ὁλοκαυτώμασιν. οἱ μὲν γὰρ ἅγιοι τοῦ θεοῦ μάρτυρες μετὰ τοὺς μεγάλους ἄθλους, οὓς ὑπομεμενή-
E κασι, διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος διελθόντες, εἰς ἀνάψυξιν παρελήφθησαν. εἶτα τὸν ἐπουράνιον τοῦ θεοῦ οἶκον τὸν ἀληθινὸν ἀπολαβόντες, φασίν· εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου ἐν ὁλοκαυτώμασι. ὡς γὰρ διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος διελθόντες, τὰ ἑαυτῶν ὁλοκαυτώματα ἐν οἷς ἐμαρτύρησαν δίκην θυσίας τῷ ἑαυτῶν προσφέρουσι θεῷ, πολλῇ παρρησίᾳ χρώμενοι ἐφ' αἷς ηὔξαντο εὐχαῖς. ηὔξαντο δὲ ἀγωνίσασθαι, καὶ ταύτην ἐποιήσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, τὸ μέχρι θανάτου ὑπὲρ εὐσεβείας ἀ-

θλῖψαι. ὡς οὖν κατωρθωκότες ἅπερ ηὔξαντο, φασίν· Ἀποδώσω σοι τὰς εὐχάς μου, ἃς διέστειλε τὰ χείλη μου. καὶ ἐλάλησε τὸ στόμα μου ἐν τῇ θλίψει μου. κατ' αὐτὰς γὰρ τὰς θλίψεις περὶ ὧν ἀνωτέρω ἔλεγον· ἔθου θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν, τὴν πρὸς τὸν θεὸν ἀγάπην τελείαν καὶ ὁλόκληρον ἐνδεικνύμενοι, εὐχὰς ἐτίθεντο καὶ ἐπαγγελίας ἐποιοῦντο μέχρι θανάτου ἐνστῆναι, μονονουχὶ ὁμοίως τῷ Παύλῳ λέγοντες· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμός, ἢ λιμός, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος; καί, πέπεισμαι γὰρ ὅτι, οὔτε θάνατος, οὔτε ζωή, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ταύτας οὖν φησὶ τὰς εὐχὰς ἀποδεδωκέναι τῷ θεῷ, ἃς διέστειλε τὰ χείλη αὐτῶν, καὶ ἐλάλησε τὸ στόμα αὐτῶν ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν. καὶ τοιαῦτά γε ἦν τὰ ὁλοκαυτώματα αὐτῶν μεμυελωμένα ἀληθῶς. αἱ γοῦν ψυχαὶ αὐτῶν φέρουσαι τὸ πῖον καὶ δυνατὸν τῆς πίστεως, εἴποιεν ἂν τὸ ἐν ἑτέρῳ λελεγμένον· ὡσεὶ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου, καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου. οὕτω γοῦν μεμυελωμένα λέγεται τὰ εὐτραφῆ καὶ πίονα καὶ λιπαρά. τοιαῦται δὲ τυγχάνουσιν αἱ τῶν ἀθλητῶν τοῦ θεοῦ ψυχαί, ἐκ τῶν θείων καὶ λογικῶν τροφῶν μεμυελωμέναι, καὶ μηδὲν ἀποκείμενον ἔχουσαι, μηδὲ ἀσθενές. διό φασιν· ὁλοκαυτώματα μεμυελωμένα ἀνοίσω σοι μετὰ θυμιάματος. νοήσεις δὲ καὶ τὸ θυμίαμα ἀπὸ τῆς λεγούσης φωνῆς· κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. αὗται μὲν οὖν αἱ ψυχαὶ τῷ πνευματικῷ πυρὶ καθαρθεῖσαι, ὁλοκαυτώματα γεγόνασιν, ἢ δίκην ἱερείων αὗται τὰ ἑαυτῶν * ὀνόματα ὡς ἂν διὰ πυρὸς τελειωθέντα, ὁλοκαυτώματα προσηνέγκαντο. αἱ δὲ προσευχαὶ αὐτῶν εἶεν ἂν τὰ θυμιάματα. ἐπεὶ δὲ κριοὺς καὶ βόας μετὰ χιμάρων ἀνοίσειν ἐπαγγέλλονται, ἐπιστήσεις ὅπως εἴρηται καὶ ταῦτα ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων τοῦ σωτῆρος, τοὺς ὑπ' αὐτῶν προσηγμένους χιμάρους καὶ βόας καὶ κριοὺς νοήσας. πρῶτοι μὲν γὰρ μάρτυρες αὐτοὶ τοῦ θεοῦ γεγόνασιν· εἶτα μιμητὰς ἑαυτῶν καὶ ζηλωτὰς μυρίους ἄλλους κατεστήσαντο· οὓς ὥσπερ οἰκεῖα γεώργια τῷ θεῷ προσφέρουσι. κριοὺς μὲν τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐκκλησιῶν, περὶ ὧν καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ ἐλέγετο· ἐνεδύσαντο οἱ κριοὶ τῶν προβάτων· οὓς ὥσπερ ποιμνίων ἡγουμένους αὐτοὶ κατέστησαν. βόας δὲ τὰς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀγελαζομένας ψυχάς· μὴ γὰρ τῶν βοῶν, φησί, μέλει τῷ θεῷ; ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει. χίμαροι δὲ οἱ ἀρτιγενεῖς καὶ τῷ καιρῷ τοῦ χειμῶνος γεγεννημένοι εἶεν ἄν. διὸ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτάς, καὶ ἔρημοι, ὡς τὸν τοῦ διωγμοῦ καιρὸν ἐκφυγόντες ὠνομάσθησαν. καὶ τούτους τοιγαροῦν ὡς ἂν νεογνοὺς καὶ ὑπ' αὐτῶν προσηγμένους τῷ θεῷ προσάγουσιν ἕκαστος ἐφ' οἷς προσήγαγε σεμνυνόμενος. ταῦτα μὲν οὖν πνευματικῶς καὶ προ-

* L. σώματα.

A certaturos. Utpote vero re bene gesta pro
qua precati fuerant, dicunt: *Readam tibi* 14.
vota mea, quæ distinxerunt labia mea: & loquutum est os meum in tribulatione mea. In ipsis namque tribulationibus, de quibus supra dicebant, *Posuisti tribulationes in dorso nostro*, perfectam & integram erga Deum caritatem exhibentes, preces effundebant, & promissa dabant, se ad mortem usque perseveraturos, tantum non dicentes cum Paulo: *Quis nos separabit a caritate Dei? tribu-*
B *latio, an angustia, an persequutio, an fames,* Rom. 8. 35.
an nuditas, an periculum? &, *Certus sum enim,* Ibid. 38.
quod neque mors, neque vita, neque præsentia, neque futura poterunt nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu. Hæc se vota Deo reddidisse ait, quæ distinxerunt labia sua, & loquutum est os eorum in tribulatione ipsorum. Et hæc vere eorum *holocausta me-* 15.
dullata. Animæ itaque ipsorum adipem ac virtutem fidei ferentes, illud dixerint alio in psalmo positum: *Sicut adipe & pingue-* Psal. 62. 6.
dine repleatur anima mea, & labiis exsulta-
C *tionis laudabit os meum.* Sic ergo crassitudine, adipe & pinguedine referta, *medullata* dicuntur. Tales porro sunt athletarum Dei animæ, divinis & rationabilibus cibis *medullatæ*, nihil abjectum, infirmum nihil habentes: quare dicunt, *Holocausta medullata offeram tibi cum incenso.* Incensum vero illud intelligas ex hoc dicto: *Fiat oratio mea* Psal. 140. 2.
sicut incensum in conspectu tuo. Hæ igitur animæ, spirituali igne purgatæ, holocausta fuere; sive sacerdotum instar ipsæ corpora sua, utpote igne consummata, in holocausta
D obtulerunt. Orationes autem ipsarum thymiamata fuerint. Quoniam vero arietes, boves & hircos oblaturas se pollicentur, tecum repures velim hæc ipsa ex Apostolorum Servatoris persona dicta fuisse, perque hircos boves & arietes eos, qui sub Apostolorum ductu fuerunt, intelligas. Nam primo ipsi Martyres Dei fuere; deinde alios sui infinitos imitatores & æmulos excitarunt, quos quasi culturam suam Deo offerunt. Arietes dixeris, principes ecclesiarum, de quibus in præcedenti psalmo dicebatur,
E *Induti sunt arietes ovium*: quos velut gregum duces ipsi constituerunt. Boves autem, animas in armentis ecclesiæ constitutas; etenim, *An de bobus*, inquit, *cura est Deo?* sed 1. Cor. 9. 9.
de nobis prorsus loquitur. Hirci vero fuerint ii qui recens nati, & procellæ tempore orti sint. Quare secundum reliquos interpretes, *& deserti*, utpote qui persequutionem effugerint, vocantur. Et hos itaque quasi novellos & ab se ductos Deo offerunt, gloriantes singuli de iis quos adduxerunt. Hæc itaque a nobis modo spirituali, & di-

Lectio reliquorum interpretum.

vinarum Scripturarum promissis consentaneo, considerata sunt. Et sane par est hæc quæ jam tractamus verba sic intelligere, potius quam Judæorum ineptas illas fabulas admittamus, Deum scilicet holocaustis, thymiamatis sensum moventibus, aut arietum, boum & hircorum sanguine delectari. Quæ sane omnia per prophetam ipse Deus
Hesai. 1. 11. repudiat his verbis: *Quid mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus: plenus sum holocaustis arietum, & adipem agnorum, sanguinemque taurorum & hircorum nolo. Quis enim hæc requisivit de manibus vestris?* Et alias hæc contraria fuerint iis quæ prius psalmo XLIX. dicta sunt, ubi
Psal. 49. 8. ex persona Dei fertur: *Non in sacrificiis tuis*
Ibid. 9. *arguam te;* &, *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt omnes feræ sylvarum, jumenta*
Ibid. 13. *in montibus & boves;* sub hæc autem: *Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Qui enim illis consonent quæ de holocaustis, arietibus, bobus & hircis hic traduntur? Et sane ipse David
Psal. 50. 18. superius confitendo dixerat, *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique, holocau-*
Psal. 39. 7. *stis non delectaberis;* & in alio iterum, *Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. Holocausta & pro peccato non grata habuisti.*

16. *Venite, audite & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit anima mea.* Iidem superius dicebant: *Venite & videte opera Dei terribilis in consiliis super filios hominum.* Et his gentes alloquebantur. Nunc igitur ipsi eosdem compellant his verbis, *Venite & audite & narrabo.* Quinam venite? deinde infert, *omnes qui timetis Deum:* quos supra modo omnem terram nuncupaverant, modo omnes gentes. Eosdem enim in præsenti declarant, cum timentes Deum compellant. Plerumque in aliis commonstravimus, eos ex gentibus qui piam colunt religionem, timentes Dominum Scripturam appellare solere. Quoniam igitur prædicatio Evangelica commentario eget, se ejus interpretationem tradituros necessario gentibus pollicentur, dicentes: *Venite, audite & narrabo.* Hæc porro quasi ex uno ore proferunt propter consummationem: omnes quippe in Christo consummati unum effecti sunt. Et hoc Spiritus sanctus quasi ex uno Apostolico choro gentibus loquens vaticinatur; ac pollicetur se declaraturum quanta fecerit Deus animæ ipsorum. Olim quidem dicebant, *Venite & videte opera Dei,* qui aliquando convertit mare in aridam, & in flumine pertransierunt pede. Nunc autem non vetera ulterius, sed ea

A πάντως τῇ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν ἐπαγγελίᾳ τεθεώρηται ἡμῖν. καὶ πρέπει γε ὄντως ἀκούειν τῶν προκειμένων, ἢ κατὰ τὰς Ἰουδαίων ταπεινὰς μυθολογίας ὁλοκαυτώμασι χαίρειν τὸν θεόν, ἢ θυμιάμασιν αἰσθητοῖς, ἢ κριῶν καὶ βοῶν καὶ χιμάρων αἵμασιν ὑπονοούντων. ἃ δὴ πάντα διὰ τοῦ προφήτου αὐτὸς ὁ θεὸς παραιτεῖται λέγων· τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν λέγει κύριος, πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν καὶ αἵματα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; καὶ ἄλλως γ' ἂν εἴη ταῦτα ἐναντία τοῖς
B ἔμπροσθεν κατὰ τὸν μθ΄. ψαλμὸν λελεγμένοις, ἐν οἷς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ ἐλέγετο· οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε· καί, οὐ λήψομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους, οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους· ὅτι ἐμά ἐστι πάντα τὰ θηρία τοῦ δρυμοῦ, κτήνη ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ βόες· καὶ ἑξῆς· μὴ φάγομαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα κριῶν πίομαι; πῶς γὰρ ἐκείνοις σύμφωνα ἂν εἴη τὰ ὡς περὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ κριῶν καὶ βοῶν καὶ χιμάρων ἐνταῦθα λελεγμένα. καὶ μὴν αὐτὸς ὁ Δαυὶδ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐξομολογούμενος ἔλεγεν· ὅτι εἰ ἠθέλησας θυ-
C σίαν, ἔδωκα ἄν, ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ· θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι· ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ηὐδόκησας.

Δεῦτε ἀκούσατε καὶ διηγήσομαι πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν θεόν, ὅσα ἐποίησε τῇ ψυχῇ μου. οἱ αὐτοὶ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔλεγον· δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, φοβερὸς ἐν βουλαῖς ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ ταῦτα ἔλεγον τοῖς ἔθνεσιν. καὶ νῦν οὖν πάλιν οἱ αὐτοὶ τοῖς αὐτοῖς προσφωνοῦσι φάσκοντες· δεῦ-
D τε καὶ ἀκούσατε καὶ διηγήσομαι· τίνες δὲ δεῦτε; ἐπιλέγει ἑξῆς, πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν θεόν· οὓς ἀνωτέρω ποτὲ μὲν πᾶσαν τὴν γῆν ὠνόμαζεν, ποτὲ δὲ πάντα τὰ ἔθνη. τοὺς αὐτοὺς γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος δηλοῦσι φοβουμένους τὸν θεὸν ἀποκαλοῦντες. πολλάκις δὲ καὶ ἐν ἑτέροις ἀπεδείξαμεν, ὡς τοὺς ἐξ ἐθνῶν θεοσεβοῦντας, φοβουμένους τὸν κύριον καλεῖν εἴωθεν ὁ λόγος. ἐπεὶ τοίνυν μηνείας δεῖται τὸ κήρυγμα τὸ ἀποστολικόν, ἀναγκαίως ἐπαγγέλλονται τὴν ἑρμηνείαν παραδώσειν τοῖς ἔθνεσι λέγοντες· δεῦτε, ἀκούσατε καὶ διηγήσο-
E μαι. λέγουσι δὲ ταῦτα ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος διὰ τὴν τελείωσιν· οἱ γὰρ πάντες ἓν γεγόνασι τελειωθέντες ἐν κυρίῳ. καὶ ταῦτα θεσπίζει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡς ἐξ ἑνὸς χοροῦ τοῦ ἀποστολικοῦ τοῖς ἔθνεσι προσφωνοῦν, ἐπαγγελλόμενόν τε διερμηνεύειν, ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς τῇ ψυχῇ αὐτῶν. πάλαι μὲν οὖν ἔλεγον· δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, ὡς μετέστρεψέ ποτε τὴν θάλασσαν εἰς ξηράν, καὶ ὡς ἐν ποταμῷ διῆλθον ποδί. νυνὶ δὲ οὐκέτι τὰ παλαιά, ἀλλὰ τὰ τῆς νέας

καὶ

καὶ καινῆς ἱστορίας παραδεδώκασι, τὰς ἑαυτῶν πράξεις ὑφηγούμενοι, καὶ τὰς εἰς αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ θεοῦ γενομένας εὐεργεσίας. διό φασιν· ὅσα ἐποίησε τῇ ψυχῇ μου. εἶτα διηγοῦνται τὴν ἐπαγγελίαν πληροῦντες. τίς δὲ ἡ διήγησις; πρὸς αὐτόν, φησί, τῷ στόματί μου ἐκέκραξα, καὶ ὕψωσα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν μου. ἐπειδὴ γὰρ τὰς εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίας τοῦ θεοῦ κατηριθμήσαντο, ὡς ἐπυρώθησαν, ὡς ἐδοκιμάσθησαν, ὡς εἰσῆλθον εἰς τὰς θλίψεις, ὡς ὑπέμειναν, ὡς διῆλθον διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, ὡς ἐξῆλθον εἰς ἀναψυχήν· ὅτι μὴ ἀργῶς ταῦτα αὐτοῖς πάντα ἡ θεία δεδώρηται χάρις· ἀλλὰ γὰρ αὐτῶν τὰ μεγάλα συμβαλλομένων εἰς τὸ μαρτύριον διδάσκουσιν ἀναγκαίως. πρῶτον μὲν γάρ, φασίν, οὐδέποτε ἀνεχωρήσαμεν εὐχόμενοι καὶ βοῶντες πρὸς αὐτόν. ἐβοῶμεν δὲ οὐ κραυγῇ καὶ φωνῇ γεγωνῷ, ἀλλ' ὑπὸ τὴν γλῶσσαν εἴσω συνέχοντες αὐτῶν τὰς βοάς. ᾔδειμεν γὰρ ὅτι καὶ σιωπώντων ἀκούει ὁ θεός, καὶ εἰσὶ κραυγαὶ ψυχῆς οὐ διὰ γλώττης προφερόμεναι· ἀρρήτῳ δὲ δυνάμει πρὸς τὸν θεὸν ἀναπεμπόμεναι. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ ἐδίδαξεν ὁ σωτὴρ εἰπών· εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ κλεῖσον τὴν θύραν σου, καὶ πρόσευξαι· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ ἀποδώσει σοι. οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθά φασιν, ὅτι πρὸς αὐτὸν τῷ στόματί μου ἐκέκραξα καὶ ὕψωσα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν μου. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, αὐτόν, φασί, τῷ στόματί μου ἐπεκαλεσάμην, καὶ ὑψώθη παραχρῆμα ἡ γλῶσσά μου. ἀλλ' οὐ μόνον ταῖς εὐχαῖς ἐσχολάζομεν καὶ ταῖς πρὸς τὸν θεὸν δεήσεσι καὶ ἱκετηρίαις· ἀλλὰ καὶ ἔργοις αὐτοῖς ἀπεστρεφόμεθα μὲν πᾶσαν ἀδικίαν, ὡς μηδὲ ἐμβλέπειν αὐτῇ ἐθέλειν, ἢ καὶ τῷ νῷ ἐνθυμεῖσθαί τι ἄδικον. εἰ γάρ τι τοιοῦτον ἐνενοοῦμεν, οὐδ' εἰσακούεσθαι ἄξιοι ἂν ἦμεν. διό φασιν· ἀδικίαν εἰ ἐθεώρουν ἐν καρδίᾳ μου, μὴ εἰσακουσάτω κύριος. ἐπεὶ τοίνυν καὶ τὴν διάνοιαν τοιαύτην εἶχεν καὶ τὰς εὐχὰς τοιαύτας ἀνέπεμπεν, εἰκότως φασί· διὰ τοῦτο εἰσήκουσεν ὁ θεὸς καὶ προσέσχεν τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου. καὶ ταῦτα ἦν τὰ αἴτια δι' ἃ ἐξήγαγεν ἡμᾶς εἰς ἀναψυχὴν μετὰ τοὺς τοσούτους πειρασμούς. ἐφ' οἷς ἅπασι τὸν ὀφειλόμενον εὐχαριστήριον ὕμνον ἀναπέμποντες τῷ θεῷ, ἐπισφράγισμα τοῦ παντὸς ποιοῦνται λόγου φάσκοντες· εὐλογητὸς ὁ θεός, ὃς οὐκ ἀπέστρεψεν τὴν προσευχήν μου, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ. ταῦτα δὲ πάντα ὁ χορὸς ὁ ἀποστολικὸς ἐξ ἑνὸς προσώπου μετὰ πάντας τοὺς προλεχθέντας λόγους ἐπεσφραγίσατο· εὐλογίαν καὶ δοξολογίαν καὶ εὐχαριστίαν ἐπὶ πᾶσι τοῖς προλεχθεῖσιν ἀναπέμπων τῷ θεῷ.

A quæ novam ſpectant hiſtoriam tradunt, ge-
ſta ſua, necnon a Deo ſibi collata beneficia
narrantes. Quare dicunt, *Quanta fecit ani-
ma mea;* deinde promiſſis ſtantes narratio-
nem ordiuntur. Quæ narratio illa? *Ad i-* 17.
pſum, inquit, *ore meo clamavi, & exaltavi
ſub lingua mea.* Nam quia Dei erga ſe be-
neficia recenſuerunt, quomodo ſcilicet i-
gne examinati, & probati ſint, quomodo
in ærumnis poſiti eas ſuſtinuerint, quo pa-
cto tranſierint per ignem & aquam, & in-
greſſi ſint in refrigerium; quod non hæc
B omnia ſibi fruſtra divina gratia contule-
rit; ſed iſthæc ſibi maxime ad martyrium
profuerint, neceſſario edocent. Primo qui-
dem, aiunt, numquam finem precandi ipſum
& clamandi fecimus. Neque tamen alta &
ſonora voce clamabamus, ſed *ſub lingua,*
intus clamores noſtros comprimentes. No-
veramus quippe Deum vel tacentes audire,
eſſeque clamores non lingua ſed mente pro-
latos, ac ineffabili virtute ad Deum emiſ-
ſos. Idipſumque a Servatore docetur his
verbis: *Intra in cubiculum tuum, & clauſo* Matth. 6. 6.
C *oſtio ora: & Pater tuus qui videt in abſcondi-
to, reddet tibi.* Sic igitur hic loquuntur: *Ad
ipſum ore meo clamavi & exaltavi ſub lingua
mea;* ſecundum Symmachum vero, *Ipſum,* Symmachi.
aiunt, *ore meo invocavi, & exaltata eſt con-
feſtim anima mea.* Sed non tantum oratio-
nibus, precibus & ſupplicationibus ad De-
um emiſſis vacavimus; ſed ipſis operibus
iniquitatem omnem averſati ſumus; ita ut
ne quidem reſpicere illam voluerimus, aut
quidpiam iniquum vel animo cogitare.
Nam ſi quid ſimile cogitaſſemus, non digni
D eramus qui exaudiremur. Quamobrem ai-
unt: *Iniquitatem ſi adſpexi in corde meo, non* 18.
exaudiat Dominus. Quia ergo tali mente
præditus tales orationes fundebat, jure di-
cit, *Propterea exaudivit Deus, & adtendit vo-* 19.
ci deprecationis meæ. Et hæc in cauſa erant
cur Deus poſt tot tentationes, eduxerit nos
in refrigerium. Pro quibus omnibus debi-
tum gratiarum actionis hymnum Deo emit-
tentes, totum ſermonem hoc ceu ſigillo
concludunt: *Benedictus Deus, qui non amo-* 20.
E *vit orationem meam & miſericordiam ſuam
a me.* Hæc porro omnia chorus Apoſtoli-
cus ex unius perſona, benedictionem, lau-
dem & gratiarum actionem pro omnibus
ſupra memoratis Deo offerens, poſt tot pro-
latos ſermones obſignavit.

1. *In finem in hymnis psalmus cantici. LXVI.*

A

2. DEus *misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.* Præsens quoque psalmus, Evangelicus cum sit, eidem quo præcedens hæret sententiæ; quare *ad finem* & ipse remittit, atque *canticum psalmi* inscribitur; quia ille quoque psalmus cantici esse dicebatur. Fortasse vero ideo neuter eorum cujus sint sermones in titulo declarat, quod manifestum sit quænam personæ in utro- B que loquentes inducantur. Etenim gentium præcones, sive Apostoli Servatoris nostri, in utroque adsumuntur. Qui statim ab exordio in præsenti psalmo nec occulte acclamant in terra & in omnibus gentibus Salutare Dei, & viam ejus cognosci precantes deinde aiunt, *Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes. Lætentur & exsultent gentes.* Quem sermonem secundo ad vaticinii firmitatem repetunt. Chorus igitur Apostolicus, qui prius dixerat, *Jubilate Deo omnis terra*; & rursum, *Omnis terra adoret te*; iterumque, *Benedicite gentes Deum nostrum*; in præsenti psalmo similiter, animadvertens magno sibi opus esse ad faustum Evangelicæ prædicationis exitum Dei auxilio, quasi sibi accinendo sic precatur: *Deus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.* Nos quippe nihil dicimus esse, nihil posse fatemur, cum viles homines, simplices, pauperes & hominum postremi simus. Ipse vero Deus qui nos in salutis gentium ministros adlegit, primo quidem misereatur nostri, nostræ scilicet infirmitatis commiseratione moveatur; deinde aliquid adjiciat quod confortare valeat; id est, ut benedicat nobis, benedictione sane spirituali; quò illius gratiâ in nos impleatur, ut par est, hujusmodi benedictio, *Crescite & multiplicamini & replete terram, & dominamini illius.* Hæc enim a principio in mundi exortu dicta sunt: quæ Judæi non alio quam corporeo more, per multiplicationem impleta putant. Nos autem gnari animæ quoque prolem esse, atque discipulos esse magistrorum filios, hujusmodi benedictionem consequi precamur, ut crescamus & multiplicemur multitudine discipulorum, atque infinito eorum qui per nos salutem obtinebunt numero, ut dicamus, *Benedictus Deus qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo.* Sic ergo Deus primum

Psal. 65. 1.

Gen. 1. 28.

Ephes. 1. 3.

Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ψαλμὸς ᾠδῆς. ξϛʹ.

Ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς, ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς. Καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς εὐαγγελικὸς ὤν, τῆς αὐτῆς ἔχεται τῷ πρὸ αὐτοῦ διανοίας. διόπερ εἰς τὸ τέλος παραπέμπει καὶ αὐτός, ᾠδῇ τε ψαλμοῦ ἐπιγέγραπται· ἐπεὶ κἀκεῖνος ψαλμὸς ᾠδῆς ἐλέγετο εἶναι. μήποτε δὲ τὸ τίνος εἶεν λόγοι οὐδ' ἕτερος αὐτῶν ἐν τῇ προγραφῇ παρίστησι διὰ τὸ ἐναργὲς τῶν προφητικῶς εἰσηγμένων ἐν ἀμφοῖν προσώπων. οἱ κήρυκες γοῦν τῶν ἐθνῶν, οἱ ἀπόστολοι δηλαδὴ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἐν ἑκατέρῳ παρειλήφθησαν. αὐτίκα γοῦν καὶ διὰ τοῦ προκειμένου ἀνακαλύπτως ἐπιβοῶσιν ἐν τῇ γῇ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τό, τε σωτήριον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ γνωσθῆναι εὐχόμενοι. εἶθ' ἑξῆς· ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ ὁ Θεός, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες. εὐφρανθήτωσαν καὶ ἀγαλλιάσθωσαν ἔθνη. καὶ αὖθις δευτεροῦσι τὸν λόγον εἰς βεβαίωσιν τῶν θεσπιζομένων. ὁ χορὸς τοίνυν ὁ ἀποστολικός, ὁ διὰ τῶν ἔμπροσθεν εἰρηκώς· ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ πᾶσα ἡ γῆ· καὶ αὖθις, πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσαν· καὶ πάλιν εὐλογεῖτε ἔθνη τὸν Θεὸν ἡμῶν. καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας ὁμοίως, ὁρῶν ὅτι πολλῆς δεῖται συνεργίας Θεοῦ εἰς κατόρθωσιν τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος· ὥσπερ κατεπᾴδων ἑαυτὸν δι' εὐχῆς φησίν· ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι ἡμᾶς καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς, ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἑαυτοὺς τὸ μηδὲν εἶναι φαμέν, καὶ τὸ μηδὲν δύνασθαι ὁμολογοῦμεν, εὐτελεῖς ὄντες καὶ ἰδιῶται, πένητές τε καὶ πάντων ἔσχατοι ἀνθρώπων. αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς βουληθεὶς ἡμᾶς ὑπηρέτας γενέσθαι τῆς τῶν ἐθνῶν σωτηρίας, πρῶτον μὲν οἰκτειρήσειεν ἡμᾶς, οἶκτον ἡμῶν λαβὼν τῆς ἀσθενείας. εἶτα προσθείη τι τὸ δυνάμενον ἡμᾶς δυναμῶσαι· τοῦτο δὲ ἦν τὸ εὐλογῆσαι ἡμᾶς εὐλογίᾳ δὴ πνευματικῇ, ὡς ἂν καὶ εἰς ἡμᾶς πληρωθείη πρεπόντως τῇ αὐτοῦ χάριτι ἡ φάσκουσα εὐλογία· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. ταῦτα μὲν γὰρ καὶ πάλαι κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τῆς κοσμοποιίας εἴρητο· ἐνομίσθη τε Ἰουδαίοις οὐκ ἄλλως, ἢ σωματικῶς μόνως διὰ τῆς πολυτελείας πληροῦσθαι. ἡμεῖς δὲ εἰδότες ὡς ἔστι καὶ ψυχῆς ἔκγονα, διδασκάλων τε παῖδες οἱ μαθητευόμενοι, τοιαύτης ἀξιούμεθα τυχεῖν εὐλογίας, ὡς ἂν αὐξηθείημεν καὶ πληθυνθείημεν πλήθει τῶν μαθητευομένων, μυριάσι τε τῶν δι' ἡμῶν σωζομένων, ὡς ἂν εἰπεῖν, εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ. οὕτως οὖν ὁ Θεὸς οἰκτειρήσαι

C D E

ἡμᾶς πρότερον, εἶτ' οἰκτειρήσας εὐλογῆσαι ἡμᾶς. τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως ἔσται, εἰ μὴ ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, ὥστε καὶ ἡμᾶς εἰπεῖν· ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε. τὸ δὲ ἐπιλεγόμενον ἑξῆς, καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς, μὴ κείμενον μήτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, μήτε ἐν τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς ἀναγκαίως ὠβέλισται. τῶν δὲ προλεχθέντων εὐχόμεθα τυχεῖν, ἵνα δυνηθῶμεν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ γνωστὴν ποιῆσαι ἐν πάσῃ τῇ γῇ. διὸ λέλεκται, τοῦ γνῶναι ἐν τῇ γῇ τὴν ὁδόν σου. τίς δὲ ἡ γῆ καὶ τίς ἡ ὁδὸς τοῦ θεοῦ. γῆ μὲν πάντες οἱ τὴν γῆν οἰκοῦντες ἄνθρωποι καὶ πάντα τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη· ὁδὸς δὲ τοῦ θεοῦ ὁ θεοσεβὴς βίος· οὗ τὸ τέλος πρὸς αὐτὸν ἄγει τὸν θεὸν, ὡς ἐπὶ μητρόπολιν ἀγαθῶν· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ σωτήριος λόγος εἴη ἂν ὁδὸς τοῦ θεοῦ. διὸ ἑξῆς ὥσπερ διερμηνεύων τὴν διάνοιαν ἐπιλέγει· ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὸ σωτήριόν σου. ὅπως οὖν δυνηθῶμεν ἐν πάσῃ τῇ γῇ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς τὴν γῆν οἰκοῦσι τὴν ὁδόν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου, ταὐτὸν γάρ ἐστι, γνωστὸν ποιῆσαι, οἰκτείρησον ἡμᾶς ὁ θεὸς καὶ εὐλόγησον ἡμᾶς καὶ τὸ πρόσωπόν σου ἐπίφανον ἐφ' ἡμᾶς, ἵνα πληρωθέντες φωτὸς ἐκ τοῦ προσώπου σου, καταλάμψωμεν πάντας ἀνθρώπους. εἰ γὰρ μὴ ταῦθ' ἡμῖν ὑπάρξειεν, οὐδέν ἐσμεν ἡμεῖς πρὸς τὴν τοῦ τηλικούτου πράγματος κατόρθωσιν.

Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ ὁ θεός, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες. εὐφρανθήτωσαν. τὰ μὲν πρῶτα ἑαυτοῖς ἐπηύξαντο οἱ τῶν ἐθνῶν κήρυκες· τὰ δὲ προκείμενα τοῖς τὸ δι' αὐτῶν κήρυγμα παραδεξαμένοις. καὶ δὴ καὶ πρῶτον μὲν αὐτοῖς ἐξομολογήσεως ἐνδοθῆναι χώραν εὔχονται· ὅπως τὰ πρότερα ἑαυτῶν πλημμελήματα καὶ τὰς ἐν εἰδωλολατρείᾳ δυσσεβείας ἀπορρύψωνται διὰ τῆς ἐξομολογήσεως. δεύτερον καθαρθέντας αὐτοὺς τυχεῖν εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως τῆς παρὰ τῷ θεῷ ἱκετεύουσι. διὸ πρῶτον φασίν· ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ ὁ θεός. ἀλλ' ἐπεὶ συνέβαινε μήπω συνεῖναι ἡμᾶς ποίους εἰρήκασι λαούς. ἐπεὶ καὶ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀθροίσματα καὶ λαοὺς ἐκέκτητο, ἀναγκαίως ἵνα νοήσωμεν ποίων ἐμνημόνευσαν λαῶν δεύτερον διατρανοῦντες τὴν διάνοιαν ἐν τῷ λέγειν· ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες. μή ποτε δὲ διὰ τῶν προτέρων τοὺς παρὰ Ἰουδαίοις λαοὺς αἰνίττονται· ὑπὲρ αὐτῶν πρῶτον τὴν εὐχὴν ἀναπέμψαντες· διὰ δὲ τῶν δευτέρων τοὺς ἐξ ἐθνῶν λαούς. ὅπερ ἵνα γνώριμον γένηται τοῖς ἐντυγχάνουσι, διασαφεῖ φάσκων ὁ λόγος· εὐφρανθήτωσαν καὶ ἀγαλλιάσθωσαν ἔθνη. ἐπειδὴ δὲ δὶς τὸ, ἐξομολογησάσθωσάν σοι, εἴρηται· ὅρα μή ποτε τὸ μὲν πρῶτον ἐδήλου τὴν τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων τὴν ὁμολογίαν· τὸ δὲ δεύτερον, τὴν ἐφ' οἷς ἔτυχον ἀγαθοῖς εὐχαριστίαν. λαμβάνεται γὰρ ἡ ἐξομολόγησις καὶ ἐπὶ εὐχαριστίας. οὕτω γοῦν ὁ σωτὴρ ηὐχαρίστει λέγων· ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. μετὰ δὲ τὴν πρώτην καὶ δευ-

A misereatur nostri, deinde misertus benedicat nobis. Id porro nequaquam eveniet, nisi illuminet vultum suum super nos: ita ut & nos dicamus: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* (Psal. 4. 7.) Quod sequitur porro, *& misereatur nostri*, cum neque in Hebraïco, neque in reliquis interpretibus legatur, obelo, ut consentaneum erat, notatum est. (Lectio Hebraïci exemplaris & reliquorum interpretum.) Ideo autem jam memorata assequi rogamus, ut viam ejus in universa terra notam facere valeamus. Quare dicitur: *Ut cognoscamus in terra viam tuam.* 3. Quænam terra illa, B quæ via Dei? Terra nimirum sunt omnes homines terram incolentes, & gentes universum orbem occupantes; via autem Dei, est religiosa vita, cujus finis ad ipsum Deum, ceu ad quamdam bonorum metropolim deducit. Ipseque salutaris sermo via Dei fuerit. Quamobrem sub hæc velut sententiam explicans adjicit, *In omnibus gentibus salutare tuum.* Ut itaque valeamus in omni terra & in omnibus gentibus terram incolentibus viam tuam & salutare tuum, nam idem ipsum est, notum facere, mise-C rere nostri Deus, & benedic nobis, vultumque tuum illumina super nos; ut lumine vultus tui repleti, omnes homines illustremus. Atenim nisi hæc nobis adfuerint, nihil ad tantam rem perficiendam sumus.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. Lætentur. 4. Priora quidem sibi præcones gentium postularunt; hæc vero iis qui prædicationem suam exceperunt. Et primo ipsis confessionis locum dari precantur, ut per confessionem pristina delicta D & idololatriæ impietatem abstergant. Secundo rogant ut purgati lætitiam & exsultationem a Deo consequantur. Quare primo dicunt: *Confiteantur tibi populi, Deus.* Sed quia nondum nobis notum erat, qui populi indicarentur; nam ipsa quoque Judaïca gens cœtus & populos habuit; ut sciamus quibus de populis agatur, necessario repetunt, mentemque suam declarant his verbis: *Confiteantur tibi populi omnes.* Num forte per priores illos, Judæorum populos subindicant, pro illisque orationem primo E emittunt; per secundos autem, gentium populos? Quod ut legentibus planum fiat, his verbis declaratur: *Lætentur & exsultent gentes.* 5. Quoniam vero bis illud, *confiteantur tibi*, dictum est; perpende num primum pristinorum delictorum confessionem significet; secundum vero, gratiarum pro collatis bonis actionem. Nam confessio etiam pro gratiarum actione usurpatur. Sic enim Servator gratias agit dicens: *Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ.* (Matth. 11. 25.) Post primam vero & secun-

A dam confessionem, jam tertio pro gentibus illis confessis precantur. Quibus verbis? *Lætentur & exsultent gentes.* Qua vero de causa, deinde docet sic loquens, *Quoniam judicabis populos in æquitate;* populos autem non aliquos, aliis dimissis; sed omnes, ut demonstratum superius est: qui gnari insuper se abs te ductum iri, ut viam sibi a nobis indicatam perambulent, jure lætitia & exsultatione replebuntur. Pro illo autem, *& exsultent,* Aquila, *& laudabunt;* Symmachus vero, *& benedicant,* interpreta-

Aquilæ. Symmachi.

6. B ti sunt. *Confiteantur tibi populi Deus, confi-*
7. *teantur tibi populi omnes, terra dedit fructum*
suum. De bonis promissis tuis lætabundus Spiritus sanctus, iisdem vocibus insistit, quasi de communi universorum hominum salute delectatus. Quare bis terve resumit, neque vult a salutari & Evangelico cantico secedere. Rursum itaque ait, *Confiteantur tibi populi Deus.* Quod sane maximum erat miraculum: quia Judæi quidem universorum Dei cultum a patribus edocti, in idololatriæ errorem frequenter proruebant. Populi autem per orbem universi, qui a multis C retro sæculis errori dediti erant, eousque mores immutabunt, ut non solùm te omnium Deum agnoscant; sed etiam ediscant tibi duplici jam tradito more confiteri: quod ut eveniat jam vaticinium matura; ut æternarum promissionum oculati testes simus. Hæc porro sic accipienda sunt, ut possint ex prophetarum persona dici; ita ut quæ ante diapsalma sunt, Apostolorum personæ conveniant; quæ vero secundùm diapsalma ponuntur, prophetarum choro, qui ea quæ nos videmus, ipsi quoque conspicere flagitaD bant, & tamen non viderunt secundum Salvatoris vocem. Deinde dicitur, *terra dedit fructum suum;* sive secundum Symmachum, *Terra dabit proventum suum.* Vere namque fructus secundum terræ naturam est, nosse universorum Deum, eosque queis in illa habitare concessum est, debitas ipsi confessiones & gratiarum actiones emittere. Nam ea de causa terræ elementum conditum est, ut qui in illa versarentur, pietatis fructus proferrent; sed ob primi hominis prævaricationem dictum est: *Maledicta terra in operibus tuis. In dolore comedes ipsam omnibus* E *diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi.* At non erat hic fructus terræ secundum naturam; sed prædictio malitiæ quæ præter naturam in ea pullulatura erat. Nam præter naturam spinæ & tribuli oborti sunt propter prævaricationem non solum primi hominis, sed etiam eorum qui post illum in impietatem prolapsi sunt. Quia in principio quando dixit Deus: *Germinet terra her-*

Luc. 10. 24.

Symmachi.

Gen. 3. 17.

A τέραν ἐξομολόγησιν, ἐπεύχονται τοῖς ἔθνεσι τοῖς ἐξομολογησαμένοις τὰ τρίτα. τίνα δὲ ταῦτα; εὐφρανθήτωσαν καὶ ἀγαλλιάσθωσαν ἔθνη. καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν, ἑξῆς διδάσκει λέγων, ὅτι κρινεῖς λαοὺς ἐν εὐθύτητι, καὶ ὅτι λαούς, οὐ τινὰς μὲν, τινὰς δὲ οὔ· ἀλλὰ πάντας κατὰ τὰ ἔμπροσθεν δεδηλωμένα. ἔτι δὲ γνόντα ὅτι ὁδηγηθήσεται ὑπὸ σοῦ πρὸς τὸ βαδίσαι τὴν ὁδὸν τὴν ὑφ᾽ ἡμῶν αὐτοῖς γνωριζομένην, εἰκότως εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως πληρωθήσεται. ἀντὶ δὲ τοῦ, καὶ ἀγαλλιάσθωσαν, καὶ αἰνέσουσιν, ὁ Ἀκύλας, ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ εὐφημείτωσαν ἡρμήνευσαν. B ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ ὁ θεός, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες, γῆ ἔδωκε τὸν καρπὸν αὐτῆς. ἐπὶ ταῖς χρησταῖς καὶ ἀγαθαῖς ἐπαγγελίαις εὐφραινόμενον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ταῖς αὐταῖς ἐνδιατρίβει φωναῖς· ὥσπερ ἐντρυφῶν τῇ κοινῇ πάντων ἀνθρώπων σωτηρίᾳ. διὸ ἐπαναλαμβάνει δεύτερον καὶ τρίτον, καὶ οὐ βούλεται ἀναχωρεῖν τοῦ σωτηρίου καὶ εὐαγγελικοῦ ᾄσματος. πάλιν οὖν φησίν, ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ ὁ θεός. ὃ δὴ μέγιστον ἦν θαῦμα, ὅτι Ἰουδαῖοι μὲν ἐκ πατέρων τὸν τῶν ὅλων θεὸν σέβειν δεδιδαγμένοι, συνεχῶς ἐξετραχηλίζοντο ἐπὶ τὴν πλάνην τῆς εἰδωλολατρείας. C λαοὶ δὲ πάντες οἱ καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκ τοῦ μακροῦ αἰῶνος πεπλανημένοι, εἰς τοσαύτην ἥξουσι μεταβολήν, ὡς μὴ μόνον ἐπιγνῶναί σε τὸν ἐπὶ πάντων θεόν· ἀλλὰ καὶ ἐπιστήμην ἀναλαβεῖν τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι κατὰ τὸν ἀποδοθέντα διπλοῦν τρόπον· ὅπερ ἵνα γένηται ἤδη ποτὲ τάχυνον τὰ τῆς προφητείας· ἵνα αὐτόπται τῶν αἰωνίων ἐπαγγελιῶν γενοίμεθα. ἀκουστέον δὲ τῶν προκειμένων ὡς δυναμένων καὶ ἐκ προσώπου τῶν προφητῶν λέγεσθαι· ὡς εἶναι τὰ μὲν πρὸ τοῦ διαψάλματος, ἁρμόζοντα τῷ προσώπῳ τῶν ἀποστόλων· τὰ δὲ μετὰ τὸ διάψαλμα, τῷ D χορῷ τῶν προφητῶν· οἵτινες ἐπεθύμουν ἰδεῖν ἃ ἡμεῖς βλέπομεν, καὶ οὐκ εἶδον κατὰ τὴν σωτῆρος φωνήν. ἑξῆς τούτοις εἴρηται· γῆ ἔδωκε τὸν καρπὸν αὐτῆς, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· γῆ δώσει τὴν φορὰν αὐτῆς· καρπὸς γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ κατὰ φύσιν τῆς γῆς ἐστιν τὸ γνωρίζειν τὸν ἐπὶ πάντων θεόν, καὶ τὰς ὀφειλομένας αὐτῷ ἐξομολογήσεις καὶ εὐχαριστίας ἀναπέμπειν τοὺς οἰκεῖν αὐτὴν ἐπιτραπέντας. ἐπὶ τοῦτο μὲν γὰρ κατεσκεύασται τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον, ἐπὶ τὸ τοὺς ἐν αὐτῇ τὰς διατριβὰς ποιουμένους, εὐσεβείας προσφέρειν καρπούς. διὰ δὲ τὴν τοῦ πρώτου ἀνδρὸς πα- E ράβασιν ἐλέχθη· ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. ἐν λύπαις φάγῃ αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου· ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι. ἀλλ᾽ οὐκ ἦν οὗτος ὁ κατὰ φύσιν καρπὸς τῆς γῆς. πρόρρησις δὲ τῆς μελλούσης φύειν ἐν αὐτῇ παρὰ φύσιν κακίας. παρὰ φύσιν γὰρ αἱ ἄκανθαι καὶ τρίβολοι διὰ τὴν παράβασιν ὑπέστησαν, οὐ μόνον τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, ἀλλὰ καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν ἠσεβηκότων· ἐπεὶ κατ᾽ ἀρχὰς ὅτε εἶπεν ὁ θεός· βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην

χόρτου· σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁ- A μοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδαμῇ μνήμη γέγονεν ἀκανθῶν οὐδὲ τριβόλων· οὐδ' ἂν ἔφυσε ταῦτα ἡ γῆ, εἰ μὴ τὰ τῆς παρακοῆς ἐπηκολούθησεν ἀνθρώπῳ. τῆς γοῦν ὕστερον ἐπισυμβάσης ἀνθρώποις κακίας εἰκόνες ἐφύησαν ἄκανθαι καὶ τρίβολοι. ὅθεν ἵνα ταῦτα ἀπόληται, πῦρ ἦλθεν βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν ὁ σωτήρ. καὶ δὴ τοῦ σωτηρίου λόγου δίκην πυρὸς τὰς ἀκάνθας καὶ τοὺς τριβόλους ἀφανίζοντος, νεωθεῖσα τῆς κακίας ἡ ψυχὴ, τὸν προσήκοντα αὐτῇ καὶ κατάλληλον καρπὸν ἀποδίδωσι. διό- B περ λαοὶ μὲν πάντες ἐξομολογοῦνται· ἔθνη δὲ ἐπὶ τῆς γῆς ὁδηγοῦνται. τούτοις τε ἀκολούθως, ἐπενήνεκται τό· γῆ ἔδωκε τὸν καρπὸν αὐτῆς. εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὁ θεὸς ἡμῶν, εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ θεός. καὶ φοβηθήτωσαν αὐτὸν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς. εἴτε οἱ ἀπόστολοι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἴτε οἱ παλαιοὶ τοῦ θεοῦ προφῆται, ἑκατέρῳ γὰρ τάγματι ἐφαρμόζει τὰ λεγόμενα· εὔχονται τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ εὐλογίας τυχεῖν, ἧς καὶ ἀνωτέρω τὴν διάνοιαν παρεστήσαμεν, δεικνύντες ὅπως τὸ, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐ- C τῆς, ἐπὶ τούτων ἐπληροῦτο πνευματικῶς. πάρεστι γοῦν ἔργῳ παραλαβεῖν, ὡς ἡ σύμπασα γῆ τῆς ἐκείνων διαδοχῆς ἐπληρώθη. αἵ τε καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἱδρυθεῖσαι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐκκλησίαι, καὶ οἱ καθ' ἑκάστην μυρίανδροι λαοὶ τῆς εὐλογίας αὐτῶν ἐμφαίνουσι τὰ ἀποτελέσματα. πρεπόντως δὲ αὐτοῖς τὸ, ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐν τῷ, εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὁ θεὸς ἡμῶν, ὡς ἂν πατρικὸν κεκτημένοις τὸ τοῦ θεοῦ αὐτῶν γνώρισμα. ἀλλ' ἑξῆς ἐπισυνάπτουσιν ἀορίστως λέγοντες τὸ, εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ D θεὸς, ὡς μηκέτι μόνων αὐτῶν ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν δι' αὐτῶν σωθησομένων θεὸν ὄντα. καὶ μετὰ πάντα τὸ συμπέρασμα τῆς ὅλης προφητείας ἐπισφραγίζονται λέγοντες, καὶ φοβηθήτωσαν αὐτὸν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς. ἐπειδὴ γὰρ ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου, ἀναγκαίως ὥσπερ εἰσαγωγὴν τῆς θεοσεβείας τὸν φόβον τοῦ θεοῦ ἐγγίνεσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων τῆς γῆς οἰκοῦσιν ἐπεύχονται· ὃ δὴ καὶ ἐπληροῦτο μετὰ τὴν τοῦ E σωτῆρος ἡμῶν θεοφάνειαν, μεθ' ἣν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. περὶ τούτων δὲ τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐλέγετο· ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν.

bam fœni, seminantem semen, secundum genus Gen. 1. 11.
& similitudinem, & lignum fructiferum ferens fructum, cujus semen in ipso sit secundum genus super terram; nusquam mentio spinarum ac tribulorum est; neque terra ilthæc produxisset, nisi hominibus inobsequentiæ subsequuta ultio esset. In malitiæ ergo, quæ hominibus postea inhæsit, imaginem, spinæ & tribuli suborti sunt. Quamobrem, ut hæc dispereant, ignem in terram missum Servator venit. Et sane salutari verbo ignis instar spinas & tribulos absumente, renovata anima malitiam exuens, convenientem sibi & consentaneum fructum profert. Quapropter populi omnes confitentur: gentes vero in terra diriguntur. Ad hæc
autem consequenter infertur illud: *Terra* 8.
dedit fructum suum. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Sive Apostoli Servatoris nostri; sive prisci illi Dei prophetæ, (nam utrique ordini hæc dicta competunt,) Dei benedictionem consequi precantur, cujus mentem supra declaravimus, cum illud, *Crescite*
& multiplicamini & replete terram, & dominamini illi, in ipsis spiritualiter completum esse probaremus. Gen. 1. 28.
Licet igitur vel ex gestis rebus intelligere, universam terram eorum successione repletam esse. Ecclesiæ namque Servatoris nostri per universam terram fundatæ, & innumeri per singulas earum populi, benedictionem ipsorum completam exhibent. Ipsis porro convenit illud, *Deus noster,* in hoc dicto expressum, *Benedicat nos Deus, Deus noster;* utpote qui paternam Dei sui cognitionem obtineant. Verum deinde illud adjiciunt, *Benedicat nos Deus;* utpote qui non ipsorum tantum, sed etiam eorum omnium, qui per eos salutem nacturi sunt, Deus sit. Post hæc omnia autem totius prophetiæ complementum obsignant his verbis, *Et metuant eum omnes fines terræ.* Quandoquidem enim *initium sapientiæ timor Domini,* Psal. 110. 10.
necessario precantur, ut timor Dei, quasi initiatio ad piam religionem, omnibus hominibus, etiam extrema terræ incolentibus, ingeratur. Quod post divinum Salvatoris nostri adventum impletum est: post illum enim in omnem terram exivit sonus Apostolorum ejus, & in fines orbis terræ verba eorum. De his quoque terræ finibus superius dicebatur: *Exaudi nos Deus Salvator* Psal. 64. 6.
noster, spes omnium finium terræ, & eorum qui in mari sunt longe.

1. *In finem Davidi, psalmus cantici.*
LXVII.

2. *Exsurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum a facie ejus.* Tres psalmi ante præsentem consequenter positi, vocationem gentium prænuntiabant: e quibus LXIV. *Psalmus cantici Davidi* inscriptus erat; sequens vero, *Canticum psalmi*; Tertius, *In hymnis psalmus cantici.* Jure itaque præsens psalmus cum Evangelicus item sit, ac non solum de vocatione gentium, sed etiam de ipso Servatore prophetiam contineat, *in finem Davidi*, atque *psalmus cantici*, perinde atque superiores, inscriptus est. Par erat enim sermones bonorum promissa complectentes, non modo psalmos, sed unà psalmos cantici, & cantica psalmi vocari, atque *in finem* remittere; quia ea quæ in horum vaticiniis feruntur, diuturnis post temporibus in consummatione sæculi perficienda erant. Hic quoque psalmus a Spiritu prophetico ex persona Apostolorum pronuntiatus est. Sicut ergo in præcedentibus orabant, Deum sibi ad Evangelicam prædicationem adjutorem evocantes; eodem quoque modo in præsenti ulterius progressi dicunt: *Benedictus Dominus quotidie: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum:* & iterum, *Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.* Vides enim quomodo precentur, ut Deus sibi prosperum iter paret, seque confirmet, ut Evangelii cursum sine obice perficiant. Evangelicam item prædicationem aperte memorant dicentes: *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa.* Imo quibusnam Evangelium prædicaturi essent vaticinantur his verbis: *Venient legati ex Ægypto, Æthiopia porriget manum suam Deo.* Clare enim hisce verbis Ægyptiis Evangelium annuntiant, idololatras subindicantes: ex Ægypto namque idololatria ortum accepit. Quinetiam Æthiopiam Deo manum porrigere suam dicunt, extrema terræ significantes. Deinde vero omnia regna terræ confertim advocant, hocque ritu universas gentes significant. Ut autem ea quæ in vaticinio ferebantur, nunc tandem opere perficerentur, in ipso principio Spiritus sanctus per Davidem preces emittit dicens: *Exsurgat Deus & dissipentur inimici ejus.* Pergraves enim inimici Dei jam olim in omnes terræ habitatores tyrannidem exercebant, maligni videlicet dæmones, qui multiplicium numinum errorem

A Εἰς τὸ τέλος τῷ Δαυὶδ ψαλμὸς ᾠδῆς.
ξζʹ.

Ἀναστήτω ὁ θεὸς καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, καὶ φυγέτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ οἱ μισοῦντες αὐτόν. οἱ μὲν πρὸ τοῦ μετὰ χεῖρας τρεῖς ἐφεξῆς τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν προεφώνουν· ὧν ὁ μὲν ξδʹ. ψαλμὸς ᾠδῆς ἐπεγέγραπτο τῷ Δαυίδ· ὁ δ' ἑπόμενος, ᾠδὴ ψαλμοῦ· ὁ δὲ τρίτος, ἐν ὕμνοις ψαλμὸς ᾠδῆς. εἰκότως τοιγαροῦν καὶ ὁ μετὰ χεῖρας, εὐαγγελικὸς ὢν καὶ αὐτός, καὶ οὐ περὶ τῆς κλήσεως τῶν
B ἐθνῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ σωτῆρος αὐτοῦ προφητείαν περιέχων, εἰς τὸ τέλος τῷ Δαυὶδ ἐπιγέγραπται, καὶ ψαλμὸς ᾠδῆς ὁμοίως τοῖς πρὸ αὐτοῦ. ἔδει γὰρ τοὺς τῶν ἀγαθῶν ἐπαγγελτικοὺς λόγους, μὴ μόνον ψαλμούς, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ψαλμοὺς ᾠδῶν καὶ ᾠδὰς ψαλμῶν ὀνομάζεσθαι εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπεσθαι· ὡς ἂν μακροῖς ὕστερον χρόνοις ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος μελλόντων πληροῦσθαι τῶν ἐν αὐτοῖς θεσπιζομένων. λέλεκται δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων. ὥσπερ οὖν διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐπηύχον-
C το ἑαυτοῖς ἀνακαλούμενοι θεὸν συνεργὸν εἰς τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις οἱ αὐτοὶ προϊόντες, φασίν· εὐλογητὸς κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν· κατευοδώσει ἡμῖν ὁ θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν. καὶ πάλιν· ἔντειλαι ὁ θεὸς τῇ δυνάμει σου· δυνάμωσον ὁ θεὸς τοῦτο ὃ κατειργάσω ἡμῖν. ὁρᾷς γὰρ ὅπως κατευοδωθῆναι ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ δυναμωθῆναι εἰς τὸ ἀκωλύτως τὸν δρόμον τοῦ εὐαγγελίου τελειῶσαι εὔχονται. μέμνηνται δὲ σαφῶς καὶ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος λέγοντες· κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελι-
D ζομένοις δυνάμει πολλῇ· ἀλλὰ καὶ τίσιν ἤμελλον κηρύττειν τὸ εὐαγγέλιον θεσπίζουσιν ἐν οἷς φασίν, ἥξουσι πρέσβεις ἐξ Αἰγύπτου· Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ θεῷ. σαφῶς γὰρ διὰ τούτων Αἰγυπτίοις εὐαγγελίζονται, τοὺς εἰδωλολάτρας αἰνιττόμενοι. ἐπεὶ ἐξ Αἰγύπτου κατήρξατο ἡ εἰδωλολατρεία. ἀλλὰ καὶ τὴν Αἰθιοπίαν προφθάσαι χεῖρα αὐτῆς τῷ θεῷ φασίν· τὰ ἔσχατα τῆς οἰκουμένης δηλοῦντες. εἶθ' ἑξῆς τὰς βασιλείας τῆς γῆς πάσας ἀθρόως συγκαλοῦσι, τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τοῦτον σημαινομένων τὸν τρό-
E πον. ἵνα δὲ τὰ διὰ τῶν λόγων προφητευόμενα ἤδη ποτὲ καὶ δι' ἔργων χωρήσῃ, ἀρχόμενον τὸ πνεῦμα τὸ προφητικόν, διὰ τοῦ Δαυὶδ εὐχὴν ἀναπέμπει λέγον· ἀναστήτω ὁ κύριος καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ. δεινοὶ γὰρ ἐχθροὶ τοῦ θεοῦ κατετυράννουν πάλαι πρότερον τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων, οἱ τὴν πολύθεον πλάνην καθ' ὅλης τῆς

οἰκουμένης συστησάμενοι πονηροὶ δαίμονες. οὐδείς τε ἦν ἐπαμύνων τοῖς κακοῖς, οὐ σοφὸς ἀνήρ, οὐ δίκαιος, οὐ προφήτης· ἀλλ' οὐδὲ ἀγγέλων τις ἢ πνευμάτων ἁγίων, ἢ τῶν κατ' οὐρανὸν θείων δυνάμεων. διὸ δὴ αὐτὸν ἀναστῆναι τὸν θεὸν καὶ τοῦ βασιλικοῦ διεγερθῆναι θρόνου παρακαλεῖ. ἠρεμεῖν μὲν καὶ ἡσυχάζειν καὶ ὥσπερ διαναπαύεσθαι τὰ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας λέγεται, ἐπειδὰν τῷ πλούτῳ τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῇ ἀνοχῇ καὶ τῇ μακροθυμίᾳ φέρῃ τοὺς ἁμαρτάνοντας καὶ εἰς αὐτὸν ἀσεβοῦντας· τὸ δὲ κινεῖσθαι καὶ διανίστασθαι, ἐπειδὰν τὰς ἐκδικήσεις ποιῆται ἐπεξιὼν τοῖς ἁμαρτάνουσιν. ἵν' οὖν ἤδη ποτὲ παύσωνται ταῖς κατὰ τῶν ἀνθρώπων δυναστείαις οἱ προλεχθέντες ἐχθροί, διαναστῆναι τὸν θεὸν καὶ διεγεῖραι ἑαυτὸν εἰς ἐκδίκησιν ἱκετεύει, ὅπως οἱ πάλαι κατὰ τὸ αὐτὸ συνηγμένοι καὶ κακὴν συμφωνίαν πρὸς ἀλλήλους θέμενοι, τὴν τῆς δαιμονικῆς εἰδωλολατρείας, διασκεδασθῶσι μακρὰν ἀλλήλων διωκόμενοι. ἐχθροὶ δὲ τοῦ θεοῦ καὶ μισοῦντες αὐτὸν ἦσαν. οἱ τὸν ὑπὲρ γῆς ἀέρα πληροῦντες καὶ τὴν ἐν ἀνθρώποις πολύπλανον κακίαν ἐνεργοῦντες δυσσεβεῖς τινες καὶ ἄθεοι δαίμονες· οἳ κινηθέντος αὐτοῦ μόνον τοῦ θεοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν τῶν πεπραγμένων ἐκδίκησιν ἑαυτὸν διεγείραντος, πρῶτον μὲν ἐσκορπίζοντο μακρὰν ἀλλήλων διασκεδαννύμενοι. εἶτ' ἐχρῶντο φυγῇ· καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἐκλείπει καπνὸς ἐξέλιπον, καὶ ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός, οὕτως ἤμελλον ἀπόλλυσθαι. νοήσεις δὲ ὅπως ὡς ἐκλείπει καπνὸς ἐξέλιπον οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, ἐπιστήσας ὡς τὸ μὲν παλαιὸν μετεσχηματίζοντο εἰς ἀγγέλους φωτός, αὐτός τε ὁ διάβολος καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ κατὰ τὸν ἀπόστολον, ὅς φησιν· αὐτὸς γὰρ ὁ σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός. οὐ μέγα οὖν εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται εἰς ἀγγέλους δικαιοσύνης, ἐχρησμῳδοῦν τε τότε κατὰ πάντα τόπον, μαντείας καὶ θεραπείας ἐπαγγελλόμενοι, ὡς τοὺς δεισιδαίμονας θύειν αὐτοῖς καθ' ὑπερβολὴν μανίας καὶ τὰ ἑαυτῶν φίλτατα. νυνὶ δὲ ἐκείνων πάντων ἀφανισμὸς καὶ ἐρημία γέγονεν, ὡς μηδὲ μνήμην αὐτῶν ἀπολείπεσθαι· ἐξέλιπον δὲ ὡς ἐκλείπει καπνὸς ἀποσβεσθέντος αὐτῶν τοῦ πυρός· διὸ καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται· ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ. ἡ γὰρ τοῦ θεοῦ ὀργὴ τούτοις αὖθις ἐπελθοῦσα, τὸ πῦρ αὐτῶν ᾧ κατέφλεγον τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς κατέσβεσεν· οὗ σβεσθέντος, ἀνέβη καπνός. ἀλλὰ καὶ οὗτος ὁ καπνὸς μηκέτι ὑποκαιόμενος μηδὲ ἔχων ὅπου ὑποστῇ, ἐκλείπει. ἐπεὶ δὲ ὁ θεὸς φῶς ἐστι καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία, τοῦτο τὸ φῶς τοῖς αὐτοῦ φίλοις σοφίας καὶ γνώσεως καὶ ἀληθείας μαρμαρυγὰς ἐκπέμπει, ὡς φάναι αὐτούς, ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε. τοῖς δὲ προλεχθεῖσιν ἐχθροῖς αὐτοῦ πῦρ καταφλέγον γίγνεται. διὸ λέλεκται ἐν ἑτέροις· πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφοδρά· καὶ, πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ

A in universum orbem induxerant. Nemo porro erat qui mala propelleret, non vir sapiens, non justus, non propheta, imo nec quispiam ex Angelis & sanctis spiritibus, sive ex cœlestibus divinisque virtutibus. Quapropter Deum rogat ut exsurgat, & ex regio throno suo excitetur. Nam Dei providentia tunc cessare, vacare & ceu quiescere dicitur, cum ex divitiis bonitatis, & ex patientia longanimitateque sua peccantes & erga se impie agentes tolerat; moveri autem & excitari dicitur, cum peccatores aggressus
B ulciscitur. Ut igitur memorati hostes finem facerent dominandi hominibus, Deo supplicat ut exsurgat seseque concitet ad ultionem; ut qui olim in unum congregati erant, & improbam mutuo concordiam inierant, eam scilicet quæ diabolicam idololatriam spectabat, dissiparentur procul dispersi. Ii vero inimici Dei erant, eumque oderant, qui aërem terræ eminentem replebant, & improbitatem illam multiplicis erroris fovebant, impii nempe quidam & athei dæ-
C mones. Qui Deo vel tantum commovente se, & ad facinorum ultionem sese excitante, primo quidem dissipati & alii procul aliis dispersi, deinde in fugam versi sunt, ac postea sicut deficit fumus defecerunt, & sicut liquescit cera a facie ignis, sic & illi perituri erant. Quomodo autem sicut deficit fumus defecerint adversarii ejus, intelliges si animadvertas qua ratione olim ipse diabolus & ministri ejus transformarentur in angelos lucis, secundum Apostolum, qui ait:
D *Ipse enim Satanas transformatur in angelum lucis.* 2. Cor. 11. 14. Non magnum itaque quidpiam si ministri ejus transformarentur in angelos justitiæ, nec si tunc omnibus in locis oracula ederent, vaticinia & curationes pollicentes; ita ut superstitiosi homines per summam insaniam vel sibi carissima ipsis immolarent.
3. Nunc vero eorum omnium ruina & desertio contigit, ita ut ne vel eorum memoria supersit: extinctoque ipsorum igne defecerunt sicut deficit fumus. Quare alio in loco
E dicitur: *Adscendit fumus in ira ejus.* Psal. 17. 9. Nam ira Dei invadens ipsos, ignem ipsorum, quo animas hominum incendebant, restinxit: quo restincto, adscendit fumus. Sed ipse fumus cum ignis non subsit, nec habeat in quo subsistat, deficit. Quia vero Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ, hæc lux amicis suis sapientiæ, scientiæ & veritatis radios emittit, ita ut dicant, *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine;* Psal. 4. 7. inimicis autem suis supra memoratis ignis consumens est. Quare alibi dictum est: *Ignis in conspectu ejus exardescet, & in circuitu ejus tempestas valida;* Psal. 49. 3. &, *Ignis in conspectu ejus* Psal. 96. 3.

A *exardescet & inflammabit omnes inimicos ejus.* In præsenti quoque inimici ejus non modo ut fumus deficere, sed sicut fluit cera a facie ignis, ita & ipsi liquescere dicuntur. Quoniam ipsi sese inimicos Dei constituerunt. Deus enim omnia quæ sunt amat, & nihil odit eorum quæ fecit: neque enim aliquid condidit quod odisset; quare nullius inimicus ipse est. Qui vero sese ab ipso longe removent, ipsiusque se inimicos efficiunt, perniciem sibi attrahunt, ita ut dicatur: *Quia ecce qui elongant se a te* (Psal. 72. 27.) *peribunt.* B Sic autem & Deum oderunt, qui perosa ipsi perpetrant. Hæc igitur uno modo dicta fuerint. Cum porro omnis prophetia Evangelica sit, consideres velim num hæc ad Deum Verbum referantur, quod quidem olim in paterno sinu requiescebat: (Joan. 1. 1.) *In principio* enim *erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Et, *Hoc erat in principio apud Deum*, ipsum erat unigenitus Dei, qui est in sinu Patris. Quia vero formam servi accipiens, & habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum usque ad mortem; C jure Spiritus sanctus ejus resurrectionem vaticinatur dicens, *Exsurgat Deus & dissipentur inimici ejus:* ubi per illud, *Deus*, Deus Verbum intelligitur. Aut oratio illa de Christo hoc profert, *Exsurgat*, & ad universorum Deum emittitur; ita ut illud, *Deus*, sic accipiatur: O Deus, exsurgat Christus tuus, & dissipentur inimici ejus. Congregati namque sunt inimici ejus tempore passionis ipsius, quando (Psal. 2. 1.) *fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Adstiterunt reges & principes convenerunt in unum adversus Dominum & adversus Christum ejus.* D Hosce porro omnes resurrectio Christi ex mortuis dissipavit: tuncque defecerunt ut deficit fumus, & sicut fluit cera a facie ignis. Hunc sane Christum Dei odio habuerunt, ac etiamnum oderunt, qui frequenter impia dicta, convitia & blasphema verba proferunt, ejus Ecclesiam oppugnant ac doctrinam calumniantur. Nam aliàs nullos reperire est qui universorum Deum oderint; neque enim ipsi athei & impii, neque maligni dæmones, neque impuri spiritus id E dixerint. At Christum Dei se odio habere aperte profitentur, primo ii de quibus ipse per prophetiam ita fatur: (Psal. 108. 3.) *Loquuti sunt adversum me lingua dolosa, & sermonibus odii circumdederunt me, & expugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi. Et posuerunt adversum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea;* deinde qui post illos etiam nunc in ipsum blasphema dicta proferunt. Cæterum omnes inimici ejus, & qui oderunt eum dissipati sunt & fugerunt

A καυθήσεται, καὶ φλογιεῖ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας οἱ ἐχθροὶ οὐ μόνον ἐκλείπειν ὡς καπνὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρὸς, οὕτως ἐκτήκεσθαι εἰρήνται. ἐπειδήπερ αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἐχθροὺς τοῦ θεοῦ πεποιήκασιν. ὁ γὰρ θεὸς ἀγαπᾷ τὰ ὄντα πάντα, καὶ οὐδὲν βδελύσσεται ὧν ἐποίησεν. οὐδὲ γὰρ μισῶν τι κατεσκεύαζεν. διὸ οὐδενὸς ἐχθρὸς αὐτός· οἱ δὲ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐχθροποιοῦντες ἑαυτοὺς, ἐπισπῶνται τὴν ἀπώλειαν· ὡς λέγεσθαι ὅτι ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται. οὕτω B δὲ καὶ μισοῦσι τὸν θεὸν οἱ τὰ ὑπ' αὐτοῦ μεμισημένα πράττοντες. ταῦτα μὲν οὖν καθ' ἕνα λελέχθω τρόπον. ἐπεὶ δὲ ἡ πᾶσα προφητεία εὐαγγελικὴ τυγχάνει, θέα μήποτε ταῦτα εἰς τὸν θεὸν λόγον ἀναφέρεται· ὃς ἦν μὲν πάλαι ἐν τοῖς κόλποις ἀναπαυόμενος τοῦ πατρὸς, ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος· καὶ, ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος. καὶ, οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεὸν, αὐτὸς ἦν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. ἐπεὶ δὲ μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, C τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰκότως τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ θεσπίζει λέγον· ἀναστήτω ὁ θεὸς καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ· θεοῦ νοουμένου τοῦ θεοῦ λόγου. ἢ τῆς εὐχῆς περὶ μὲν τοῦ χριστοῦ λεγούσης τὸ, ἀναστήτω, πρὸς δὲ τὸν θεὸν τῶν ὅλων ἀναπεμπομένης· ἵν' ᾖ τὸ, ὁ θεὸς ἀντὶ τοῦ ὦ θεέ, ἀναστήτω ὁ χριστός σου καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ. συνήχθησαν μὲν γὰρ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ κατὰ τὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ καιρὸν, ὁπηνίκα ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά. παρέστησαν οἱ βασιλεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ D χριστοῦ αὐτοῦ. πάντων δὲ τούτων διασκορπισμὸν, ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις τοῦ χριστοῦ κατειργάσατο· ἐξέλιπόν τε ὡς ἐκλείπει καπνὸς, καὶ ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός. καὶ τοῦτόν γε τὸν χριστὸν τοῦ θεοῦ ἐμίσησαν, μισοῦσί τε εἰσέτι καὶ νῦν, οἱ συνεχῶς αὐτὸν ἀθέοις λόγοις καὶ λοιδορίαις βλασφημοῦντες, τήν τε ἐκκλησίαν αὐτοῦ πολεμοῦντες, καὶ τὴν διδασκαλίαν διαβάλλοντες. ἄλλως γὰρ τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν οὐκ ἄν τις εὕροι μισοῦντάς τινας. οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ οἱ ἄθεοι καὶ δυσσεβεῖς. ἀλλ' οὐδὲ οἱ πονηροὶ δαίμονες, οὐδὲ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα E τοῦτ' ἂν εἴποιεν· τὸν δὲ χριστὸν τοῦ θεοῦ ὁμολογουμένως ἐμίσησαν· πρῶτοι μὲν ἐκεῖνοι, περὶ ὧν αὐτὸς διὰ τῆς προφητείας ἔφασκεν· ἐλάλησαν κατ' ἐμοῦ γλώσσῃ δολίᾳ, καὶ λόγοις μίσους ἐκύκλωσάν με καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν. ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾶν με ἐνδιέβαλλόν με. καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου· ἔπειτα καὶ οἱ μετ' ἐκείνους εἰς ἔτι νῦν αὐτὸν βλασφημοῦντες. πλὴν πάντες οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, καὶ οἱ μισοῦντες αὐτὸν διεσκορπίσθησαν καὶ πεφεύγασιν

ἀπὸ

ἀπὸ προσώπου τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. ἐξέλιπόν τε ὡς ἐκλείπει καπνὸς καὶ ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός. αὐτίκα γοῦν οὐδεὶς πώποτε τῶν μεμισηκότων αὐτὸν ἀτιμώρητος διεξῆλθε τὸν βίον. ἀλλὰ καὶ οἱ πάλαι τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ τυρεύσαντες ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς, Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι οὕτως ἐξέλιπον, ὡς μηδὲ μνήμην αὐτῶν εἰς ἔτι νῦν μηδ' ὄνομα παρὰ Ἰουδαίοις σώζεσθαι. τότε πᾶν ἔθνος αὐτῶν διασκεδασμὸν καὶ διασκορπισμὸν ὑπέμεινεν εἰς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα δὲ χρόνοις πάντες ὅσοι τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ πεπολεμήκασιν, ὁμοίως ἐξέλιπον καὶ αὐτοὶ ὡς ἐκλείπει καπνὸς καὶ ὡς τήκεται κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός. οἱ μὲν οὖν ἐχθροὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ οἱ μισοῦντες αὐτὸν τοιαῦτα πεπόνθασι, καὶ ἔτι μᾶλλον οἱ ἀόρατοι καὶ ἀφανεῖς ἐχθροί, πονηροὶ δαίμονες καὶ μοχθηρὰ πνεύματα· δι' ὧν τὰ τῆς πολυθέου πλάνης ἐνηργεῖτο πάλαι· ὧν παντελὴς διασκορπισμὸς μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν γέγονεν· οἱ δ' αὐτοὶ τηκόμενοι ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός, ἐβόων λέγοντες, „ἔα· τί ἡμῖν καὶ σοί, υἱὲ θεοῦ; ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς. αἱ γὰρ τῆς θεότητος αὐτοῦ ἀόρατοι καὶ ἀφανεῖς ἀκτῖνες, βασάνους καὶ ἀλγηδόνας τοῖς ταῦτα λέγουσι παρεῖχον. τὸ δέ γε δεξιὸν τῶν φίλων τοῦ θεοῦ τάγμα ὁποίων ἀπήλαυεν ἀγαθῶν ἐν τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσει, ἑξῆς διδάσκει ἡ προφητεία λέγουσα· „καὶ οἱ δίκαιοι εὐφρανθήτωσαν, ἀγαλλιάσθωσαν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ τερφθήτωσαν ἐν εὐφροσύνῃ. ὁποῖον δέ ἐστι τὸ μὴ ἁπλῶς εὐφραίνεσθαι καὶ ἀγαλλιᾶν, ἀλλ' ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ παρὰ τῷ θεῷ τούτων ἀπολαύειν, ἡδονῇ τε θείᾳ ἐντρυφᾶν, οὐκ ἔστιν ἐπαξίως λόγῳ διηγήσασθαι.

„Ἄσατε τῷ θεῷ, ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν. τὸν μὲν περὶ τῶν ἐχθρῶν καὶ μισούντων τὸν θεὸν λόγον, διὰ βραχέων ἐπετέμετο ἡ προφητεία. τὸν δὲ περὶ τῶν δικαίων ἐξαπλοῖ, ἐνδιατρίβουσα τῇ περὶ αὐτῶν μνήμῃ. καὶ δὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρακελεύεται τοῖς δικαίοις ᾄδειν καὶ ψάλλειν τῷ θεῷ, ὡς ἂν διὰ τούτων μέλλουσιν ἀπολαύειν τῆς θείας εὐφροσύνης καὶ τῆς προλεχθείσης τερπωλῆς καὶ ἀγαλλιάσεως. καὶ ἐπειδὴ τῶν δύο τούτων, λέγω δὲ τοῦ ᾄδειν καὶ ψάλλειν, τὸ μὲν κρεῖττον ἦν τὸ ᾄδειν, τὸ δὲ ὑποβεβηκὸς τὸ δι' ὀργάνου διακρούεσθαι, εἰκότως τὸ μὲν κρεῖττον ἀνέθηκε τῷ θεῷ, τὸ δὲ διὰ τοῦ ὀργάνου ἐνεργεῖν, τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. „ᾄσατε γάρ, φησί, τῷ θεῷ καὶ ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. ᾄδει δὲ τῷ θεῷ ὁ δι' ὑγιειῶν δογμάτων τὴν ψυχὴν πεπαιδευμένος καὶ τὰς πρεπούσας αὐτῷ θεολογίας ἐκ διανοίας κεκαθαρμένης ἀναπέμπων. ψάλλει δὲ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ὁ διὰ τῶν τοῦ σώματος κινήσεων, καὶ διὰ τῆς τῶν αἰσθητηρίων ἐνεργείας τοιαῦτα πράττων ὡς δοξάζεσθαι δι' αὐτοῦ παρὰ τοῖς ὁρῶσι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ. ταῦτα μὲν οὖν πρῶτα παρακελεύεται τῷ τῶν δικαίων χορῷ πράττειν ὁ λόγος· ἑξῆς δὲ πρᾶγμά τι ποιεῖν ἑτέροις χρήσιμον προστάττει. ἵνα γὰρ ἐπιβῇ ὁ θεὸς τῷ

A a facie virtutis ejus: defeceruntque sicut deficit fumus, & sicut fluit cera a facie ignis. Nemo igitur ex odientibus eum impune umquam ex hac vita migravit. Sed etiam principes Sacerdotum, Scribæ, Pharisæi & Sadducæi, qui insidias olim ipsi pararunt, ita defecerunt, ut neque memoria eorum ad hoc usque tempus, neque nomen apud Judæos servetur. Tunc tota eorum natio in omnes gentes dispersa dissipataque est. Insequentibus vero temporibus quotquot Ecclesiam ejus oppugnarunt, similiter & ipsi B defecerunt sicut deficit fumus, & sicut fluit cera a facie ignis. Inimici ergo Christi & qui oderunt eum talia passi sunt; maximeque invisibiles & occulti inimici, maligni nempe dæmones & spiritus nequam, qui olim multorum numinum erroris auctores erant: qui post resurrectionem ex mortuis penitus dissipati sunt. Iidemque ipsi liquescentes sicut cera a facie ignis clamabant dicentes: *Sine; quid nobis & tibi, Fili Dei?* Matth. 8.29. *venisti ante tempus torquere nos.* Nam deitatis ipsius invisibiles & occulti radii, tor- C menta doloresque talia dicentibus invexerunt. Dexter porro amicorum Dei ordo 4. quibus in Servatoris nostri resurrectione frueretur bonis, deinceps docet prophetia quæ ait: *Et justi lætentur & exsultent in conspectu Dei, delectentur in lætitia.* Quid illud sit, non simpliciter lætari & exsultare, sed in conspectu Dei & apud Deum his perfrui, divinaque voluptate gaudere; non potest pro merito enarrari.

Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus, iter facite ei, qui adscendit super occasum. 5.
D Sermonem de inimicis & osoribus Dei Verbi, compendio absolvit prophetia; de justis autem fusius agit, eorumque commemorationi insistit. Et sane Spiritus sanctus jubet justos cantare & psallere Deo; utpote qui his vacantes, divinam lætitiam memoratamque delectationem & exsultationem nacturi sint. Quia vero ex his duobus, nimirum ex cantu & ex psalmodia, præstabilior cantus erat, atque inferior ipsi erat instrumenti pulsatio; jure quod præstantius E erat Deo addixit, instrumenti vero actionem nomini ejus. Nam inquit, *cantate Deo, & psalmum dicite nomini ejus.* Deo autem cantat, cujus anima sanâ doctrinâ instituta est, & congruentia divinaque verba ex pura conscientia ipsi transmittit; psallit vero nomini ejus, qui corporeis motibus & sensibili actione talia exhibet, quæ spectatores ad nomen Dei gloria celebrandum inducant. Hæc igitur primo jubetur justorum chorus peragere; deinde vero eidem præcipitur ut opus aliis utile perficiat. Nam ut Deus ad

hominum genus accedat, & cum terrigenis perambulet, præcipit ut viam facilem atque planam ipsi muniant, dicens: *Iter facite*; sive secundum Symmachum, *Sternite*; secundum Aquilam vero, *A surculis mundate*, id est, omne tortuosum auferte, & quod asperum est sternite, ut iter Dei ad homines planum facileque evadat. Idipsum sic Hesaïas declaravit: *Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt tortuosa in viam rectam, & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei.* Hic vero non prius iter facere jubet, quam edidicerint quî canendum oporteat Deo & psallendum nomini ejus. His institutos, postquam id reipsa præstiterint, iter deinde facere præcipit; id est, humanas animas præparare, purasque illas & ad ipsius Dei adventum paratas efficere. Quamobrem ait: *Iter facite ei qui adscendit super occasum, Dominus nomen illi.* Hic porro Dominum nova voce secundum Hebraïcam lectionem expressit: ipsum quippe, *ia*, nuncupavit: quare Symmachus, *Per ia vocabulum ejus*, interpretatus est: Quinta vero editio, *In ia nomen ejus*. Per primam autem syllabam nomen Servatoris Jesu subindicavit. Et hic est Dominus cujus nomen per *ia*, vel in *ia* dicit esse: & adscendisse eum ad occasum docet, significatque ejus in carne transitum ad homines. Neque enim eum, qui in forma Dei erat, Deum Verbum nudum exhibens lucis instar, humanum genus illustravit; sed forma servi accepta, radiisque deitatis suæ contractis, & in corpore quasi demersus, cum ad occasum usque mortalis vitæ devenisset, (quam vitam divinus Apostolus tenebras vocat dicens, *Adversus mundi rectores tenebrarum harum*;) sive etiam cum ipsam mortem subiisset, adscendisse dicitur super occasum. Huic igitur Domino, qui adscendit super occasum, cujus nomen Jesu per *ia* significatur, iter facite. Hæc porro Apostolico choro Spiritus propheticus præcipit, & illud cum alacritate & fiducia magna ipsum peragere jubet. Quamobrem de-
6. inde infert: *Et exsultate in conspectu ejus*; sive secundum Symmachum, *Et gloriamini in facie ejus.* Aliam quoque prædicti Domini notitiam præbet dicens: *Patris orphanorum & judicis viduarum.* Nisi enim pater orphanorum & vindex judexque viduarum effici dignatus esset, nulla ipsi ratio fuisset cum humilibus terræ. At quia per humanitatis excessum dignatus est adscendere super occasum, & in tenebris orphanorum pater vocari, & viduarum patrocinio carentium, animarumque orbatum, judex & ultor effici;

Symmachi. Aquilæ. Hesai. 40. 3. Lectio Hebraici exempl. Symmachi. Quintæ. Ephes. 6. 12. Symmachi.

τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον, καὶ ὅπως ἐμπεριπατήσῃ τοῖς ἐπὶ γῆς, τὴν ὁδὸν αὐτῷ λείαν καὶ ὁμαλὴν ἀπεργάζεσθαι διακελεύεται φάσκων, ὁδοποιήσατε· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, καταστρώσατε, κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, ἀποσκολοπίσατε, τουτέστι πᾶν σκολιὸν ἀφέλετε, καὶ πᾶν τραχὺ καταστρώσατε, ὡς ἂν γένοιτο λεία καὶ ὁμαλὴ τοῦ θεοῦ ἡ εἰς ἀνθρώπους πορεία. τοῦτο δὲ καὶ Ἡσαΐας ἐδήλου λέγων· ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας, καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. ἐνταῦθα δὲ οὐ πρότερον ὁδοποιεῖν κελεύει, ἢ πρὶν αὐτοὺς μαθόντας ὅπως χρὴ ᾄδειν τῷ θεῷ καὶ ὅπως ψάλλειν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. ταῦτα γὰρ προμαθόντας καὶ ἔργοις ἐπιτελέσαντας, ἑξῆς βούλεται ὁδοποιεῖν, τουτέστι τὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς παρασκευάζειν, καθαράς τε καὶ ἑτοίμους αὐτὰς ἀπεργάζεσθαι εἰς τὴν ἐπιδημίαν τοῦ προδηλωθέντος θεοῦ. διό φησιν· ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν, κύριος ὄνομα αὐτῷ. κέκληκε δὲ τὸν κύριον ἐνταῦθα καινοτέρᾳ φωνῇ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν λέξιν, ἰὰ γὰρ αὐτὸν ὠνόμασεν, ὅθεν ὁ Σύμμαχος διὰ τοῦ ἰὰ ἡ ὀνομασία αὐτοῦ ἡρμήνευσεν· ἡ δὲ ε. ἔκδοσις, ἐν τῷ ἰὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ᾐνίξατο δὲ τὸ ὄνομα τοῦ σωτῆρος Ἰησοῦ διὰ τῆς πρώτης συλλαβῆς, καὶ τοῦτον τὸν κύριον οὗ τὸ ὄνομά φησιν εἶναι διὰ τοῦ ἰά, ἢ ἐν τῷ ἰά, ἐπιβεβηκέναι ἐπὶ δυσμῶν διδάσκει· σημαίνει δὲ τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ πάροδον καὶ τὴν ἔνσαρκον ἐπιδημίαν. οὐ γὰρ τὸν ἐν μορφῇ θεοῦ θεὸν λόγον γυμνὸν ἐπιδείξας φωτὸς δίκην ἐξήστραψε τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον, μορφὴν δὲ δούλου λαβὼν καὶ τὰς ἀκτῖνας τῆς ἑαυτοῦ θεότητος συστείλας, καὶ ὥσπερ καταδὺς ἐν τῷ σώματι, ἐπὶ δυσμῶν τε γενόμενος τοῦ θνητοῦ βίου, ὃν ὁ θεῖος ἀπόστολος σκότος ὠνόμασεν εἰπών· πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου· ἢ ἐν αὐτῷ καταδὺς τῷ θανάτῳ, λέλεκται ἐπιβεβηκέναι ἐπὶ δυσμῶν. τούτῳ οὖν φησι τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν κυρίῳ, οὗ τὸ Ἰησοῦ ὄνομα διὰ τοῦ ἰὰ σημαίνεται, ὁδοποιήσατε. προστάττει δὲ ταῦτα τὸ πνεῦμα τὸ προφητικὸν τῷ ἀποστολικῷ χορῷ, καὶ τοῦτο πράττειν σὺν πολλῇ προθυμίᾳ καὶ παρρησίᾳ ἐπικελεύεται. διὸ ἐπιλέγει ἑξῆς· καὶ ἀγαλλιᾶσθε ἐνώπιον αὐτοῦ, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, καὶ γαυριᾶσθε εἰς πρόσωπον αὐτοῦ. καὶ ἄλλο δὲ γνώρισμα δίδωσι τοῦ προδηλωθέντος κυρίου λέγων· τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν. εἰ μὴ γὰρ ὀρφανῶν ἠξίωσε γενέσθαι πατήρ, χηρῶν τε ἔκδικος καὶ κριτής, οὐδεὶς ἦν αὐτῷ λόγος πρὸς τοὺς ἐπὶ γῆς ταπεινούς. ἐπεὶ δὲ καθ᾽ ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας κατηξίωσεν ἐπιβῆναι ἐπὶ δυσμῶν, καὶ τῶν ἐν τῷ σκότει ὀρφανῶν χρηματίσαι πατήρ, τῶν τε ἀπροστατεύτων χηρῶν τε καὶ ἐρήμων ψυχῶν κριτὴς καὶ ἔκδικος γενέσθαι, εἰκότως τὴν ὁδὸν τὴν ἄγουσαν

ἐπὶ τοὺς ὀρφανοὺς τοὺς τὸν ἐπουράνιον ἀγνοοῦντας πατέρα, ἐπί τε τὰς ἐστερημένας τοῦ νυμφίου χήρας ψυχὰς ὁδοποιεῖν παρακελεύεται. καὶ ἄλλως δέ, τοῦ περὶ προνοίας λόγου γένοιτ' ἂν ἡ διάνοια παραστατική, διδάσκουσα ὅτι χῆραι καὶ ὀρφανοί, ἔρημοι καὶ ἀπροστάτευτοι καταλείπονται ἐν τῷ βίῳ, οὐκ ἄνευ λόγου καὶ σοφίας θεοῦ, ἀλλ' εἰς δόξαν αὐτοῦ καὶ εἰς ἔνδειξιν τῆς αὐτοῦ θείας ἐπισκοπῆς. πολλάκις γοῦν οἱ γονέων ἐστερημένοι παῖδες ὀρφανοί, μᾶλλον τῶν ὑπὸ πατράσι τραφέντων, λόγων καὶ παιδείας μετέσχον, μακρόβιοί τε καὶ πολυχρόνιοι γεγόνασι· καὶ οὐ μόνον τροφῆς ηὐπόρησαν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐπισήμους ἄνδρας προῆλθον. καὶ γυναῖκες ὡσαύτως χηρείαν δυστυχήσασαι, μᾶλλον τῶν ἐν συζυγίᾳ βίον εὔθυμον καὶ ἄλυπον καὶ θεοσεβῆ διεξῆλθον· τοῦ θεοῦ τοῖς μὲν ὀρφανοῖς ὑπὲρ πάντα πατέρα καταστάντος, ταῖς δὲ χήραις ἀντιλήπτορος καὶ ἐκδίκου. διὸ εἴρηται· τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν. ἀντὶ δὲ τοῦ, τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν, ὁ Σύμμαχος· τῷ ἐποχουμένῳ ἐν τῇ ἀοικήτῳ. ἀοίκητον δὲ καλεῖ τὴν τῶν ἀλλογενῶν καὶ ἀλλοφύλων ἐθνῶν χώραν· ἣν ἔρημον ὀνομάζειν ἐν ἑτέροις εἴωθεν ὁ λόγος. καὶ πάλιν, ἀντὶ, τοῦ κριτοῦ τῶν χηρῶν, ὁ μὲν Ἀκύλας, δικαστοῦ χηρῶν, ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ ὑπερδικοῦντος χηρῶν ἡρμήνευσαν. σφόδρα δὲ ἀκριβῶς ὀρφανῶν μὲν αὐτὸν πατέρα ἀποκαλεῖ, χηρῶν δὲ κριτήν. ἐπεὶ γὰρ μὴ πᾶσαι χῆραι τῆς ἴσης ὑπάρχουσι προαιρέσεως, διακρίνων τὰς ἀξίας αὐτοῦ καὶ τὰς μὴ τοιαύτας, κριτὴς αὐτῶν καθίσταται. οὐ μὴν καὶ ὀρφανῶν ὁμοίως γένοιτ' ἂν κριτής, ἐξ ἴσου γὰρ τούτων πατρὸς δίκην προνοεῖ.

Ὁ θεὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ, ὁ θεὸς κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ. ἐπειδὴ τὸν προδηλωθέντα κύριον κάτω που ἐπὶ τὸ ταπεινὸν κατήγαγεν ὁ λόγος, ἐπιβεβηκέναι ἐπὶ δυσμῶν φήσας αὐτὸν, ὀρφανῶν τε εἶναι πατέρα καὶ χηρῶν κριτήν, ἀναγκαίως ἐπανέρχεται ἐπὶ τὴν περὶ αὐτοῦ θεολογίαν· διδάσκων ὅτι ταῖς μὲν προλεχθείσαις δυσμαῖς διά τινας οἰκονομίας πρὸς βραχὺν ἐπιβαίνει χρόνον. τό γε μὴν οἰκητήριον αὐτοῦ καὶ ἡ πρέπουσα αὐτῷ διατριβὴ, οὐκ ἐν δυσμαῖς ἐστὶν ἀλλ' ἐν τόπῳ ἁγίῳ, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἐν οἰκητηρίῳ ἡγιασμένῳ αὐτοῦ, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἐν βασιλείοις ἁγίοις αὐτοῦ. ἔστι μὲν γὰρ αὐτῷ τόπος ἐμπρέπων καὶ ἁρμόζων τῇ αὐτοῦ θεότητι. ὅμως δ' οὖν φιλάνθρωπος ὤν, τοῦ οἰκείου μεγέθους ὑποκαταβαίνει· συγκαταβαίνει τε τοῖς ἐν δυσμαῖς οἰκοῦσιν ὀρφανοῖς καὶ χήραις. διὸ καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται· ὅτι ἰδοὺ κύριος κύριος ἐκπορεύεται καὶ καταβήσεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. κατιὼν δὲ ἐνθένδε καὶ ἐπιβαίνων ἐπὶ δυσμάς, ὁποῖα διαπράττεται θεασώμεθα. κατοικίζει φησὶ μονοτρόπους ἐν οἴκῳ. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον,

A jure ad orphanos cœlestis Patris ignaros, & ad viduas animas sponso orbas viam apparari jubet. Alias quoque providentiæ rationem hæc sententia declaraverit, docens viduas & orphanos, orbos & patrocinio carentes in mundo relinqui, non sine ratione & sapientia Dei; sed ad ejus gloriam, ejusque divinæ providentiæ argumentum. Sæpe itaque orphani parentibus orbi, accuratius edocti & literis instituti fuere, quam ii qui a parentibus educati sunt; itemque diuturnæ vitæ & annosi exstiterunt: B neque solum iis victui necessaria adfuere; imo etiam præclari & illustres evasere viri. Parique modo mulieres in viduitatis infortunium lapsæ, alacriori, feliciori, ac religiosiori vita perfunctæ sunt, quam illæ quæ in conjugio vitam egerant. Deus quippe plus orphanis prospicit, quam patres filiis; & viduarum patronus vindexque est. Quare dictum est: *Patris orphanorum & judicis viduarum.* Pro illo autem, *Qui adscendit super occasum*, Symmachus, *Qui vehitur in inhabitata.* Inhabitatam porro vocat, alienige- Symmachi. C narum & extranearum gentium regionem; quæ aliis in locis desertum nuncupari solet. Ac rursus pro illo, *judicis viduarum*, Aquila, Aquilæ. *judicantis viduas;* Symmachus, *ulciscentis* Symmachi. *viduas.* Apposite admodum patrem orphanorum, viduarum judicem vocat. Quia enim non omnes viduæ eodem vitæ instituto sunt, dijudicans ipse quænam se dignæ, quæ non dignæ sint, judex earum constituitur. Neque tamen pari modo orphanorum judex fuerit: æque enim illis ceu pater prospicit.

D *Deus in loco sancto suo, Deus inhabitare facit unius moris in domo.* Quia memoratum 7. Dominum quasi deprimens humilem in locum deduxerat, dicens adscendisse super occasum, esseque patrem orphanorum & judicem viduarum; necessario ad ejus deitatem prædicandam vertitur, docens eum ad prædictum occasum per œconomiam ad breve tempus adscendisse. Domicilium quippe ejus & condigna ipsius habitatio non in occasu est; sed *in loco sancto*; sive secundum Aquilam, *in habitaculo sanctificato suo;* Aquilæ. E aut secundum Symmachum, *in regia sancta* Symmachi. *sua.* Est enim ipsi locus condecens, & deitati ejus consentaneus; sed tamen humanus cum sit, a propria magnitudine descendit, orphanisque & viduis in occasu habitantibus sese adtemperat. Quare alibi dicitur: *Quia ecce Dominus Dominus egreditur & descendet de loco suo.* Cum autem inde descenderit, & adscenderit super occasum, quæ operetur videamus. *Inhabitare facit*, inquit, *unius moris in domo.* Secundum Symmachum au- Symmachi.

tem; *Dat inhabitandam Monachis domum*: Aquilæ. secundum Aquilam, *Sedere facit unigenitos domi*; Quintæ. secundum Quintam editionem, *Inhabitare facit una zona præcinctos domi*. Et illud erat primum ejus præclarum opus, quod maximum ejus facinus est in gratiam humani generis editum. Primus itaque ordo eorum qui in Christo proficiunt, est Monachorum. Sed rari sunt illi; quare secundum Aquilæ. Aquilam unigeniti vocati sunt, similes facti unigenito filio Dei. Secundum LXX. autem, unius, non diversi moris sunt, neque subinde morem variant, sed unum colunt qui ad virtutis cacumen advenit. Ipsos vero unius zonæ Quinta editio vocavit, utpote qui solitarii, & per seipsos præcincti sint. Tales autem sunt, quotquot monasticam castamque vitam agunt, quorum primi fuere Salvatoris nostri discipuli, quibus di- Matth. 10. 9. ctum est: *Nolite possidere aurum neque argentum in zonis vestris, neque peram in viam, neque calceamenta, neque virgam.* Cum dicitur enim, non oportere possidere aurum neque argentum in zonis, ipsos zonis præcinctos indicat. Sic autem omnibus nobis Apo- Ephes. 6. 14. stolus præcipit dicens: *State igitur præcincti lumbos vestros in veritate.* Itemque qui pascha comedebant, lumbos præcinctos habere jubebantur. Id igitur primum opus habitantibus in occasu adventans exhibet is qui in vaticinio fertur. Nam ex memoratis orphanis & viduis adlectum sibi præstantem illum & pretiosissimum unius moris ordinem, inhabitare facit in domo, scilicet in Ecclesia sua, dignosque eos habuit qui in ea manerent & habitarent. Postquam ipsos delegit, aliud opus præstat, in multorum utilitatem & emolumentum, *educens vinctos in fortitudine*: nam virtute sua eos qui pridem peccatorum vinculis constringebantur Symmachi. educit. Pro illo autem, *in fortitudine*, Symmachus *in dimissionem* interpretatus est dicens: *Educit vinctos in dimissionem.* Hæc porro intelligas ex prophetia Hesaiæ, quæ Hesai. 49. 8. ex ipsius Domini persona sic loquitur: *Ecce dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, ad educendum ex vinculis ligatos, & ex domo custodiæ sedentes in tenebris.* Eos enim qui olim diabolicis vinculis constringebantur, diabolico multorum numinum errori deditos, solutis vinculis eduxit, concessa peccatorum remissione. Imo etiam eos qui a sæculo in morte colligati erant secum resuscitavit, cum acerba mortis vincula solvisset. Hoc autem fecit *in virtute*; nam acceptâ hominis formâ perque humanum corpus viriliter agens, vinctos superius memoratos ex vinculis eduxit. Hæc erant præclara Dei Verbi

A δίδωσιν οἰκεῖν * μοναχοῖς οἰκίαν· καὶ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· καθίζει μονογενεῖς οἰκόνδε. κατὰ δὲ τὴν ε΄. ἔκδοσιν, κατοικίζει μονοζώνους ἐν οἴκῳ. καὶ τοῦτ᾽ ἦν τὸ πρῶτον αὐτοῦ κατόρθωμα· ὃ δὴ καὶ μέγιστον τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων τῷ τῶν ἀνθρώπων δεδώρηται γένει. τὸ γοῦν πρῶτον τάγμα τῶν ἐν Χριστῷ προκοπτόντων, τὸ τῶν μοναχῶν τυγχάνει. σπάνιοι δὲ εἰσιν οὗτοι· διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν μονογενεῖς ὠνομάσθησαν ἀφομοιούμενοι τῷ μονογενεῖ υἱῷ τοῦ θεοῦ. κατὰ δὲ τοὺς ο΄. μονότροποι τυγχάνουσιν, ἀλλ᾽ οὐ πολύτροποι οὐδὲ ἄλλοτε ἄλλως τὸν ἑαυτῶν μεταβάλλον- B τες τρόπον· ἕνα δὲ μόνον κατορθοῦντες, τὸν εἰς ἄκρον ἥκοντα ἀρετῆς· μονοζώνους δὲ αὐτοὺς ἡ ε΄. ἔκδοσις ὠνόμασεν ὡς ἂν μονήρεις καὶ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἀνεζωσμένους. τοιοῦτοι δὲ πάντες εἰσὶν οἱ τὸν μονήρη καὶ ἁγνὸν κατορθοῦντες βίον, ὧν πρῶτοι γεγόνασιν οἱ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μαθηταί, οἷς εἴρητο, μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδον. ἐν γὰρ τῷ λέγειν μὴ δεῖν κτᾶσθαι χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον εἰς τὰς ζώνας ἀνεζωσμένους αὐτοὺς εἰσάγει. οὕτω δὲ καὶ πᾶ- C σιν ἡμῖν ὁ ἀπόστολος παρακελεύεται λέγων· στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ. καὶ οἱ τὸ πάσχα δὲ ἐσθίοντες ἐκελεύοντο τὰς ὀσφῦς ἔχειν περιεζωσμένας. τοῦτο δὴ οὖν πρῶτον κατορθοῖ τοῖς ἐν δυσμαῖς οἰκοῦσιν ἐπιδημήσας ὁ θεσπιζόμενος. ἀπὸ γὰρ τῶν προλεχθέντων ὀρφανῶν καὶ τῶν δηλωθεισῶν χηρῶν ἀφορίσας, ἐξαίρετον καὶ τιμιώτατον ἑαυτῷ τάγμα τὸ τῶν μονοτρόπων κατοικίζει αὐτοὺς ἐν οἴκῳ, δηλαδὴ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ, παραμένειν καὶ κατοικεῖν ἐν αὐτῇ καταξιῶν αὐτούς. μετὰ δὲ τούτους δεύ- D τερον ἔργον κοινωφελὲς καὶ εἰς πολλοὺς διαβαῖνον κατορθοῖ, ἐξάγων πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ. τῇ γὰρ ἑαυτοῦ ἀνδρείᾳ ἐξάγει τοὺς πρότερον σειραῖς ἁμαρτιῶν πεπεδημένους· ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐν ἀνδρείᾳ, εἰς ἀπόλυσιν ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, εἰπὼν ἐξάγει δεδεμένους εἰς ἀπόλυσιν. νοήσεις δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τῆς λεγούσης ἐν Ἡσαΐᾳ προφητείας εἰς αὐτὸ πρόσωπον τοῦ κυρίου· ἰδοὺ δέδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξάγειν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς E καθημένους ἐν σκότει. τοὺς γὰρ πάλαι δεσμοῖς διαβολικοῖς κατεσφιγμένους, καὶ τῇ πολυθέῳ καὶ δαιμονικῇ πλάνῃ προστετηκότας, λύσας τῶν δεσμῶν ἐξήγαγε δοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῷ θανάτῳ δεσμίους ὄντας ἐξ αἰῶνος συνανέστησεν ἑαυτῷ, λύσας τῶν πικρῶν τοῦ θανάτου δεσμῶν. καὶ τοῦτο ἔπραξεν ἐν ἀνδρείᾳ. ἀνδρὸς γὰρ σχῆμα λαβὼν, καὶ δι᾽ ἀνθρωπείου σώματος ἀνδρισάμενος, ἐξήγαγε τῶν δεσμῶν τοὺς προλεχθέντας. ταῦτ᾽ ἦν τὰ κατορθώματα τῆς εἰς

* Vide in Præfat.

ἀνθρώποις ἐπιδημίας τοῦ θεοῦ λόγου, οἷς ἑξῆς εἴρηται· ὁμοίως τοὺς παραπικραίνοντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις. ὅπερ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε λευκότερον, διασαφήσας τὴν διάνοιαν καὶ εἰπών· οἱ δὲ ἀπειθεῖς κατοικήσουσι καυσώνος ξηρότητα· ὁ δὲ Ἀκύλας, πλὴν ἀφιστάμενοί φησιν ἐσκήνωσαν λεωπετρίαν. ἐβούλετο μὲν γὰρ αὐτὸς καὶ τοὺς παραπικραίνοντας ἐξαγαγεῖν καὶ ἐλευθερῶσαι τῶν δεσμῶν. ἐπιμένοντες δὲ οὗτοι τῇ ἀπειθείᾳ παροξύνοντές τε ἐν αὐτῷ τούτῳ καὶ παραπικραίνοντες τὸν θεόν, κατοικήσουσι τοὺς ἑαυτῶν τάφους, ὡς λέγεσθαι περὶ αὐτῶν· ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς, ἢ κατοικήσουσι καυσώνος ξηρότητα, ὡς ἂν μέλλοντες πορεύεσθαι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

Ὁ θεὸς ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ διαβαίνειν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ. διάψαλμα. ὅτι μὴ μόνον ἐν τῇ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἀνθρώποις ἐπεδήμει ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· ἀλλὰ καὶ πρότερον αὐτὸς ἦν ὁ διὰ Μωσέως χρηματίζων, ὁ παρὼν διδάσκει λόγος φάσκων· ὁ θεὸς ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ λαοῦ σου ἐν τῷ διαβαίνειν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ. γῆ ἐσείσθη, καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν. καὶ τότε γάρ φησι καθ' ὃν χρόνον ἐξῆγες τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀπὸ γῆς Αἰγύπτου, ἡ σύμπασα γῆ ἐσείετο τῆς φήμης τῶν ἐν Αἰγύπτῳ πεπραγμένων διατρεχούσης εἰς πάντας· ἀλλ' ἡ μὲν γῆ τότε ἐσείετο· ἤτοι τῆς φήμης ὡς εἴρηται τὰς πάντων τῶν ἐπὶ γῆς ἀκοὰς πληρούσης, ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ στοιχείου χαίροντος ἐπὶ τῇ ἐπιβάσει τοῦ θεοῦ. ὃ δὴ διδάσκει καὶ ἕτερος ψαλμὸς λέγων· ἐν ἐξόδῳ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, οἴκου Ἰακὼβ ἐκ λαοῦ βαρβάρου, τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡς κριοί, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων. ἡ μὲν οὖν γῆ χαίρουσα ἐσείετο. οἱ δὲ οὐρανοὶ ἔσταξαν. τί δὲ ἔσταξαν, ἀλλ' ἤτοι τὴν τροφὴν τὴν παραδόξως ἐνεχθεῖσαν τοῖς ἐπὶ τῆς ἐρήμου, ἢ καὶ τοὺς θείους λόγους τε καὶ νόμους τροφὴν ὄντας ψυχῶν λογικῶν. ἐσείετο δὲ ἡ γῆ καὶ ἔσταξαν οἱ οὐρανοὶ ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ τοῦ Σινᾶ, τουτέστι τοῦ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ χρηματίσαντος. καὶ ταῦτα δὲ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· γῆ ἐσείετο, οὐρανὸς δὲ ἀπέσταξεν ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ τούτου τοῦ Σινᾶ, καὶ ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ, θεοῦ Ἰσραήλ. μή ποτε δὲ καὶ αἱ οὐράνιαι δυνάμεις ὥσπερ τροφοί τινες καὶ τιθηνοὶ ἀπὸ θηλῆς γάλα νηπίοις ἀποστάζουσαι· οὕτως καὶ αὗται τὴν ἐξ αὐτῶν χορηγίαν παρεῖχον τοῖς τότε τὰς ψυχὰς νηπίοις· δι' ὃ καὶ παιδαγωγὸς ὠνόμασται παρὰ τῷ ἀποστόλῳ ὁ διὰ Μωσέως λαληθεὶς λόγος.

Βροχὴν ἑκούσιον ἀφοριεῖς ὁ θεὸς τῇ κληρονομίᾳ σου, καὶ ἠσθένησε, σὺ δὲ κατηρτίσω αὐτήν. τότε μὲν φησὶν ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ λαοῦ σου, καὶ ἐν τῷ διαβαίνειν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ, γῆ ἐσείσθη καὶ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν. ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος ὅτε ἐπιβέβηκας ἐπὶ δυσμῶν, ἕτερα παράδοξα εἰργάσω. τῇ γὰρ κληρονο-

A ad homines adventantis facinora, quibus deinde subjungitur: *Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris.* Quod Symmachus hoc pacto clarius & apertius explicavit: *Inobsequentes autem inhabitabunt æstûs siccitatem;* Aquila vero, *Verumtamen absistentes inhabitarunt levem petram.* Ipse quippe volebat exacerbantes a vinculis eruere & liberare. At illi in hujusmodi inobsequentia perseverantes, Deumque ea in re exacerbantes & exasperantes, in sepulcris suis habitabunt, ita ut de illis dicatur: B *Sine mortuos sepelire mortuos suos;* sive etiam *inhabitabunt æstûs siccitatem;* utpote qui ituri sint *in ignem æternum, paratum diabolo & angelis ejus.*

Symmachi. Aquilæ. Luc. 9. 60. Matth. 25. 41.

8 *Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto. Diapsalma.* Dei Verbum non modo in consummatione sæculorum ad homines advenisse, sed etiam ipsum fuisse quod per Moysem oracula fundebat, hic docetur his verbis: 9. *Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est, etenim cæli distillaverunt.* C Tunc enim, inquit, cum educeres filios Israël ex terra Ægypti, fama rerum in Ægypto gestarum ad omnes pervagante, universa terra mota est. Sed tunc quidem terra mota est; sive famâ, ut dictum est, omnium terrigenarum aures implente; sive etiam ipso terræ elemento de adventu Dei lætante. Quod item docet alius psalmus his verbis: *In exitu Israël de Ægypto, domûs Jacob de populo barbaro, montes exsultaverunt ut arietes, & colles sicut agni ovium.* Terra itaque gaudens commovebatur; cœ- D li autem distillaverunt: quid distillaverunt, nisi cibum inexspectatum in deserto degentibus delapsum, sive etiam divinos sermones & leges quæ animarum rationabilium cibi sunt? Mota est autem terra, & cœli distillaverunt *a facie Dei Sinaï*, id est, in monte Sinaï oracula edentis. Hæc vero clarius interpretatus Symmachus est dicens: *Terra movebatur, cælum vero distillavit a facie Dei hujus Sinaï, & a facie Dei, Dei Israël.* Num forte cœlestes virtutes ceu nutrices quædam e mamma lac infantibus distillare facientes; E sic & ipsæ alimentum ex se iis qui tunc infantes animo erant subministrarunt? Quare lex a Moyse edicta, pædagogus ab Apostolo vocata fuit.

Psal. 113. 1. Symmachi. Gal. 3. 24.

10. *Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est, tu vero perfecisti eam.* Tunc, inquit, *cum egredereris in conspectu populi tui, & cum pertransires in deserto, terra mota est, & cæli distillaverunt.* In præsenti autem cum adscendisti super occasum, mirabilia alia perpetrasti. Nam hære-

ditati tuæ segregasti pluviam voluntariam. Hæreditas porro illius quænam erat post priorem illum populum, nisi Ecclesia gentium, ut ipse docet in secundo psalmo:
Psal. 2. 7. *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ?* Nam filius Dei, cui Pater præcipit ut petat in hæreditatem, non Judæorum gentem, sed omnes gentes & terminos terræ, quisnam fuerit, nisi qui Ecclesiam ex gentibus constituit? Huic itaque hæreditati suæ segregavit pluviam voluntariam: quare
Psal. 71. 6. de illo dictum est: *Descendet sicut pluvia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* Pluvia autem voluntaria erat verbum Evangelicum, & prædicatio novi Testamenti Ecclesiæ gentium tradita. Et recte adjicitur ad *pluviam* illud, *voluntariam:* nam per Moysem non voluntarium antiquis illis tradebatur verbum, quia non secundum ipsius sententiam lex dabatur. Quamobrem
Marc. 10. 5. illos sic Salvator alloquitur: *Moyses ad duritiam cordis vestri scripsit.* At verbum Evangelicum secundum voluntatem & electionem Dei hæreditati ejus traditum est: quam infirmam tu, inquit, perfecisti; secundum
Aquilæ. Aquilam, *Laborantem*, inquit, *tu fundasti eam*; secundum Symmachum vero,
Symmachi. *Quam elaborasti*, inquit, *& fundasti.* Neque multis opus sermonibus est ad declarandum quo pacto gentium Ecclesia pridem defessa, laboribusque erroris idolorum confecta esset, ac supra modum infirma, ut nulla ipsi virtus superesset. Sed ipsam Servator susceptam perfecit, inque firma & immota petra fidei suæ fundavit: quod se facturum
Matth. 16. 18. pollicitus erat dicens: *Supra petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Postquam vero fundavit & perfecit, animalia sua habitare fecit
11. in ea. Animalia vero Dei quæ dixeris esse, nisi animas vita quæ apud ipsum est instructas & donatas? Et hæc, inquit, omnia per dulcedinem & humanitatem tuam, sive per
Lectio reliquorum interpretum. *bonitatem tuam* secundum reliquos interpretes, *pauperi parasti.* Pauperem hic mystice vocat hominem Salvatoris nostri se-
2. Cor. 8. 9. cundum carnem, qui *cum dives esset, egenus propter nos factus est, ut nos ejus inopia divites essemus.* Suam vero ipse inopiam his ver-
Matth. 11. 29. bis declaravit: *Discite a me quia mitis sum & humilis corde.* Huic igitur pauperi Deus & pater ejus humanitate ac dulcedine sua prædicta omnia præparavit; videlicet pluviam voluntariam, præfatam hæreditatem & memorata animalia. Quamobrem post hæc omnia infertur: *Parasti in dulcedine tua pauperi. Dominus dabit verbum evangelizan-*

μία σου ἀφώρισας βροχὴν ἑκούσιον. κληρονομία δὲ αὐτοῦ τίς ἦν μετὰ τὸν πρότερον λαὸν, ἀλλ᾽ ἢ ἡ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία, ὥσπερ οὖν διδάσκει λέγων αὐτὸς ἐν δευτέρῳ ψαλμῷ· κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ᾽ ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς; υἱὸς γὰρ θεοῦ κελευόμενος πρὸς τοῦ πατρὸς αἰτεῖν κληρονομίαν, οὔτε Ἰουδαίων ἔθνος, ἀλλὰ πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς, τίς ἂν γένοιτο; ἢ ὁ τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν συστησάμενος; ταύτῃ οὖν τῇ κληρονομίᾳ αὐτοῦ ἀφώρισε βροχὴν ἑκούσιον. διὸ λέλεκται περὶ αὐτοῦ· καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν. λόγος δὲ ἦν εὐαγγελικὸς ἡ βροχὴ ἡ ἑκούσια, καὶ τὸ τῆς καινῆς διαθήκης κήρυγμα τῇ ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίᾳ παραδεδομένον. καλὴ δὲ ἡ προσθήκη τῆς ἑκουσίας βροχῆς, διὰ Μωσέως μὲν γὰρ οὐχ ἑκούσιος τοῖς παλαιοῖς παρείχετο λόγος, ἐπεὶ οὐ κατὰ γνώμην τὴν αὐτοῦ ἐνομοθετεῖτο. διὸ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν ὁ σωτήρ· Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν. ὁ δὲ λόγος ὁ εὐαγγελικὸς κατὰ βουλὴν καὶ κατὰ προαίρεσιν θεοῦ ἀφωρίσθη τῇ κληρονομίᾳ αὐτοῦ, ἣν ἀσθενήσασαν, σύ φησι κατηρτίσω· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, μεμοχθηκυῖαν φησὶ σὺ ἥδρασας αὐτήν. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ἣν ἐξεπόνησας φησὶ, καὶ ἥδρασας. οὐ δεῖ δὲ πολλῶν λόγων εἰς τὸ παραστῆσαι ὅπως ἡ ἐξ ἐθνῶν πάλαι πρότερον ἦν μεμοχθηκυῖα πόνοις καὶ μόχθοις τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης καταπονηθεῖσα· ἀσθενήσασά τε ἦν εἰς ὑπερβολὴν ὡς μηδεμίαν ἐν αὐτῇ καταλειφθεῖσαν δύναμιν. ἀλλ᾽ ἀναλαβὼν αὐτὴν ὁ σωτὴρ κατηρτίσατο αὐτὴν ἑδράσας ἐπὶ τὴν πέτραν τὴν ἀρραγῆ καὶ ἀσειστον τῆς αὐτοῦ πίστεως. ὃ δὴ καὶ ἐπηγγείλατο ποιήσειν εἰπών· ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. ἑδράσας δὲ αὐτὴν καὶ καταρτισάμενος, τὰ ζῶα ἑαυτοῦ κατῴκισεν ἐν αὐτῇ. ζῶα δὲ τίνα ἂν εἴποις τοῦ θεοῦ, ἢ τὰς ἐκ τῆς παρ᾽ αὐτοῦ ζωῆς ἀρυομένας καὶ ζωοποιουμένας ψυχάς. καὶ ταῦτα πάντα φησὶν ἡτοίμασας διὰ τῆς σῆς χρηστότητος καὶ φιλανθρωπίας, ἢ διὰ τῆς σῆς ἀγαθοσύνης, κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, τῷ πτωχῷ. πτωχὸν δὲ ἐνταῦθα κέκληκε, μυστικῶς τὸν κατὰ σάρκα ἄνθρωπον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν· ὃς πλούσιος ὢν ἐπτώχευσε δι᾽ ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· ἐδήλου δὲ αὐτοῦ τὴν πτωχείαν καὶ αὐτὸς λέγων· μάθετε ἀπ᾽ ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. τούτῳ οὖν τῷ πτωχῷ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ αὐτοῦ τῇ αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ καὶ χρηστότητι ἡτοίμασε τὰ προλεχθέντα πάντα, λέγω δὲ τὴν ἑκούσιον βροχὴν, τὴν δηλωθεῖσαν κληρονομίαν, τὰ προλεχθέντα ζῶα. διὸ τοῖς πᾶσιν ἐπενήνεκται τὸ, ἡτοίμασας ἐν τῇ χρηστότητί σου τῷ πτωχῷ. κύριος δώσει τὸ ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζο-

μένοις δυνάμει πολλῇ. τὰ μὲν κατορθώματα τοῦ ἐπιβεβηκότος ἐπὶ δυσμῶν κυρίου, τοιαῦτα. ἐπεὶ δ' ἐχρῆν αὐτὰ ἐξάκουστα πᾶσιν ἀνθρώποις γενέσθαι, πάλιν ὁ αὐτὸς κύριος καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπιτελεῖ. πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον; ἀνθρώποις μὴ ἔχουσιν ἴδιον λόγον, μηδὲ οἰκείαν σοφίαν, παντελῶς δὲ ἰδιώταις καὶ ἀνεπιστήμοσιν, αὐτὸς ἐπιχορηγήσει ῥῆμα μεστὸν ἀφάτου καὶ πολλῆς δυνάμεως. οἱ δὲ δυναμωθέντες καὶ σοφωθέντες ὑπὸ τοῦ δωρηθέντος αὐτοῖς ῥήματος, κήρυκες ἀγαθῶν τοῦ παντὸς κόσμου κατασταθήσονται εὐαγγελιζόμενοι πᾶσιν ἀνθρώποις τὰ προλελεγμένα. διὸ ἀκολούθως τοῖς τοῦ κυρίου κατορθώμασιν ἐπενήνεκται τὸ, κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. ἀναγκαῖον δὲ ἦν γνῶναι ἡμᾶς καὶ τοῦτο. ἐπειδὴ ἀνωτέρω παρεκελεύετό τισιν ᾄδειν, καὶ ψάλλειν τῷ θεῷ, ὁδοποιεῖν τε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν, παρέστησεν εἰπών· κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. τούτοις γὰρ τοῖς εὐαγγελιζομένοις καὶ ὁδοποιοῦσιν αὐτοῦ τὴν εἰς ἀνθρώπους πάροδον, αὐτὸς ὁ πρὸς αὐτῶν καταγγελλόμενος, δώσει ῥῆμα θεϊκόν. τοσοῦτοι γὰρ ἦσαν χωρητικοὶ σὺν πολλῇ δυνάμει, καὶ μέγα ἦν αὐτοῖς τουτὶ τὸ ῥῆμα καὶ αὔταρκες εἰς τὴν τοῦ εὐαγγελίου διακονίαν. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ κύριος, ὁ τέλειος ἦν τοῦ θεοῦ λόγος. οἱ δὲ ῥῆμα λαβόντες καὶ βραχείας τινὸς τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐμπνεύσεως καταξιωθέντες, τὴν σύμπασαν ἐπλήρωσαν οἰκουμένην τοῦ εὐαγγελίου σὺν πολλῇ δυνάμει κηρύττοντες. τοῦτο γοῦν καὶ ἐπήγγελτο αὐτοῖς δι' ἑαυτοῦ φήσας· ὑμεῖς δὲ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, κύριος φησὶν ἔδωκε ῥήσεις * εὐαγγελιζομένῃ στρατιᾷ πολλῇ. στρατιὰ δὲ ἦν πολλὴ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἡ τῶν εὐαγγελιζομένων τὰς δοθείσας αὐτοῖς ῥήσεις. πρῶτον μὲν ἀποστόλων ιβ'. ἔπειτα μαθητῶν ο. καὶ ἐπὶ τούτοις ἑτέρων φ'. οἷς ἀθρόως ἐφάνη μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὡς ὁ θεῖος ἐμαρτύρησεν ἀπόστολος εἰπών· ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω φ'. ἀδελφοῖς ἐφάπαξ. ἐξ ὧν οἱ πλείονες μένουσι ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν. οἷς ἐπιλέγει· ἔπειτα ὤφθη τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν. ἦσαν γὰρ (sic) ἦσαν καὶ μετὰ τοὺς ιβ'. καὶ μετὰ τοὺς ο. καὶ μετὰ τοὺς φ'. ἕτεροι πλείους κήρυκες τοῦ εὐαγγελίου, κατά τε τοὺς χρόνους τοὺς ἀποστολικοὺς, καὶ μετ' ἐκείνους ἕτεροι οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτοῦ τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ κηρύττοντες, οἷς ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τὴν τοῦ ἀγαπητοῦ δύναμιν ἐχορήγει. ἕτεραι δὲ παρὰ ταύταις τοῦ ἀγαπητοῦ δυνάμεις ἦσαν αἱ κατ' οὐρανὸν στρατιαὶ, ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι καὶ πνεύματα θεῖα. αὗται γὰρ ἦσαν αἱ δυνάμεις τοῦ ἀγαπητοῦ. διὸ κύριος τῶν δυνάμεων ἀνηγόρευται. ἀγαπητὸς δὲ τοῦ

* Drusius, εὐαγγελιζομένοις.

A tibus *virtute multa*. Hæc sunt præclara Domini opera, qui adscendit super occasum. Quoniam vero ea omnibus declarari oportuit, id etiam ipse Dominus post reliqua omnia efficit. Quomodo & qua ratione? Hominibus quidem qui nec proprium verbum nec propriam sapientiam habent, sed qui omnino rudes & ineruditi sunt, ipse verbum suppeditabit plenum inenarrabili virtute. Ipsi vero roborati & tradito sibi verbo diserti, præcones bonorum totius mundi constituentur, ut memorata hominibus omnibus B annuntient. Quare consequenter post præclara illa Domini opera adjicitur illud: *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute* 12.
multa. Necessarium vero fuit id nos cognoscere, quia superius quidam jussi sunt canere & psallere Deo, iterque facere ei qui adscendit super occasum: idque declarat dicens, *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa*. His enim evangelizantibus, qui suo ad homines transitui viam parabunt, ipse qui annuntiandus ab ipsis est, dabit verbum divinum. Nam multi erant C ejusdem verbi capaces cum virtute multa: magnumque ipsis erat hujusmodi verbum, quod ad Evangelii ministerium sufficeret. Ipse namque Dominus perfectum erat Dei Verbum. Ii vero qui Verbum acceperunt brevi quodam virtutis ejus afflatu dignati, virtute cum multa prædicantes, universum orbem Evangelio repleverunt: quod ipse iisdem pollicitus his verbis erat: *Vos autem accipietis virtutem supervenientis* Act. 1. 8.
Spiritus sancti in vos. Secundum Symmachum autem, *Dominus*, inquit, *dedit verba* Symmachi.
D *evangelizanti exercitui multo*. Ingens autem erat Salvatoris nostri exercitus, eorum scilicet quibus verba illa data & annuntiata fuerant; primo quidem Apostolorum duodecim; secundo discipulorum septuaginta; præter hæc vero aliorum quingentorum, quibus simul post resurrectionem apparuit, ut divinus Apostolus testificatur his verbis: *Deinde visus est plus quam quingentis fratri-* 1. Cor. 15. 6.
bus simul: ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt: postea subjungit, *Deinde visus est Apostolis omnibus*. E Et erant sane cum illis duodecim, cum illis septuaginta, & cum illis quingentis, alii bene multi Evangelii præcones, Apostolicis temporibus, & post illos alii, qui per totum orbem in Ecclesiis Evangelium ejus 13.
prædicarunt, quibus rex virtutum Dilecti, virtutem suppeditabat. Aliæ item præter illas erant Dilecti virtutes, cœlestes nimirum exercitus, Angeli, Archangeli & divini Spiritus. Hæ virtutes Dilecti erant. Quare Dominus virtutum vocatur. Dilectus

autem Dei quis fuerit, nisi unigenitus Filius Dei, cui hæc paterna vox testificabatur: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui?* (Matth. 17. 5.) Hic itaque rex virtutum Dilecti, quemadmodum cœlestibus virtutibus beneficia sua subministrabat; sic & evangelizantibus in terra verbum dat Evangelicum cum virtute multa. Ii vero ipsi, qui in terra degebant, exercitus & virtutes ejus erant. Quare secundum Symmachum (Symmachi) dicitur, *Reges exercituum dilecti sunt,* sive dilecti evaserunt. His vero ipsis altera gratia collata est; id erat, ut dividerent spolia in speciem domûs. Species quidem domus fuerint ornati & decori illi in Ecclesia Dei ordines; quorum se cupidum quispiam fatetur dicens: *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ;* (Psal. 25. 8.) ac rursum: *Unam petii a Domino hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ; ut videam voluptatem Domini & visitem templum ejus.* (Psal. 26. 4.)

Sancta sanctorum itaque voluptas ac species domus Dei fuerint. Hi porro sunt Ecclesiæ Dei ordines, temperantia, castitate, justitia & cæteris virtutibus fulgentes. Ad talem ergo speciem spolia dividere rex virtutum militibus suis concessit. Versis enim & fugatis inimicis, occultis videlicet & invisibilibus virtutibus, de quibus superius dicebatur, *Exsurgat Deus & dissipentur inimici ejus, fugiant omnes qui oderunt eum a facie ejus;* victoris regis milites spolia eorum inter se distribuerunt. Spolia autem nos eramus, totumque hominum genus, olim adversariis virtutibus subditum. Quibus repulsis Salvatoris nostri discipuli, Apostoli & Evangelistæ, & reliquus ejus exercitus animas, quæ olim raptæ fuerant, quasi in potestatem & ditionem suam redactas, inter se distribuerunt. Paulus siquidem ab Jerusalem & vicinis locis usque ad Illyricum, gentium spolia sortitus est: Petrus item aliarum gentium, Joannes pariter aliarum, ex reliquis Apostolis singuli aliarum similiter gentium spolia obtinuere. Ex quibus spoliis excellentiora donaria ad speciem domus Dei segregarunt. Quamobrem di-
14. ctum est, *Et speciei domus dividere spolia. Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora ejus in pallore auri.* Postquam Evangelizantium virtute multâ, domûsque ac speciei ejus, necnon spoliorum quæ in ipsa erant, queis Ecclesia Dei, & ii qui in ipsa conspicui fuere subindicabantur, mentio facta est; consequenter in iis quæ jam tractamus divinitus inspiratas lectiones commemorat, nos ita compellans:

A θεοῦ τίς ἦν, ἢ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ; ᾧ ἡ πατρικὴ φωνὴ ἐμαρτύρει φήσασα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς εἰς ὃν ηὐδόκησα. οὗτος τοίνυν ὁ βασιλεὺς τῶν τοῦ ἀγαπητοῦ δυνάμεων, ὥσπερ ταῖς κατ' οὐρανὸν δυνάμεσιν ἐχορήγει τὰς ἑαυτοῦ εὐεργεσίας, οὕτως καὶ τοῖς ἐπὶ γῆς εὐαγγελιζομένοις δίδωσι τὸ εὐαγγελικὸν ῥῆμα σὺν δυνάμει πολλῇ. καὶ αὐτοὶ δὲ οὗτοι οἱ ἐπὶ γῆς στρατιαὶ ἦσαν αὐτοῦ καὶ δυνάμεις αὐτοῦ. διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον λέλεκται· βασιλεῖς τῶν στρατειῶν ἠγαπήθησαν, ἢ, ἀγαπητοὶ ἐγένοντο. B τούτοις δὲ αὖθις καὶ ἄλλο χάρισμα ἐδωρήσατο. τοῦτο δὲ ἦν τὸ διελέσθαι σκῦλα εἰς ὡραιότητα τοῦ οἴκου. ὡραιότης μὲν οἴκου, τὰ διαπρέποντα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ εἴη ἂν τάγματα· ὧν καὶ ἐπιζημητὴς ὁμολογεῖ τις γεγονέναι φήσας· κύριε ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου, καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου. καὶ πάλιν, μίαν ᾐτησάμην παρὰ κυρίου ταύτην ζητήσω, τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα κυρίου καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ.

C Τὰ ἅγια τοίνυν τῶν ἁγίων εἴη ἂν ἡ τερπνότης καὶ ὡραιότης τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ. ταῦτα δὲ ἐστι τὰ ἐν σωφροσύνῃ καὶ ἁγνείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς διαλάμποντα τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ τάγματα. εἰς δὲ τὴν ὡραιότητα ταύτην σκῦλα διελέσθαι τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις ἐδωρήσατο ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων. τῶν γὰρ πολεμίων ἀνατραπέντων καὶ εἰς φυγὴν κεχωρηκότων, λέγω δὲ τῶν ἀφανῶν καὶ ἀοράτων δυνάμεων, περὶ ὧν ἀνωτέρω ἐλέγετο· ἀναστήτω ὁ θεὸς καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, φυγέτωσαν πάντες οἱ μισοῦντες αὐτὸν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, οἱ τοῦ D νικητοῦ βασιλέως στρατιῶται τὰ σκῦλα τούτων εἰς ἑαυτοὺς διῃροῦντο. σκῦλα δὲ ἦμεν ἡμεῖς καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, τὸ πάλαι πρότερον ὑποχείριον τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων γεγενημένον· ὧν ἀπελαθεισῶν, οἱ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταὶ, ἥ τε λοιπὴ αὐτοῦ στρατεία, τὰς πάλαι πρότερον ἐσκυλευμένας ψυχὰς, κτῆμα ἴδιον ποιησάμενοι, διενείμαντο εἰς ἀλλήλους. Παῦλος μὲν οὖν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, τὰ ἐξ ἐθνῶν ἐκληροῦτο σκῦλα. Πέτρος δὲ πάλιν ἑτέρων ἐθνῶν, καὶ E Ἰωάννης ὡσαύτως ἑτέρων, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων ἕκαστος παραπλησίως. ἀφ' ὧν σκύλων τὰ ἐξαίρετα ἀναθήματα, εἰς ὡραιότητα τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ ἀφώριζον. διὸ λέλεκται, καὶ ὡραιότητι τοῦ οἴκου διελέσθαι σκῦλα. ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων πτέρυγες περιστερᾶς περιηργυρωμέναι, καὶ τὰ μετάφρενα αὐτῆς ἐν χλωρότητι χρυσίου. μνημονεύσας ὁ λόγος τῶν εὐαγγελιζομένων δυνάμει πολλῇ τοῦ τε οἴκου καὶ τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ, ἔτι μὴν καὶ τῶν ἐν αὐτῷ σκύλων. δι' ὧν ᾐνίττετο τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ διαπρέποντας ἀκολούθως διὰ τῶν μετὰ χεῖρας καὶ τῶν θεοπνεύστων ἀναγνωσμάτων τὴν μνήμην ποιεῖται ὡς πρὸς ἡμᾶς λέγων·

ἐὰν

ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων. κλῆροι δὲ τῆς ἐκκλησίας εἰσὶν, ἥ τε παλαιὰ καὶ ἡ καινὴ διαθήκη τοῦ θεοῦ· ὧν τοὺς ἐν μέσῳ διατρεφομένους διδάσκει πτέρυγας περιστερᾶς περιηργυρωμένας εὑρήσειν· ἧς περιστερᾶς τὰ μετάφρενα εἶναι ἐν χλωρότητι χρυσίου. τοῦ γὰρ ἁγίου πνεύματος περιστερᾶς νοουμένου, οἱ ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ λελαλημένοι λόγοι, κατὰ μὲν τὴν ἐπιπολαιὸν ἀνάγνωσιν, πτέρυξιν ὥσπερ ἐγκεκαλυμμένοι τυγχάνουσι, καὶ πτέρυξι περιηργυρωμέναις. ἐπειδὴ τὰ λόγια κυρίου, ἀργύριόν ἐστι πεπυρωμένον δοκίμιον τῇ γῇ. τὰ δὲ κατὰ βάθους ἐγκεκρυμμένα νοήματα, ἅπερ ἔοικε μεταφρένοις τῆς ἀποδοθείσης περιστερᾶς, δηλαδὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐν χλωρότητι λέγεται εἶναι, τῆς ἐγκεκρυμμένης τῇ λέξει διανοίας καὶ τοῦ καθαρωτάτου νοῦ, χρυσοῦ δίκην ἀπαστράπτοντος. ταῦτα δὲ ἀναφωνεῖται πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ συνηγμένοις, οὓς διὰ τῶν ἔμπροσθεν σκῦλα ὁ λόγος ὠνόμαζεν. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐὰν κοιμηθῆτε, κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἐὰν * ἀναπέσητε μεταξὺ τῶν κλήρων εἴρηται. τὸ γὰρ κοιμηθῆναι, νῦν διαναπαύσασθαι δηλοῖ. τοῖς οὖν τῶν ἱερῶν ἀσκηταῖς λόγων προτρεπτικῶς ἡ προσφώνησις ἐπαγγέλλεται τὴν ἐκ τῶν θείων λόγων ὠφέλειαν. ἥ τε γὰρ λέξις τῶν ἱερῶν ἀναγνωσμάτων κεκάθαρται δίκην ἀργυρίου πεπυρωμένου, κατὰ τὸν φήσαντα λόγον· τὰ λόγια κυρίου πεπυρωμένα, καὶ πάλιν· τὰ λόγια κυρίου λόγια ἁγνά, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ, κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως. ἥ τε διάνοια ἡ πνευματικὴ ἐξαίρετος καὶ πολυτίμητος διὰ τοῦ λέγεσθαι ἐν χλωρότητι χρυσίου παρίσταται. ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον βασιλεῖς ἐπ' αὐτήν, χιονωθήσονται ἐν Σελμών. ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· ὁπότε κατεμέριζεν ὁ ἱκανὸς βασιλεύειν αὐτήν, ὡς χιονωθεῖσα ἦν. Σελμὼν ὄρος θεοῦ, ὄρος εὐτροφίας, ὄρος ὑψηλότατον, ὄρος εὐτροφίας, εἰς τί περισπουδάζεται τὰ ὄρη τὰ ὑψηλά; τὸ ὄρος ὅπερ ἐπόθησεν ὁ θεὸς εἰς τὸ κατοικεῖν ἐν αὐτῷ, καὶ κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος. διδάσκει δὲ ὁ λόγος ὡς ἄρα κατὰ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ὁ ἐπουράνιος, δηλαδὴ ὁ τῶν ἐν οὐρανοῖς οἰκούντων θεός, τὴν προλεχθεῖσαν περιστερὰν κατεμέριζεν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεῦσι, τουτέστι τοῖς ἐν τῇ γῇ μετόχοις τῆς αὐτοῦ βασιλείας, προφῆται δὲ ἦσαν οὗτοι, δίκαιοί τε καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες· οἵ τε μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν· οἷς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ θεὸς διεμέριζεν ὁ ἐπουράνιος, χιόνος δίκην ἐλαμπρύνοντο οἱ τῶν τοῦ θείου πνεύματος χαρισμάτων καταξιούμενοι. διὸ λέλεκται· ἵνα τί ὑπολαμβάνετε ὄρη τετυρωμένα; ἐπιτιμῶντος τοῦ λόγου τοῖς ἕτερόν τι νομίζουσιν ὅμοιον αὐτῷ εἶναι. ἐπιλέγει δὲ καὶ αἰτίαν δι' ἣν οὐ προσήκει αὐτῷ παραβάλλειν αὐτῷ ἕτερον. διό φησι· τὸ ὄρος ὃ ηὐδόκησεν ὁ θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ, καὶ γὰρ ὁ κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος. μόνον γάρ ἐστι τοῦτο ἐν ᾧ ηὐδόκησεν ὁ θεὸς κατοικεῖν, καὶ ἐν ᾧ ὁ πατὴρ κατασκηνοῖ εἰς ἀπείρους

* F. ἀναπέσητε.

A *Si dormiatis inter medios cleros.* Cleri autem sive sortes Ecclesiæ, sunt vetus & novum Testamentum Dei: docetque, eos qui in medio eorum versantur pennas columbæ deargentatas inventuros esse; cujus columbæ posteriora dicit esse in pallore auri. Nam cum Spiritus sanctus columba esse intelligatur, quæ verba in veteri & novo Testamento leguntur, secundum nudam & obviam lectionem, quasi sub alis occulta sunt, alis inquam deauratis: quia eloquia Domini argentum sunt igne examinatum, probatum B terræ. Sensa autem in profundo abscondita, quæ memoratæ columbæ, nimirum Spiritus sancti, posterioribus comparanda, in pallore dicuntur esse: quia sententia & purissima mens sub dictione abscondita auri instar effulget. Hisque rursum nos compellat omnes, qui in domo Dei congregati sumus, quos spolia superius nuncupavit. Pro illo autem, *Si dormiatis*, Symmachus sic habet, *Si recideritis inter cleros.* Nam dormire, nunc requiescere significat. Iis igitur qui sacrorum verborum exercitationi vacant, hortaC torio modo promittitur divinarum Scripturarum utilitas: nam sacrarum lectionum dictio purgata est instar argenti igne examinati, secundum hanc sententiam: *Eloquia Domini igne examinata;* ac rursum: *Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum:* Sententia vero spiritualis præstans & magni pretii esse, cum dicitur, *In pallore auri*, declaratur. *Dum discernit cœlestis reges super eam nive dealbabuntur in Selmon.* Pro illo, *Dum discernit cœlestis*, &c. sic interpretatur SymD machus: *Quando dispensavit potens regnare illam, quasi nive dealbata erat. Selmon mons Dei, mons pinguis, mons altissimus mons pinguis: quare curiose investigantur montes excelsi. Mons in quo desideravit Deus habitare, & Dominus habitabit in finem.* His autem docemur, cum cœlestis ille, sive cœlestium incolarum Deus, prædictam columbam regibus terræ donavit, id est, iis qui in terra regni ejus consortes fuerunt; (hi porro erant prophetæ, justi, & pii viri, ac Discipuli & Apostoli Salvatoris nostri, quibus Spiritum S. E cœlestis ille Deus distribuit;) tunc eos qui divini Spiritus donis ornati fuerant, instar nivis candidos clarosque fuisse. Quare dictum est: *Ut quid suspicamini montes coagulatos?* Objurgantur scilicet qui aliquid simile exsistere arbitrantur: addit vero qua de causa non oporteat quidvis aliud cum ipso conferre dicens: *Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.* Nam ille solus mons est in quo Deus habitare cooptavit, & in quo Pater domicilium ha-

Symmachi.

Psal. 17. 31.
Psal. 11. 7.

15.

Symmachi.
16.

17.

bet in sæcula infinita; quare non decet alium cum illo conferre. Nam etsi de aliis dictum fuit illud, *Inhabitabo in illis & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus*; at non perinde in ipsis habitat & ambulat, atque in monte suo: etenim Pater in Filio, & Filius in Patre, *& in ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare*: neque enim modo habitavit in illo, modo recessit ab eo; sed in infinitum ac semper Pater in Filio inhabitat. Ipse autem est pax nostra secundum Apostolum. Quare Selmon vocatur, id est, Pax; & locus Dei pax dicitur, secundum illud, *In pace sancta locus ejus.*

2. Cor. 6. 16.
Coloss. 1. 19.
Ephes. 2. 14.
Psal. 75. 3.

A Pamphyliam, Ægyptum & partes Libyæ circa Cyrenem. Hi igitur omnes ceu legati gentium erant, Spiritus sancti primitiis donati. Atenim post Ægyptios, post Æthiopiam quæ prævenerat, cætera deinde regna terræ vocantur, videlicet gentes iis subjectæ. Quare subjungitur: *Regna terræ cantate Deo, psallite Domino.* Quæ non alio modo quam per unam Servatoris nostri doctrinam finem acceperunt. Nulla igitur gens, nulla regio, nullum genus hominum, nullum in B toto orbe regnum, in quo non populi Deo congregati jussum exsequantur. Hic vero rursum canere Deo, psallere Domino jubet non per illud quatuor litterarum nomen, sed eo qui vulgaribus elementis enuntiatur. Atque ut clarius perspiciamus quis sit ille Dominus, subdit: *qui adscendit super cœlum cœli ad orientem:* idque admodum consequenter, quia superius dictum fuit, *Iter facite ei qui adscendit super occasum, Dominus nomen illi.* E re in præsenti non ait ipsum adscendisse super occasum, sed super cœlum C ad orientem. Par quippe erat nos qui descensum ejus edidiceramus, reditum item edoceri. Descensus itaque ut deitatis suæ lumina occultaret ad occasum factus est; adscensus autem ejus ad cœlum cœli, ad orientem, ob gloriosam ejus in cœlum remigrationem. Hoc porro dictum exemplo solis intelligas. Sicut enim sol in occidente occulte progreditur; deindeque postquam ad orientalem horizontem advenit, recta in cœlo pergit, omnia illuminans, lucidamque diem efficiens: eadem ratione Domi- D nus hic enuntiatus, qui tempore passionis & mortis, occasum, ut ita dicam, fecerat, postquam regionis illius cursum confecisset, postea dicitur adscendisse super cœlum cœli ad orientem. Secundum Aquilam vero, *Qui adscendit in cœlum cœli ab initio;* secundum Symmachum, *Qui vehitur in cœlo cœli ex prima.* Illud autem, *ex prima,* &, *ab initio,* probe cognoscas audiens Servatorem ita loquentem: *Pater glorifica me, gloria quam habui antequam mundus esset apud te.* Aquilæ. Symmachi. Joan. 17. 5.

E

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo super Israël. Notitiam præbet memorati Domini dicens: *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.* Hic vere licet formam describere virtutis ejus, qui in principio erat apud Deum, Dei Verbi, quod vox ejus non hominum voci similis, sed divina virtute plena sit. Nam *dabit,* inquit, *voci suæ vocem virtutis.* Superius item dicebatur: *Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa.* Quia enim vox ejus virtute replebatur,

merito prædicationem suam evangelizanti-
bus verbum dabat cum virtute multa. Opus
autem ipsum virtutem declarat. Nam cum
Matth. 4. 19. simplici vocula Discipulis suis dixisset, *Ve-
nite, sequimini me, & faciam vos piscatores
hominum*, opus ipsum virtute sua edebat:
ac rursum cum præcepisset iisdem dicens,
Matth. 28. 19. *Euntes docete omnes gentes in nomine meo*,
opere virtutem exhibuit: ac rursum cum
Matth. 24. 14. diceret, *Oportet prædicari Evangelium regni
in toto orbe in testimonium omnibus gentibus*,
verbi virtutem ipsis operibus conspicien-
Matth. 16. 18. dam præbuit: & alias sic loquutus, *Supra
petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ in-
feri non prævalebunt adversus eam*, re ipsa
vim declaravit. Eodem prorsus modo in
cæteris omnibus ejus doctrinæ verbis ad-
mixtam divinam ejus virtutem deprehen-
das. Cujus causa dictum est: *Ecce dabit voci
suæ vocem virtutis*. Sed etiam his traditis
institutis, sub hæc præcipit: *Date gloriam
Deo super Israël: magnificentia ejus & virtus
ejus in nubibus*. Illud quidem, *Date gloriam
Deo*, omnibus dicitur, qui ad salutarem fi-
dem vocantur; illud autem, *super Israël
magnificentia ejus*, significat eos ex Israële
qui deitatis ejus præcones fuerunt, Aposto-
los scilicet & Evangelistas, à quibus ma-
gnificentia ejus, videlicet Deitatis, noscеba-
Psal. 8. 2. tur. Quare alibi dicitur: *Quoniam elevata est
magnificentia tua super cælos*. Quod autem
non omnes qui ex Israële sunt, Israël vo-
candi sint; neque quia semen Abrahæ sunt,
ideo omnes filii ejus sint; quodque filii car-
nis non filii Dei sint, neque qui palam Ju-
dæus, vere talis sit, neque vera circumci-
sio sit ea quæ in carne fit; sed Judæus verus
in occulto, & circumcisio cordis in Spiritu,
non in litera sit, clare docet Apostolus. Su-
per Israël igitur magnificentia ejus; sed
etiam *virtus ejus in nubibus*: de quibus He-
Esaii. 5. 6. saïas vaticinatur dicens: *Et nubibus man-
dabo ne pluant supra vineam pluviam*; indi-
cans scilicet prophetas, & divinarum disci-
plinarum doctores, qui, subministrante Spi-
ritu, cœlesti pluvia animas hominum ut
bonum agrum irrigabant. Ita ergo virtus
ejus in nubibus. *Mirabilis Deus in sanctis
suis*, qui alii sunt à supra memoratis pro-
phetis & Apostolis. Quinam illi, nisi qui
ex omnibus gentibus castitate & sanctimo-
nia donati sunt? in quibus mirabilis Deus
est, qui virtutem & robur ipsis impertiit.
Quare deinde subjungitur: *Deus Israël ipse
dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, be-
nedictus Deus*. Hic rursum virtutem sancto
populo ejus necessario dari ait, ut possit
Philip. 4. 13. dicere: *Omnia possum in eo qui me confortat*.
Oportuit enim, ut evangelizantibus verbum

A δυνάμεως, εἰκότως καὶ τοῖς εὐαγγελιζομένοις τὸ περὶ αὐτοῦ κήρυγμα ἐδίδου ῥῆμα σὺν δυνάμει πολλῇ. παρίστησι δὲ τὸ ἔργον τὴν δύναμιν. ψιλῇ γὰρ φωνῇ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς εἰπών· δεῦτε ἀκολουθεῖτέ μοι, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων, δυνάμει τὸ ἔργον ἐποίει. καὶ πάλιν ἐντειλάμενος αὐτοῖς καὶ εἰπών· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἔργῳ τὴν δύναμιν ἐδείκνυ. καὶ αὖθις εἰπών, δεῖ κηρυχθῆναι τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, τοῦ λόγου τὴν δύναμιν αὐτοῖς ἔργοις παρεῖχεν ὁρᾶν. καὶ ἄλλοτε
B φήσας· ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς, αὐτῷ πράγματι τὴν δύναμιν παρεστήσατο. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασι τοῖς τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ ῥήμασι συγκεκραμένην εὕροις ἂν τὴν θεϊκὴν δύναμιν. οὗ χάριν εἴρηται, ἰδοὺ δώσει τῇ φωνῇ αὐτοῦ φωνὴν δυνάμεως. ἀλλὰ γὰρ ταῦτα παιδεύσας, ἑξῆς παρακελεύεται φάσκων· δότε δόξαν τῷ θεῷ, ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ, ἡ μεγαλοπρέπεια αὐτοῦ καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν ταῖς νεφέλαις. τὸ μὲν οὖν, δότε δόξαν τῷ θεῷ, πᾶσιν εἴρηται τοῖς κεκλημένοις ὑπὸ τὴν σωτήριον
C πίστιν· τὸ δέ, ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἡ μεγαλοπρέπεια αὐτοῦ, σημαίνει τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ γενομένους τῆς θεότητος αὐτοῦ κήρυκας, ἀποστόλους δηλαδὴ καὶ εὐαγγελιστάς, παρ' οἷς ἡ μεγαλοπρέπεια αὐτοῦ ἐγνωρίζετο· οὕτω τῆς θεότητος αὐτοῦ καλουμένης. διὸ λέλεκται ἐν ἑτέροις· ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. ὅτι δὲ οὐ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραήλ, οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ πάντες τέκνα· καὶ ὡς οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς ταῦτα τέκνα τοῦ θεοῦ· οὐδὲ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρ-
D κὶ περιτομή, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι οὐ γράμματι, διδάσκει σαφῶς ὁ ἀπόστολος· ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοίνυν ἡ μεγαλοπρέπεια αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν ταῖς νεφέλαις, περὶ ὧν Ἡσαΐας θεσπίζει λέγων· καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι μὴ βρέξαι ἐπὶ τὸν ἀμπελῶνα ὑετόν. ἐδήλου δὲ ἄρα τοὺς προφήτας καὶ τοὺς τῶν θείων μαθημάτων διδασκάλους, οἳ τῇ τοῦ πνεύματος χορηγίᾳ, τὸν οὐράνιον ὑετὸν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ὥσπερ ἐν χώραις ἀγαθαῖς ἐπήρδευον· οὕτως οὖν καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐν ταῖς νεφέλαις. θαυμαστὸς
E ὁ θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, ἑτέροις οὖσι παρὰ τοὺς προωνομασμένους προφήτας καὶ ἀποστόλους. τίνες δ' ἂν εἶεν οὗτοι, ἀλλ' οἱ ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἁγνείας καὶ ἁγιωσύνης ἠξιωμένοι ἐν οἷς καὶ θαυμαστός ἐστιν ὁ θεός, διδοὺς αὐτοῖς δύναμιν καὶ κραταίωσιν. διὸ συνῆπται ἑξῆς· ὁ θεὸς Ἰσραὴλ αὐτὸς δώσει δύναμιν καὶ κραταίωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, εὐλογητὸς ὁ θεός. πάλιν δὲ κατὰ ταῦτα δύναμιν ἀναγκαίως διδόναι λέλεκται τῷ ἁγίῳ λαῷ αὐτοῦ, ἵνα δύνηται λέγειν· πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με. ἔδει γὰρ ὥσπερ τοῖς εὐαγγελιζομένοις δι-

ἀπὸ ῥῆμα ἐν δυνάμει πολλῇ, οὕτω καὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ κραταίωσιν, καὶ δύναμιν παρέχειν, πρὸς τὸ δύνασθαι ἵστασθαι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, καὶ λέγειν ὁμοίως Παύλῳ· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ; θλῖψις ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμός, ἢ λιμός; καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια.

datum fuerat cum virtute multa, ita quoque populo ejus robur & virtutem subministrari, ut possit contra versutias diaboli consistere, ac perinde atque Paulus dicere: *Quis nos separabit à caritate Dei? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames?* & his similia. Rom. 8. 35.

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων τῷ Δαυίδ. ξθ.

ΣΩσόν με ὁ θεός, ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. τέτταρές εἰσιν οἱ ἐπιγεγραμμένοι ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων. δύο μὲν τοῦ Δαυίδ, ὁ μετὰ χεῖρας, καὶ ὁ νθ. τῶν δὲ υἱῶν Κορέ, εἷς, ὁ μδ. καὶ τοῦ Ἀσὰφ ὁμοίως ὁ οθ. ἐπὶ πάντων δὲ ἀντὶ τοῦ, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, ὁ μὲν Ἀκύλας, ἐπὶ κρίνων ἐκδέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν. ὁ μὲν οὖν μδ. τὴν περὶ τοῦ ἀγαπητοῦ προφητείαν περιέσχεν, τῆς τε ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας τὴν ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω ἀλλοίωσιν. ὁ δὲ πεντηκοστὸς ἔνατος, ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους καὶ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν τὴν ἐπὶ τὰ κάλλιστα μεταβολήν. ὁ δὲ οθ. αὖθις τὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀπόπτωσιν καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τὴν ἐνανθρώπησιν σημαίνει. εἰκότως οὖν καὶ ὁ μετὰ χεῖρας ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, ἢ, ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἢ, ἐπὶ κρίνων κατὰ τὸν Ἀκύλαν ἐπιγέγραπται, ἐπειδὴ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀλλοίωσιν τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ καὶ αὐτὸς περιέχει· οὓς κρίνα καὶ ἄνθη κατὰ καιρὸν ὀφθέντας, ἡ ἐπὶ τὰ χείρω διεδέξατο μεταβολή. ἄνθεσι δὲ αὐτοὺς παραβάλλει καὶ ὁ Ἠσαΐας λέγων· πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χόρτος καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε. δι' ὧν τὸ πρὸς βραχύν τινα χρόνον ἀνθῆσαν καὶ ὡραῖον ὀφθὲν τῆς σωματικῆς Ἰουδαίων θρησκείας, χόρτῳ καὶ ἄνθεσιν ἀπεικάζει. καὶ διὰ τῶν προκειμένων τοίνυν τὴν ἀλλοίωσιν καὶ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν τῆς ἄνθης (sic) αὐτῶν παρίστησιν προϊὼν ὁ λόγος ἐν οἷς φησιν· γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν καὶ εἰς σκάνδαλον. σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἐπειδήπερ μακροῖς ὕστερον χρόνοις ταῦτα δι' ἔργων χωρεῖν ἔμελλον, ἀναγκαίως εἰς τὸ τέλος προσγέγραπται. οὔτε δὲ ψαλμός ἐστιν, οὔτε ᾠδή, οὔτε ὕμνος, οὔτε τι τοιοῦτον. ἐπεὶ μηδὲ κατάλληλα ἦν τὰ ἐπιλεγόμενα τοιαύτῃ προγραφῇ. διὸ εἴποις ἂν προφητείαν ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διεξιόντος τὰ περὶ αὐτὸν συμβεβηκότα, προαναφώνησίν τε τῶν Ἰουδαίοις ἐπελθόντων μετὰ τὰ κατ' αὐτοῦ τετολμημένα. ἀρχόμενος δ' οὖν ὁ σωτήρ, εὐχὴν ἀναπέμπει πρὸς τὸν πατέρα λέγων· σῶσόν με ὁ θεὸς ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα

In finem, pro iis qui commutabuntur, ipsi David. LXIX.

SAlvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Quatuor psalmi *pro iis qui commutabuntur* inscripti sunt. Duo Davidis, nempe hic quem tractamus & LIX. Filiorum Core unus, scilicet XLIV. Asaphi similiter LXXIX. In omnibus porro illius loco, *Pro iis qui commutabuntur*, Aquila, *Super lilia*, edidit; Symmachus vero, *pro floribus*. Quadragesimus itaque quartus de Dilecto prophetiam, atque gentium Ecclesiæ à pejoribus ad meliora immutationem, complectitur. LIX. abjectionem Judaïci populi, alienigenarumque gentium ad præstantissima conversionem: rursum LXXIX. Jud ci populi lapsum, & Salvatoris nostri incarnationem significat. Jure itaque præsens item psalmus, *pro iis qui commutabuntur*; aut, *pro floribus*, ut Symmachus; aut, *super lilia*, ut Aquila, inscriptus est: quia populi ex circumcisione ad pejora mutationem continet, qui cum liliis & floribus olim similes visi fuissent, jam ad deteriora declinarunt. Floribus autem illos Hesaïas comparat dicens: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos fœni. Exsiccatum est fœnum, & flos decidit.* Queis speciosum illum ad breve tempus florentem corporeum Judæorum cultum fœno & floribus confert. In præsenti quoque floridi eorum status ad deteriora mutationem & conversionem declarat in sequentibus ubi dicitur: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem & in scandalum. Obscurentur oculi eorum, ne videant*, &c. Et quia longis postea temporibus hæc eventura erant, necessario, *in finem*, inscriptum est. Et vero neque psalmus, neque canticum, neque hymnus, neque quid simile est: quia ea quæ subsequuntur non consentanea tali titulo erant. Quare dixeris prophetiam esse ex persona Servatoris nostri, enarrantis ea quæ sibi postea contigerunt; prædictionemque eorum quæ Judæis post tantos ausus illata sunt. Orditur itaque Servator orationem emittens ad Patrem his verbis: *Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ*

Aquilæ. Symmachi.

Symmachi. Aquilæ.

Hesai. 40. 6.

usque ad animam meam. Videnturque mihi de industria hæc cum dictis in præcedenti psalmo conjuncta esse. In illo namque dicebatur: *Dixit Dominus, Ex Basan convertam, convertam ex profundo maris;* in hoc vero, *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Oportuit enim edoceri nos quo pacto descenderit Dominus in Basan, quod est ignominia, & quomodo dixerit, *Convertam ex profundo maris.* Quare hæc ipsa in præsenti declarat: de ignominia quidem in sequentibus dicens, *Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam:* ac rursus, *Tu scis improperium meum & confusionem meam & reverentiam meam.* De profundo autem maris illud, *Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Hæc enim magnam adfinitatem habeant cum iis quæ in præcedenti psalmo dicta sunt, nempe in illo: *Dixit Dominus, Ex Basan convertam, convertam ex profundo maris.* Quia in illo ipse Dominus sic dicebat; & nunc quoque eumdem ipsum esse qui hæc loquitur existimandum.

Psal. 67. 23.

Ipse igitur quem non alium esse quam Dei Verbum superius demonstravimus, orationem effundit ad Patrem, hominis quem adsumsit cruciatus sibi proprios reputans: quare ait: *Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Præcedens utique psalmus his compellabat: *Iter facite ei qui adscendit super occasum, Dominus nomen illi.* Deinde suam cum hominibus commorationem enuntiabat dicens: *Et exsultate in conspectu ejus, patris orphanorum & judicis viduarum.* Discipulorum item & Apostolorum suorum vocationem declarabat in illo: *Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa.* Sub hæc ejus ad mortem descensum, & inde reditum docuit ita fatus, *Et Domini Domini exitus mortis;* & in illo, *Dixit Dominus, Ex Basan convertam, convertam ex profundo maris.* Ad hæc autem omnia, reditum ejus ad cœlum in eodem psalmo sic enarravit: *Psallite Deo qui adscendit super cœlum cœli ad orientem.* Hæc ibi. In præsenti autem quæ quasi in transcursu tunc dicta fuerant fusius aperit, ostendens quo sensu dictum de Domino fuerit, *Et Domini Domini exitus mortis,* atque illud; *Dixit Dominus, Ex Basan convertam, convertam ex profundo maris.* Hæc enim fusius in præsenti enarrat dicens: *Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi,*

Psal. 67. 5.

A ἕως ψυχῆς μου. καί μοι δοκεῖ κατὰ λῆψιν ταῦτα τοῖς ἐν τῷ προλεχθέντι συνῆφθαι ψαλμῷ. ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἐλέγετο· εἶπε κύριος, ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης. ἐν τούτῳ δὲ, ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. ἔδει γὰρ ἡμᾶς διδαχθῆναι πῶς εἰς τὴν Βασὰν κατῆλθεν ὁ κύριος, ὅπερ ἐστὶν αἰσχύνη, καὶ πῶς ἔλεγεν ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης. διὸ δὴ ταῦτα αὐτὰ διὰ τῶν προκειμένων παρίστησι· περὶ μὲν τῆς αἰσχύνης προϊὼν καὶ λέγων· ὅτι ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, ἐκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου· καὶ αὖθις· σὺ B γινώσκεις τὸν ὀνειδισμόν μου καὶ τὴν αἰσχύνην μου καὶ τὴν ἐντροπήν μου. περὶ δὲ τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάσσης, τὸ, σῶσόν με ὁ θεὸς ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου· ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις· ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. ταῦτα γὰρ πλείστην ἔχει τὴν ἀκολουθίαν πρὸς τὰ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ λελεγμένα· ἐν τῷ, εἶπεν ὁ κύριος, ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης. ἐπειδὴ ἐν ἐκείνῳ αὐτὸς ἦν ὁ κύριος ὁ ταῦτα λέγων. ἔπειτα καὶ νῦν τὸν αὐτὸν εἶναι ἡγεῖσθαι τὸν τὰ προκείμενα διεξ- C ιόντα.

Αὐτὸς τοιγαροῦν, ὃν οὐδ᾽ ἕτερον εἶναι ἢ τὸν θεοῦ λόγον διὰ τῶν ἔμπροσθεν παρεστήσαμεν, εὐχὴν ἀναπέμπει τῷ πατρὶ, ἰδιοποιούμενος τὰ καθ᾽ οὗ ἀνείληφεν ἀνθρώπου πάθη. διό φησι· σῶσόν με ὁ θεὸς ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου· ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. ὁ μὲν οὖν πρὸ τούτου ψαλμὸς, προσεφώνει φάσκων· ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν, D κύριος ὄνομα αὐτῷ. εἶθ᾽ ἑξῆς τὴν ἅμα ἀνθρώποις διατριβὴν αὐτοῦ παρίστησι λέγων· καὶ ἀγαλλιᾶσθε ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν. καὶ τῶν μαθητῶν δὲ αὐτοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων τὴν κλῆσιν ἐδήλου, ἐν τῷ, κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. εἶθ᾽ ἑξῆς εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ κάθοδον καὶ τὴν διέξοδον τὴν ἐντεῦθεν ἐδίδασκεν· ἐν τῷ, καὶ τοῦ κυρίου κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου· καὶ ἐν τῷ, εἶπε κύριος ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης· ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν εἰς οὐρανοὺς ἐπάνοδον αὐτοῦ E διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐδήλου λέγων· ψάλατε τῷ θεῷ τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατ᾽ ἀνατολάς. ταῦτα μὲν οὖν ἐν ἐκείνοις· διὰ δὲ τῶν προκειμένων τὰ ὡς ἐν παραδρομῇ τότε λελεγμένα πλατύνει· δεικνὺς ὅπως λέλεκτο· καὶ τοῦ κυρίου κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου, καὶ τὸ, εἶπεν κύριος ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης. ταῦτα γὰρ εἰς πλάτος ἐπὶ τοῦ παρόντος διεξέρχεται λέγων· σῶσόν με ὁ θεὸς ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ,

καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. πειρασμοὺς δὲ καὶ διωγμοὺς καὶ ἐπαναστάσεις ἀσεβῶν ἀνδρῶν, ὕδατα καλεῖν εἴωθεν ὁ λόγος· οὕτω γοῦν εἴρηται ἀλλαχοῦ, τὸν χείμαρρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν· ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ ἀνυπόστατον. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ σωτὴρ ἐδίδασκε τοῦτο λέγων· κατέβη ἡ βροχὴ, ἦλθον οἱ ποταμοὶ, ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέρρηξαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ καὶ οὐκ ἔπεσεν· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. καὶ διὰ τῶν προκειμένων τοίνυν τοὺς πειρασμοὺς καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλὰς ὕδατα ὀνομάζων, εἰσεληλυθέναι ἕως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ διδάσκει. ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Ἰὼβ, καίπερ ὄντος ἀθλητοῦ γενναίου, γέγραπται εἰρηκὼς ὁ θεὸς τῷ πειράζοντι· ἰδοὺ πάντα ὅσα ὑπάρχει αὐτῷ δίδωμι ἐν τῇ χειρί σου, μόνον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διαφύλαξον. ἐνταῦθα δὲ τὴν ψυχὴν αὐτὴν ὁ πειράζων πειράζει, ἥτις ποτὲ ἦν αὕτη, ἧς μέμνηται καὶ αὐτὸς λέγων· οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν. καὶ πάλιν· τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων μου· καὶ, νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ, περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· ὅθεν καὶ νῦν φησιν· ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· ὅτι ἐπῆλθεν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. εἶτα ἐπιλέγει, ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· ἐβαπτίσθην εἰς ἀπεράντους καταδύσεις, καὶ οὐκ ἔστι στάσις ἡρμήνευσε, σφόδρα ἀκολούθως. ἔνθα γὰρ οὐκ ἦν στάσις ἑτέροις διὰ τὸ πάντας τοὺς αὐτόθι κατελθόντας ὀλίσθῳ περιπεσεῖν καὶ κατασύρεσθαι ὑπὸ τῶν τοῦ θανάτου ῥευμάτων, ἐνταῦθα καὶ αὐτὸς ἦλθον, ὁπηνίκα εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης ἐλήλυθα· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, εἰσῆλθον εἰς τὰ βάθη τῶν ὑδάτων, καὶ ῥεῖθρον ἐπέκλυσέ με. καὶ τὰ παραπλήσια δὲ τούτοις, καὶ Ἰωνᾶς ὁ προφήτης, ἀπὸ τῆς κοιλίας τοῦ κήτους ἀναγέγραπται ηὐγμένος. λέγει δ' οὖν καὶ αὐτός· περιεχύθη μοι ὕδωρ ἕως ψυχῆς μου· ἄβυσσος ἐκύκλωσέ με ἐσχάτη. ἔδυ ἡ κεφαλή μου εἰς σχισμὰς ὀρέων, κατέβην εἰς γῆν ἧς οἱ μοχλοὶ αὐτῆς κάτοχοι αἰώνιοι. διόπερ τῷ παραδείγματι τοῦ Ἰωνᾶ κέχρηται ὁ σωτὴρ πρὸς τοὺς αἰτήσαντας αὐτὸν σημεῖον εἰπών· γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου· ὥσπερ γὰρ ἐγένετο Ἰωνᾶς ὁ προφήτης ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. καρδίαν δὲ γῆς τὰ ἐνταῦθα λεγόμενα βάθη θαλάσσης ὀνομάζει, τὰ τοῦ ᾅδου χωρία αἰνιττόμενος. διὸ καὶ ἐν τῷ Ἰὼβ χρηματίζων ὁ αὐτὸς κύριος, τὰ ὅμοια παρίστη λέγων· ἦλθες δὲ ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας· ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου, πυλωροὶ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν.

A *& non est substantia. Veni in altitudinem maris, & tempestus demersit me.* Tentationes autem, vexationes & insultus impiorum virorum, aquas vocare Scripturæ mos est. Ita enim dicitur alibi: *Torrentem pertransivit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam sine fundo.* (Psal. 123. 5.) Idipsumque idem Servator docet his verbis: *Descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petram.* (Matth. 7. 25.) In his itaque B dictis tentationes & insidias sibi paratas, aquas nuncupans, usque ad animam suam venisse docet. De Jobo sane, tametsi strenuus athleta erat, dixisse Deum tentatori fertur: *Ecce omnia quæcumque ipsi sunt do in manu tua, tantum animam ejus servato.* (Job. 2. 6.) Hic vero ipsam animam tentator aggreditur, eam ipsam scilicet de qua Dominus dicit: *Nemo tollit animam meam à me: potestatem habeo ponendi illam, & potestatem habeo accipiendi eam.* (Joan. 10. 18.) Et iterum: *Animam meam pono pro ovibus meis*, &, *Nunc anima mea turbata est*; &, C *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Quamobrem nunc quoque ait: *Quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam*; sive secundum Symmachum, *Quoniam accesserunt aquæ usque ad animam meam.* (Symmachi.) Deinde subjungit: *Infixus sum in limo profundi & non est substantia*; secundum Symmachum vero: *Immersus sum in infinitas voragines, & non est status*, (Symmachi.) explicatur; & quidem è re admodum. Nam ubi nullus standi modus aliis erat, quia quotquot eo descenderant, in perniciem D ibant, & à fluctibus mortis detrahebantur, eodem accessi quando veni in altitudinem maris; sive secundum Symmachum, *Ingressus sum in profundum aquarum, & fluctus inundavit me.* (Symmachi.) Et his similia Jonas propheta à ventre ceti precatus scribitur: ait igitur ille: *Circumfusa est mihi aqua usque ad animam meam, abyssus ultima circumdedit me. Subiit caput meum ad divisiones montium, descendi in terram, cujus vectes sunt adminicula æterna.* (Jon. 2. 6.) Quapropter exemplo Jonæ prophetæ E usus Servator est ad eos, qui signum ab se petebant, dicens: *Generatio prava & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ. Sicut enim fuit Jonas propheta in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus; sic erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* (Matth. 12. 39.) Cor terræ vocat id quod hic dicitur profundum maris, inferni loca subindicans. Quamobrem in Job quoque oracula fundens ipse Dominus similia declaravit dicens: *Venisti autem ad fontem maris, in vestigiis vero abyssi deambulasti. Aperiuntur tibi timore portæ mortis: ostiarii inferni videntes te conterriti sunt.* (Job. 38. 16.)

A

Vides autem quomodo hic quoque cum fontem maris nominasset, & adjecisset, *In vestigiis abyssi ambulasti*, declaret quid sit abyssus, quid mare, subjiciens: *Aperiuntur autem tibi timore portæ mortis, ostiarii vero inferni videntes te conterriti sunt.* Hic igitur etiam profundum maris mortis regiones adumbrat, quo descendens Salvator & Dominus noster, solus inde regressus est. Quare in præcedenti quoque psalmo dicebatur: *Et Domini Domini exitus mortis*; ac rursum: *Dixit Dominus, Ex Basan convertam, convertam ex profundo maris.* Pro illo autem, *Et tempestas demersit me*, Aquila, *Et profluvium inundavit me*; Symmachus vero, *Et fluctus inundavit me*, interpretati sunt. Nam verisimile est adversarias potestates in circuitu ejus stetisse, quando ingressus mare confregit capita draconum in aqua. Quocirca in præcedenti psalmo dicebatur: *Et Domini Domini exitus mortis. Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum.* Non enim alio modo illos mortis exitus pertransisset, nisi confregisset capita inimicorum suorum, qui istic erant. Quod si quis hæc eo dixisse Davidem putet, quod ipse in multas tentationes inciderit; is perpendat quomodo possint isthæc Davidi competere, *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto*; aut illud, *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurva.* Cæteraque his similia si quis sibi collegerit, Davidis personæ nullatenus congruere deprehendet. Interpretationi autem illi de Servatore nostro evidentibus argumentis fidem conciliat sacrorum Evangeliorum testimonium, cum ab allato Jonæ exemplo, tum ex hujus psalmi dicto, *Quoniam zelus domus tuæ comedit me*, quod in Evangelio secundum Joannem ipsissimis verbis impletum declaratur, ubi dicitur: *Et adscendit Jesus Jerosolymam, & invenit in templo vendentes oves & boves & columbas.* Deinde postquam ejecisset eos dicens: *Auferte ista hinc; nolite facere domum Patris mei domum negotiationis*, subdit Evangelista: *Recordati sunt discipuli ejus quia scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me.* Sed etiam illud, *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto*, quod in hoc psalmo habetur, ex persona Salvatoris nostri dictum declaratur secundum Joannem qui ait: *Postea videns Jesus quia omnia consummata sunt, ut impleretur Scriptura, dixit, Sitio. Vas erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto cum felle hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. Cum*

Aquilæ. Symmachi.

Joan. 2. 13.

Joan. 19. 28.

Ὁρᾷς γὰρ ὅπως καὶ ἐν τούτοις πηγὴν θαλάσσης ὀνομάσας, καὶ προσθεὶς τὸ, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας, τὴν ἄβυσσον καὶ τὴν θάλασσαν τίνα ἐστὶ διασαφεῖ ἐπιλέγων· ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου, πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν. οὐκοῦν καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις τὰ βάθη τῆς θαλάσσης τὰ τοῦ θανάτου χωρία αἰνίττεται, ἔνθα μόνος καταβὰς ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν διεξῆλθεν. διὸ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ ἐλέγετο· καὶ τοῦ κυρίου κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου. καὶ πάλιν εἶπε κύριος, ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης.

B

ἀντὶ δὲ τοῦ· καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με· ὁ μὲν Ἀκύλας, καὶ ῥοῦς ἐπέκλυσέ με· ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ ῥεῖθρον ἐπέκλυσέ με ἡρμήνευσεν. εἰκὸς γὰρ περὶ αὐτὸν γεγονέναι τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, ὅτε ἐπιβὰς τῇ θαλάσσῃ, συνέτριβε τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος. διὸ καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου ἐλέγετο ψαλμῷ· καὶ τοῦ κυρίου κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου. πλὴν ὁ θεὸς συνθλάσει κεφαλὰς τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως διεξεληλύθει τὰς διεξόδους τοῦ θανάτου, ἢ συνθλάσας τὰς κεφαλὰς τῶν αὐτόθι ἐχθρῶν αὐτοῦ.

C

ἐὰν δέ τις ταῦτα νομίζῃ λέγειν τὸν Δαυὶδ διὰ τὸ πολλοῖς περιπεπτωκέναι πειρασμοῖς, ἐπιστησάτω πῶς οἷόν τε ἦν τῷ Δαυὶδ ἁρμόζειν τὸ λέγειν· ἔδωκάν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου, ἐπότισάν με ὄξος, ἢ τὸ, γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταποδόσεις καὶ εἰς σκάνδαλον. σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον. καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τούτοις παραπλήσια συναγαγών τις ἑαυτῷ, εὕροι ἂν οὐδαμῶς ἁρμόζοντα τῷ τοῦ

D

Δαυὶδ προσώπῳ. τὴν δέ γε ἐπὶ τὸν ἡμέτερον σωτῆρα ἑρμηνείαν πιστοῦνται σφραγῖσιν ἀναμφιλέκτοις ἡ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων μαρτυρία· ἀπό τε τοῦ παρατεθέντος τοῦ Ἰωνᾶ παραδείγματος, καὶ ἀπὸ τοῦ λέγεσθαι ἐν τοῖς προκειμένοις, ὅτι ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με· ὅπερ αὐτολεξεὶ μεμαρτύρηται εἰς αὐτὸν πεπληρωμένον ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ, ἐν ᾧ γέγραπται· καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ πρόβατα πωλοῦντας καὶ βόας καὶ περιστεράς. εἶθ' ὡς ἤλασεν τούτους εἰπών· ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου, ἐπιλέγει ὁ εὐαγγελι-

E

στής· ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὅτι γεγραμμένον ἐστὶν, ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με. ἀλλὰ καὶ τὸ, ἔδωκάν εἰς βρῶμά μου χολὴν καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος, ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας κείμενον ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μεμαρτύρηται λελεγμένον κατὰ τὸν Ἰωάννην φήσαντα· μετὰ ταῦτα ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντα τετέλεσται ἤδη, ἵνα πληρωθῇ ἡ γραφὴ λέγει διψῶ. σκεῦος ἔκειτο ὄξους μεστόν· σπόγγον οὖν μεστὸν ποιήσαντες ὄξους μετὰ χολῆς, ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. ὅτε οὖν

ἔλαβεν

ἔλαβεν ὁ Ἰησοῦς τὸ ὄξος μετὰ χολῆς εἶπε, τετέλεσται καὶ αὕτη ἡ γραφή, καὶ τὰ λοιπὰ δὲ εἰς πρόσωπον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀναφερόμενα, σώζει ἀβίαστον τὴν ἑρμηνείαν.

Ἐκοπίασα κράζων, ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου, ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοί μου ἀπὸ τοῦ ἐλπίζειν με εἰς τὸν θεόν μου. καὶ ταῦτα ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην ἐπληροῦτο εὐαγγελίῳ· ἐν ᾧ εἱστήκει ὁ Ἰησοῦς καὶ ἔκραζε λέγων· ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με καὶ πινέτω· αὖθις δὲ εἴρηται· Ἰησοῦς δὲ ἔκραξε καὶ ἔλεγεν· ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμέ, ἀλλ᾽ εἰς τὸν πέμψαντά με. καὶ ὁ θεωρῶν ἐμέ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ. καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου δὲ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπε· πάτερ εὐχαριστῶ σοι ὅτι ἤκουσάς μου. ἐγὼ δὲ ᾔδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις. καὶ ταῦτα εἰπὼν φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε, Λάζαρε δεῦρο ἔξω. ἀλλὰ καὶ κατ᾽ αὐτὸ τὸ πάθος ἱστορεῖ ὁ Ματθαῖος λέγων· ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐνάτης. περὶ δὲ τὴν ἐνάτην ὥραν ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ λέγων, Ἠλί, ἠλί λεμὰ σαβαχθανεί. τότε μὲν οὖν συνὼν ἀνθρώποις πάντας βοῶν παρεκάλει, ἥκειν καὶ σπεύδειν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν. καὶ τὸν τεταρταῖον δὲ νεκρὸν μετὰ μεγάλης ἀνεκαλεῖτο κραυγῆς. ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἐνάτην ὥραν τοῦ πάθους, ἀνεβόα φωνῇ μεγάλῃ. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν κράξας φωνῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. καὶ ἰδοὺ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐρράγησαν, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθησαν. τὰ τοσαῦτα τῆς μεγάλης αὐτοῦ φωνῆς ἐνεργεῖν δυναμένης. εἰ δὲ ἐπιστήσειέ τις ὡς ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο καθ᾽ ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτοῦ βοᾷ, σπεύδειν ἐπὶ τὸ ζωοποιὸν αὐτοῦ πόμα παρακαλῶν, καὶ τοὺς ταῖς πρὸς θάνατον ἁμαρτίαις νενεκρωμένους ἀνακαλούμενος· τῷ τε βοωμένῳ αὐτοῦ πάθει τὴν σύμπασαν οἰκουμένην μᾶλλον ἢ τότε Σιών, ἐπειδὴ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν· εἴσεται ὅπως ἐν τοῖς προκειμένοις ἐξ αὐτοῦ προσώπου εἴρηται τό, ἐκοπίασα κράζων, ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου. τὸ γὰρ παράμονον αὐτοῦ τῆς βοῆς διὰ τούτων σημαίνει. οὐ γὰρ ἅπαξ ποτὲ βοήσας παρῆλθεν· ἀλλ᾽ ἀεὶ βοᾷ καὶ κέκραγεν εἰς τὰς πάντων ψυχὰς διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν. ἀεὶ δὲ καὶ πρὸς τὸν πατέρα βοᾷ ὑπὲρ τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων· διὸ ἑξῆς ἐπιλέγει· ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοί μου ἀπὸ τοῦ ἐλπίζειν με ἐπὶ τὸν θεόν μου. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐξέλιπον, ὁ Ἀκύλας, ἐτελέσθησαν φησὶν οἱ ὀφθαλμοί μου προσδοκῶντες τὸν θεόν. ἐβόα δὲ καὶ ἐκεκράγει διὰ τὸ πλῆθος τῶν

A *ergo accepisset Jesus acetum cum felle, dixit: Consummata est & hæc Scriptura*, & cætera quæ ad personam Servatoris nostri referuntur; & sine ulla violentia interpretationem hanc tuentur.

Laboravi clamans, rauca facta sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum. Hæc quoque in Evangelio secundum Joannem impleta feruntur, quando stabat Jesus & his verbis clamabat: *Si quis* Joan. 7. 37.
sitit, veniat ad me & bibat. Rursus quoque dictum est: *Jesus autem clamabat & dicebat:* Joan. 12. 44.
B *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui me misit. Et qui videt me, videt eum qui misit me. Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Et super Lazarum elevatis oculis suis in cœlum dixit: *Pater gratias ago tibi quia audisti* Joan. 11. 41.
me. Ego autem sciebam quia semper me audis. Et cum hæc dixisset, voce magna clamavit: Lazare veni foras. Sed etiam de ipso passionis tempore hæc narrat Matthæus: *A* Matth. 27. 45.
sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam. Et circa
C *ca horam nonam clamavit Jesus voce magna dicens, Eli, Eli, Lema Sabachthani.* Tunc itaque cum hominibus degens, clamando omnes cohortabatur, ut venirent maturarentque ad ejus doctrinam: & quatriduanum mortuum clamore magno evocabat. Sed etiam circa nonam passionis horam, clamabat voce magna: ac postea rursum, *Clamans voce magna emisit Spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duo, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dor-*
D *mierant resurrexerunt.* Hæc scilicet magna ipsius vox edere poterat. Quod si quis consideret quî ab illo ad hoc usque tempus per totum orbem in Ecclesiis suis ipse clamet, cohortans singulos ut maturent ad vivificum ipsius potum; ac revocans illos qui mortalibus peccatis extincti sunt; audiat item clamantem passione sua ad totum orbem, magis quam tunc ad Sionem, siquidem *in* Psal. 18. 5.
omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum; is sane sciet cur in præsenti ex ejus persona dictum sit, *Labo-*
E *ravi clamans, rauca facta sunt fauces meæ.* Nam vocis ejus perseverantiam his indicat. Non enim cum semel clamasset abscessit; sed semper Discipulorum voce clamat & ad omnium animas vociferatur: semper item ad Patrem clamat pro iis, qui in ipsum crediderunt. Quare deinde subjungit: *Defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum.* Pro illo autem, *defecerunt*, Aquila, *Confecti* Aquila.
sunt, ait, *oculi mei, exspectantes Deum.* Clamabat porro & vociferabatur ob multitu-

dinem inimicorum suorum. Quod his verbis declarat: *Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.* Quod si Ecclesia ejus sit corpus ejus secundum Apostolum, qui id docet his verbis: *Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte;* (1. Cor. 12. 27.) dixeris membra corporis quæ magis necessaria sunt, atque ut ita dicam, sensus, eos ex populo esse qui necessarii habentur; ut verbi causa, caput præfecti fuerint; os, magistri; aures, prudentes auditores; oculi, qui in Scripturis perspicaces sunt; manus, qui rebus agendis promtiores: atque cum quadam proportione sic reliqua corporis membra distribuantur. Pari modo capillos intelligas esse multitudinem totam, ac superfluam turbam eorum, qui aliquem ornatum toti corpori conciliant, neque tamen perinde necessarii sunt ac reliqua membra. Talibus igitur capillis multo plures numero fuerint qui alieni sunt a fide, utpote qui in lata & spatiosa via incedant. Quamobrem dictum est: *Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.* Gratis autem odisse dicuntur, qui nullam proferre valent odii causam, ut qui salutare verbum persequuntur, cum nulla incusandi ejus ratio suppetat. Pro illo autem, *Qui oderunt me gratis,* Symmachus, *Odientes me,* inquit, *sine causa.* (Symmachi.) Illi itaque, ait, multiplicati sunt plus, quam capilli capitis mei. Quin etiam confortati sunt inimici persequentes eum. Et sane videre est, quo tempore persequendi facultas datur, confortari, extolli, multaque posse inimicos ejus. Injuste autem persequuntur illum, & gratis oderunt. Cum enim nulla subsit inimicitiæ causa; neque consentaneam rationem proferre valeant cur persequantur; injuste tamen vexant. Ille vero cum nihil rapuerit, nihil injuriæ intulerit, supplicium luit. Nam si secundum leges pœnæ a reis repetendæ sint, neque ipse neque germani ejus discipuli aliquo in facinore deprehensi sunt. Jure ergo ait: *Quæ non rapui tunc exsolvebam.* Ac tempore passionis suæ gratis cruciabatur, & supplicium luebat, cum nulli injuriam fecisset. Quare tunc dicebat: *Quæ non rapui tunc exsolvebam;* sive secundum Aquilam: *Quæ non violenter abstuli tunc restituebam.* (Aquilæ.)

Deus tu scis insipientiam meam. Quemadmodum divinus Apostolus *stultum Dei,* passionem Salvatoris; & crucem, infirmitatem inculpate vocavit dicens: *Crucifixus est ex infirmitate:* (2. Cor. 13. 4.) ac rursum: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus;* (1. Cor. 1. 23.)

A ἐχθρῶν αὐτοῦ ὁ δὴ παρὼν λέγων· ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου οἱ μισοῦντές με δωρεάν. εἰ δὲ σῶμα αὐτοῦ τυγχάνει ἡ ἐκκλησία αὐτοῦ κατὰ τὸν ἀπόστολον ὃς ἐδίδασκε λέγων· ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέρους· εἴποις ἂν τὰ μὲν ἀναγκαιότερα μέλη τοῦ σώματος, καὶ τὰ ἵν' οὕτως εἴπω αἰσθητήρια, τοὺς ἀναγκαίους εἶναι τοῦ λαοῦ· οἷον κεφαλὴν τοὺς ἡγουμένους, στόμα τοὺς διδασκάλους, καὶ τοὺς συνετοὺς ἀκροατὰς, τὰ ὦτα, τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς διορατικοὺς τῶν γραφῶν χεῖρας, τοὺς πρακτικωτέρους. B τούτοις τε ἀναλόγως τὰ λοιπὰ μέλη τοῦ σώματος· οἷς ἀκόλουθον εἴη νοεῖν τρίχας εἶναι τοῦ παντὸς τὰ πλήθη, καὶ τὸν περιττὸν ὄχλον φέροντας μέν τινα κόσμον ὅλῳ τῷ σώματι· μὴ μὴν ἀναγκαίαν τινὰ χρῆσιν ὁμοίαν τὰ λοιπὰ μέλη. τῶν οὖν τοιούτων τριχῶν πολλῷ πλείους εἶεν ἂν οἱ ἀλλότριοι τῆς πίστεως ἅτε δὴ τὴν πλατεῖαν καὶ τὴν εὐρύχωρον βαδίζοντες. διὸ λέλεκται· ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου οἱ μισοῦντές με δωρεάν. δωρεὰν δὲ μισεῖν λέγονται οἱ οὐκ ἔχοντες αἰτίαν εἰπεῖν τοῦ μίσους, ὡς οἱ τὸν σωτήριον λόγον διώκοντες καὶ μηδὲν καταμέμ- C φεσθαι αὐτοῦ δυνάμενοι. ἀντὶ δὲ τοῦ, οἱ μισοῦντές με δωρεάν, ὁ Σύμμαχος, οἱ μισοῦντές με φησὶν ἀναιτίως. οὗτοι οὖν μᾶλλον ἐπλεόνασαν φησὶν, ἢ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς μου. ἀλλὰ καὶ ἐκραταιώθησαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ οἱ διώκοντες αὐτόν. ἴδοι γοῦν τις καθ' ἕκαστον καιρὸν καθ' ὃν διώκειν συγχωροῦνται, κραταιουμένους καὶ ἐπαιρομένους, καὶ πολλὰ δυναμένους τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. ἀδίκως δὲ αὐτὸν διώκουσιν οὗτοι καὶ ἐμίσουν αὐτὸν δωρεάν. μηδεμίαν γὰρ ἔχοντες ὑπόθεσιν ἔχθρας, μηδὲ αἰτίας εἰπεῖν εὐλόγους οἷοί τε D δι' ἃς διώκουσιν, ὅμως ἀδίκως αὐτὸν διώκουσιν. ὁ δὲ ὑπὲρ ὧν μὴ ἥρπασεν, μηδὲ ἠδίκησε, κόλασιν ὑπέμεινεν. εἰ γὰρ κατὰ νόμους προσήκει δίκην εἰσπράττεσθαι τοὺς ἠδικηκότας, οὔτε δὲ αὐτὸς, οὔτε οἱ αὐτοῦ γνήσιοι μαθηταὶ ἥλωσάν ποτε ἐπὶ παρανομίᾳ. εἰκότως φησὶν ἃ οὐχ ἥρπασα τότε ἀπετίννυον. καὶ κατὰ τὸν καιρὸν δὲ τοῦ πάθους αὐτοῦ δωρεὰν ἔπασχεν, καὶ ὑπὲρ ὧν μὴ ἠδικήκει τιμωρίαν ἐδίδου. διὸ καὶ τότε ἔλεγεν· ἃ οὐχ ἥρπαζον τότε ἀπετίννυον, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἃ οὐκ ἐβιασάμην τότε ἐπέστρεφον.

E

Ο θεὸς σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου. ὥσπερ ἀνεγκλήτως ὁ θεῖος ἀπόστολος μωρὸν τοῦ θεοῦ ὠνόμασεν, τὸ πάθος τοῦ σωτῆρος, καὶ ἀσθένειαν τὸν σταυρὸν, εἰπὼν, ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας. καὶ πάλιν· ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἕλλησι δὲ μωρίαν. ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων·

οὕτω καὶ νῦν οὐκ ἂν ἁμάρτοις τὴν ἐνταῦθα λεγομένην ἀφροσύνην παραπλησίως νοήσας τῇ ὀνομασθείσῃ παρὰ τῷ ἀποστόλῳ μωρίᾳ. ἀλλὰ καὶ ὥσπερ ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, ἐπειδὴ ἐξαίρετοί τινές εἰσιν οἱ τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως κατηξιωμένοι· οὕτως καὶ ἡ ἐνταῦθα ἀφροσύνη ἀξία τῆς γνώσεως τυγχάνουσα τοῦ θεοῦ, μέγαν τινὰ καὶ βαθὺν εἶχε λόγον. οὐ γὰρ παρὰ τὴν σὴν βουλὴν, οὐδὲ παρὰ τὴν σὴν γνῶσιν ἐγένετό φησιν ἡ ἀφροσύνη μου. ποία δὲ αὕτη, εἰ μὴ ἡ νομιζομένη τοῖς πολλοῖς; ὡς γὰρ ἡ μωρία Ἕλλησιν ἐνομίζετο μωρία, κατὰ βαθεῖς δὲ λόγους θεοῦ συνετελεῖτο· καὶ ἦν τὸ παρ' ἀνθρώποις μωρὸν νομιζόμενον, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων. ηὐδόκησε γὰρ ὁ θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας· οὕτως καὶ ἡ ἀφροσύνη ἣν δι' ἡμᾶς ὑπῆλθεν κενώσας ἑαυτὸν καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν καὶ μέχρις θανάτου παρελθὼν, σοφωτέρα τῆς τῶν ἀνθρώπων σοφίας ἦν. ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ, τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις φησὶν ὁ ἀπόστολος, μωρία ἐστίν. εἰ δὲ μωρία, καὶ ἀφροσύνη, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύναμις θεοῦ ἐστιν. ταύτην οὖν τὴν ἀφροσύνην καὶ τὴν μωρίαν οὐκ ἠγνόησεν ὁ θεός· αὐτοῦ γὰρ κρίσει γεγένηται. διό φησιν ὁ θεὸς σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου. ἀπήλλαξε δὲ ἡμᾶς πραγμάτων ὁ Σύμμαχος, ἑρμηνεύσας καὶ εἰπών· ὁ θεὸς σὺ οἶδας τὴν ἀπειρίαν μου. ἀπειρίαν δηλαδὴ τὴν ἐν ἀνθρώποις. τῆς γὰρ ἐν ἀνθρώποις κακίας ἀλλότριος ὢν, τὴν καλὴν ταύτην ἀπειρίαν ἀνατίθησι τῇ γνώσει τοῦ ἑαυτοῦ πατρός. καὶ ἄλλη δὲ γραφὴ θεία ἀφροσύνης μέμνηται τοῦ σωτῆρος συμφώνως τῇ προκειμένῃ. γέγραπται γοῦν ἐν παροιμίαις· τάδε λέγει ἀνὴρ τοῖς πιστεύουσι θεῷ, καὶ παύομαι. ἀφρονέστατος γάρ εἰμι πάντων ἀνθρώπων, καὶ φρόνησις ἀνθρώπου οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί. θεὸς δεδίδαχέ με σοφίαν, καὶ γνῶσιν ἁγίων ἔγνωκα. καὶ ἐν τούτοις γὰρ πάντων μὲν ἀνθρώπων ἀφρονέστατον ἑαυτὸν εἶναι λέγει, καὶ φρόνησιν ἀνθρώπου μὴ ἐσχηκέναι· ὅμως δὲ παρ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ δεδιδάχθαι τὴν πνευματικὴν σοφίαν, καὶ τὴν γνῶσιν τῶν ἁγίων ἐγνωκέναι. ἀλλὰ καὶ αἱ πλημμέλειαί μου φησὶν ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβησαν. εἰ γὰρ ἦσάν τινες ἐν ἐμοὶ πλημμέλειαι δι' ἃς τῷ σταυρῷ με προσετίμησαν, τάχα που σὺ πρῶτος ἔγνως, ὃν λανθάνειν οὐδὲν οἷόν τε· ἀλλ' οὐδένες (*sic*) ἦσαν. διὸ οἱ μισοῦντές με, δωρεὰν ἐμίσουν, καὶ οἱ ἐκδιώκοντές με, ἀδίκως ἃ οὐχ ἥρπασα ἐξεπράττον. ἐπεὶ δὲ ψευδομάρτυρας καὶ συκοφάντας ἔστησαν ἐν τῇ κατ' ἐμοῦ κατηγορίᾳ, σὺ οἶδας φησὶν, ὁ θεός, εἴ τινά μοι πεπλημμέληται. οὐ γὰρ ἂν ἐκρύβησάν σε εἴ τινες ἦσαν ἐν ἐμοὶ πλημμέλειαι. καὶ ἄλλως, εἰ τὰς ἡμετέρας ἀνεμάξατο ἁμαρτίας καὶ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, ὡς λέγεσθαι περὶ αὐτοῦ, οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. καὶ αὐτὸς

A sic & in præsenti non aberraveris, si insipientiam hic memoratam, pari ratione intelligas atque stultitiam ab Apostolo dictam. Sed sicut novit Dominus qui sunt ejus, quoniam quidam selecti homines sunt Dei cognitione dignati; ita hoc loco insipientia illa, quæ digna est Dei cognitione, magnam profundamque rationem habuit. Neque enim præter voluntatem ac præter cognitionem tuam fuit illa insipientia mea. Quænam illa, nisi quæ talis a multis reputatur? B Sicut enim insipientia illa Græcis insipientia æstimabatur; secundum profundam vero Dei rationem, ad melius vertebatur; & quod ab hominibus stultum putabatur, sapientius erat hominibus; nam Deo placuit per stultitiam prædicationis credentes salvos facere: sic & stultitia, quam propter nos subiit, humilians seipsum, formam servi accipiens, & usque ad mortem accedens, sapientior ipsâ hominum sapientiâ erat. Nam crucis ratio pereuntibus quidem, inquit Apostolus, stultitia est. Quod si stultitia C & insipientia est, nobis tamen salutem nactis virtus Dei est. Hanc igitur insipientiam & stultitiam non ignoravit Deus; nam ipsius judicio exstitit. Ideo ait: *Deus tu scis insipientiam meam.* Nos vero Symmachus ab hac re expidivit, sic interpretatus: *Deus tu scis imperitiam meam*; imperitiam scilicet quæ in hominibus est. Nam cum ab hominum malitia alienus esset, hanc probam imperitiam Patris sui cognitioni adsignat. Alibi quoque divina Scriptura insipientiæ Salvatoris meminit, hisque consonat. Scriptum itaque D est in Proverbiis: *Hæc dicit vir credentibus Deo, & cesso. Stultissimus enim sum omnium hominum, & prudentia hominis non est in me. Deus docuit me sapientiam, & cognitionem sanctorum novi.* In his namque se omnium hominum insipientissimum pronuntiat, & prudentiam hominis se non habere dicit: sed tamen ab ipso Deo edoctum se spiritualem sapientiam, & cognitionem sanctorum nosse narrat. Sed etiam, inquit, *delicta mea a te non sunt abscondita.* Nam si quædam in E me delicta essent, ob quæ me cruci destinaverint, sane tu primus nosses, cui latere nihil potest; sed nulla erant. Quare qui oderant me, gratis oderant: & qui persequebantur me, injuste quæ non rapui exigebant. Quia vero falsos testes & sycophantas ad me accusandum subornarunt, tu nosti, inquit, Deus num quid peccatum a me sit. Neque enim si quædam mihi delicta inessent, tibi essent occulta. Et alias, si nostra ipse peccata abstersit, & factus est pro nobis maledictum, ita ut de illo dicatur: *Ipse peccata nostra portat, & pro nobis cruciatur.* Et

Symmachi.

Prov. 30. 2.

Hesai. 53. 4.

ipse vulneratus est propter peccata nostra, infirmatus est propter iniquitates nostras. Et Dominus tradidit eum peccatis nostris. Hæc, inquit, delicta pro hominibus suscepi: tu nosti Deus, quia non abscondita tibi sunt. Neque enim præter consilium tuum isthæc suscepi. Quare illa notitiâ tuâ digna effecisti.

7. *Non erubescant in me qui exspectant te, Domine, Domine virtutum.* Quia doctrinam meam sapientes hujus sæculi criminantur, ipsamque pellunt ut insipientia & stultitia plenam propter ignominiosam crucem, precor ac rogo, eos qui credunt in me abs te servari immutabiles, ita ut numquam erubescant. Quare tu ipse Domine, Domine virtutum, eos qui propter cognitionem tuam a me traditam impugnantur, qui gravia semper patiuntur, & usque ad mortem perseverant, ne derelinquas, ne in me sperantes confundantur, qui te Deum Israël exquirunt. Etiamsi enim te olim non noscerent, quia dæmonibus malis subditi erant: at jam cum te noscant, in omnium oblivionem venerunt, teque solum quærendo perseverant. Quamobrem supplico ne confundantur, neu *ignominia adficiantur*, sic enim interpretatus
Symmachi. Symmachus est: *Ne confundantur super me, qui exspectant te Domine Deus virtutum, ne ignominia adficiantur super me qui quærunt te, Deus Israël.* Observes porro quomodo dictum sit, *Domine, Domine virtutum*; ita ut nomen Domini repetitum, & ad Deum universorum relatum sit.

8. *Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.* Cæteri, inquit, homines ob peccata sua correptionibus & opprobriis subjiciuntur: ego vero qui peccatum non novi, propter te sustinui opprobrium, quia tu ipse Deus hominum amator, pro humano genere me peccatum fecisti; ut qui credunt in me, justitia efficiantur. Imo etiam *propter te sustinui opprobrium*, cum ex voluntate tua me ad nihilum redegi, & ad mortem usque depressi, quo tempore prætereuntes blasphemabant, moventes capita sua & dicentes:
Matth. 27. 40. *Vah qui destruis templum, & in tribus diebus ædificas, salvum fac temetipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum sacerdotibus & Scribis & Pharisæis dicebant: Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Si rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credemus ei. Speravit in Deum, eripiat eum, si vult eum. Dixit enim, quia Filius Dei sum.* Hæc nunc vaticinans dicit: *Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.* Non enim ob peccata & improba facinora

A ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. καὶ ταύτας φησὶ τὰς πλημμελείας ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀνεδεξάμην· σὺ ἔγνως ὁ θεὸς ἐπεὶ μὴ ἀπεκρύβησάν σε. οὐ γὰρ δίχα τῆς σῆς βουλήσεως ταύτας ἀνεδεξάμην· διὸ καὶ ἀξίας τῆς σαυτοῦ γνώσεως αὐτὰς ἐποιήσω.

Μὴ αἰσχυνθείησαν ἐπ᾽ ἐμὲ οἱ ὑπομένοντές σε κύριε, κύριε τῶν δυνάμεων. ἐπειδὴ τὴν ἐμὴν διδασκαλίαν οἱ σοφοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου διαβάλλουσιν ἐλαύνουσί τε αὐτὴν ὡς μεστὴν ἀφροσύνης
B καὶ μωρίας διὰ τὸν ἐπονείδιστον σταυρὸν, ἀντιβολῶ καὶ δέομαι, τοὺς εἰς ἐμὲ πιστεύοντας φυλάττεσθαι ὑπὸ σοῦ ἀδιατρέπτους, ὡς μήποτε καταισχυνθῆναι. διὸ σὺ αὐτὸς, ὦ κύριε, κύριε τῶν δυνάμεων, τοὺς πολεμουμένους διὰ τὴν σὴν γνῶσιν ἣν ὑπ᾽ ἐμοῦ παρειλήφασι πάντοτε ὑπομένοντας τὰ δεινὰ καὶ μέχρι θανάτου καρτερήσαντας, μὴ ἐγκαταλείπῃς, μηδὲ ἐντραπείησαν θαρρήσαντες ἐπ᾽ ἐμοὶ, οἱ σὲ τὸν θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ ἐκζητοῦντες. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἦσάν ποτε ἀγνοοῦντές σε διὰ τὸ δαίμοσι πονηροῖς δεδουλῶσθαι· ἀλλὰ νῦν ἐπιγνόντες σε, πάντων μὲν λή-
C θην ἐποιήσαντο, σὲ δὲ μόνον διατελοῦσι ζητοῦντες. διὸ ἱκετεύω μὴ καταισχυνθῆναι αὐτοὺς, μηδὲ ἀσχημονῆσαι· οὕτω γὰρ ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· μὴ καταισχυνθείησαν ἐπ᾽ ἐμοὶ οἱ προσδοκῶντές σε κύριε θεὲ τῶν δυνάμεων· μὴ ἀσχημονήσαιεν ἐπ᾽ ἐμὲ οἱ ἐκζητοῦντές σε θεὲ τοῦ Ἰσραήλ. ἐπιτήρει δὲ ὅπως εἴρηται τὸ, κύριε, κύριε τῶν δυνάμεων· δευτερώσαντος τοῦ λόγου τὴν κυριολογίαν καὶ ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων θεὸν ἀναπέμποντος.

Ὅτι ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, ἐκάλυψεν
D ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου. οἱ μὲν λοιποὶ, φησὶν, ἄνθρωποι δι᾽ οἰκείας ἁμαρτίας ἐλέγχοις καὶ ὀνειδισμοῖς ὑποβάλλονται· ἐγὼ δὲ ὁ μὴ γνοὺς ἁμαρτίαν, ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, ἐπειδήπερ σὺ αὐτὸς ὁ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπὲρ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἁμαρτίαν με ἐποίησας, ὅπως οἱ πιστεύοντες εἰς ἐμὲ γένωνται δικαιοσύνη. ἀλλὰ καὶ ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, διὰ τὴν σὴν βουλὴν κενώσας ἐμαυτὸν καὶ μέχρι θανάτου ταπεινώσας, καθ᾽ ὃν καιρὸν οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν καὶ λέ-
E γοντες· οὐὰ ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες μετὰ τῶν ἱερέων καὶ γραμματέων καὶ Φαρισαίων ἔλεγον· ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι· εἰ βασιλεὺς Ἰσραήλ ἐστιν, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ· πέποιθεν ἐπὶ τὸν θεὸν· ῥυσάσθω αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν. εἶπε γὰρ ὅτι θεοῦ υἱός εἰμι. ταῦτα δὴ οὖν θεσπίζων ἐπὶ τοῦ παρόντος, φησίν· ὅτι ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, ἐκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου. οὐ γὰρ δι᾽ ἁμαρτίας ἐμὰς, οὐδὲ διὰ παρανόμους

περάξης· ἀλλ᾽ ἕνεκά σου καὶ τὸν προλεχθέντα ὀνειδισμὸν ὑπέμεινα, καὶ τὸ πρόσωπόν μου ἐκάλυψεν ἐντροπή· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἐκάλυψεν ἀσχημόνησις τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. καὶ ταῦτα πάντα ὑπέμεινα φησὶν ἕνεκά σου, τουτέστιν, ἕνεκα τοῦ σοῦ θελήματος. ἀλλὰ καὶ ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου. δύο δὲ τάγματα ἐν τούτοις παρίστησιν· ἓν μὲν τὸ τῶν ἀληθῶς ἀδελφῶν αὐτοῦ, οἷς ἐγενήθη ἀπηλλοτριωμένος· ἕτερον δὲ τὸ τῶν υἱῶν τῆς μητρὸς αὐτοῦ, οὐ μὴν ἀδελφῶν αὐτοῦ, οἷς ἐγενήθη ξένος. καὶ μὴν ἐχρῆν υἱοὺς μητρὸς αὐτοῦ ὄντας ἀδελφοὺς καὶ αὐτοὺς ὁμοίως τοῖς προτέροις χρηματίζειν. ἀλλ᾽ οὐκ ὠνόμασε τοὺς υἱοὺς τῆς μητρὸς ἀδελφούς, ὡς ἑτέρους ὄντας δηλαδὴ παρὰ τὸ πρῶτον τάγμα τῶν ὀνομασθέντων ἀδελφῶν αὐτοῦ. * εἰς οὖν ἀδελφοὺς μὲν αὐτοῦ γεγονέναι τοὺς αὐτοῦ μαθητάς, περὶ ὧν καὶ ἐν ἑτέρᾳ φησίν· ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῇ Μαρίᾳ φανεὶς μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἔλεγε· πορεύου πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου καὶ εἰπὸν αὐτοῖς, ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν. τούτοις οὖν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθη κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ δηλουμένου πάθους· ὅτε πάντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον, αὐτός τε ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων Πέτρος ἠρνήσατο αὐτὸν τρίτον. τούτοις ξένος καὶ ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθη· τοῖς δὲ υἱοῖς τῆς μητρὸς αὐτοῦ, οὐ μὴν καὶ ἀδελφοῖς οὖσιν αὐτοῦ, ξένος γέγονεν. μέμνηται δὲ τὸ εὐαγγέλιον ἀδελφῶν αὐτοῦ καὶ μητρός, ὅτε ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ ἐδίδασκεν ἐν τῇ συναγωγῇ, ὡς ἐκπλήττεσθαι αὐτοὺς καὶ λέγειν· πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη; οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσιν; πόθεν τούτῳ ταῦτα πάντα; ἐὰν μὲν οὖν τοὺς ἐν τῷ μετὰ χεῖρας λεγομένους υἱοὺς μητρὸς αὐτοῦ, τούτους εἶναι ἐκλάβοιμεν, ἀνάγκη τὴν ἁγίαν παρθένον μητέρα φάναι γεγονέναι τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. ἀλλ᾽ ἐπιφαίνεται Ἰάκωβος ὁ χρηματίσας αὐτοῦ ἀδελφὸς οὐκ ἀπεξενωμένος αὐτοῦ γεγονώς, οὐδὲ ἀλλότριος τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως· εἷς δὲ τῶν σφόδρα γνησίων αὐτοῦ μαθητῶν· ὡς καὶ τὸν θρόνον ἀναδέξασθαι πρῶτον τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ αὐτοῦ ἀδελφοὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα κατ᾽ ἀρχὰς οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτόν, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα δῆλοί εἰσι πιστεύσαντες. ἱστορεῖ δ᾽ οὖν τὸ εὐαγγέλιον ὡς ἄρα ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω ζητοῦντες λαλῆσαι αὐτῷ. καὶ ἐν ταῖς πράξεσι δὲ τῶν ἀποστόλων λέλεκται, ὡς ἄρα ἦσαν οἱ ἀπόστολοι κοινῇ πάντες προσκαρτεροῦντες τῇ προσευχῇ σὺν Μαριὰμ τῇ μητρὶ αὐτοῦ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. πῶς οὖν δύναται τούτοις ξένος εἶναι νομίζεσθαι; ὥστε μὴ χώραν ἔχειν περὶ τούτων λέγεσθαι τό, ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου. οὐ

* Textus vitiatus.

A mea; sed propter te prædictum opprobrium sustinui, & operuit confusio faciem meam; sive secundum Symmachum, *Operuit ignominia faciem ejus.* (Symmachi) Et hæc omnia, inquit, propter te passus sum, id est, propter voluntatem tuam. Quinetiam *extraneus factus* 9. *sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.* Duos hic ordines significat; alterum eorum qui vere fratres ejus erant, quibus extraneus factus est; alterum eorum qui filii matris ejus erant, sed non fratres ejus, quibus peregrinus effectus est. Et tamen oportuit B filios matris ejus, cum fratres ejus essent, perinde atque priores nuncupari fratres. At filios matris fratres non vocavit, utpote alios & diversos a priore ordine eorum qui fratres vocati sunt. Fratres ergo ejus, discipuli existimandi, de quibus alibi dicit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, & in medio* (Psal. 21. 23.) *Ecclesiæ laudabo te.* Et in Evangelio post resurrectionem ex mortuis, cum Mariæ visus est, dicebat: *Vade ad fratres meos, & dic* (Joan. 20. 17.) *illis: Adscendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.* His itaque fratribus suis extraneus factus est tem- C pore prædictæ passionis, quando omnes discipuli ejus relicto eo fugiebant, ipseque præcipuus Apostolorum Petrus ter negavit eum. His peregrinus & extraneus effectus est. Filiis item matris suæ, qui fratres sui non erant, peregrinus fuit. Meminit porro Evangelium fratrum & Matris ejus, ubi cum venisset in patriam suam, docebat in Synagoga, ita ut ipsi stuperent ac dicerent: *Unde huic sapientia hæc? Nonne hic est fabri filius?* (Matth. 13. 54.) *Nonne mater ejus & fratres ejus, & sorores ejus omnes apud nos sunt? Unde huic hæc* D *omnia?* Si igitur filios matris ejus in hoc psalmo sic vocatos, pro istis accipiamus, necesse est nos sanctam Virginem, reliquorum fratrum ejus matrem dicere. Verum Jacobus qui dicitur frater Domini, non videtur peregrinus ipsi fuisse, nec fidei in ipsum extraneus; imo vero unus ex iis qui cum primis inter germanos ejus discipulos erant; ita ut ipse primus Jerosolymitanæ Ecclesiæ thronum acciperet. Reliqui item ejus fratres, etsi a principio non crederent in ipsum, at certum est eos postea credidis- E se. Narrat enim Evangelium, Matrem & fratres ejus foras stetisse quærentes eum alloqui. Et in Actibus Apostolorum dicitur, fuisse Apostolos una perseverantes in oratione (Act. 1. 14.) cum Maria matre ejus & fratribus ejus. Qui ergo existimetur iis peregrinus esse? Nullus itaque locus superest ut de iis dicatur, *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.* Non enim iis

peregrinus, sed multum pretiosus erat: ita
ut nullatenus credere liceat memoratos fra-
tres ejus, filios Mariæ fuisse. Alii sane fue-
rint qui in psalmo filii matris ejus dicuntur,
quibusque extraneus factus est. Intelligas
porro matrem quidem ejus esse Judæorum
Synagogam omnemque cognationem se-
cundum carnem, eorum scilicet qui ex cir-
cumcisione erant; filios vero hujusmodi ma-
tris, eos qui ipsum abnegarunt, ac dixerunt,
Joan. 9. 29. *Hunc autem nescimus unde sit.* Ideo, cum il-
lum peregrinum existimarent, dicebat eis:
Joan. 8. 43. *Cur loquelam meam non nostis, quia non po-
testis audire sermonem meum.* Peregrinum e-
Ibid. 48. tiam illum putabant cum dicerent: *Nonne
bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, &
Joan. 5. 43. dæmonium habes?* Quare dicebat eis: *Ego
veni in nomine Patris mei, & non accipitis
me; si alius venerit in nomine proprio, ipsum
accipietis.* Sic igitur peregrinus & extraneus
factus est filiis matris suæ.

Hæc porro omnia sustinuit ob eam, quæ
mox adfertur, causam, quam necessario a-
10. perit dicens: *Quoniam zelus domus tuæ com-
edit me, & opprobria exprobrantium tibi ce-
ciderunt super me.* Quia enim multa usus fi-
ducia, eos qui domum Patris sui, domum
negotiationis & speluncam latronum facie-
bant, coarguebat & pellebat; ideo insidia-
bantur ipsi. Quod declarat Evangelista di-
Joan. 2. 13. cens: *Et prope erat Pascha Judæorum, & ad-
scendit Jesus Jerosolymam: & invenit in tem-
plo vendentes oves & boves, & nummulario-
rum effudit æs & mensas. Et iis qui columbas
vendebant dixit: Auferte ista hinc, & nolite
facere domum Patris mei, domum negotiationis.*
Quibus subjungit, *Recordati sunt discipuli
ejus quia scriptum est, Zelus domus tuæ come-
dit me.* Sed etiam opprobria exprobranti-
um Deo in se recipiens, eorum ultor fuit:
quamobrem dicebat, *Et opprobria expro-
brantium tibi ceciderunt super me.* Non ferens
enim eos qui operibus suis opprobrium re-
ligionis legibus inferebant, principes gentis
coarguebat. Quare turbas & discipulos suos
Matth. 23. 2. cohortabatur dicens: *Super cathedram Moy-
sis sederunt Scribæ & Pharisæi: omnia ergo
quæcumque dixerint vobis facite & servate, se-
cundum opera autem eorum nolite facere. Di-
cunt enim, & non faciunt.* Deinde vero argu-
ens hæc in eorum personam proferebat: *Væ
Matth. 23. 27. vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia clau-
ditis regnum cælorum in conspectu hominum;*
ac rursum, *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, quia
similes estis sepulcris dealbatis.* Ob tales ita-
que correptiones, insidias ipsi pararunt.
Quapropter hic ait: *Zelus domus tuæ come-
dit me, & opprobria exprobrantium tibi ceci-
derunt super me. Et operui in jejunio animam*

A γὰρ ἦν τούτων ξένος, ἀλλὰ καὶ ἄγαν τίμιος.
ὡς μηκέτι τοὺς προλεχθέντας αὐτοῦ ἀδελφοὺς
υἱοὺς εἶναι τῆς Μαρίας ἡγεῖσθαι. ἕτεροι δ' ἂν εἶεν
παρὰ τούτοις οἱ διὰ τοῦ ψαλμοῦ λεγόμενοι υἱοὶ
τῆς μητρὸς αὐτοῦ οἷς ξένος ἐγενήθη. νοήσεις δὲ μη-
τέρα μὲν, τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν καὶ
πᾶσαν τὴν κατὰ σάρκα συγγένειαν τῶν ἐκ περι-
τομῆς. υἱοὺς δὲ τῆς τοιαύτης μητρὸς, τοὺς ἀρνη-
σαμένους αὐτὸν, καὶ εἰρηκότας, τοῦτον δὲ οὐκ οἴ-
δαμεν πόθεν ἐστίν. διὸ ἔλεγεν αὐτοῖς, ἐπειδὴ ξέ-
νον αὐτὸν ἐνόμιζον· διατί τὴν λαλιὰν τὴν ἐμὴν
οὐ γινώσκετε, ὅτι οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον
B τὸν ἐμόν. ξένον δὲ αὐτὸν πάλιν ἡγοῦντο λέγοντες,
οὐ καλῶς ἡμεῖς λέγομεν ὅτι Σαμαρείτης εἶ
σὺ καὶ δαιμόνιον ἔχεις; διὸ ἔλεγε πρὸς αὐτούς·
ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου,
καὶ οὐ λαμβάνετέ με. ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ
ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. οὕτω τοί-
νυν ξένος καὶ ἀλλότριος γέγονε τοῖς υἱοῖς τῆς μη-
τρὸς αὐτοῦ.

Ταῦτα δὲ πάντα ὑπέμεινε διὰ τὴν ἐπιλε-
γομένην αἰτίαν ἣν ἀναγκαίως παρίστησι λέγων·
ὅτι ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με, καὶ οἱ ὀνει-
δισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ. ἐπει-
C δὴ γὰρ πολλῇ παρρησίᾳ χρώμενος, τοὺς τὸν οἶ-
κον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ οἶκον ἐμπορίου καὶ σπήλαιον
λῃστῶν ποιοῦντας ἤλεγχέ τε καὶ ἤλαυνε, τού-
του χάριν ἐπεβούλευον αὐτῷ· ὃ δὴ παρίστησιν ὁ
εὐαγγελιστὴς εἰπών· καὶ ἦν ἐγγὺς τὸ πάσχα τῶν
Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ
εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ πωλοῦντας πρόβατα καὶ βόας,
καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὰ κέρματα καὶ τὰς τρα-
πέζας. καὶ τοῖς τὰς περιστερὰς πωλοῦσιν εἶπεν·
ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, καὶ μὴ ποιεῖτε τὸν οἶ-
κον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου, ἐπιλέγει·
ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι γεγραμ-
D μένον ἐστὶν, ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με·
ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀνειδισμοὺς τῶν ὀνειδιζόντων τὸν θεὸν
εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνων, ἔκδικος ἐγένετο τού-
των. διὸ ἔλεγε· καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων
σε ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ. οὐ γὰρ φέρων τοὺς διὰ
τῶν οἰκείων ἔργων ὄνειδος περιτρίβοντας τῷ τῆς
θεοσεβείας νόμῳ, τοὺς ἐλέγχους ἐποιεῖτο κατὰ τῶν
ἀρχόντων τοῦ ἔθνους. διὸ τοῖς ὄχλοις καὶ τοῖς μαθη-
ταῖς αὐτοῦ παρῄνει λέγων· ἐπὶ τῆς καθέδρας Μω-
σέως ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι.
πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν ποιήσατε καὶ τη-
ρεῖτε· κατὰ δὲ τὰ ἔργα αὐτῶν μὴ ποιεῖτε. λέγουσι
E γὰρ καὶ οὐ ποιοῦσιν. εἶτ' ἑξῆς ἀπελέγχων αὐτοὺς
εἰς αὐτῶν πρόσωπον ἔλεγεν· οὐαὶ ὑμῖν Γραμ-
ματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι κλείετε τὴν
βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώ-
πων· καὶ πάλιν, οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρι-
σαῖοι, ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις.
τῶν γοῦν τοιούτων ἐλέγχων ἕνεκα τὴν ἐπιβου-
λὴν αὐτῷ συνεσκευάσαντο. διόπερ ἐνταῦθά φη-
σιν· ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με, καὶ οἱ
ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσαν ἐπ'
ἐμέ. καὶ συνεκάλυψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν

μου, καὶ ἐγενήθη εἰς ὀνειδισμοὺς ἐμοί. ὅτε μὲν φησὶν ἑώρων τὸν σὸν οἶκον πάσης πεπληρωμένον ἀνομίας, καὶ ποτὲ μὲν γιγνόμενον οἶκον ἐμπορίου, ποτὲ δὲ σπήλαιον λῃστῶν, πυρούμενος ὑπὸ θείου ζήλου, ἤλαυνον τοὺς ἔνδον παρανομοῦντας· ἀλλὰ καὶ ὅτε ταῖς ἑαυτῶν ἀθεμίτοις πράξεσιν ὄνειδος περιῆπτόν σοι τῷ θεῷ, οὗ τὴν θεοσέβειαν ἐπηγγέλλοντο, πάλιν εἰς ἐμαυτὸν ἀναλαμβάνων τοὺς τοιούτους ὀνειδισμούς, ἠναγκαζόμην παρρησίᾳ χρῆσθαι καὶ τοὺς ἐλέγχους αὐτοῖς θεραπευτικῶς προσφέρειν· ὅτε δὲ ἑώρων ἀναισθήτως αὐτοὺς ἔχοντας καὶ μὴ ἐπιστρεφομένους τοῖς ἐμοῖς ἐλέγχοις, ἀποκλαιόμενος αὐτῶν τὴν ἀπώλειαν, ἐνήστευον καὶ κατεπόνουν ἐμαυτὸν ὑπὲρ αὐτῶν. οἱ δὲ καὶ οὕτως ὠνείδιζόν μοι διασύροντες καὶ χλευάζοντες τὴν ἐμὴν νηστείαν. βουλόμενος δὲ αὐτοῖς ὑπογραμμὸν μετανοίας δεικνῦναι, οὐ μόνον νηστείαις ἐμαυτὸν κατεπόνουν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔνδυμά μου σάκκον ἐποιούμην, κολάζων καὶ τιμωρούμενος τὴν ἐμαυτοῦ σάρκα, αὐτῷ τε ἔργῳ τρόπον ἐξομολογήσεως καὶ τῆς προτέρων ἁμαρτημάτων καθάρσεως ἐπιδεικνὺς αὐτοῖς. οἱ δὲ καὶ ταῦτα γελῶντες ἀντὶ παραβολῆς με εἶχον. συνερχόμενοι μὲν ἅμα καὶ πρὸς ταῖς ἑαυτῶν πύλαις καθεζόμενοι, πᾶσαν δὲ τὴν ἑαυτῶν ὁμιλίαν περὶ ἐμοῦ ποιούμενοι, καὶ μονονουχὶ ἀδολεσχοῦντες πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ κατ᾽ ἐμοῦ χλεύῃ. οὐκ ἀπήρκει δὲ αὐτοῖς διασύρειν καὶ χλευάζειν τὰς ἐμὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἀσκήσεις, ἀλλὰ καὶ συμπόσια συγκροτοῦντες, ᾠδὰς καὶ ᾄσματα εἰς ἐμὲ διεξῄεσαν οἰνοφλυγοῦντες καὶ μεθυσκόμενοι ἐν ταῖς κατ᾽ ἐμοῦ παροινίαις. ἐφ᾽ οἷς ἔτι μᾶλλον ἐγὼ συνεκάλυπτον ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου· καὶ ἐτιθέμην τὸ ἔνδυμά μου σάκκον, τὴν αὐτῶν ἀπώλειαν ἀποκλαιόμενος. διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται, καὶ ἔκλαυσα ἐν νηστείᾳ ψυχήν μου, καὶ ἐγενήθη εἰς ὀνειδισμοὺς ἐμοί. καὶ ἔδωκεν ἔνδυσίν μου σάκκον, καὶ ἐγενόμην αὐτοῖς εἰς παραβολήν. ὡμίλουν ἐν ἐμοὶ καθήμενοι πύλην καὶ ψαλμοὶ πινόντων μέθυσμα. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· καὶ κλαίοντι μετὰ νηστείας τὴν ψυχήν μου ἐγένετο εἰς ὄνειδος ἐμοί, καὶ τάσσων τὸ ἔνδυμά μου σάκκον, καὶ ἐγενόμην αὐτοῖς εἰς παραβολήν. διηγοῦντό με καθήμενοι ἐν πύλῃ, καὶ ἔψαλλόν με οἱ πίνοντες μέθυσμα. ἀλλὰ τούτοις συνεξετάσαι ἀναγκαῖον πῶς εἴρηται ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἐν εὐαγγελίοις· ἦλθεν Ἰωάννης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων, καὶ λέγουσιν, δαιμόνιον ἔχει· ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγουσιν· ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. ἀλλ᾽ ἐρεῖς ταῦτα κατ᾽ ἀρχὰς τοῦ εὐαγγελίου γίγνεσθαι, ὅτε διὰ τὸ μὴ νηστεύειν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογίαν ποιούμενος, ἔφασκεν· οὐ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν, ἐφ᾽ ὅσον μετ᾽ αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος· ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν. ὁρᾷς

A *meam, & factum est in opprobrium mihi.* Cum, inquit, domum tuam viderem omni iniquitate repletam, & modo domum negotiationis, modo speluncam latronum effectam, divino incensus zelo, eos qui intus iniquitatem operabantur ejeci. Imo etiam cum nefariis gestis suis opprobrium tibi Deo inferrent, erga quem tamen religionem profitebantur, in me rursum opprobria hujusmodi recipiens, necessitate compulsus, correptiones ipsis ad remedium admovebam. Ut videbam autem illos nullo sensu moveri, neque resi-
B piscere ex reprehensione mea, eorum perniciem deplorans jejunabam, meque illorum causa macerabam. Illi autem tunc etiam exprobrabant mihi, & jejunium meum profusis cachinnis irridebant. Cum vellem porro exemplum pœnitentiæ ipsis proponere, non modo jejuniis me macerabam, sed etiam pro vestimento ponebam cilicium, carnem meam castigans & puniens, atque ipso opere modum confessionis atque purgationis pristinorum peccatorum ipsis commonstrabam. Illi vero hæc quoque deridentes
C pro parabola me habuerunt, simul convenientes, & ad portas suas sedentes, de me unà colloquia miscentes, ac mutuo nugas spargentes dum me irriderent. Neque sat illis fuit quod me deluderent, atque ob mea pro illis suscepta exercitia ridiculum agerent; sed etiam convivia agentes, cantilenas vino capti & ebrii, in me debacchantes edebant. Qua de causa ego multo magis operiebam in jejunio animam meam, & ponebam vestimentum meum cilicium, exitium ipsorum deplorans. Quare secundum
D Aquilam dicitur: *Et ploravi in jejunio animam meam, & factum est in opprobria mihi.* Aquilæ.
Et dedit vestimentum meum saccum, & factus sum illis in parabolam. 12. *Colloquebantur in me sedentes ad portam: & psalmi bibentium* 13. *ebrietatem;* secundum Symmachum autem: Symmachi. *Et ploranti post jejunia animam meam, factum est in opprobrium mihi. Et ponens indumentum meum saccum, & factus sum illis in parabolam. Enarrabant me sedentes in porta, & psallebant me bibentes ebrietatem.* At horum occasione disquirendum est, cur a Servatore
E dictum in Evangelio fuerit: *Venit Joannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.* Matth. 11. 18. Sed dicas hæc initio Evangelii facta esse, quando eo quod discipuli ejus non jejunarent, pro ipsis, objecta depellens, dicebat: *Non possunt filii thalami sponsalis jejunare, quamdiu cum illis est sponsus: auferetur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt.* Matth. 9. 15. Viden'

quod ipse quoque jejunii tempus probe sciret? Si ergo tempus passionis ipsius cum iis quæ jam tractamus contuleris, deprehendes quomodo hæc completa fuerint, quando sublato demum sponso, discipuli ejus jejunabant. Neque veri absimile est, eum prævidentem se brevi post tempore ipsis extraneum fore, & totum ex circumcisione populum sanguinem suum postulaturum esse, Petrum negaturum, & talia contra se perpetranda esse; ut futurum esset tenebras omnia circum obvolvere, solem ipsum obscurari, velum templi scindi, omniaque olim in Israële veneranda everti; nimirum regnum eorum, sacerdotium & sancta sanctorum; omniumque eorum abjectionem & excidium confertim futurum: non veri, inquam, absimile est, ipsum horum causa macerasse in jejunio animam suam, & posuisse vestimentum suum saccum. Qua de causa impii homines ipsum irridebant, dum loco parabolæ futilibus suis sermonibus nugarentur; alioque diei tempore in portis collecti, eos qui præteribant per calumnias in ipsum structas in errorem deducerent; tempore autem cibi, vino & ebrietati vacantes, cantilenas contra ipsum ederent. Quare ille operiebat in jejunio animam suam, & ponebat indumentum suum saccum, idque pro aliorum salute ex bonitatis exsuperantia præstabat.

14. *Ego vero orationem meam ad te Domine, tempus beneplaciti Deus: in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me.* Illi quidem, ait, deridebant, afflictionemque meam traducebant. Ego vero perseverabam orationem meam tibi Domino offerens. Observes porro velim, Hebraïcam Scripturam hic quo-
Lectio Hebraici exempl. que quatuor literarum voce Dominum exprimere. Te vero Dominum deprecans dicebam: *Tempus beneplaciti Deus*; sive se-
Symmachi. cundum Symmachum, *tempus reconciliationis. Deus in multitudine misericordiæ tuæ exaudi me.* Nam si alias vox tua Patris mei
Matth. 3. 17. mihi hæc testificata est, *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui*; nunc maxime tempus beneplaciti est: quare precor ut in multitudine misericordiæ tuæ exaudias me, & in veritate salutis tuæ serves me. Non humanam quippe postulo salutem, sed veram. Talis porro est quæ ex te provenit, qua me rogo eripi a luto ut non infigar. A quo luto, nisi de quo superius dicebam, *Infixus sum in limo profundi, & non est substantia?* Nam qui superius limus profundi dictus est, hic lutum vocatur. His porro significat solutionem corporis in mor-
Psal. 15. 10. te, de qua in alio sic loquebatur: *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis*

A γὰρ ὡς καὶ αὐτὸς ἠπίστατο τὸν τῆς νηστείας καιρόν; εἰ τοίνυν τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ συνεξετάσειας τοῖς μετὰ χεῖρας προκειμένοις, εὕροις ἂν ὅπως ταῦτα ἐπληροῦτο, ὅτε λοιπὸν αἰρομένου τοῦ νυμφίου καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐνήστευον. ἐφ' οἷς οὐκ ἀπεικὸς ἦν καὶ αὐτὸν προορῶντα ὡς μικρὸν ὕστερον ἀπηλλοτριωμένος ἔσται αὐτοῖς, καὶ ὡς τὸ πᾶν ἔθνος τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐξαιτήσεται, καὶ ὡς Πέτρος αὐτὸν ἀρνήσεται, καὶ τοιαῦτα κατ' αὐτοῦ τολμηθήσεται, ὥστε σκότος διαλαβεῖν τὸ περίγειον, ἥλιόν τε αὐτὸν σκοτισθῆναι, καὶ τὸ κατα-
B πέτασμα τοῦ ναοῦ σχισθῆναι, ἀνατραπῆναί τε πάντα τὰ πάλαι τοῦ Ἰσραὴλ σεμνά, λέγω δὲ τὴν βασιλείαν αὐτῶν καὶ τὴν ἱερωσύνην καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων πάντων τε τούτων ἀποβολὴν καὶ ἀνατροπὴν ἀθρόαν γενέσθαι· τούτων ἕνεκα οὐκ ἀπεικὸς ἦν αὐτὸν καταπονεῖν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ θεῖναι τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ σάκκον· ἐφ' ᾧ καὶ ἐχλεύαζον αὐτὸν οἱ ἀσεβεῖς, ἀντὶ παραβολῆς ταῖς κατ' αὐτοῦ διηγήσεσιν ἀδολεσχοῦντες· καὶ τὸν μὲν ἄλλον καιρὸν τῆς ἡμέρας ἐν ταῖς πύλαις συναγόμενοι, τοὺς δι' αὐτῶν διερχομένους ταῖς κατ'
C αὐτοῦ διαβολαῖς ἐπλάνων· ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς τροφῆς, οἴνῳ καὶ μέθῃ σχολάζοντες, ᾠδὰς συνετίθεσαν κατ' αὐτοῦ. διὸ συνεκάλυπτεν ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. καὶ ἐτίθετο τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ σάκκον, ὑπὲρ τῆς ἑτέρων σωτηρίας, δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας ταῦτα πράττων.

Κἀγὼ δὲ ἡ προσευχή μου πρὸς σὲ κύριε, καιρὸς εὐδοκίας ὁ θεός, ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου ἐπάκουσόν μου. οἱ μὲν ἐχλεύαζον, φησί, καὶ διέσυρον τὰς ἐμὰς κακώσεις· ἐγὼ δὲ προσεκαρτέρουν, τὴν ἐμὴν προσευχὴν σοὶ
D τῷ κυρίῳ προσαναφέρων. τήρει δὲ ὡς καὶ ἐνταῦθα τὸν κύριον διὰ τοῦ τετραγράμμου ἡ Ἑβραϊκὴ ἐπισημαίνεται γραφή· εὐχόμενος δὲ πρὸς σὲ τὸν κύριον ταῦτα ἔλεγον· καιρὸς εὐδοκίας ὁ θεός· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, καιρὸς διαλλαγῆς. ὁ θεὸς ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου ἐπάκουσόν μου. εἰ γὰρ καὶ ποτε ἄλλοτε ἡ σὴ τοῦ πατρὸς ἐμαρτύρησε φωνὴ λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ηὐδόκησα· ἀλλὰ νῦν μάλιστα καιρός ἐστι τῆς εὐδοκίας· διὸ ἱκετεύω ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου ἐπακοῦσαί μου, καὶ ἐν ἀληθείᾳ τῆς σω-
E τηρίας σου σῶσαί με. οὐ γὰρ ἀνθρωπίνης δέομαι σωτηρίας, ἀλλὰ τῆς ἀληθοῦς. τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ παρὰ σοῦ, καθ' ἣν σωθῆναι ἱκετεύω ἀπὸ πηλοῦ, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ. ποίου δὲ πηλοῦ, ἢ περὶ οὗ ἀνωτέρω ἔλεγον· ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις; ἡ γὰρ ἀνωτέρω λεχθεῖσα ἰλὺς βυθοῦ, ἐνταῦθα πηλὸς ὠνόμασται. σημαίνει δὲ διὰ τούτων, τὴν τοῦ σώματος ἐν τῷ θανάτῳ λύσιν, περὶ ἧς ἐν ἑτέρῳ ἔφασκεν· οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς τὸν ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν

ὅσιον

ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. οἱ μὲν οὖν ὑπὸ τοῦ θανάτου κρατηθέντες, διαφθορὰν ὑπομείναντες, καὶ ἐν φθορᾷ γενόμενοι, ἐναπομείναντές τε αὐτῇ, ἐνεπάγησαν εἰς τὸν πηλόν. ἐγὼ δὲ εἰ καὶ κατῆλθον κενώσας ἐμαυτὸν μέχρι τούτου· ἀλλ' ἱκετεύω λέγων· σῶσόν με ἀπὸ πηλοῦ, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ. τὰ δὲ ἑξῆς ἐπιλεγόμενα τὰς ἐν αὐτῷ τῷ θανάτῳ δυνάμεις παρίστησιν· ἀφ' ὧν ῥυσθῆναι εὔχεται λέγων· ῥυσθείην ἐκ τῶν μισούντων με καὶ ἐκ τῶν βαθέων τῶν ὑδάτων· μή με καταποντισάτω καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ καταπιέτω με βυθός. ταῦτα δὲ τὰ ὕδατα οἵ τε ἐν αὐτοῖς δράκοντες, καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐδηλοῦντο, κατὰ τὸ σῶσόν με ὁ θεὸς ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. ἀλλὰ διὰ μὲν τῶν προτέρων τὴν κάθοδον αὐτοῦ τὴν εἰς ταῦτα παρίστη· διὰ δὲ τῶν μετὰ χεῖρας, τὴν ἀπὸ τούτων ἐπάνοδον. ῥυσθείην γάρ φησιν ἐκ τῶν βαθέων τῶν ὑδάτων· καί, μή με καταποντισάτω καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ καταπιέτω με βυθός, μηδὲ συσχέτω ἐπ' ἐμὲ φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ. τὰς μὲν γὰρ λοιπὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, καὶ τὸ φρέαρ συνέσχε καὶ ἀπέκλεισε τῷ ἑαυτοῦ στόματι. φρέαρ δὲ στόμα ἔχον, αὐτὸς ἂν λεχθείη ὁ θάνατος, ὁ ἐξ αἰῶνος πάντας καταπεπωκὼς τοὺς εἰς αὐτὸν καταπεπτωκότας, καὶ μετὰ τὸ καταπιεῖν ἐνδακών, ὥσπερ καὶ ἀποκλείσας τὸ ἑαυτοῦ στόμα, πρὸς τὸ μή τινα παλινδρομῆσαι. ἐπ' ἐμοῦ δὲ μὴ γένοιτο τοῦτο. διὸ ἀντιβολῶ σε τὸν πατέρα λέγων· μή με καταποντισάτω καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ καταπιέτω με βυθός, μηδὲ συσχέτω ἐπ' ἐμὲ φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ. ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, μηδὲ ἐπιστομισάτω μοι φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ. καὶ νῦν μὲν ὑδάτων μέμνηται καὶ βυθῶν καὶ φρέατος· ἐν δὲ τῷ κα΄. ψαλμῷ τὰ αὐτὰ ταῦτα σημαίνων, ἑτέροις ὀνόμασι κέχρηται λέγων· ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου. σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. καὶ ταῦτα γὰρ περὶ τῶν ἐν τῷ καλουμένῳ ᾅδῃ δυνάμεων ἀντικειμένων λέλεκται, ὡς τοὺς τόπους διηγούμενοι παρεστήσαμεν.

Εἰσάκουσόν μου κύριε, ὅτι χρηστὸν τὸ ἔλεός σου· κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ. καὶ ἐν τούτῳ διὰ τοῦ παρ' Ἑβραίοις ἀνεκφωνήτου τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὁ σωτὴρ ἐπικαλεῖται λέγων· ἐπειδὴ τάδε καὶ τάδε ᾔτησα, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ εἰς τὸν πηλόν, καὶ ὅπως ῥυσθείην ἐκ τῶν βαθέων τῶν ὑδάτων, τά τε τούτοις ἑξῆς, τούτου χάριν ἐπίνευσόν μου τῇ δεήσει ὦ κύριε, ὅτι χρηστὸν τὸ ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ. μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τοῦ παιδός σου. ἐν οἷς παρακαλεῖ ἐπιβλέψαι καὶ μὴ ἀποστρέψαι τὸ πρόσωπον ἐξ αὐτοῦ· ἵν' ὥσπερ μέγας ἀγωνοθέτης δοκιμάσῃ τὸν ἀγῶνα ὃν ὑπέστη καὶ τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν ταπεί-

A *sanctum tuum videre corruptionem.* Qui igitur a morte detinentur, corruptionem passi, in eaque constituti, cum in ea permanserint, infixi sunt in luto: ego vero etiamsi descenderim, ad lutum usque humilians meipsum; precor tamen his verbis: *Eripe me de luto,* 15.
ut non infigar. Quæ porro subsequuntur, virtutes in ipsa morte sitas denotant, a quibus eripi se rogat dicens: *Liberer ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum. Non me* 16.
demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum. Hæ vero aquæ, & dracones in B ipsis degentes, superius indicabantur in illo: *Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* Sed prius quidem ejus in aquas descensus declarabatur; in his autem regressus inde notatur. *Liberer,* inquit, *de profundis aquarum,* &, *non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum.* Cæteras quippe hominum animas mors absorpsit, & prævaC luit, ac puteus ursit, & conclusit ore suo. Puteus autem ore instructus, ipsa mors esse dicatur, quæ ab initio omnes isthuc delapsos deglutivit: & postquam deglutivit, momordit, ac si occlusisset os suum, ne quis inde reverteretur. Mecum autem ne pari modo agatur. Quare tibi Patri supplico dicens: *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum;* sive secundum Symmachum, *Neque obturet super me puteus os suum.* Symmachi.
Et jam quidem aquas, profunda, & puteum D memorat: in vigesimo autem primo psalmo eadem ipsa aliis vocabulis indicat dicens: *Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis unigenitam meam. Salva me ex ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam.* Psal. 21. 21.
Et hæc de adversariis potestatibus in inferno, ut vocant, degentibus dicta sunt, ut in hujusmodi locorum explicatione declaravimus.

Exaudi me Domine, quoniam benigna est 17.
misericordia tua, secundum multitudinem miE serationum tuarum respice in me. Hic quoque ineffabili apud Hebræos voce Servator Patrem suum invocat dicens: Quia hæc & illa rogavi, ut ne infigar in luto, ut liberer a profundis aquarum, & cætera quæ sequuntur, ideo annue obsecrationi meæ, ô Domine, *quoniam benigna est misericordia tua, & secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Ne avertas faciem tuam a puero* 18.
tuo. Quibus rogat ut respiciat, nec avertat faciem suam a se; ut quasi magnus agonotheta probet quod certamen subierit, quam

patientiam & humilitatem: de qua gloriatus, Patrem rogat ut ne avertat faciem suam, sed se respiciat. Dehinc subjungit: *Quoniam tribulor, velociter exaudi me;* sive secundum Aquilam, *Quia angustum mihi, velociter exaudi me.* (Aquilæ.) Hanc porro sententiam intelligas, si consideres quod dictum est: *Angusta & arcta via est, qua ducit ad vitam, & pauci sunt qui ingrediuntur per eam.* (Matth. 7. 14.) Ipse igitur, qui primus hac angusta & arcta via incessit, dicebat: *Quoniam angusta mihi, & quoniam tribulor, velociter exaudi me.* In superioribus quoque tribulationem & angustiam suam sic declarabat: *Et operui in jejunio animam meam, & factum est in opprobrium mihi. Et posui vestimentum meum saccum.* Patrem itaque rogabat hæc ut respiceret, & consideraret quæ pro nobis certamina susti-
19. nuerit. Quare dicebat: *Intende animæ meæ & libera eam.* Deinde vero recte facta ostendens sua, quæ ut ille respiciat obsecrat, per-
20. git: *Propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperium meum & confusionem meam & reverentiam meam.* Quemadmodum enim supra dicebat, *Tu scis insipientiam meam, & delicta mea a te non sunt abscondita;* sic & nunc, tua, inquit, cognitione digna sunt improperia mea. De illis quoque superius agebat dicens: *Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.* Quandoquidem igitur ex judicio tuo & nutu opprobria sustinui & ignominia plenam passionem, ideo dico, *Tu scis improperium meum & confusionem meam & reverentiam meam.* Confusionem nosti meam, non indignam notitia tua; & reverentiam seu pudorem, quem sustinui, cum *dorsum meum dedi ad flagella, & faciem meam ad alapas.* Neque pari atque ego ratio-
21. ne cruciantes me nosti: neque enim illi cognitione tua digni. Quare de illis dico: *Contra te sunt omnes qui tribulant me.* Ita porro contra te sunt, ut contraria tibi eligentes: meque cruciant, nihil utilitatis ex ministerio meo nacti, atque in suam perniciem cruciant. Addit postea: *Improperium exspectavit cor meum & miseriam.* Quod clarius interpretatus Symmachus est dicens: *Improperium confregit cor meum, & dolebam;* (Symmachi.) Aquila vero, *Improperium,* inquit, *contrivit cor meum, & desperatus sum.* (Aquilæ.)

22. *Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit; & qui consolaretur, & non inveni. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.* Secundum Symmachum autem: (Symmachi.) *Et exspectabam qui simul contristaretur, & non fuit; & consolantem, & non inveni. Et injiciebant in cibum meum fel, & in siti mea potaverunt me aceto.* Discipulos ejus

νωσιν, ἐφ' ᾗ σεμνυνόμενος, ἀξιοῖ τὸν πατέρα μὴ ἀποστρέψαι τὸ πρόσωπον ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπιβλέψαι εἰς αὐτόν. εἶτα ἐπιλέγει· ὅτι θλίβομαι τάχυ ἐπάκουσόν μου. ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ὅτι στενόν μοι, τάχυ ἐπάκουσόν μου. νοήσεις δὲ καὶ τούτου τὴν διάνοιαν ἐπιστήσας ὅπως εἴρηται τὸ, στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς. πρῶτος γοῦν αὐτὸς τὴν στενὴν αὐτὴν καὶ τὴν τεθλιμμένην ὁδεύσας ἔλεγεν· ὅτι στενά μοι, καὶ, ὅτι θλίβομαι, τάχυ ἐπάκουσόν μου. ἐδήλου δὲ καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν τὴν θλίψιν ἑαυτοῦ καὶ τὴν στένωσιν λέγων, καὶ συνεκάλυψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐγενήθη εἰς ὀνειδισμοὺς ἐμοί· καὶ ἔθηκα τὸ ἔνδυμά μου σάκκον. ἐπὶ τούτοις οὖν καὶ παρεκάλει τὸν πατέρα ἐμβλέψαι καὶ θεάσασθαι τοὺς ἄθλους οὓς ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινεν· διὸ ἔλεγε· πρόσχες τῇ ψυχῇ μου καὶ λύτρωσαι αὐτήν. εἶτα δεικνὺς αὐτοῦ τὰ κατορθώματα οἷς ἐμβλέψαι παρεκάλει, ἐπιλέγει· ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου ῥῦσαί με. σὺ γινώσκεις τὸν ὀνειδισμόν μου καὶ τὴν αἰσχύνην μου, καὶ τὴν ἐντροπήν μου. ὡς γὰρ ἀνωτέρω ἔλεγεν· σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου, καὶ αἱ πλημμέλειαί μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβησαν· οὕτω καὶ νῦν τῆς σῆς φησι γνώσεως τυγχάνουσιν ἄξιοι οἱ ὀνειδισμοί μου. ἐδήλου δὲ περὶ τούτων καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λέγων· καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ. ἐπεὶ τοίνυν σῇ κρίσει καὶ σῷ νεύματι τοὺς ὀνειδισμοὺς ὑπέμεινα, καὶ τὸ μεστὸν αἰσχύνης τὸ πάθος, διὰ τοῦτό φημι, σὺ γινώσκεις τὸν ὀνειδισμόν μου καὶ τὴν αἰσχύνην μου, καὶ τὴν ἐντροπήν μου. τὴν μὲν ἐμὴν οἶδας αἰσχύνην οὐκ οὖσαν ἀναξίαν τῆς σῆς γνώσεως, καὶ τὴν ἐντροπήν μου ἣν ὑπέμεινα, τὸν νῶτόν μου δοὺς εἰς μάστιγας καὶ τὰς σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα γινώσκεις. οὐκέτι δὲ ὁμοίως ἐμοὶ τοὺς θλίβοντάς με γινώσκεις. οὐ γὰρ τῆς σῆς τυγχάνουσι γνώσεως ἄξιοι. διὸ περὶ αὐτῶν φημί, ἐναντίον σου πάντες θλίβοντές με. οὕτως δὲ εἰσὶν ἐναντίον σου, ὡς τὰ ἐναντία σοι προῃρημένοι. θλίβουσι δέ με μηδὲν ὠφελούμενοι ἐκ τῆς ἐμῆς θεραπείας, καὶ θλίβουσι διὰ τῆς αὐτῶν ἀπωλείας. εἶτ' ἐπιλέγει· ὀνειδισμὸν προσεδόκησεν ἡ καρδία μου καὶ ταλαιπωρίαν· ὃ δὴ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· ὀνειδισμὸς κατέαξε τὴν καρδίαν μου, καὶ ἠνιώμην· ὁ δὲ Ἀκύλας, ὀνειδισμός, φησί, συνέτριψε τὴν καρδίαν μου καὶ ἀπεγνώσθην.

Καὶ ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξεν, καὶ παρακαλοῦντα, καὶ οὐχ εὗρον. καὶ ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· καὶ ἀνέμενον συλλυπούμενον καὶ οὐχ ὑπῆρξεν, καὶ παρηγοροῦντα, καὶ οὐχ ηὕρισκον. καὶ ἐνέβαλλον εἰς τὴν τροφήν μου χολήν, καὶ ἐν τῇ δίψῃ μου ἐπότισάν με ὄξος. ὅτι μὲν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ

καταλιπόντες αὐτὸν ἔφυγον κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, ὅμως δ᾽ ἐκτὸς λύπης οὐκ ἦσαν, διδάσκει τὸ εὐαγγέλιον. ὅτε γὰρ Πέτρος ἀναγέγραπται ἀποκλαυσάμενος πικρῶς, οἵ τε λοιποὶ συνηγμένοι καὶ ὑφ᾽ ἕνα κρυπτόμενοι οἶκον διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, οὐκ ἔξω λύπης ὑπῆρχον. οὐκ ἂν οὖν ἁρμόσειε ταῦτα περὶ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων λέγεσθαι· ἀλλὰ περὶ τῶν θλιβόντων αὐτὸν, περὶ ὧν ἔλεγεν· ἐναντίον σου πάντες οἱ θλίβοντές με. ἐγὼ μὲν γὰρ πάντα ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἐποίουν, καλύπτων ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου, σάκκῳ τε ἐνδύματι χρώμενος, οἱ δὲ τὰ ἐναντία τούτοις ἔπραττον, τότε μὲν ὀνειδίζοντες καὶ διασύροντες τὰς ἐμὰς νηστείας, τότε δὲ ἐν ταῖς παροινίαις αὐτῶν κατ᾽ ἐμοῦ ψάλλοντες, καὶ πάντα μᾶλλον ἢ συλλυπούμενοι. κἀγὼ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἀλγῶν ἐλυπούμην· οἱ δὲ οὐ συνήλγουν μοι, οὐδὲ συνέπασχον· ἀλλ᾽ οὐδὲ παρακλητός τις αὐτῶν εἰς ἐμὴν παραμυθίαν εὕρηται. πάντα δὲ τὰ κατ᾽ ἐμοῦ ἐγχειροῦντες, εἰς μὲν τὸ βρῶμά μου χολὴν ἔβαλλον· καίτοι τροφὰς αὐτοῖς ἐμοῦ πλουσίας παρεχομένου. διψῶντι δέ μοι, ὄξος ἀντὶ ποτοῦ προσέφερον. τοιαύτην δέ μοι ἐκίρνων χολὴν ὁποίαν ἐδήλου ὁ προφητικὸς λόγος εἰπών· πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; νοήσεις δὲ ὅπως τρέφεται ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἐπακούων αὐτοῦ λέγοντος· ἐπείνων καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, ἐδίψων καὶ ἐποτίσατέ με. εἰ δὲ ἀντὶ τροφίμων καρπῶν τῶν διὰ εὐσεβοῦς βίου, πικρὰς τις προσφέρει κατ᾽ αὐτοῦ βλασφημίας τῇ τε διδασκαλίᾳ αὐτοῦ παρεμπλέκει ἄθεα καὶ ψευδῆ δόγματα, οὗτος εἰς τὸ βρῶμα αὐτοῦ χολὴν ἐμβάλλει, καὶ διψῶντι οἶνον, ἐκτροπίαν τὸν ἐκ τῆς εὐθείας ὁδοῦ παρατετραμμένον δίδωσιν. τοιαῦτα δὲ ἐθέσπιζεν περὶ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ Μωσῆς ἐν μεγάλῃ ᾠδῇ προφητικῶς ἀναφωνῶν καὶ λέγων· ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόῤῥας ἡ σταφυλὴ αὐτῶν σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας αὐτῶν. ὅθεν εἰκότως τοῖς αὐτοῖς καὶ διὰ Ἡσαΐου καταμέμφεται τὸ πνεῦμα λέγον· ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας· καὶ πάλιν ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ κρίσιν, ἐποίησε δὲ ἀνομίαν καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν. ἔργοις πονηροῖς καὶ πράξεσι, πικρῷ τε λόγῳ καὶ βίῳ ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμα τοῦ σωτῆρος χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν αὐτοῦ ἐπότισαν αὐτὸν ὄξος. ἐπεὶ δὲ ἔδει καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν τὸν τῆς προφητείας ἀποπληρωθῆναι λόγον, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ ἱστορεῖ ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων· μετὰ τοῦτο εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντα τετέλεσται ἤδη, ἵνα πληρωθῇ ἡ γραφὴ, λέγει διψῶ. λεκάνη ἔκειτο ὄξους μεστή. σπόγγον οὖν μεστὸν ποιήσαντες ὄξους μετὰ χολῆς καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι· ὅτε οὖν ἔλαβεν ὁ Ἰησοῦς τὸ ὄξος μετὰ τῆς χολῆς, εἶπε, τετέλεσται καὶ αὕτη ἡ γραφή. καὶ κλίνας τὴν κε-

A tempore passionis, ipso derelicto, effugisse, neque tamen dolore vacuos fuisse, docet Evangelium. Cum enim Petrus flevisse amarè scribatur; ac reliqui congregati in domo una latuisse propter metum Judæorum ferantur: nequaquam dolore vacui erant. Hæc igitur de choro Apostolorum dicta fuisse putare consentaneum non est; sed de cruciantibus illum de quibus dictum: *Contra te sunt omnes qui tribulant me.* Ego quippe omnia pro illorum salute agebam, operiens in jejunio animam meam, sacco B utens indumenti loco: illi vero iis contraria perpetrabant, modo exprobrantes traducentesque jejunia mea, mox in compotationibus suis contra me psallentes, ac omnia potius agentes, quam ut mecum contristarentur. Ego vero pro illis dolore adficiebar; illi vero non unà mecum dolebant & angebantur: nec quispiam inter illos fuit qui me consolaretur. Sed nihil contra me non aggredientes, in escam meam fel injecerunt, etiamsi ego lautos illis cibos adposuissem: sitienti vero mihi acetum pro po- C tu offerebant. Hujusmodi vero mihi fel miscebant, quale declarat propheticus sermo dicens: *Quomodo conversa es in amaritudinem vitis aliena?* Quomodo autem alatur Servator noster, intelliges si ipsum audias dicentem: *Esurivi, & dedistis mihi manducare; sitivi, & dedistis mihi bibere.* Quod si pro fructibus ad alendum opportunis, per piam vitam præbitis, acerbas contra ipsum blasphemias quis proferat, & doctrinæ ejus athea & falsa dogmata admisceat, is ad escam ejus fel injicit, & sitienti vinum, vap- D pam a recta via deflectentem offert. Hæc autem de Judaïco populo Moyses in magno cantico prophetice vaticinatus est, hæc vociferans: Nam *ex vinea Sodomorum vinea eorum, & palmes ejus ex Gomorrha. Uva eorum, uva fellis, botrus amaritudinis eorum.* Hinc similiter Spiritus eos per Hesaïam arguit dicens: *Exspectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas*; & rursum, *Exspectavi ut faceret judicium, fecit autem iniquitatem, & non justitiam, sed clamorem.* Operibus ergo & rebus gestis, acerbo sermone & vita, dederunt in E escam Servatoris fel, & in siti ejus potaverunt eum aceto. Quia vero secundum historiam quoque prophetiæ sermonem impleri oportuit, hæc de tempore passionis ejus narrat Evangelista: *Postea sciens Jesus quia omnia consummata sunt jam, ut consummaretur Scriptura, dixit, Sitio. Vas erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto cum felle, & hyssopo circumponentes obtulerunt ori ejus. Cum ergo accepisset acetum cum felle, dixit, Consummata est & hæc Scriptura. Et inclinato ca-*

Jerem. 2. 21.

Matth. 25. 42.

Deut. 32. 32.

Hesai. 5. 2.
Ibid. 7.

Joan. 19. 28.

um; deinde oculi eorum obscurati sunt; postea dorsum eorum semper incurvatum est, effusâ scilicet in illos irâ Dei.

Sub hæc autem aliud ipsis eventurum vaticinatur dicens:
26. *Fiat habitatio eorum deserta;* id est, *fiet: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet;* scilicet, *non erit.* Atenim propheticam notitiam id præterire non oportuit, quod nempe habitatio eorum deserta futura sit; sive secundum Symmachum, *inhabitabilis;* vel secundum Aquilam, *deleta.* Habitationem eorum vocat Jerosolymam, quæ non ultra civitas Dei est, sed eorum habitatio. Quare desertam fore dicit; quod ipso opere comprobatur. Subdit postea: *Et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet,* ex priscis scilicet incolis; quod ipsum etiam oculis rei veritas offert. Si quis enim loca adeat, extremam ibi solitudinem conspiciet; Judæorum nullo audente in urbem accedere, nedum isthic habitare; imo etiam nullum ibi Judæorum habitaculum relictum est, ubi Græcorum quispiam habitare possit. Quapropter dictum est: *Et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet;* vel secundum Symmachum, *In tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.* Radicitus enim & a fundamentis omnia tabernacula & domicilia eorum excisa sunt. Animadverte igitur quot & quanta hic memorentur, sancti loci solitudo, evulsio tabernaculorum ipsorum, extrema gentis abjectio, mentis eorum obscuratio, ignorantia divinarum Scripturarum; quæ non alio tempore completa sunt, quam post impia sua in Christum Dei gesta. Quare horum causam secundùm hæc prophetia
27. narrat his verbis: *Quoniam quem tu percussisti, persequuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt,* &c. Omnia superius enarrata ipsis eventura esse dicit, non propter idolorum cultum; sed *quoniam quem tu percussisti persequuti sunt.* Tu namque secundum hanc prophetiam, *Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis,* rationibus abs te cognitis percussisti. Unde apud Apostolum dicitur: *Si enim proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Cui tradiderit eum, Hesaïas docebit his verbis, *Et Dominus tradidit eum peccatis nostris:* quare factus est pro nobis maledictum. Nam cum peccatum non nosset, Deus illum pro nobis effecit esse peccatum, ut nos simus justitia in ipso. Sed & *homo fuit in plaga constitutus, & sciens ferre infirmitatem: & vibice ejus nos sanati sumus.* Plagas itaque & vibices accepit, & hæc omnia, Patre volente & permittente, passus est. Quamobrem in Zacharia propheta dictum est: *Framea suscitare super pastorem meum, & super virum*

Symmachi.
Aquilæ.
Symmachi.
Zach. 13. 7.
Rom. 8. 32.
Hesai. 53. 6.
Hesai. 53. 5.
Zach. 13. 7.

A οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐσκοτίζοντο. εἶτα ὁ νῶτος αὐτῶν διὰ παντὸς ἐκάμπτετο, τῆς τοῦ θεοῦ ὀργῆς ἐπ' αὐτοὺς ἐκχεομένης.

Μετὰ δὲ ταῦτα, ἄλλο τι γενήσεσθαι αὐτοῖς προαγορεύει φάσκων· γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη· ἀντὶ τοῦ, γενήσεται· καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν· ἀντὶ τοῦ, ἔσται. ἔδει γὰρ μηδὲ τοῦτο παρελθεῖν τὴν προφητικὴν γνῶσιν· ὡς ἄρα καὶ ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἔσται ἔρημος· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἀοίκητος· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἠφανισμένη. ἔπαυλιν δὲ αὐτῶν
B τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνομάζει, οὐκέτι θεοῦ πόλιν οὖσαν, ἀλλ' αὐτῶν ἔπαυλιν. διὸ καὶ ἔρημον αὐτὴν ἔσεσθαι φησίν, ὃ δὴ καὶ ἔργῳ δείκνυται. εἶτ' ἐπιλέγει· καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν, ἐξ αὐτῶν δηλαδὴ τῶν πάλαι οἰκητόρων· ὃ καὶ αὐτὸ ὀφθαλμοῖς ἡ ἀλήθεια τοῦ λόγου παρίστησιν. εἰ γοῦν τις ἀφίκοιτο εἰς τοὺς τόπους, ἴδοι ἂν τὴν ἐσχάτην ἐρημίαν τοῦ τόπου· Ἰουδαίων δὲ οὐδένα τολμῶντα ἐπιβαίνειν τῇ πόλει· μήτιγε οἰκεῖν αὐτόθι· ἀλλ' οὐδ' οἴκησις Ἰουδαϊκὴ περιλέλειπται ἐν τῷ τόπῳ, ὥς τινα τῶν Ἑλλήνων οἰκεῖν ἐν αὐτῇ δύνασθαι. διὸ λέλεκται, καὶ ἐν τοῖς
C σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν. ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· ἐν ταῖς σκηναῖς αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν. ἄρδην γὰρ ἐκ βάθρων πᾶσαι αὐτῶν αἱ σκηναὶ καὶ αἱ οἰκήσεις κατεσκάφησαν. ὅρα τοίνυν ὁπόσων ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος, ἐρημίας τοῦ ἁγίου τόπου, ἀφανισμοῦ τῶν σκηνωμάτων αὐτῶν, τοῦ ἔθνους παντελοῦς ταπεινώσεως, σκοτισμοῦ τῆς διανοίας αὐτῶν, ἀγνοίας τῶν θείων γραμμάτων, ἃ καὶ οὐκ ἄλλοτε ἐπληρώθη εἰς αὐτούς, ἢ μετὰ τὸ ἀσεβῆσαι εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ. διὸ ἐπιλέγει τούτοις ἑξῆς τὴν αἰτίαν, ὧδε φάσκουσα προφητεία· ὅτι ὃν σὺ ἐ-
D πάταξας κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν, καὶ τὰ ἑξῆς. τὰ προλεχθέντα πάντα συμβήσεσθαι αὐτοῖς φησιν, οὐ διά τινα εἰδωλολατρείαν· ἀλλ' ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας κατεδίωξαν. σὺ μὲν γὰρ κατὰ τὴν λέγουσαν προφητείαν, πατάξω τὸν ποιμένα καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης, δι' οὓς αὐτὸς οἶδας λόγους ἐπάταξας. ὅθεν εἴρηται παρὰ τῷ ἀποστόλῳ· εἰ γὰρ τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο· ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν· τίνι δὲ παρέδωκεν αὐτὸν Ἡσαΐας διδάξει λέγων· καὶ κύριος παρέδω-
E κεν αὐτὸν ἁμαρτίαις ἡμῶν. διὸ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. μὴ γνόντα γὰρ αὐτὸν ἁμαρτίαν ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη ἐν αὐτῷ. ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν γέγονεν. καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. οὐκοῦν καὶ πληγὰς καὶ μώλωπας εἴληφεν, καὶ ταῦτα πάντα πέπονθεν, τοῦ πατρὸς βουλομένου καὶ συγχωροῦντος οὕτω γίνεσθαι. διὸ ἐν μὲν Ζαχαρίᾳ τῷ προφήτῃ λέλεκται· ῥομφαία ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, καὶ ἐπ' ἄνδρα

[illegible] alias.

πολίτην αὐτοῦ. πάταξον τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήτω τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. ἐν δὲ τῷ εὐαγγελίῳ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν πρὸς τῷ πάθει γενόμενος τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς διεστέλλετο εἰπών· πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί. γέγραπται γάρ· πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας τοίνυν ψαλμῷ τούτοις συμφώνως εἴρηται τό, ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας κατεδίωξαν. ὁ μὲν οὖν πατὴρ τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν. δυνάμει τε αὐτὸς ἦν ὁ πατάξας διὰ τοῦ συγχωρῆσαι τοιαῦτα αὐτὸν παθεῖν· οἱ δὲ οὐκ ἐπάταξαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἤλασαν ἐξ ἑαυτῶν καὶ μακρὰν ἀπεδίωξαν αὐτόν· δέον καὶ παταχθέντα παραδέξασθαι γνόντας ὅτι Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανεν, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, καὶ ὅτι μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, αὐτὸν ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν· ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη θεοῦ ἐν αὐτῷ. μνημονεῦσαι δὲ χρὴ καὶ τῶν Ἡσαΐου φωνῶν, δι' ὧν ἐλέγετο· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· καὶ κύριος παρέδωκε ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. καί, ὅτι οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. ὅτι τε ἐτραυματίσθη οὐ δι' ἄλλο τι, ἀλλὰ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. οἱ δὲ τούτων μὲν οὐδὲν διενοήθησαν, ἤλασαν δὲ αὐτὸν καὶ ἀπεδίωξαν ἑαυτῶν· ἐξαιτησάμενοι μὲν τὸν φονέα, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀρνησάμενοι. διό φησιν ἐνταῦθα, ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν. ἐγὼ μὲν γὰρ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἀνεδεχόμην τραύματα, καθαρμὸς αὐτῶν γενόμενος, καὶ ἀντίψυχον διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. οἱ δὲ προσέθηκαν ἐμοὶ τὰ ἑαυτῶν κακά. ἔδωκαν γοῦν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος· οὐ μόνον καθ' ὃν ἔπασχον ὑπ' αὐτῶν καιρόν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ταῖς κατ' ἐμοῦ βλασφημίαις παραμένοντες· διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἀντὶ τοῦ, προσέθηκαν, διηγήσονται εἴρηται· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ἐξηγοῦντο. οὐ γὰρ ἀπήρκει τὸ ἅπαξ ποτὲ τραυματίσαι αὐτόν, καὶ τοιαῦτα κατ' αὐτοῦ τολμῆσαι· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ κατορθώμασιν ἐγκαυχώμενοι τοῖς ἑαυτῶν τέκνοις, τὰ κατ' αὐτοῦ τολμηθέντα αὖθις διηγοῦντο. ἐπεὶ τοίνυν αὐτοὶ ταύτην εἵλαντο τὴν μερίδα· διώξαντες μὲν ὃν σὺ ἐπάταξας· ἀνομίας δὲ καὶ ἀσεβείας ἐφ' ἑαυτοὺς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα αὐτῶν σωρεύσαντες, εἰκότως ἐπιλέγεται τούτοις· πρόσθες ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. ἀντὶ τοῦ, προσθήσεις· ἔσται γὰρ αὐτοῖς κακῶν προσθήκη. τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ἐφ' ἡμῖν ἀνθρώποις γίγνεται· τὰ δὲ ἐκ τῶν ἐπακολουθούντων ἔξωθεν τῷ ἐφ' ἡμῖν. διὸ λέλεκταί που πρὸς τὸν θεόν· μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ εἴρηται ἐκ προσώπου αὐτοῦ. καὶ ἐὰν πορευθῆτε πρός με πλάγιοι, πορεύσομαι κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς θυμῷ πλαγίῳ. ἐπεὶ τοίνυν αὐτοὶ ὥσπερ μακρῷ σχοινίῳ τὰς ἀνομίας

A *civem ejus. Percute pastorem, & dispergantur oves gregis.* In Evangelio autem ipse Servator noster passioni vicinus discipulis prænuntiabat dicens: *Omnes vos scandalizabimini in me. Scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.* In hoc similiter psalmo iis adfinia dicuntur, nempe, *Quoniam quem tu percussisti persequuti sunt.* Pater igitur proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Vi etiam & ratione quadam ipse est qui percussit, quia permisit ipsum talia perpeti. Illi vero non modo percusserunt, sed abs se abjecerunt & procul persequuti sunt eum: cum par fuisset saltem percussum excipere, & nosse Christum pro nobis mortuum esse, factum pro nobis maledictum; quem, cum non nosset peccatum, Deus pro nobis peccatum effecit, ut nos efficiamur justitia Dei in illo. Meminisse item oportet Hesaiæ vocum quæ sic habent: *Homo in plaga constitutus, & sciens ferre infirmitatem: & Dominus tradidit eum peccatis nostris.* Et, *quoniam ipse peccata nostra portat, & pro nobis cruciatur.* Quoniam vulneratus est, non alia de causa nisi propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Illi vero nihil eorum cogitarunt, sed ejecerunt eum & ab se repulerunt, postulantes homicidam, ac vitæ principem negantes. Ideo hic ait: *Quoniam quem tu percussisti persequuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Ego quidem pro ipsis vulnera excepi, purgatio eorum effectus, & redemtio pro peccatis eorum: illi vero mala sua mihi addiderunt. *Dederunt* igitur *in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto;* non solum tempore passionis meæ, sed in sequentibus blasphema contra me dicta proferre perseverantes. Quare secundum Aquilam, pro illo, *addiderunt*, dicitur, *enarrabunt*; secundum Symmachum vero, *enarrabant*. Non enim sat illis fuit quod semel ipsum vulnerassent, & talia contra eum ausi fuissent; sed quasi re bene gesta gloriosi, ausus suos filiis enarrabant. Quoniam igitur illi talem portionem cooptarunt, quem tu percussisti persequentes, iniquitates autem & impietates in se & in filios suos coacervantes; jure adjicitur: *Adpone iniquitatem super iniquitatem ipsorum*; id est, *adpones*: ipsis namque malorum accessio erit. Alia enim nobis hominibus ex interioribus eveniunt; alia vero aliunde ex sequentibus interiora nostra. Quare alicubi Deo dicitur: *Cum sancto sanctus eris, & cum perverso perverteris.* In lege quoque ex ipsius persona dicitur: *Si veniatis ad me obliqui, accedam & ego ad vos animo obliquo.* Quia igitur illi quasi funiculo oblongo peccata

Margin notes: *Matth. 26. 31.* — *Hesai. 53. 3.* — *Ibid. 4. & 5.* — *Aquilæ.* — *Symmachi.* — 28. — *Psal 17. 26.* — *Levit. 26. 23.*

B C D E

sua trahebant, jure tu quoque justus judex adpones iniquitatem super iniquitatem ipsorum; ad priorem illam, aliam imputans. Imo quoque ait: *Non intrent in justitiam tuam.* Nam justitia quidem tua justos advocat, omnesque ad intima regni tui secundum promissionem recipit. Qui vero talia ausi sunt, non intrabunt cum iis qui unà cum justitia tua ingressuri sunt: sed neque in libro viventium scribentur; imo contraria iis qui descripti sunt patientur. Etiamsi enim gratia donati mea aliquando in libro viventium, patrum suorum apud Deum viventium causa, conscripti fuerint; ita ut & ipsis promissa oblata sint; at quoniam talia sunt ausi, *Deleantur de libro viventium.*
29. Libri autem viventium rationem explicans, subdit postea, *Et cum justis non scribantur.* Electione quippe facta eorum qui in mundo erant hominum, alii quidem vita quæ apud Deum est digni, ob propriam justitiam apud ipsum describentur; qui autem ex libro delebuntur, ii erunt qui vitæ principem repudiarunt. Et hic finis erit eorum qui jam memorata contra Servatorem nostrum aggressi sunt. Quæ sequuntur autem, in lætiorem formam mutantur: nam inde Evangelicæ gratiæ initium ducitur.

30. *Ego sum pauper & dolens, salus tua Deus*
Matth. 11. 29. *suscepit me.* Qui in Evangeliis dixit: *Discite a me quia mitis sum & humilis corde,* in præsenti se pauperem & dolentem dicit. Pauper autem erat, depositis æterni regni divitiis. Quamobrem ait Paulus: *Jesus Christus*
2. Cor. 8. 9. *cum dives esset, propter nos inops effectus est, ut nos ejus inopia divites essemus.* Sed etiam *dolens* fuit; quare supra dicebat: *Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Dolebat enim pro iis qui in perniciem ibant, & patiebatur eorum causa qui ad salutem abs se procuratam non accederent. Ideo ceu
Matth. 17. 16. dolens clamabat: *O generatio incredula & perversa, quousque vobiscum ero? quousque vos patiar?* Ideo dicit: *Ego sum pauper & dolens, salus tua Deus suscepit me.* His porro salutem subindicat qua post mortem donandus est. Nam cum pridem infixus in limo profundi, venerit in altitudinem maris, ut in prophetia dicebat; jam vero dicat, *Salus tua Deus suscepit me:* apertè declarat se, postquam in altitudinem maris venerat, postquam memorata superius passus fuerat, patrocinium consequutum esse. Quare in vigesimo primo psalmo hymnum pro susceptione matutina emittit. Deinde vero, ut patrocinium consequutus, ad jucundiora sermonem convertit hymnis Patrem celebrans,
31. cum ait: *Laudabo nomen Dei cum cantico.* Cum melodia autem & cantico sermones

A ἑαυτῶν ἐπεσπάσαντο, εἰκότως καὶ σὺ ὁ δίκαιος κριτὴς προσθήσεις ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν· δευτέραν αὖθις πρὸς τῇ προτέρᾳ λογιζόμενος. ἀλλὰ καὶ μὴ εἰσελθέτωσαν φησὶν ἐν δικαιοσύνῃ σου. ἡ μὲν γὰρ σὴ δικαιοσύνη δικαίους εἰσκαλεῖται καὶ πάντας εἰς τὰ ἐνδοτάτω τῆς σῆς βασιλείας κατὰ τὰς ἐπαγγελίας ὑποδέχεται. οἱ δὲ τοιαῦτα τολμήσαντες οὐκ εἰσελεύσονται μετὰ τῶν τῇ σῇ δικαιοσύνῃ συνελευσομένων· ἀλλ' οὐδὲ ἐγγραφήσονται ἐν βίβλῳ ζώντων· τοὐναντίον δὲ πείσονται τοῖς ἐγγραφομένοις. εἰ γὰρ καὶ πρότερόν ποτε τῆς ἐμῆς χάριτος ἀξιωθέντες ἐνε-
27. narrat his verbis: *Quoniam quem tu percussisti, persequuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt*, &c. Omnia superius enarrata ipsis eventura esse dicit, non propter idolorum cultum; sed *quoniam quem tu percussisti persequuti sunt*. Tu namque secundum hanc prophetiam, *Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis*, (Zach. 13. 7.) rationibus abs te cognitis percussisti. Unde apud Apostolum dicitur: *Si enim proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*. (Rom. 8. 32.) Cui tradiderit eum, Hesaïas docebit his verbis, *Et Dominus tradidit eum peccatis nostris*: (Hesai. 53. 6.) quare factus est pro nobis maledictum. Nam cum peccatum non nosset, Deus illum pro nobis effecit esse peccatum, ut nos simus justitia in ipso. Sed & *homo fuit in plaga constitutus, & sciens ferre infirmitatem: & vibice ejus nos sanati sumus*. (Hesai. 53. 5.) Plagas itaque & vibices accepit, & hæc omnia, Patre volente & permittente, passus est. Quamobrem in Zacharia propheta dictum est: (Zach. 13. 7.) *Framea suscitare super pastorem meum, & super virum*

A οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐσκοτίζοντο. εἶτα ὁ νῶτος αὐτῶν διαπαντὸς ἐκάμπτετο, τῆς τοῦ θεοῦ ὀργῆς ἐπ' αὐτοὺς ἐκχεομένης.

Μετὰ δὲ ταῦτα, ἄλλο τι γενήσεσθαι αὐτοῖς προαγορεύει φάσκων· γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη· ἀντὶ τοῦ, γενήσεται· καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν· ἀντὶ τοῦ, ἔσται. ἔδει γὰρ μηδὲ τοῦτο παρελθεῖν τὴν προφητικὴν γνῶσιν· ὡς ἄρα καὶ ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἔσται ἔρημος· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἀοίκητος· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἠφανισμένη. ἔπαυλιν δὲ αὐτῶν B τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνομάζει, οὐκέτι θεοῦ πόλιν οὖσαν, ἀλλ' αὐτῶν ἔπαυλιν. διὸ καὶ ἔρημον αὐτὴν ἔσεσθαι φησίν, ὃ δὴ καὶ ἔργῳ δείκνυται. εἶτ' ἐπιλέγει, καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν, ἐξ αὐτῶν δηλαδὴ τῶν πάλαι οἰκητόρων· ὃ καὶ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἡ ἀλήθεια τοῦ λόγου παρίστησιν. εἰ γοῦν τις ἀφίκοιτο εἰς τοὺς τόπους, ἴδοι ἂν τὴν ἐσχάτην ἐρημίαν τοῦ τόπου· Ἰουδαίων δὲ οὐδένα τολμῶντα ἐπιβαίνειν τῇ πόλει· μήτιγε οἰκεῖν αὐτόθι· ἀλλ' οὐδὲ οἴκησις Ἰουδαϊκὴ περιλέλειπται ἐν τῷ τόπῳ, ὥς τινα τῶν Ἑλλήνων οἰκεῖν ἐν αὐτῇ δύνασθαι. διὸ λέλεκται, καὶ ἐν τοῖς C σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν. ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· ἐν ταῖς σκηναῖς αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν. ἄρδην γὰρ ἐκ βάθρων πᾶσαι αὐτῶν αἱ σκηναὶ καὶ αἱ οἰκήσεις κατεσκάφησαν. ὅρα τοίνυν ὁπόσων ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος, ἐρημίας τοῦ ἁγίου τόπου, ἀφανισμοῦ τῶν σκηνωμάτων αὐτῶν, τοῦ ἔθνους παντελοῦς ταπεινώσεως, σκοτισμοῦ τῆς διανοίας αὐτῶν, ἀγνοίας τῶν θείων γραμμάτων, ἃ καὶ οὐκ ἄλλοτε ἐπληρώθη εἰς αὐτούς, ἢ μετὰ τὸ ἀσεβῆσαι εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ. διὸ ἐπιλέγει τούτοις ἑξῆς τὴν αἰτίαν, ὧδε φάσκουσα προφητεία· ὅτι ὃν σὺ ἐ- D πάταξας κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν, καὶ τὰ ἑξῆς. τὰ προλεχθέντα πάντα συμβήσεσθαι αὐτοῖς φησιν, οὐ διά τινα εἰδωλολατρείαν· ἀλλ' ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας κατεδίωξαν. σὺ μὲν γὰρ κατὰ τὴν λέγουσαν προφητείαν, πατάξω τὸν ποιμένα καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης, δι' οὓς αὐτὸς εἶδες λόγους ἐπάταξας. ὅθεν εἴρηται παρὰ τῷ ἀποστόλῳ· εἰ γὰρ τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο· ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν· τίνι δὲ παρέδωκεν αὐτόν Ἡσαΐας διδάξει λέγων· καὶ κύριος παρέδω- E κεν αὐτὸν ἁμαρτίαις ἡμῶν. διὸ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα. μὴ γνόντα γὰρ αὐτὸν ἁμαρτίαν ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη ἐν αὐτῷ. ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν γέγονεν. καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. οὐκοῦν καὶ πληγὰς καὶ μώλωπας εἴληφεν, καὶ ταῦτα πάντα πέπονθεν, τοῦ πατρὸς βουλομένου καὶ συγχωροῦντος οὕτω γίνεσθαι. διὸ ἐν μὲν Ζαχαρίᾳ τῷ προφήτῃ λέλεκται· ῥομφαία ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου, καὶ ἐπ' ἄνδρα

» πολίτην αὐτοῦ. πάταξον τὸν ποιμένα, καὶ δια- » σκορπισθήτω τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. ἐν δὲ τῷ εὐαγγελίῳ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν πρὸς τῷ πάθει γενόμενος τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς διεστέλλετο εἰ- » πών· πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί. » γέγραπται γάρ· πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορ- » πισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. καὶ ἐν τῷ » μετὰ χεῖρας τοιγαροῦν τούτοις συμφώνως εἴρη- » ται τό, ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας κατεδίωξαν. ὁ μὲν οὖν πατὴρ τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν. δυνάμει τε αὐτὸς ἦν ὁ πατάξας διὰ τοῦ συγχωρῆσαι τοιαῦτα αὐτὸν παθεῖν· οἱ δὲ οὐκ ἐπάταξαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἤλασαν ἐξ ἑαυτῶν καὶ μακρὰν ἀπεδίωξαν αὐτόν· δέον καὶ παταχθέντα παραδέξασθαι γνόντας ὅτι Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανεν, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, καὶ ὅτι μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, αὐτὸν ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν· ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα δικαιοσύνη θεοῦ ἐν αὐτῷ. μνημονεῦσαι δὲ χρὴ καὶ τῶν Ἡσαΐου φωνῶν, » δι' ὧν ἐλέγετο· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰ- » δὼς φέρειν μαλακίαν· καὶ κύριος παρέδωκε ταῖς » ἁμαρτίαις ἡμῶν. καί, ὅτι οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡ- » μῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. ὅτι τε ἐτραυματίσθη οὐ δι' ἄλλο τι, ἀλλὰ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. οἱ δὲ τούτων μὲν οὐδὲν διενοήθησαν, ἤλασαν δὲ αὐτὸν καὶ ἀπεδίωξαν ἑαυτῶν· ἐξαιτησάμενοι μὲν τὸν φονέα· τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀρνη- » σάμενοι. διό φησιν ἐνταῦθα, ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας » κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων » μου προσέθηκαν. ἐγὼ μὲν γὰρ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἀνεδεχόμην τραύματα, καθαρμὸς αὐτῶν γενόμενος, καὶ ἀντίψυχον διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. οἱ » δὲ προσέθηκαν ἐμοὶ τὰ ἑαυτῶν κακά. ἔδωκαν » γοῦν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν, καὶ εἰς τὴν δίψαν » μου ἐπότισάν με ὄξος· οὐ μόνον καθ' ὃν ἔπασχον ὑπ' αὐτῶν καιρόν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ταῖς κατ' ἐμοῦ βλασφημίαις παραμένοντες· διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἀντὶ τοῦ, προσέθηκαν, διηγήσονται εἴρηται· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ἐξηγοῦντο. οὐ γὰρ ἀπήρκει τὸ ἅπαξ ποτὲ τραυματίσαι αὐτόν, καὶ τοιαῦτα κατ' αὐτοῦ τολμῆσαι· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ κατορθώμασιν ἐγκαυχώμενοι τοῖς ἑαυτῶν τέκνοις, τὰ κατ' αὐτοῦ τολμηθέντα αὖθις διηγοῦντο. ἐπεὶ τοίνυν αὐτοὶ ταύτην εἵλαντο τὴν μερίδα· διώξαντες μὲν ὃν σὺ ἐπάταξας· ἀνομίας δὲ καὶ ἀσεβείας ἐφ' ἑαυτοὺς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα αὐτῶν σωρεύσαντες, εἰκότως ἐπιλέγεται τούτοις· » πρόσθες ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. ἀντὶ » τοῦ, προσθήσεις· ἔσται γὰρ αὐτοῖς κακῶν προσθήκη. τὰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἀνθρώποις γίνεται· τὰ δὲ ἐκ τῶν ἐπακολουθούντων ἔξωθεν » τῷ ἐφ' ἡμῖν. διὸ λέλεκταί που πρὸς τὸν θεόν· με- » τὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ εἴρηται ἐκ προσώπου αὐτοῦ. » καὶ ἐὰν πορευθῆτε πρός με πλάγιοι, πορεύ- » σομαι κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς θυμῷ πλαγίῳ. ἐπεὶ τοίνυν αὐτοὶ ὥσπερ μακρῷ σχοινίῳ τὰς ἀνομίας

A civem ejus. *Percute pastorem, & dispergantur oves gregis.* In Evangelio autem ipse Servator noster passioni vicinus discipulis prænuntiabat dicens: *Omnes vos scandalizabimini in me.* Math. 26. 31.
Scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. In hoc similiter psalmo iis adfinia dicuntur, nempe, *Quoniam quem tu percussisti persequuti sunt.* Pater igitur proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Vi etiam & ratione quadam ipse est qui percussit, quia permisit ipsum talia perpeti. Illi vero non modo per-
B cusserunt, sed abs se abjecerunt & procul persequuti sunt eum: cum par fuisset saltem percussum excipere, & nosse Christum pro nobis mortuum esse, factum pro nobis maledictum; quem, cum non nosset peccatum, Deus pro nobis peccatum effecit, ut nos efficiamur justitia Dei in illo. Meminisse item oportet Hesaïæ vocum quæ sic habent: *Homo in plaga constitutus, & sciens* Hesai. 53. 6.
ferre infirmitatem: & Dominus tradidit eum peccatis nostris. Et, *quoniam ipse peccata nostra portat, & pro nobis cruciatur.* Quoniam Ibid. 4. & 5.
C vulneratus est, non alia de causa nisi propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Illi vero nihil eorum cogitarunt, sed ejecerunt eum & ab se repulerunt, postulantes homicidam, ac vitæ principem negantes. Ideo hic ait: *Quoniam quem tu percussisti persequuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Ego quidem pro ipsis vulnera excepi, purgatio eorum effectus, & redemtio pro peccatis eorum: illi vero mala sua mihi addiderunt. *Dederunt* igitur *in escam meam fel, & in siti mea*
D *potaverunt me aceto;* non solum tempore passionis meæ, sed in sequentibus blasphema contra me dicta proferre perseverantes. Quare secundum Aquilam, pro illo, *addiderunt,* dicitur, *enarrabunt;* secundum Sym- Aquilæ.
machum vero, *enarrabant.* Non enim sat illis fuit quod semel ipsum vulnerassent, & talia contra eum ausi fuissent; sed quasi re bene gesta gloriosi, ausus suos filiis enarrabant. Quoniam igitur illi talem portionem cooptarunt, quem tu percussisti persequentes, iniquitates autem & impietates in se & Symmachi.
E in filios suos coacervantes; jure adjicitur: *Adpone iniquitatem super iniquitatem ipsorum;* id est, *adpones:* ipsis namque malorum accessio erit. Alia enim nobis hominibus ex interioribus eveniunt; alia vero aliunde ex sequentibus interiora nostra. Quare alicubi Deo dicitur: *Cum sancto sanctus eris, & cum* 28.
perverso perverteris. In lege quoque ex ipsius persona dicitur: *Si veniatis ad me obliqui,* Psal. 17. 26.
accedam & ego ad vos animo obliquo. Quia igitur illi quasi funiculo oblongo peccata Levit. 26. 23.

sua trahebant, jure tu quoque justus judex adpones iniquitatem super iniquitatem ipsorum; ad priorem illam, aliam imputans. Imo quoque ait: *Non intrent in justitiam tuam.* Nam justitia quidem tua justos advocat, omnesque ad intima regni tui secundum promissionem recipit. Qui vero talia ausi sunt, non intrabunt cum iis qui unà cum justitia tua ingressuri sunt: sed neque in libro viventium scribentur; imo contraria iis qui descripti sunt patientur. Etiamsi enim gratia donati mea aliquando in libro viventium, patrum suorum apud Deum viventium causa, conscripti fuerint; ita ut & ipsis promissa oblata sint; at quoniam ta-
29. lia sunt ausi, *Deleantur de libro viventium.* Libri autem viventium rationem explicans, subdit postea, *Et cum justis non scribantur.* Electione quippe facta eorum qui in mundo erant hominum, alii quidem vita quæ apud Deum est digni, ob propriam justitiam apud ipsum describentur; qui autem ex libro delebuntur, ii erunt qui vitæ principem repudiarunt. Et hic finis erit eorum qui jam memorata contra Servatorem nostrum aggressi sunt. Quæ sequuntur autem, in lætiorem formam mutantur: nam inde Evangelicæ gratiæ initium ducitur.

30. *Ego sum pauper & dolens, salus tua Deus*
Matth. 11. 29. *suscepit me.* Qui in Evangeliis dixit: *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde,* in præsenti se pauperem & dolentem dicit. Pauper autem erat, depositis æterni regni divi-
2. Cor. 8. 9. tiis. Quamobrem ait Paulus: *Jesus Christus cum dives esset, propter nos inops effectus est, ut nos ejus inopia divites essemus.* Sed etiam *dolens* fuit; quare supra dicebat: *Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Dolebat enim pro iis qui in perniciem ibant, & patiebatur eorum causa qui ad salutem abs se procuratam non accederent. Ideo ceu
Matth. 17. 16. dolens clamabat: *O generatio incredula & perversa, quousque vobiscum ero? quousque vos patiar?* Ideo dicit: *Ego sum pauper & dolens, salus tua Deus suscepit me.* His porro salutem subindicat qua post mortem donandus est. Nam cum pridem infixus in limo profundi, venerit in altitudinem maris, ut in prophetia dicebat; jam vero dicat, *Salus tua Deus suscepit me:* apertè declarat se, postquam in altitudinem maris venerat, postquam memorata superius passus fuerat, patrocinium consequutum esse. Quare in vigesimo primo psalmo hymnum pro susceptione matutina emittit. Deinde vero, ut patrocinium consequutus, ad jucundiora sermonem convertit hymnis Patrem celebrans,
31. cum ait: *Laudabo nomen Dei cum cantico.* Cum melodia autem & cantico sermones

A ἑαυτῶν ἐπεσπάσαντο, εἰκότως καὶ σὺ ὁ δίκαιος κριτὴς προσθήσεις ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν δευτέραν αὖθις πρὸς τῇ προτέρᾳ λογιζόμενος. ἀλλὰ καὶ μὴ εἰσελθέτωσαν φησὶν ἐν δικαιοσύνῃ σου. ἡ μὲν γὰρ σὴ δικαιοσύνη δικαίους εἰσκαλεῖται καὶ πάντας εἰς τὰ ἐνδοτάτω τῆς σῆς βασιλείας κατὰ τὰς ἐπαγγελίας ὑποδέχεται. οἱ δὲ τοιαῦτα τολμήσαντες οὐκ εἰσελεύσονται μετὰ τῶν τῇ σῇ δικαιοσύνῃ συνελευσομένων· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐγγραφήσονται ἐν βίβλῳ ζώντων· τοὐναντίον δὲ πείσονται τοῖς ἐγγραφομένοις. εἰ γὰρ καὶ πρότερόν ποτε τῆς ἐμῆς χάριτος ἀξιωθέντες ἐνεB γράφησάν ποτε ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ζώντων διὰ τοὺς παρὰ τῷ θεῷ ζῶντας πατέρας αὐτῶν, ὡς καὶ αὐτοῖς δεδόσθαι τὰς ἐπαγγελίας· ἀλλ᾽ ἐπεὶ τοιαῦτα τετολμήκασιν, ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων. διασαφῶν δὲ τὴν ἔννοιαν τῆς βίβλου τῶν ζώντων, ἐπιλέγει ἑξῆς· καὶ μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν. ἐκλογῆς γὰρ γινομένης τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον, οἱ μὲν ζωῆς ἄξιοι τῆς παρὰ τῷ θεῷ, διὰ τὴν οἰκείαν δικαιοσύνην ἀνάγραπτοι γενήσονται παρ᾽ αὐτῷ· οἱ δὲ ἀπόβλητοι τῆς βίβλου ἔσονται οἱ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς παραιτησάμενοι. καὶ τοῦτο μὲν τὸ τέλος τῶν τὰ προC λεχθέντα κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τετολμηκότων. τὰ δ᾽ ἑξῆς ὁ λόγος ἐπὶ τὸ φαιδρότερον μεταβάλλει· ἐντεῦθεν λοιπὸν τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος ἀπαρχόμενος.

Πτωχὸς καὶ ἀλγῶν ἐγώ εἰμι, ἡ σωτηρία σου ὁ θεὸς ἀντελάβετό μου. ὁ εἰπὼν ἐν εὐαγγελίοις· μάθετε ἀπ᾽ ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, διὰ τῶν προκειμένων πτωχὸς καὶ ἀλγῶν ἐγώ εἰμι, φησίν. πτωχὸς δὲ ἦν τὸν πλοῦτον τῆς αἰωνίου βασιλείας ἀποθέμενος. διὸ φησὶν ὁ Παῦλος· Ἰησοῦς Χριστὸς πλούσιος ὤν, δι᾽ ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουD τήσωμεν. ἀλλὰ καὶ ἀλγῶν γέγονε· διὸ ἔλεγεν ἀνωτέρω· καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν. ἤλγει γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀπολλυμένοις καὶ ὑπερέπασχεν τῶν μὴ προσιόντων τῇ δι᾽ αὐτοῦ προξενουμένῃ σωτηρίᾳ· διὸ ὥσπερ ἀλγῶν ἐβόα· ὦ γενεὰ ἄπιστε καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι, ἕως πότε ἀνέχομαι ὑμῶν. διὸ φησὶ· πτωχὸς καὶ ἀλγῶν ἐγώ εἰμι· ἡ σωτηρία σου ὁ θεὸς ἀντελάβετό μου. αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων τὴν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ σωτηρίαν· εἰ γὰρ ἐνεπάγη εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, ὡς διὰ τῶν E τῆς προφητείας ἐδήλου, νυνὶ δὲ φησίν, ἡ σωτηρία σου ὁ θεὸς ἀντελάβετό μου. σαφῶς παρίστησιν ἀντιλήψεως τετυχηκέναι, μετὰ τὸ ἐληλυθέναι εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, μετὰ τὸ πεπονθέναι τὰ προλεχθέντα. διὸ καὶ ἐν κα΄. ψαλμῷ, τὸν ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς ἀνέπεμπεν ὕμνον. εἶθ᾽ ὡς τυχὼν ἀντιλήψεως, μεταβάλλει τοὺς λόγους ἐπὶ τὸ φαιδρότερον, ὕμνους ἀναπέμπων τῷ ἑαυτοῦ πατρί, ἐν οἷς φησιν· αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μετ᾽ ᾠδῆς. τὸ δὲ μετὰ μέλους καὶ ᾠδῆς λόγους προσφέ-

προσφέρεσθαι, σύμβολον ἦν θυμηδίας καὶ εὐφροσύνης. ἀλλὰ καὶ μεγαλυνῶ αὐτόν, φησίν. δῆλον δ' ὅτι τὸν αὐτοῦ πατέρα. πῶς δὲ καὶ αὐτὸν μεγαλυνεῖ, ἐπιλέγει ἑξῆς, ἐν αἰνέσει, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἐν εὐχαριστίᾳ. νοήσεις δὲ τὴν εὐχαριστίαν καὶ τὴν αἴνεσιν δι' ἧς ὁ υἱὸς μεγαλυνεῖ τὸν πατέρα, ἐπιστήσας τοῖς μυστηρίοις τῆς καινῆς διαθήκης· ἐν οἷς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης, ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ τὰς εὐχαριστίας καὶ τὰς λογικὰς καὶ ἀκάπνους λατρείας ἀναφέρειν τῷ θεῷ παρείληφεν. αὕτη δὲ ἡ αἴνεσις καὶ ἡ εὐχαριστία, πολὺ κρείττων τυγχάνει τῶν σωματικῶν θυσιῶν, τῶν κατὰ τὸν Μωσέως νόμον πάλαι προσαγομένων. διὸ ἐπιλέγει· καὶ ἀρέσει τῷ κυρίῳ ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. εἰ γὰρ ἐπὶ τούτοις σεμνύνονται Ἰουδαίων παῖδες, ἴστωσαν, ὅτι πολὺ βελτίων καὶ τῷ θεῷ προτιμοτέρα ἡ ἐμὴ εὐχαριστία καὶ ἡ ἐμὴ αἴνεσις τῶν προλεχθέντων. διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· καὶ ἀρέσει τῷ κυρίῳ μᾶλλον ἢ βοῦς ταῦρος διχηλῶν, κεράστης. διατί δὲ ἐνταῦθα μόσχου μνημονεύει καὶ οὐχ ἑτέρου τινὸς τῶν προσφέρεσθαι εἰωθότων εἰς θυσίαν ζώων, ἄξιον μὴ ἀβασανίστως παρελθεῖν. τῶν γὰρ κατὰ τὸν Μωσέως νόμον θύεσθαι προστεταγμένων ζώων τὰ μὲν ἐξ ἀγέλης βοῶν προσήγετο, τὰ δὲ ἐκ προβάτων, τὰ δὲ ἀπὸ πετεινῶν· καὶ τὰ μὲν ἄρρενα τὰ δὲ θήλεα. καὶ τὰ μὲν ἑκούσια κατὰ προαίρεσιν, τὰ δὲ κατὰ ὀφειλήν· καὶ τὰ μὲν ὠνομάζετο θυσία σωτηρίου, τὰ δὲ ὑπὲρ ἁμαρτίας· καὶ τὰ μὲν ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως προσεφέρετο, τὰ δὲ ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ, τὰ δὲ ὑπὲρ ἄρχοντος ἡμαρτηκότος. πολλῆς δὲ οὔσης ἐν τούτοις διαφορᾶς, οὐδέ πώποτε ὑπὲρ τοῦ τυχόντος ἄρχοντος, οὐδ' ὑπὲρ ἰδιώτου ἀνδρὸς μόσχος ἀνεφέρετο· ποτὲ δὲ ὁ μόσχος ὁ ἄρρην ἐθύετο, ἄλλοτε πᾶσα ἡ συναγωγὴ ἁμαρτίᾳ περιπεπτώκει, ὑπὲρ ἧς καὶ αὐτὸς ὁ ἱερεὺς ὥσπερ κεφαλὴ ὢν τοῦ παντὸς λαοῦ τῆς ἁμαρτίας κοινωνὸς τὸν μόσχον προσῆγεν. ταῦτα δὲ ἐν Λευιτικῷ εὕροις ἂν ἐπιστήσας ἐν ᾧ γέγραπται· καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν λέγων· λάλησον πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ λέγων· ἐὰν ὁ ἀρχιερεὺς ὁ κεχρισμένος ἁμάρτῃ τοῦ λαὸν ἁμαρτεῖν, καὶ προσάξει περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ ἧς ἥμαρτε, μόσχον ἐκ βοῶν ἄμωμον τῷ κυρίῳ· καὶ ἑξῆς· ἐὰν δὲ πᾶσα συναγωγὴ Ἰσραὴλ ἀγνοήσῃ καὶ λάθῃ ῥῆμα ἐξ ὀφθαλμῶν τῆς συναγωγῆς καὶ ποιήσωσι μίαν ἀπὸ πασῶν τῶν ἐντολῶν τοῦ κυρίου, ἣ οὐ ποιηθήσεται, καὶ πλημμελήσωσι, καὶ γνωσθῇ αὐτοῖς ἡ ἁμαρτία ἣν ἥμαρτον ἐν αὐτῇ· καὶ προσάξει ἡ συναγωγὴ μόσχον ἐκ βοῶν περὶ τῆς ἁμαρτίας. καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ἱστορία εἰσάγει ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως θυσίαν, μόσχον, ἐν οἷς εἴρηται· καὶ προσήγαγε Μωσῆς τὸν μόσχον τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐπέθηκεν Ἀαρὼν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὰς χεῖρας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ μόσχου τοῦ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἔσφαξεν αὐτόν. ὁρᾷς ἐπὶ ποίοις ὁ μόσχος προσεφέρετο ἐπὶ πάσῃ τῇ συναγωγῇ Ἰσ-

A proferre, id signum gaudii & lætitiæ erat. Sed etiam *magnificabo eum*, inquit, scilicet Patrem suum. Qui magnificabit postea subjicit, *in laude*; sive secundum Aquilam, Aquila.
in gratiarum actione. Gratiarum vero actionem & laudem qua Patrem Filius magnificat intelliges, si novi Testamenti mysteriis animum adhibeas, ubi Ecclesia Dei per totum orbem ad gratiarum actiones, ad rationabilem & sine fumo cultum Deo offerendum instituta est. Laus isthæc & gratiarum actio corporeis hostiis, quæ olim secundum legem Moysis offerebantur, multo B præstantior est. Quamobrem adjicit: *Et placebit Domino super vitulum novellum, cornua* 32.
producentem & ungulas. Si namque de iis Judæi gloriantur, sciant utique longe meliorem Deoque acceptiorem meam gratiarum actionem & laudem supra memoratis esse. Quamobrem secundum Symmachum Symmachi.
dicitur, *Et placebit Domino magis, quam bos taurus, ungulas diffindens, cornutus*. Cur hic vitulum dicat, non aliud animal in sacrificio offerri solitum, non sine examine prætermittendum. C Nam ex animalibus secundum legem Moysis immolari jussis, alia ex armento boum, alia ex grege ovium adducebantur, alia ex volatilibus; quorum alia masculi, alia feminæ erant; alia spontanea ex arbitrio, alia ex debito; alia sacrificium salutaris, alia pro peccato vocabantur; alia pro summo sacerdote, alia pro universo populo, alia pro principe peccante offerebantur. Cum magnum itaque in his discrimen esset; numquam tamen pro principe quolibet vel pro quopiam privato vitulus D offerebatur. Vitulus masculus aliquando immolabatur; aliquando vero, cum tota synagoga in peccatum lapsa esset, sacerdos, qui universi populi ceu caput erat, ut peccati consors vitulum offerebat. Hæc porro in Levitico deprehendas, in quo scribitur:
Et loquutus est Dominus ad Moysem dicens: Levit. 4. 1.
Loquere ad filios Israël, dicens: Si sacerdos qui unctus est peccaverit, ut peccare faciat populum, offeret pro peccato suo quo peccavit, vitulum ex bobus immaculatum Domino; ac deinde:
E *Quod si omnis synagoga Israël ignoraverit, &* Ibid. 13.
latuerit verbum ex oculis synagogæ: aut fecerit unum ex omnibus præceptis Domini; aut non fecerit, & deliquerit & cognoverit peccatum suum quo peccavit: offeret synagoga vitulum ex bobus pro peccato. Sub hæc autem pro sacerdote inducitur in sacrificium vitulus, nam dicitur: *Et obtulit Moyses vitu-* Levit. 8. 14.
lum pro peccato: & imposuit Aaron & filii ejus manus super caput vituli pro peccato, & immolavit eum. Vides quibus de causis vitulus offerretur pro universa synagoga Is-

A raëlis peccante, & pro summo sacerdote peccante; nec modo peccante, sed etiam populum in peccatum inducente; dicit enim: *Si summus sacerdos, qui unctus est, peccaverit, ut peccare faciat populum.* Pro quo Aquila sic interpretatus est, *In delictum populi.* Quia igitur tempore passionis Domini summi sacerdotes & principes Judaicæ, gentis convenerunt in unum adversus Dominum & adversus Christum ejus, totique populo perversionis auctores fuere, scriptum est enim: *Principes sacerdotum & concilium totum quærebant falsum testimonium contra Jesum, quomodo morti traderent eum;* ac rursum, *Principes sacerdotum & seniores persuaserunt turbis ut peterent Barrabam, Jesum vero perderent.* Iis porro qui talia ausi fuerant purgatione opus erat, & sacrificio, non alio quam vituli, ut Scriptura superius allata testificatur. Jure hic Servator noster ait: Non sensibilem ego vitulum profero, sed puram & incruentam hostiam, quam ego ipse in Ecclesia mea constitui, per incruentum & igne vacuum ministerium, quod laude persolvitur; quod sane Deo longe acceptius & gratius erit, quam ille Moysis lege adsignatus vitulus. Quapropter dictum est: *Magnificabo eum in laude. Et placebit Deo,* laus scilicet, *super vitulum novellum, cornua producentem & ungulas.* Et sane veniam purgationemque cum principes sacerdotum, tum populus omnis consequuti essent, si novum & salutare Testamentum suscipientes, tali sacrificio fuissent usi.

Aquilæ. — Matth. 27. 1. — Ibid. 20.

Deinde mendicus ille orationem effundit pro pauperibus sui similibus, de quibus hæc tradit: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* In oratione vero sua ait: *Videant pauperes & lætentur.* Jam autem precatur ut quæ supra dicta sunt eveniant; ita ut pauperes isti, scilicet discipuli & Apostoli sui, videant. Precatur vero ut laudem illam vitulo novello cornua producente & ungulas gratiorem conspiciant. Et sane quoniam oratio ejus diuturnis postea temporibus effectum consequuta est, beatos prædicabat eos qui talium rerum spectaculo dignati essent: quare in Evangeliis discipulis suis dixisse scribitur: *Vestri autem beati oculi, quia vident; & aures vestræ, quia audiunt.* Hæc quippe adfinia huic dicto erant, *Videant pauperes, & lætentur: quærite Deum, & vivet anima vestra.* Cum pro pauperibus rogasset, ipsos demum alloquitur, ipsisque vitam denuntiat, non corporum, sed animarum: quam ab ipsis Deum quærentibus reperiendam esse pollicetur, talia fatus: *Quærite Deum, & vivet anima vestra.* Fons quippe vitæ penes illum est. Quam-

Matth. 5. 3. — Matth. 13. 16.

ραὴλ ἁμαρτούσῃ καὶ ἐπὶ ἀρχιερεῖ ἡμαρτηκότι· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἡμαρτηκότι, ἀλλὰ καὶ τῷ λαῷ αἰτίῳ γενομένῳ ἁμαρτίας· λέγει γάρ, ἐὰν ὁ ἀρχιερεὺς ὁ κεχρισμένος ἁμάρτῃ τοῦ τὸν λαὸν ἁμαρτεῖν· ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· εἰς πλημμέλησιν τοῦ λαοῦ. ἐπεὶ τοίνυν κατὰ τὸ σωτήριον πάθος οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ· τῷ τε παντὶ λαῷ διαστροφῆς αὐτοὶ γεγόνασιν αἴτιοι· γέγραπται γάρ· καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, B ὅπως θανατώσωσιν αὐτόν· καὶ πάλιν ἑξῆς· οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαρραβᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσι· χρεία δὲ ἦν καθάρσεως τοῖς ταῦτα τετολμηκόσι, καὶ θυσίας οὐκ ἄλλης, ἢ τῆς διὰ τοῦ μόσχου, ὡς μεμαρτύρηται διὰ τῆς προτεθείσης γραφῆς· εἰκότως οὐκ αἰσθητὸν ἐγώ φησι μόσχον προσφέρω διὰ τῶν προκειμένων ὁ σωτὴρ ἡμῶν· ἀλλὰ τὴν καθαρὰν καὶ ἀναίμον θυσίαν, ἣν αὐτὸς ἐγὼ συνεστησάμην ἐν τῇ ἐμαυτοῦ ἐκκλησίᾳ διὰ τῆς ἀναίμου καὶ ἀπύρου λειτουργίας, τῆς δι' αἰνέσεως· ἥτις ἀρέσει τῷ C θεῷ μᾶλλον, ἢ ὁ παρὰ Μωσεῖ νενομοθετημένος μόσχος. διὸ λέλεκται· μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει. καὶ ἀρέσει τῷ θεῷ, ἡ αἴνεσις δηλαδή, ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. ἔτυχον δ' ἂν ἀφέσεως καὶ καθάρσεως τῶν ἡμαρτημένων αὐτοῖς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ τοῦ παντὸς ἔθνους, εἰ κέχρηντο ταύτῃ τῇ θυσίᾳ τὴν καινὴν καὶ σωτήριον διαθήκην παραδεξάμενοι.

Εἶτα εὐχὴν ἀναπέμπει ὁ προλεχθεὶς πτωχὸς ὑπὲρ τῶν παραπλησίως αὐτῷ πτωχῶν· περὶ ὧν διδάσκει λέγων· μακάριοι οἱ πτωχοὶ D τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. καὶ φησὶ διὰ τῆς εὐχῆς· ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν. εὔχεται δὲ ἤδη ποτὲ εἰς ἔργα χωρῆσαι τὰ προλεχθέντα, ὥστε ὀφθαλμοῖς αὐτὰ θεάσασθαι τοὺς εἰρημένους πτωχούς, δηλαδὴ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀποστόλους. ἰδεῖν δὲ τούτοις εὔχεται τὴν ἀποδοθεῖσαν αὐτῷ αἴνεσιν τὴν ὑπὲρ μόσχον νέον τὸν κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. καὶ δὴ πληρουμένης αὐτοῦ τῆς εὐχῆς μακροῖς ὕστερον χρόνοις, ἐμακάριζε τοὺς κατηξιωμένους τῆς τῶν πραγμάτων θέας. διὸ ἐν εὐαγγελίοις ἀναγέγραπται τοῖς αὐτοῦ μα- E θηταῖς εἰπών· ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὅτι βλέπουσιν, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν ὅτι ἀκούουσι. ταῦτα γὰρ σύμφωνα ἦν τῷ φήσαντι λόγῳ· ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν· ἐκζητήσατε τὸν θεὸν καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν. εὐξάμενος ὑπὲρ τῶν πτωχῶν, πρὸς αὐτοὺς λοιπὸν ποιεῖται τὸν λόγον, εὐαγγελίζεταί τε αὐτοῖς ζωήν, οὐ σωμάτων ἀλλὰ ψυχῶν· καὶ ταύτην αὐτοῖς εὑρεθήσεσθαι ἐκζητήσασι τὸν θεὸν ἐπαγγέλλεται, διό φησιν· ἐκζητήσατε τὸν θεόν, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν. πηγὴ γὰρ ζωῆς παρ' αὐτῷ. διὸ πάντα

δεύτερα τεθμένους τοῖς εἰρημένοις πτωχοῖς, ἐκζητεῖν αὐτὸν παρακελεύεται μετὰ πίστεως καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος. ζήσεσθαι γὰρ αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται ζωὴν ψυχῆς, περὶ ἧς καὶ ὁ ἀπόστολος ἐδίδασκε λέγων· ἡ γὰρ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ θεῷ· ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. εἶτ' ἐπιλέγει· ὅτι εἰσήκουσε τῶν πενήτων ὁ κύριος, καὶ τοὺς πεπεδημένους αὐτοῦ οὐκ ἐξουδένωσε. πάλιν δὲ κἀνταῦθα τὸ, εἰσήκουσεν, ἀντὶ τοῦ, εἰσακούσεται εἴρηται, καὶ τὸ, οὐκ ἐξουδένωσεν, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐξουδενώσει. προειπὼν γὰρ, ζητήσατε τὸν θεὸν καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν, θαρσούντως φησὶ, ζητήσατε, ὅτι εἰσακούσεται τῶν πενήτων. οὐ γὰρ τρυφώντων ἐστὶν ὁ θεὸς, οὐδὲ ἐπηρμένων, καὶ ἀλαζονευομένων, ἀλλὰ ταπεινῶν καὶ πενήτων. διὸ εἴρηται· ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ταπεινὸν, καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους. θαρσοῦντες οὖν ζητήσατε τὸν θεὸν, εἰδότες ὅτι εἰσακούσεται ὑμῶν τῶν πενήτων κύριος, καὶ τοὺς πεπεδημένους αὐτοῦ οὐκ ἐξουδενώσει. ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, καὶ τοὺς δεσμώτας τοὺς ἑαυτοῦ οὐκ ἐξευτελίσει. νοήσεις δὲ ὅπως οἱ πτωχοὶ οὗτοι, δεσμῶται καὶ πεπεδημένοι γεγόνασιν ἀκούων Παύλου λέγοντος· Παῦλος δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ παραπλησίως καὶ οἱ λοιποὶ μαθηταὶ, δέσμιοι ἦσαν Χριστοῦ. ἀλλὰ καὶ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει ὥσπερ ἐν δεσμοῖς ὄντες, στένουσι λυθῆναι τῶν δεσμῶν ἱκετεύοντες. διό φασι· ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; οἱ μὲν οὖν τὸ φθαρτὸν σῶμα βαρούμενοι, καὶ τὴν φθορὰν ἀποστρεφόμενοι, στένοντές τε ἐπὶ τῷ φθαρτῷ βίῳ, δεσμῶται τοῦ θεοῦ τυγχάνουσι, καὶ πεπεδημένοι αὐτοῦ· ὧν τὰς εὐχὰς οὐκ ἐξουδενώσει, οὐδὲ ἀποστραφήσεται. οἱ δὲ τοὺς ἑαυτῶν δεσμοὺς πιαίνοντες, καὶ διὰ πολλῆς τρυφῆς περιέποντες, δεσμῶται φθορᾶς καὶ θανάτου λεχθεῖεν ἂν εἰκότως.

Αἰνεσάτωσαν αὐτὸν οὐρανοὶ καὶ γῆ, θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτῇ. ἐπειδὴ τοῖς πτωχοῖς ἐπηγγείλατο βασιλείαν οὐρανῶν εἰπὼν, μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· σφόδρα ἀκολούθως μετὰ τὸν περὶ τῶν πενήτων λόγον, ἐπιφέρει· αἰνεσάτωσαν αὐτὸν οὐρανοί. ἐπειδὴ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν ἤμελλον ἐκκλησίαι τῷ θεῷ συνίστασθαι ἐκ τῶν προλελεγμένων πτωχῶν, ἀκολούθως ἐπισυνῆπται, καὶ γῆ καὶ θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτοῖς. ἕρποντα δὲ ἐπὶ γῆς καὶ θαλάσσης ἐνταῦθα κελευόμενα σὺν οὐρανῷ καὶ γῇ αἰνεῖν, τὰ ἔθνη τυγχάνει τὰ ἐν τῷ θνητῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἑρπετῶν δίκην τὸ παλαιὸν ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορευόμενα. καὶ παρὰ τῷ Ἠσαΐᾳ θηρία καὶ ἑρπετὰ, ἀλληγορικῷ τρόπῳ, τὰ ἔθνη κέκληται, ἐν οἷς εἴρηται· καὶ συμβοσκηθήσεται λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ λέων ὡς βοῦς φάγεται ἄχυρα. καὶ παιδίον νήπιον ἐπὶ τρώγλην

A obrem iisdem pauperibus præcipit, ut omnia postponentes, illum fide bonaque spe muniti perquirant; ita enim eos vitâ animæ victuros pollicetur: de qua vita hæc Apostolus docuit: *Nam vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria.* (Colos. 3. 3.) Postea subdit: *Quoniam exaudivit pauperes Dominus, & vinctos suos non despexit.* Hic rursum, *exaudivit*, pro, *exaudiet*; &, *non despexit*, pro, *non despiciet*, dictum est. B Cum jam enim dixisset, *Quærite Deum, & vivet anima vestra*; fidenter ait, quærite, quoniam exaudiet pauperes. Neque enim voluptuariorum, superborum & arrogantium Deus est; sed humilium & pauperum. Quapropter dicitur: *In quem respiciam, nisi in mansuetum & humilem & quietum & trementem sermones meos?* (Hesai. 66. 2.) Fiducia igitur instructi quærite Deum, gnari Dominum vos pauperes exauditurum, & vinctos suos non despecturum esse; sive secundum Symmachum, *Et vinctos suos non parvi faciet.* (Symmachi.) C Quo pacto autem hi pauperes, vincti & compediti fuerint intelliges, si Paulum audias dicentem: *Paulus vinctus Jesu Christi*: (Philem. 1. 1.) ac similiter reliqui discipuli pro Christi vinctis habendi. Quinetiam ii qui in tabernaculo (corporis) quasi in vinculis sunt, lugent supplicantes a vinculis eripi: quare dicunt, *Infelix ego homo, quis me liberabit ex corpore mortis hujus?* (Rom. 7. 24.) Qui ergo corruptibili corpore onusti sunt, & corruptionem aversantur, gementes in hac corruptibili vita, vincti Dei sunt, & compediti ejus, D quorum deprecationes non despiciet neque aversabitur. Qui vero vincula sua impinguant, & nimia voluptate fovent, vincti corruptionis & mortis jure dicantur.

35. *Laudent illum cæli & terra, mare & omnia reptilia in eo.* Quoniam regnum cœlorum pauperibus pollicitus est his verbis, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum*; (Matth. 5. 3.) admodum consequenter postquam de pauperibus loquutus est, infert, *Laudent illum cæli.* Quia vero futurum erat, ut per E totum orbem in terra & in mari Ecclesiæ Deo ex memoratis pauperibus constituerentur, secundum hæc additur, *& terra & mare & omnia reptilia in eis.* Quæ reptilia in terra & in mari una cum terra & cœlo laudare jubentur, gentes sunt, quæ olim in mortali hominum vita reptilium instar supra pectus & ventrem gradiebantur. In Hesaïa quoque feræ & reptilia allegorico more gentes vocantur, cum dicitur: *Et pascet lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, & leo quasi bos comedet paleas. Et puer infans in foveam* (Hesai. 11. 6.)

aspidum, & in cubile filiorum aspidum manum injiciet: & nihil ledent eum. Quæ sub hæc explicans infert:
Ibid. 10. *Et erit radix Jessæ, & qui surgit ad imperandum gentibus, in eum gentes sperabunt.* Tanta igitur gentium mutatione in adventu Christi effecta, jure cum cœlo & iis qui in cœlo sunt angelis prædicta reptilia Deum laudare jubentur. Quare dictum est: *Laudent illum cœli & terra, mare & omnia reptilia in eis.* Quomodo possunt reptilia Deum laudare, nisi prudentia & cognitione Dei instructa? An reptilia sacrificium laudis offerent? Quod reptilibus illis homines subindicentur, docet Evangelium
Luc. 3. 7. his verbis: *Genimina viperarum, quis vos docuit fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.*

36. *Quoniam Deus salvam faciet Sion, & ædificabuntur civitates Judææ.* Causam effert cur, cœli, terra, mare & omnia quæ in eis sunt Deum laudatura esse dicantur. Ea vero est, *Quoniam Deus salvam faciet Sion, & ædificabuntur civitates Judææ.* Quam Sionem dicit, nisi Ecclesiam Servatoris nostri in toto orbe fundatam? Civitates autem Judææ ne cuncteris dicere divinitus afflatas Scripturas, queis Judæorum respublica informatur. Sed hæ quidem civitates, quantum ad Judæos spectat, de medio sublatæ sunt; sed denuo ædificatæ per novam in Christo doctrinam fuere, qua & vera circumcisio consistit, necnon spiritualia Sabbata, spirituales hostiæ & omnia quæ hæc consequuntur secundum interpretationem spiritualis legis. Sic itaque ædificantur civitates Judææ, in eisque inhabitabunt cives & hæredes promissorum quæ in divinis Scripturis feruntur. Quare dictum est: *Et hæreditabunt illam.* Sed etiam *semen servorum ejus possidebit*
37. *eam.* Servi autem ejus qui fuerint, nisi haud dubie Salvatoris nostri discipuli, & semen in universo orbe sparsum, quod hæreditatem in divinis Scripturis promissam obtinebit? Imo, *qui diligunt nomen ejus habitabunt in ea*, id est, in ea hæreditate. Quibus dice-
Matth. 25. 34. tur: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum vobis paratum a constitutione mundi.* Quod si cœlestis sit Dei civitas Sion, de qua
Galat. 4. 26. Apostolus hæc docuit: *Ea vero quæ sursum est Jerusalem libera est, quæ est mater nostra;*
Hebr. 12. 22. &, *Accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem*; fuerit ne Judææ civitas? sed consequenter dicamus
Joan. 14. 2. esse cœlestem Sion ubi mansiones apud Patrem multæ: quas incolent & hæreditate accipient omnes servi ejus, sive illi olim prophetæ & religiosi viri, sive qui postea ministri Evangelii ipsius fuere. Imo etiam semen

A ἀσπίδων καὶ ἐπὶ κοίτην ἐκγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖ, καὶ οὐ μὴ ἀδικήσουσιν· ἃ καὶ διερμηνεύων ἑξῆς ὁ λόγος ἐπιφέρει· καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐν αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι. τῆς οὖν μεταβολῆς ταύτης τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ γενομένης, εἰκότως σὺν οὐρανῷ καὶ τοῖς κατ' οὐρανὸν ἀγγέλοις τὰ ἀποδοθέντα ἑρπετὰ αἰνεῖν προστάττεται τὸν θεόν. διὸ λέλεκται· αἰνεσάτωσαν αὐτὸν οὐρανοὶ καὶ γῆ, θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτοῖς. πῶς δὲ δύναται τὸν θεὸν αἰνεῖν τὰ ἑρπετά, εἰ μὴ μετάσχοι φρονήσεως καὶ θεοῦ γνώ-
B σεως; ἐκεῖνα θύσει τὴν θυσίαν τῆς αἰνέσεως καὶ τὰ ἑρπετά; ὅτι δὲ ἀνθρώπους διὰ τούτων αἰνίττεται, διδάσκει τὸ εὐαγγέλιον ἐν ᾧ γέγραπται· γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους μετανοίας.

Ὅτι ὁ θεὸς σώσει τὴν Σιὼν, καὶ οἰκοδομηθήσονται αἱ πόλεις τῆς Ἰουδαίας. αἰτίαν ἀποδίδωσι δι' ἣν οὐρανοὶ καὶ γῆ καὶ θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς αἰνέσειν λέγονται τὸν θεόν. ἡ δὲ αἰτία ἐστὶν αὕτη, ὅτι ὁ θεὸς σώσει τὴν Σιὼν, καὶ οἰκοδομηθήσονται αἱ πόλεις Ἰουδαίας. ποίαν δὲ
C Σιὼν, ἢ δηλονότι τὴν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἱδρυθεῖσαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐκκλησίαν; πόλεις δὲ Ἰουδαίας μὴ ὄκνει λέγειν τὰς θεοπνεύστους γραφάς, δι' ὧν ἡ Ἰουδαϊκὴ πολιτεία τετύπωται. ἀλλ' αὗται μὲν αἱ πόλεις καθῄρηνται, ὅσον ἐπὶ Ἰουδαίοις, οἰκοδομὴν δὲ εἰλήφασι διὰ τῆς ἐν Χριστῷ καινῆς διδασκαλίας· δι' ἧς καὶ ἡ ἀληθινὴ περιτομὴ συνίσταται, καὶ τὰ πνευματικὰ σάββατα, καὶ αἱ πνευματικαὶ θυσίαι καὶ πάντα τούτοις ἀκολούθως κατὰ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ πνευματικοῦ νόμου. οὕτως οὖν οἰκοδομοῦνται αἱ πόλεις τῆς Ἰουδαίας, καὶ κατοικήσουσιν ἐν αὐταῖς οἱ
D πολῖται καὶ οἱ κληρονόμοι τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἐπηγγελμένων· διὸ λέλεκται, καὶ κληρονομήσουσιν αὐτήν. ἀλλὰ καὶ τὸ σπέρμα τῶν δούλων αὐτοῦ καθέξουσιν αὐτήν. δοῦλοι δὲ αὐτοῦ τίνες ἂν εἶεν, ἢ πάντως οἱ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μαθηταί, καὶ τὸ σπέρμα τὸ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης κατασπαρέν, ὅπερ τὴν κληρονομίαν τὴν ἐπηγγελμένην ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς καθέξει; ἀλλὰ καὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατασκηνώσουσιν ἐν αὐτῇ, δῆλον δ' ὅτι τῇ κληρονομίᾳ· οἷς λεχθήσεται· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν
E ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. εἰ δὲ ἐπουράνιός ἐστι τοῦ θεοῦ πόλις Σιὼν, περὶ ἧς ὁ ἀπόστολος ἐδίδαξεν εἰπών· ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστίν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν, καὶ προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, εἴη ἂν πόλις τῆς Ἰουδαίας; * δι' ἃς ἀκολούθως τῇ ἐπουρανίῳ Σιὼν αἱ πολλαὶ παρὰ τῷ πατρὶ μοναί, ἐν αἷς κατοικήσουσι, καὶ ἃς κληρονομήσουσι πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ· οἵ τε πάλαι γενόμενοι προφῆται καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες, καὶ οἱ μετὰ ταῦτα ὑπηρέται καὶ διάκονοι τοῦ εὐαγγελίου αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ τὸ

* Lectio videtur vitiata.

σπέρμα αὐτῶν, οἱ ἐξ αὐτῶν δηλαδὴ κατὰ θεὸν γεγεννημένοι. προκόψαντες καὶ εἰς τὸ τέλειον ἐλθόντες τῆς τοῦ θεοῦ ἀγάπης, τοῦτο γέρας ἕξουσι καὶ μισθὸν ἐπάξιον παρ' αὐτοῦ, τὸ κατασκηνῶσαι ἐν τῇ ἐπηγγελμένῃ αὐτοῖς κληρονομίᾳ.

A eorum scilicet qui ab illis secundum Deum orti sunt, profectu aucti & ad perfectam Dei caritatem progressi, hoc munus condignumque præmium ab ipso recipient, quod inhabitent in promissa sibi hæreditate.

Εἰς τὸ τέλος, τῷ Δαυὶδ εἰς ἀνάμνησιν. ξθ'.

In finem, ipsi David in rememorationem. LXIX. 1.

Ὁ θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες. οὔτε ᾠδὴ, οὔτε ψαλμὸς, οὔτε τι τῶν τοιούτων οἱ προκείμενοι τυγχάνουσι λόγοι· πλὴν διαπέμπουσιν εἰς τὸ τέλος, ἐπεὶ περὶ μελλόντων τὴν ἱκετηρίαν ποιοῦνται. εἴρηνται δὲ τῷ Δαυὶδ εἰς ἀνάμνησιν· ὡς ἂν εἰς αὐτὸ τοῦτο λεχθέντες, ἵν' ἔχοι προχείρως διὰ στόματος ἀπομνημονεύειν αὐτοῖς, καὶ ἀντὶ ἐπῳδῆς αὐτοῖς ἐν ταῖς περιστάσεσι χρῆσθαι. δύο δέ εἰσιν οἱ εἰς ἀνάμνησιν ἐπιγεγραμμένοι, ὅ, τε μετὰ χεῖρας, καὶ ὁ λζ'. ἐπιγεγραμμένος καὶ αὐτὸς εἰς ἀνάμνησιν. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν οὐκ εἰς τὸ τέλος ἀνέπεμπεν, ἀλλ' ἦν ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ εἰς ἀνάμνησιν· οὗτος δὲ εἰς τὸ τέλος ἐπιγέγραπται. ὁ μὲν οὖν λζ'. οὐ μελλόντων ἦν προαγορευτικὸς, ἀλλὰ παρῳχηκότων πραγμάτων ὑπομνηστικός· διὸ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν εἶχε τῷ ϛ'. λέγων, κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. μίαν τε οἱ ἀμφότεροι ὑπόθεσιν περιεῖχον. ὁ μὲν γὰρ ἕκτος φησὶν ἐπιλέγων· ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου· λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου· ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. ὁ δὲ λζ'. τὰ ὅμοια διδάσκει λέγων· οὐκ ἔστιν εἰρήνη ἐν τοῖς ὀστέοις μου ἀπὸ προσώπου τῶν ἁμαρτιῶν μου· ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου, ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ. προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου. ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ τὴν μνήμην τοῦ πραχθέντος αὐτῷ πλημμελήματος ἀνέφερε. διόπερ εἰς ἀνάμνησιν ἐπέγραφεν, ἐπαναλαμβάνων τὰ παρελθόντα διὰ τῆς συνεχοῦς ἐξομολογήσεως. διὸ οὐκ ἐπέγραφεν εἰς τὸ τέλος. ὁ δὲ παρὼν εἰς τὸ τέλος εἴρηται, ἐπειδήπερ ἱκετηρία ἐστὶ προσδεχομένων πραγμάτων, τοῦ προφήτου προλαμβάνοντος καὶ εὐχομένου, ἵν' εἴ ποτε συμβαίνειεν ἐχθρῶν ἐπαναστάσεις καὶ ἐπιβουλαὶ κατ' αὐτοῦ, ταῖς προκειμέναις ἐπῳδαῖς χρώμενος ἀλεξιφάρμακα ὥσπερ ἀποτρόπαια παντὸς πονηροῦ ἀντιπαθοῦς ἀμμάτος ἐπάγοιτο. μήποτε δὲ καὶ προφητικῶς εἰς πρόσωπον ἀναφέρεται τὰ λεγόμενα τοῦ σωτῆρος· ἐπειδήπερ ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου σαφῶς θεσπίζοντι τὸ πάθος αὐτοῦ, ἐλέγετο ἐξ αὐτοῦ προσώπου· πτωχὸς καὶ ἀλγῶν ἐγώ εἰμι, ἡ σωτηρία σου ὁ θεὸς ἀντελάβετό μου. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας παρόντι φάσκει· ἐγὼ δὲ πτωχὸς καὶ πένης, ὁ θεὸς βοήθησόν μοι. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκαίως ἐπιγέγραφεν εἰς τὸ τέλος.

2\. B *Deus in adjutorium meum intende.* Neque canticum, neque psalmus, neque quid simile hi, quos tractamus, sermones sunt: cæterum ad finem remittunt, quia de futuro supplicationem habent. Dicuntur autem, *ipsi David in rememorationem*; utpote qui ideo dicti fuerint, ut posset eos in promtu ore proferre, utque iis pro remedio in casibus variis uteretur. Duo autem sunt *in rememorationem* inscripti; hic quem tractamus, & XXXVII. qui item *in rememorationem* inscriptus est. Sed ille non ad finem remittit, sed est *psalmus Davidi in rememorationem*: hic vero *in finem* inscriptus est. C Nam XXXVII. non futura prænuntiabat, sed præteritarum rerum memoriam refricabat: quamobrem eodem quo sextus exordio utitur, nempe, *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Et eodem uterque argumento erant. Siquidem sextus in sequentibus ait: *Laboravi in gemitu meo: lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Trigesimus vero septimus similia docet his verbis: *Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum: Quoniam iniquitates meæ* D *supergressæ sunt caput meum, sicut onus grave gravatæ sunt super me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ.* Hæc porro & similia ad memoriam admissi sceleris referebat. Quare *in rememorationem* inscriptus est, frequenti confessione præterita repetens. Quæ item causa est, ut *in finem* non inscribatur. Hic vero *in finem* dicitur, quia exspectatarum rerum precatio est, prævertente propheta ac rogante; ut si quando contingant inimicorum insultus & insidiæ in se paratæ, his remediis usus, E ea quasi antidota quodvis perniciosum amuletum depellentia adferat. Num etiam hæc dicta ad personam Servatoris nostri prophetice referantur? Quandoquidem in præcedenti psalmo clare passionem ejus vaticinanti ex ejus persona dicebatur: *Ego sum pauper & dolens, salus tua Deus suscepit me*; similiter in præsenti postea dicit: *Ego vero egenus & pauper sum, Deus adjuva me.* Ita ut ea de causa *in finem* necessario inscri-

batur. Quod si ex persona Davidis profe- A ratur; dicas licet ipsum magnæ gentis regem, ac ditissimum, non ignorasse tamen dictum illud: *Quanto major es, tanto magis teipsum humilia, & in conspectu Domini invenies gratiam.* (Eccli. 3. 20.) Quare moderate & humiliter sentiens, vereque sese parvum reputans, ac respiciens magnitudinem divitiarum bonitatis Dei, egenum se & pauperem in præsenti vocavit: atque sermonem ordiens, ac si divitiæ, regnum, totius populi auxilia, itemque justitia per exercitationem comparata, nihil sibi conferrent, solius Dei auxilium ex- B petebat dicens: *Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina.* Animadvertens autem plurimos esse qui suo secundum Deum profectui, livore ducti, ac saluti animæ suæ inviderent, illud adjecit:
3. *Confundantur & revereantur qui quærunt animam meam. Avertantur retrorsum & erubes-*
4. *cant qui volunt mihi mala. Avertantur statim erubescentes qui dicunt mihi, Euge, euge.* His confitetur se non sibi satis esse, sed Dei auxilio egere. Futurum quippe erat, si id non C consequeretur, ut desertus esset, ac infirmus nihilque magis quam mortalis homo deprehenderetur; inimicique alienis malis gaudentes, lapsum se invasuri essent. Si vero adjutorem Deum nancisceretur, superiorem se fore animæque suæ inimicos pudore suffusum iri sperabat. Hi enim ad singula gesta ejus e vestigio incedentes observabant, ipsumque comprehendere studentes dicere solebant, *Euge, euge*, quasi re bene gesta & pro voto succedente, cum lapsum eum putarent. Quod si quis hæc ad Salvatorem ob su- D pra traditam causam referat, is dicet, ipsum cum cerneret eos qui verbo & doctrinæ suæ magnoque Ecclesiæ suæ corpori insidiabantur, insurgere ac frequentes adversus illam persequutiones excitare; eorum malitiam exsecratum, hanc prophetice orationem emisisse, hocque orandi institutum Ecclesiæ suæ tradidisse.

5. *Exsultent & lætentur super te omnes qui quærunt te.* Priora quidem ad inimicos avertendos dicta sunt; secunda vero pro domesticis supplicant. Et sane quidem Da- E vid orationem justo congruentem emisit, precatus ut universi qui Deum requirunt, ex quorum ille numero erat, inimicis pudore suffusis, exsultationis & gaudii participes sint. Ii vero qui diligunt salutare Dei, jure dixerint, *Magnificetur Dominus*; idque non semel, sed omni tempore, quia ipse Dominus in ipsis ipsorumque opera genus omne adversariorum Dei profligat. Quod si Salvator prædictis verbis usus sit, consequenter de omnibus gentibus in se credentibus di-

A ἐὰν μὲν οὖν ἐκ προσώπου τοῦ Δαυὶδ λέγηται· εἴποις ἂν ὅτι μεγάλου βασιλεύων ἔθνους, σφόδρα πλουσιώτατος ὤν, οὐκ ἠγνόει τὸ φάσκον λόγιον· ὅσῳ μέγας εἶ, τοσούτῳ ταπείνου σεαυτὸν, καὶ ἐνώπιον κυρίου εὑρήσεις χάριν. διὸ μετριοφρονῶν καὶ ταπεινοφρονῶν καὶ ἀληθῶς σμικρύνων ἑαυτὸν, καὶ πρὸς τὸ μέγεθος ἀφορῶν τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος τοῦ θεοῦ, πτωχὸν καὶ πένητα ἑαυτὸν διὰ τῶν προκειμένων ὠνόμασεν, καὶ ἀρχόμενος δὲ τοῦ λόγου, ὡς μηδὲν αὐτῷ συμβαλλομένου, μήτε πλούτου, μήτε βασιλείας, μήτε τῆς τοῦ παντὸς ἔθνους βοηθείας, μήτε τῆς ἐξ ἀσκήσεως πορισθεί- B σης αὐτῷ δικαιοσύνης, τὴν παρὰ μόνου τοῦ θεοῦ βοήθειαν ἐξῄτει λέγων· ὁ θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. ὁρῶν δὲ πολλοὺς διαφθονουμένους τῇ κατὰ θεὸν αὐτοῦ προκοπῇ καὶ βασκαίνοντας αὐτοῦ τῇ σωτηρίᾳ τῆς ψυχῆς, προστίθησι τὸ, αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ καταισχυνθήτωσαν οἱ βουλόμενοί μοι κακά. ἀποστραφήτωσαν παραυτίκα αἰσχυνόμενοι οἱ λέγοντές μοι, εὖγε, εὖγε. διὰ τούτων γὰρ ὁμολογεῖ αὐτὸς μὲν ἑαυτῷ C μὴ δύνασθαι ἐπαρκεῖν, δεῖσθαι δὲ τῆς παρὰ τοῦ κρείττονος βοηθείας· ὡς εἰ μὴ τύχοι ταύτης ἔρημος ἐσόμενος καὶ ἐλεγχθησόμενος ἀσθενὴς καὶ πλέον οὐδὲν ἢ θνητὸς ἄνθρωπος, καὶ ὡς οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ἐπιχαιρεσίκακοί τινες ὄντες πεσόντι αὐτῷ ἐπαναβήσονται. εἰ δὲ βοηθοῦ τύχοι τοῦ θεοῦ, αὐτὸς μὲν ἔσται ἀνώτερος· αἰσχύνην δὲ καταχεθήσονται οἱ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἐπίβουλοι, οἵτινες ἐφ᾽ ἑκάστῃ πράξει κατὰ πόδας αὐτοῦ βαίνοντες καὶ πειρώμενοι ἐπιλαμβάνεσθαι αὐτοῦ λέγειν εἰώθασιν, εὖγε, εὖγε, ὡς ἂν ἐπιτυγχάνοντες καὶ κατ᾽ εὐχὰς πράττοντες ἐν οἷς αὐτὸν σφάλλεσθαι ἐνόμι- D ζον. εἰ δὲ ἐπὶ τὸν σωτῆρά τις ἀναφέροι ταῦτα διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν, ἐρεῖ, ὅτι τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτοῦ τῷ λόγῳ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, τῷ τε μεγάλῳ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ θεωρῶν ἐπανισταμένους, καὶ τοὺς διωγμοὺς συνεχῶς κατ᾽ αὐτῆς ἐνεργοῦντας, ἀποτροπιαζόμενος αὐτῶν τὴν κακίαν, ταύτην προφητικῶς ἀνέπεμπε τὴν εὐχὴν, οὕτω δεῖν εὔχεσθαι διδάσκων τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ.

Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε. τὰ μὲν πρῶτα διαπρεπτικὰ ἦν τῶν ἐναντίων, ἀκολούθως δὲ τὰ δεύτερα ὑπὲρ τῶν οἰκείων πρεσβεύει. καὶ εἰ μὲν E ὁ Δαυὶδ δικαίῳ πρέπουσαν εὐχὴν ἐποιεῖτο, ὡς ἂν πάντες οἱ τὸν θεὸν ζητοῦντες, ὧν εἷς καὶ αὐτὸς ἦν, ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης μετέχοιεν τῶν ἐχθρῶν καταισχυνομένων. οἱ δὲ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, λέγοιεν ἄν, μεγαλυνθήτω ὁ θεὸς, καὶ τοῦτο μὴ εἰς ἅπαξ, μηδὲ ἐπί ποτε καιρῷ· ἀλλὰ διαπαντὸς λέγοιεν. νικῶντος ἐν αὐτοῖς καὶ δι᾽ αὐτῶν πάμπαν τὸ πολέμιον γένος τοῦ θεοῦ. εἰ δὲ ὁ σωτὴρ τοῖς προλεχθεῖσιν * ἀκολούθως εἴη ὑπὲρ τῶν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων, λέγοι

αὐτὸ, ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε. μὴ γὰρ μόνοι Ἰουδαῖοι, μηδὲ οἱ τὸν Ἀβραὰμ αὐχοῦντες· ἀλλὰ καθ' ὅλου καὶ ἀορίστως πάντες ὅσοι δήποτε καὶ ἐξ οἵου γένους εἶεν οἱ ἐκζητοῦντές σε, ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοὶ, καὶ λεγέτωσαν, μεγαλυνθήτω ὁ θεός, καὶ τοῦτο λεγέτωσαν διαπαντὸς οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου· αὐτὸν δηλαδὴ τὸν σωτῆρα σωτήριον πολλαχοῦ τῶν γραφῶν ὠνομασμένον, ὃν ἀγαπῶσιν οἱ δι' ἔργων τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ καθαρᾷ περιέποντες. ἐγὼ δὲ πτωχὸς καὶ πένης, ὁ θεὸς βοήθησόν μοι. καὶ Δαυὶδ πλούσιος ὢν ἐταπεινοφρόνει, ἅτε γνῶσιν ἔχων τοῦ μεγέθους τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ μηδὲν ἑαυτὸν ὁρῶν· διὸ τὴν παρὰ μόνου τοῦ ἰσχυροῦ βοήθειαν ἐξῃτεῖτο λέγων· ὁ θεὸς βοήθησόν μοι· βοηθός μου καὶ ῥύστης μου εἶ σύ, κύριε μὴ χρονίσῃς. καὶ ὁ Χριστὸς δὲ πλούσιος ὢν, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν. ὡς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος ἀπόστολος. διὸ καὶ ἑαυτὸν ἀνετίθει τῇ τοῦ πνεύματος βοηθείᾳ, πρεσβεύων ὑπὲρ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ καὶ τῆς ἐκκλησίας, ὡς ἂν μὴ εἰς μακροὺς χρόνους πολεμουμένη ἐν τοῖς καιροῖς τῶν διωγμῶν, μεγάλην ἀπενέγκοιτο βλάβην. διό φησι· βοηθός μου καὶ ῥύστης μου εἶ σύ, κύριε μὴ χρονίσῃς. εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἀναφέροιτο ἐπὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ αὐτὸς ἐπιστήσεις. ἐπειδὴ γὰρ διέγραψεν ἐν τῷ πρὸ τούτου τὰς κατ' αὐτοῦ ἐπαναστάσεις· ὅπως τε εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ἐνεπάγη εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ ὡς ἦλθεν εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης. ἐπληθύνθησάν τε ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ οἱ μισοῦντές με δωρεάν· πέπονθέ τε ὅσα καὶ εἴρηται, εἰκότως τὴν παροῦσαν δέησιν ἀναπέμπει πρὸς τὸν πατέρα λέγων· ὁ θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα. ἐπειδὴ ἑώρα τὸ τάγμα τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἐν πολλῇ συγχύσει γεγενημένον διὰ τὴν περὶ αὐτὸν ἀγάπην, τὰς δευτέρας ὑπὲρ αὐτῶν προΐετο φωνάς, ὅπως ἀπολαβόντες αὐτοῦ τὴν ἀνάστασιν ἣν περιέμενον ποθοῦντες ἰδεῖν, πληρωθεῖεν ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης, λέγοντες διαπαντός, μεγαλυνθήτω ὁ θεός, αὐτοὶ ὄντες οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριον αὐτοῦ.

A xerit: *Exsultent & lætentur in te omnes qui quærunt te.* Non enim Judæi solum, neque ii qui se ex Abrahamo ortos gloriantur; sed universim & indefinite omnes prorsus qui quærunt te, ex quovis genere fuerint, *exsultent & lætentur in te, & dicant, Magnificetur Deus:* idque omni tempore dicant qui diligunt salutare tuum, scilicet Salvatorem, qui sæpe in Scripturis salutare vocatur; quem diligunt ii, qui doctrinam ejus in dilectione pura operibus fovent. *Ego vero egenus & pauper sum: Deus adjuva me.* 6.
B David quoque, dives cum esset, humiliter sentiebat, gnarus scilicet magnitudinis Dei, & quod se nihil esse videret. Quare solius fortis [Dei] opem implorabat dicens: *Deus adjuva me: adjutor meus & liberator meus es tu, Domine ne moreris.* Christus quoque cum dives esset, propter nos egenus factus est, ut docuit divinus Apostolus. 2. Cor. 8. 9. Quamobrem seipsum Spiritûs auxilio commendabat, pro populo suo deprecans, & pro Ecclesia; ne diutius tempore persequutionum impugnata, gravi hinc detrimento adficeretur. Quamobrem ait:
C *Adjutor meus & liberator meus es tu, Domine ne moreris.* An porro hæc ad tempus passionis Servatoris referantur, tu ipse consideres velim. Quandoquidem enim in præcedenti illatas sibi vexationes descripsit; quomodo intraverint aquæ usque ad animam suam, qui infixus sit in limo profundi, venerit in altitudinem maris, multiplicati sint super capillos capitis sui qui se gratis oderunt, & alia multa ibidem allata perpessus sit; jure hanc supplicationem Patri suo emittit dicens:
D *Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina,* & cætera. Quia Apostolorum suorum ordinem amoris sui causa magna in confusione versantem videbat, secundas pro illo voces edebat; ut accepto resurrectionis suæ, quam ejus videndi cupidi exspectabant, nuntio, exsultatione & lætitia repleti semper dicerent, *Magnificetur Dominus:* ipsi quippe erant qui diligebant salutare ipsius.

LXX.

1. *In vulgata titulus, Filiorum Jonadab & priorum captivorum.*

A *monium* autem dicitur, quia testimonium præbet viro ibidem prænuntiato, & ei qui vocatur filius hominis. Nam quemdam filium hominis hic inducit, & virum dexteræ Dei eumdem nuncupat. Primo itaque Judaïci populi ex Ægypto exitum, atque habitationem in Palæstina allegorico more declarat dicens: *Vineam de Ægypto transtulisti, ejecisti gentes & plantasti eam*, & cætera. Deinde futuram ejus desolationem his indicat: *Ut quid destruxisti maceriam ejus, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur* B *viam?* De obsidentibus autem eam hæc tradit: *Exterminavit eam aper de sylva, & singularis ferus vastavit eam.* Quibus verbis eam gentem a duobus obsidendam significat. Quod evenit Babyloniorum tempore: nam Assyrius prior invadens, decem tribus Israëlis captivas abduxit; deinde vero Babylonius incensis cum templo Jerosolymis, reliquos cepit. Quod hic sermo vaticinatur his verbis: *Incensa igne & suffossa:* idipsum quoque Romanorum tempore accidit; primo quidem obsidente Tito, qui post eorum C contra Salvatorem nostrum facinora, templum quoque incendit; deinde vero Hadriano imperante, qui Judæis urbis aditum lata lege interclusit. Sed postquam isthæc de obsidione gentis vaticinatus fuerat, in sequentibus de divino Servatoris adventu hæc precando dicit: *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi.* His autem rogat, ut vir dexteræ Dei in terra appareat. Per ipsum enim, inquit, nos qui suscepimus eum, non discedemus a te, sed etiam per ipsum nos D vivificabis: quamobrem his verbis supplicamus: *Domine virtutum converte nos, & ostende faciem tuam* per prædictum virum, *& salvi erimus.*

Θ'.

Σφόδρα ἀκολούθως τοῖς προλεχθεῖσιν ἡ μετὰ χεῖρας προφητεία ὑπὲρ τῶν ληνῶν προσγέγραπται, καὶ εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπει. ληνοὺς δὲ διὰ τούτων ὀνομάζει τὰς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, ἐν οἷς ὁ τρυγητὸς τῆς ἁγίας ἀμπέλου συνῆκται. παραδόξως δὲ προσγέγραπται, ὑπὲρ τῶν ληνῶν, μετὰ τὸν ἀφανισμὸν τῆς προτέρας ἀμπέλου. ἐκείνης γὰρ λυμανθείσης ὑπὸ τοῦ ἀγρίου συὸς (sic), τοῦ τε φραγμοῦ αὐτῆς καθαιρεθέντος, ἐνταῦθα πολλῶν ληνῶν καὶ οὐκέτι μιᾶς ὁ λόγος μνημονεύει. ληνὸν δὲ μίαν τὴν πρώτην ἐδήλου καὶ ὁ Ἡσαΐας λέγων· καὶ ᾠκοδόμησα πύργον, καὶ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ, δηλαδὴ τῷ ἀμπελῶνι. ἀλλ' ἐπεὶ τὴν πτῶσιν ἐδήλου τοῦ προτέρου πύργου, καὶ τὸν ἀφανισμὸν τοῦ προληνίου,

IX.

ADmodum consequenter ad prædicta, hæc, quam tractamus, prophetia, *pro torcularibus* inscripta est, & ad finem remittit. Torcularia porro hic vocat Ecclesias Dei per totum orbem constitutas, in quibus E sanctæ illius vineæ vindemia colligitur. Stupendo autem modo *pro torcularibus*, post destructam priorem vineam, inscribitur. Illâ namque ab agresti apro vastatâ, atque maceriâ ejus destructâ, hic multorum torcularium, non unius tantum, mentio habetur. Torcular autem primum illud, quod unum erat, declarabat Hesaïas his verbis: *Et ædificavi turrim, & protorcular fodi in ipsa*, scilicet vinea. At postquam primæ turris ruinam atque protorcularis destructionem, Hesai. 5. 2.

itemque totius vineæ desolationem illic enatraverat; jure in præsenti omnium gentium vocationem denuntiat, cum *pro torcularibus* propheriam inscribit. Quamobrem ad gaudium & lætitiam eos, quibus Evangelium prædicatur, invitat dicens: *Exsultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob. Sumite psalmum, & date tympanum, psalterium jucundum cum cithara.* Et hæc quidem iis qui digni Evangelio sunt, quique propriis fructibus torcularia replent. De Judaïca vero gente clare subjungit: *Et non audivit populus meus vocem meam, & Israël non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum.* Hæc porro opportunissime præcedenti prophetiæ cohærent. Quemadmodum enim illic vineæ ruinam declarabat, ita etiam hoc loco eorumdem hominum inobsequentiam coarguit; & sicut in illo virum dexteræ Dei, & filium hominis confirmatum induxit, sic illi hanc subjunxit prophetiam, inscriptam *pro torcularibus*, id est, Ecclesiis Dei, quas filius hominis constituit.

A τήν τε τοῦ παντὸς ἀμπελῶνος ἐρημίαν ἐν ἐκείνοις· εἰκότως διὰ τοῦ παρόντος τὴν ἐθνῶν ἁπάντων τὴν κλῆσιν εὐαγγελίζεται, ὑπὲρ τῶν ληνῶν ἐπιγράψας τὴν προφητείαν. διὸ ἐπὶ χαρὰν καὶ εὐφροσύνην προκαλεῖται τοὺς εὐαγγελιζομένους φάσκων· ἀγαλλιᾶσθε τῷ θεῷ τῷ βοηθῷ ἡμῶν· ἀλαλάξατε τῷ θεῷ Ἰακώβ. λάβετε ψαλμὸν καὶ δότε τύμπανον, ψαλτήριον τερπνὸν μετὰ κιθάρας. ταῦτα μὲν οὖν τοῖς ἀξίοις τοῦ εὐαγγελίου, τοῖς τὰς ληνοὺς ἀπὸ τῶν οἰκείων καρπῶν πληροῦσιν. περὶ δὲ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους σαφῶς ἐπιλέγει· καὶ οὐκ ἤκουσεν ὁ λαός μου
B τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε μοι. καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς καρδίας αὐτῶν. πολλῆς δὲ ἔχεται ἀκολουθίας ταῦτα πρὸς τὴν ἔμπροσθεν προφητείαν. ὡς γὰρ ἐκεῖ τῆς ἀμπέλου τὸν ἀφανισμὸν ἐδήλου, οὕτως καὶ ἐνταῦθα τῶν αὐτῶν τὸ ἀπειθὲς καὶ ἀνήκοον ἐλέγχει· καὶ ὡς ἐν ἐκείνῳ ἄνδρα δεξιᾶς τοῦ θεοῦ εἰσήγαγεν καὶ υἱὸν ἀνθρώπου κεκραταιωμένον· οὕτως διὰ τῶν προκειμένων τὴν ὑπὲρ τῶν ληνῶν συνῆψε προφητείαν, δηλαδὴ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ, ἃς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου
C συνεστήσατο.

X.

Hic Asaph deos inducit, & Deum in medio deorum, eos, qui dii vocantur, dijudicantem, & quidem necessario: nam quia superius totam Judaïcam gentem incusabat, consequenter in præsenti eorum principes speciatim coarguit. Deinde quia in præcedenti psalmo Christum Dei, virum dexteræ ejus & filium hominis confirmatum vocaverat, ejus in carne adventum his significans, ne quis ipsum merum hominem, & multis aliis similem arbitraretur; ipsum hic Deum prædicat his verbis: *Deus stetit in synagoga deorum.* Ac ne quis ob monarchiæ, sive unius principii rationem turbaretur, Christum Dei Deum esse audiens; congruenter hic multos deos nominat eos qui sub hæc incusantur, tantum non præcipiens ut ne cunctemur filium quoque Dei Deum vocare. Si enim gentis principes, qui male audiebant, Dei nomine dignati sunt, quod quæso, periculum fuerit si virum dexteræ Dei & filium hominis confirmatum, Deum fateamur? Deinde vero in fine psalmi orationem propheta profert pro gentium vocatione, dicens: *Surge Deus, judica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.* Videtur huic psalmo, quadragesimus nonus affinis esse, in quo etiam dicebatur: *Deus deorum Dominus loquutus est:* nam in utroque Deus deorum inducitur; rursumque in ambobus judicare scribitur; in præsenti quippe dicitur, *Surge Deus, judica terram*

De Monarchia. Vide in Pref.

Psal. 49. 1.

Ι'.

Θεοὺς εἰσάγει καὶ θεὸν ἐν μέσῳ θεῶν διακρίνοντα τοὺς ὠνομασμένους θεοὺς ἐν τούτοις ὁ Ἀσὰφ ἀναγκαίως· ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῶν ἔμπροσθεν τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους κατηγόρει, ἀκολούθως ἐπὶ τοῦ παρόντος τοὺς παρ' αὐτοῖς ἄρχοντας ἰδίως ἐλέγχει. εἶτ' ἐπειδὴ τὸν χριστὸν τοῦ θεοῦ ἐν τῷ πρὸ τούτου ἄνδρα ὠνόμασεν δεξιᾶς αὐτοῦ καὶ υἱὸν ἀνθρώπου κεκραταιωμένον, τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρ-
D ουσίαν σημήνας ἵνα μή τις αὐτὸν ψιλὸν ὑπολάβοι ἄνδρα καὶ τοῖς πολλοῖς ὅμοιον, θεολογεῖ αὐτὸν ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας φήσας· ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν. καὶ ὅπως μὴ ταραχθείη τις εἰς τὸν περὶ μοναρχίας λόγον, θεὸν ἀκούων τὸν χριστὸν τοῦ θεοῦ, εἰκότως καὶ πλείονας θεοὺς ὀνομάζει τοὺς διὰ τῶν ἑξῆς κατηγορουμένους, μονονουχὶ παρακελευόμενος μὴ ἀποκνεῖν καὶ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ θεὸν ἀποκαλεῖν. εἰ γὰρ οἱ διαβαλλόμενοι τοῦ ἔθνους ἄρχοντες θεοὶ ἠξιώθησαν ὀνομασθῆναι, ποῖος ἂν γένοιτο κίνδυνος τὸν ἄνδρα τῆς δεξιᾶς τοῦ θεοῦ καὶ τὸν υἱὸν τοῦ
E ἀνθρώπου τὸν κεκραταιωμένον, θεὸν ὁμολογεῖν; εἶτ' ἐπὶ τέλει τοῦ παντὸς ὁ προφήτης εὐχὴν ἀναπέμπει ὑπὲρ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως φάσκων· ἀνάστα ὁ θεός, κρῖνον τὴν γῆν, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. ἔοικεν δὲ τούτῳ ἀκόλουθος εἶναι ὁ μθ'. ψαλμὸς ἐν ᾧ καὶ αὐτῷ λέλεκτο· θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησεν. καὶ ἐν ἀμφοτέροις δ' οὖν θεὸς θεῶν εἰσῆκται, καὶ πάλιν ἐν ἀμφοτέροις κρίνων ἀναγέγραπται. καὶ ἐν μὲν τῷ παρόντι λέλεκται, ἀνάστα ὁ θεός, κρῖνον τὴν γῆν, ὅτι

ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν· ἐν δὲ τῷ μθ΄. σφόδρα τούτοις ἀκολούθως, ὅπως ἀναστὰς κρίνει τὴν γῆν ὑπογράφει ὁ λόγος φάσκων· θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησεν, καὶ ἐκάλεσεν τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν· καὶ ἑξῆς, ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει καὶ οὐ παρασιωπήσεται. πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ τὰ ἑξῆς. δι᾽ ὧν ὅπως μέλλει κρίνειν διεξέρχεται. καὶ ἐπειδήπερ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας λέλεκται, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν· εἰκότως ἐν τῷ μθ΄. τοὺς παρὰ Μωσεῖ περὶ θυσιῶν διατρέπει νόμους, ἕτερον τρόπον παραδιδοὺς λογικῆς θυσίας, τὸν καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐπιτελούμενον· δι᾽ ὃ λέλεκται, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν.

A *quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus*: in quadragesimo autem nono, valde consentanea huic ratione, quo pacto surgens judicet terram describitur his verbis: *Deus deorum Dominus loquutus est, & vocavit terram a solis ortu usque ad occasum*; ac deinceps, *Deus manifeste veniet, & non silebit. Ignis in conspectu ejus exardescet*, & cætera: queis quomodo judicaturus sit enarrat. Et quia in præsenti dictum est, *Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus*; opportune in quadragesimo nono, Moysis de sacrificiis leges abro- B gat, aliumque rationabilis sacrificii ritum tradit, quod per totum orbem in omnibus gentibus persolvitur. Quare dictum est, *Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.*

ΙΑ΄.

Ὁ παρὼν λόγος τελευταῖος ὢν τοῦ Ἀσάφ, ἱκετηρίαν περιέχει καὶ παράκλησιν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ σφόδρ᾽ ἀκολούθως. ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς πρώτοις ἐθέσπισεν τὴν ἐσχάτην τοῦ τόπου πολιορκίαν, εἶτ᾽ ἀναδραμὼν τῷ χρόνῳ δευτέραν τὴν ὑπ᾽ Ἀντιόχου γενομένην ἔταξεν, εἶτ᾽ ἐπὶ ταύτης, τρίτης ἐμνημόνευσεν τῆς προαγούσης τοῖς χρόνοις, λέγω δὲ τῆς κατὰ τὴν Ἀσσυρίων καὶ Βαβυλωνίων ἀρχῆς· ἀκολούθως διὰ τῶν προκειμένων δέησιν καὶ ἱκετηρίαν ἀναπέμπει ὑπὲρ τῆς τοῖς χρόνοις πρώτης πολιορκίας· καθ᾽ ἣν πάντες οἱ περίοικοι τῆς Ἰουδαίας δεξιὰς τοῖς Ἀσσυρίοις κατ᾽ αὐτῶν ὤρεξαν. ὃ δὴ σημαίνει λέγων· τὰ σκηνώματα τῶν Ἰδουμαίων καὶ οἱ Ἰσμαηλῖται, Μωὰβ καὶ οἱ Ἀγαρηνοί, Γεβὰλ καὶ Ἀμμὼν καὶ Ἀμαλὴκ, ἀλλόφυλοι μετὰ τῶν κατοικούντων Τύρον. καὶ γὰρ καὶ Ἀσσοὺρ συμπαρεγένετο μετ᾽ αὐτῶν, ἐγενήθησαν εἰς ἀντίληψιν τοῖς υἱοῖς Λώτ. οἷς ἑξῆς τὸ καταληψόμενον αὐτοὺς ὑπογράφει τέλος φάσκων· ὁ θεός μου θοῦ αὐτοὺς ὡς τροχόν, ὡς καλάμην κατὰ πρόσωπον ἀνέμου, ὡσεὶ πῦρ ὃ διαφλέξει δρυμόν, ὡσεὶ φλὸξ κατακαύσει ὄρη, καὶ τὰ ἐπιφερόμενα. ἔνθα γενόμενος ἀναγκαίως ἐπιτηρήσεις ὡς ὅπου μέμνηται τοῦ Ἀσσούρ, οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ Ἀσσύριοι, καὶ τῶν προλεχθέντων ἐθνῶν τὴν κατ᾽ αὐτῶν ποιεῖται δέησιν. καὶ τὴν καταστροφὴν αὐτῶν ἑξῆς θεσπίζει· καὶ ἐν τῷ οη΄. ὁμοίως, ἐν ᾧ τὰ κατὰ Ἀντίοχον προαναφωνεῖ, ὃς ἑλληνίζειν καὶ παραβαίνειν τὰ πάτρια ἠνάγκαζεν Ἰουδαίους. πάλιν γὰρ κἀκεῖ τὴν καταστροφὴν τῶν πολεμίων προείληφεν. οὐκέτι δὲ καὶ ἐν τῷ ογ΄. καθ᾽ ὃν ἡ ἐσχάτη αὐτῶν ἐδηλοῦτο ἀποβολή.

Οὗτοι μὲν οὖν οἱ συνημμένοι τοῦ Ἀσάφ ια΄. ὁ δὲ ιβ΄. πρὸ τοῦ ν΄. ψαλμοῦ κατατέτακται, δι᾽ ἣν ἀποδεδώκαμεν αἰτίαν τοῖς

XI.

Hic sermo qui postremus Asaphi est, supplicationem ac deprecationem pro populo admodum opportune complectitur. Quia enim in primis postremam loci obsi- C dionem vaticinabatur, deinde vero quoad tempus retrogressus, secundam posuit ab Antiocho illatam cladem, ac sub hæc tertio loco posuit eam quæ tempore præcurrebat, videlicet quæ sub imperio Assyriorum & Babyloniorum accidit; consequenter in præsenti supplicationem offert, pro obsidione quæ tempore prior erat, in qua omnes Judææ finitimi dexteras suas Assyriis adversum illos porrexerunt. Quod his significat: *Tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ, Moab & Agareni, Gebal & Ammon & Amalec, alie-* D *nigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adjutorium filiis Lot.* Quibus deinde finem quo excipiendi sunt describit dicens: *Deus meus pone illos ut rotam, sicut stipulam ante faciem venti, sicut ignis qui comburet sylvam, sicut flamma comburet montes*, & reliqua. Cum huc autem deveneris observa, quæso, eum ubi illius Assur meminit, (erant autem ii Assyrii,) necnon prædictarum gentium; supplicationem adversus eos emittere, ac exinde infaustum eorumdem finem vaticinari: quod itidem E in LXXVIII. præstitit, ubi item quæ Antiochi tempore acciderunt prænuntiat, qui Judæos compulit ut Græcorum ritum observarent, paternasque leges transgrederentur. Nam illic quoque infelicem inimicorum finem prædixit. At non in LXXIII. ubi postrema Judæorum abjectio declaratur.

Hi igitur Asaphi numero undecim, conjuncti sunt. Duodecimus vero ante psalmum L. collocatus est, ob causam quam

illum explicantes adtulimus. Verum post hoc compendium, primum repetentes, ejus sententiam minutatim explorabimus.

τόποις διηγούμενοι. ἀλλὰ γὰρ μετὰ τὴν τούτων ἐπιτομὴν φέρ᾽ ἐπαναλαβόντες τὸ πρῶτον, τὴν κατὰ μέρος αὐτοῦ διάνοιαν ἐπιθεωρήσωμεν.

Psalmus Asaph. LXXII.

1. *Quam bonus Israël Deus iis qui recti sunt corde!* Tertia pars libri psalmorum a præsenti incipit, & in LXXXVIII. desinit, ita ut psalmos complectatur septemdecim, quorum undecim consequenter ipsius Asaph sunt: hinc filiorum Core quatuor, Davidis unus, postremusque omnium Ethan Esdraïtæ. Hic vero quem tractamus Asaphi est, qui propheta Davidi coætaneus erat: psalmusque inscribitur; quia ad calcem cum impiorum infaustum exitum, tum piorum in Deo reconditum optimum finem complectitur. Quæ his declarat: *Quia ecce qui elongant se a te peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Init autem a doctrinæ præceptis, queis impiorum ad quoddam tempus felicitatis rationem adfert: hujusce quippe rei causam esse ait, quod Deus, bonus patiensque sit. Idipsum sane docet divinus Apostolus dicens: *An divitias bonitatis ejus & longanimitatis contemnis, ignorans quod clementia Dei ad pœnitentiam te adducit?* & alibi dictum est: *Deus judex justus, bonus & patiens, numquid irascitur per singulos dies?* Utpote bonus igitur, *Solem suum oriri facit super justos & injustos, & pluit super malos & bonos.* Unde Servator hanc sententiam de Patre protulit: *Nemo bonus nisi unus Deus.* Quod si de Filio perquisieris, comperies qua ratione & ipse bonus sit; quia scilicet splendor est lucis sempiternæ, & speculum sine macula paternæ virtutis, & imago bonitatis illius. Talis itaque Deus est; sed illud non omnibus notum; verum soli Israëli, viro scilicet perspicaci & internoscendi vi prædito, qualem sub hæc declarat his verbis, *rectis corde.* Qui enim in mente nihil tortuosum habet; sed recta & sincera cogitatione providentiæ rationem contemplatur, ipse scilicet Israël fuerit, cui Deus bonus esse cognoscitur, quia ob bonitatis excellentiam omnes tolerat. Sed Deus quidem hujusmodi est.
2. Ego vero homo qui veritati studeo, mentis meæ stoliditatem enarro. Etenim firmitate mea & gressu, sive ut metaphorice loquar, animæ pedibus & fulcris commotus pene & eversus sum a spe mea in Deo reposita; idque ob prosperas atheorum impiorumque res. Verum id qui-

Psal. 7. 12.
Matth. 5. 45.
Marc 10. 18.
Hebr. 1. 3.

Ψαλμὸς τοῦ Ἀσάφ. οβ΄.

Ὡς ἀγαθὸς τῷ Ἰσραὴλ ὁ θεὸς, τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. τὸ τρίτον μέρος τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ παρόντος, περαιοῦται δὲ εἰς τὸν πη΄. ὡς τοὺς πάντας περιέχειν ψαλμοὺς ἑπτὰ καὶ δέκα· ὧν ἐφεξῆς ια΄. τυγχάνουσι τοῦ Ἀσάφ· εἶτα τῶν υἱῶν Κορὲ, δ΄. καὶ τοῦ Δαυὶδ εἷς, καὶ Αἰθὰν τοῦ Ἐσδραΐτου τελευταῖος. ὁ μέν τοι μετὰ χεῖρας τοῦ Ἀσάφ, προφήτης δὲ ἦν οὗτος συγχρονίσας τῷ Δαυὶδ, ψαλμὸς μὲν ἐπιγέγραπται, διὰ τὸ περιέχειν ἐπὶ τέλει τῶν λόγων τῶν μὲν ἀσεβῶν τὴν καταστροφὴν, τῶν δὲ εὐσεβῶν τὸ παρὰ τῷ θεῷ τεταμιευμένον ἀγαθὸν τέλος. ἃ δὴ παρίστη λέγων· ὅτι ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται, ἐξωλόθρευσας πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ. ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ θεῷ ἀγαθόν ἐστιν· ἄρχεται δ᾽ ἀπὸ δογματικῆς διδασκαλίας, δι᾽ ἧς αἰτίαν ἀποδίδωσι τῆς τῶν ἀσεβῶν κατά τινας καιροὺς εὐπραγίας. τὸ γὰρ ἀγαθὸν εἶναι καὶ μακρόθυμον τὸν θεὸν τοῦτο φησὶν ὑπάρχειν αἴτιον. ὃ δὴ διδάσκει καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος λέγων· ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; καὶ ἀλλαχοῦ δὲ εἴρηται· ὁ θεὸς κριτὴς δίκαιος καὶ ἀγαθὸς καὶ μακρόθυμος, μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν; ὡς ἀγαθὸς γ᾽ οὖν ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ βρέχει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς. ὅθεν καὶ ὁ σωτὴρ ὅρον περὶ τοῦ πατρὸς ἐξήνεγκεν εἰπὼν, οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ θεός. κἂν ἐξετάζῃς περὶ τοῦ υἱοῦ, μαθήσῃ ὅπως ἐστὶ καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς ἐπειδὴ ἀπαύγασμά ἐστι φωτὸς ἀϊδίου καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ πατρὸς ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ θεὸς πέφυκεν, ἔγνωσται δὲ οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ, τῷ διορατικῷ δηλαδὴ καὶ γνωστικῷ ἀνδρὶ, ὃν δὴ παρίστησι συνάπτων ἑξῆς καὶ λέγων, τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. ὁ γὰρ μηδὲν σκολιὸν κεκτημένος ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, λογισμοῖς δὲ ὀρθοῖς ἐπιβάλλων τοῖς τῆς προνοίας λόγοις, αὐτὸς ἂν εἴη ὁ Ἰσραὴλ, ᾧ καὶ ἔγνωσται ἀγαθὸς ὢν ὁ θεὸς δι᾽ ὑπερβολήν τε ἀγαθότητος πάντων ἀνεχόμενος. ἀλλ᾽ ὁ μὲν θεὸς τοιοῦτος. ἐγὼ δὲ ἄνθρωπος φιλαλήθης εἶναι θέλων, τὴν ἐμαυτοῦ διηγοῦμαι τῆς ψυχῆς νωθρίαν. μικροῦ γὰρ δεῖν τὴν ἐμαυτοῦ στάσιν καὶ βάσιν, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις μεταφορικῶς, τοὺς τῆς ψυχῆς πόδας καὶ τὰ ἐρείσματα παρετράπην ἐκ τῆς εἰς τὸν θεὸν ἐλπίδος, διὰ τὰς τῶν ἀθέων καὶ ἀσεβῶν ἀνδρῶν εὐπραγίας. ἀλλὰ παρὰ μι-

σχεδὸν μὲν τοῦτ' ἔπαθον· διὰ δὲ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν οὐκ ἐσαλεύθην, οὐδὲ κατεκράτησέ μου ὁ προλεχθεὶς λογισμός· ἢ γὰρ ἂν ἀπωλώλειν, καὶ πάντα μου τὰ διαβήματα κέχυτο, παρ' ὀλίγον γὰρ ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου, οὐ μὴν ἐξεχύθη. νοήσεις δὲ ὅπως ἐκχεῖται ψυχῆς διαβήματα, ἐπιστήσας ὡς ἤδη τινὲς προκόψαντες ἐν ἀσκήσει θεοσεβείας, ἐν σωφροσύνῃ τε καὶ ἁγνείᾳ διαλάμψαντες μακροῖς χρόνοις, ὕστερόν ποτε ὑπεσύρησαν χαυνότερον βιώσαντες καὶ ὀλισθήσαντες, ἢ παντελῶς ἐκπεσόντες τοῦ σκοποῦ καὶ ὥσπερ ναυάγιον παθόντες τῶν πάλαι συνηγμένων αὐτοῖς ἀγαθῶν πράξεων· τούτων γὰρ οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν τοὺς πόδας τῆς ψυχῆς σεσαλεῦσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅλους πεπτωκέναι, τά τε διαβήματα αὐτῶν καὶ τὰς κατὰ θεὸν πορείας τὴν ἐν μακρῷ χρόνῳ προκοπὴν ἀπορρεῦσαι καὶ ἐκκεχύσθαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρὰ μικρόν φησιν ἔπαθον, οὐ μὴν πέπονθα διὰ τὸ τοῦ θεοῦ ἔλεος. πλὴν ἤμελλόν γε ταῦτα πάσχειν διὰ ζῆλον ὃν ἐζήλουν ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις ὁρῶν τὴν εἰρήνην αὐτῶν καὶ τὴν ἐν πλούτῳ καὶ τρυφῇ, ἔν τε ἀρχαῖς καὶ ἀξιώμασιν εὐημερίαν. εἰς ταῦτα γὰρ ἀφορῶν διεπριόμην, ὡς μικροῦ δεῖν κινδυνεῦσαι περιπεσεῖν ἀθέοις λογισμοῖς· οἷς οὐ περιπέπτωκα δόγμασιν ὀρθοῖς θεραπευόμενος, τοῖς ὑπομιμνήσκουσιν ἀγαθὸν εἶναι τὸν θεὸν καὶ ἀνεξίκακον καὶ μακρόθυμον. διόπερ ἐκπληττόμενος αὐτοῦ καὶ ἀποθαυμάζων τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀγαθότητος, εἶπον ἀρχόμενος τοῦ λόγου· ὡς ἀγαθὸς τῷ Ἰσραὴλ ὁ θεὸς τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. ἀντὶ δὲ τοῦ, ὡς ἀγαθὸς, ὁ Σύμμαχος, πλὴν ὄντως, φησὶν, ἀγαθὸς ὁ θεὸς τῷ Ἰσραὴλ τοῖς καθαροῖς τὴν καρδίαν. παρέστησεν γὰρ τίς εἴη ὁ Ἰσραὴλ, ἐπισυνάψας καὶ εἰπὼν, τοῖς καθαροῖς τὴν καρδίαν. οὗτοι γάρ εἰσιν ὁ ἀληθινὸς Ἰσραήλ· διὸ ἐλέγετο καὶ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος· μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. καὶ ὁ Ἰσραὴλ δὲ ὁρῶν τὸν θεὸν ἑρμηνεύεται.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν, καὶ στερέωμα ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν. ἐν κόποις ἀνθρώπων οὐκ εἰσὶ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων οὐ μαστιγωθήσονται. διὰ τοῦτο ἐκράτησεν αὐτοὺς ἡ ὑπερηφανία εἰς τέλος. ὡς ἐν ἱστορίᾳ διεξέρχεται τὰ ταράξαντα αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, ἵνα γνῶμεν ὅτι μὴ ἐπὶ μικροῖς ἐσαλεύθησαν αὐτοῦ οἱ πόδες παρ' ὀλίγον· μηδὲ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν ἤμελλεν ἑαυτοῦ ἐκχεῖσθαι τὰ διαβήματα. τίνα δὲ ἦν ταῦτα; οἱ ἀσεβεῖς καὶ τὸν θεὸν οὐκ εἰδότες, οὕτω φησὶν ἐν εὐπαθείᾳ βίου καὶ θυμηδίαις διῆγον, καὶ μέχρις ἐσχάτης τελευτῆς τοσαύτης ἀπήλαυον τρυφῆς, ὡς καὶ πάνθ' ὁντινοῦν εὔξασθαι τῆς ἴσης αὐτοῖς τυχεῖν, ζηλῶσαί τε αὐτῶν οὐ μόνον τὴν ζωὴν, ἀλλὰ καὶ τὸν θάνατον ὃν οὐδεὶς παραιτήσασθαι ἐξῆν οὐδὲ ἀπευκτὸν ἡγήσασθαι. οὕτως οὐκ ἦν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ εἰ συνέβη ποτὲ μάστιγι καὶ πληγῇ, τουτέστι περιστάσει καὶ συμφορᾷ περιπεσεῖν αὐτῶν τινὰ, ἢ ἐν νόσοις

A dem pene perpessus sum; at Dei gratia concussus non fui; neque a tali cogitatione superatus: alias vero periissem, & effusi essent gressus mei: nam, *pene effusi sunt gressus mei*; sed non revera effusi sunt. Quomodo autem gressus animæ effundantur intelliges, si perpendas, qua ratione multi pietatis exercitatione jam provecti, temperantia & castitate diuturno tempore fulgentes; demum ad molliorem vitam allecti & prolapsi sint; sive etiam penitus a scopo defecerint, & quasi naufragium in bonis jam collectis o-
B peribus fecerint. Hos si pedibus animæ commotos dixeris; imo vero si penitus prolapsos, atque gressus eorum, diuturnumque in via Dei profectum vacillasse & effusum esse adfirmaveris, neutiquam aberres. Sed hæc, inquit, fere pertuli; nec pertuli tamen per misericordiam Dei. Cæterum tanti mihi periculi in causa fuit zelus quo iniquorum causa accendebar, dum viderem pacem ipsorum, necnon eorum in divitiis, voluptate, dominatu, dignitatibus felicitatem. Hæc respiciens dissecabar, ita ut pene in im-
C pias labi cogitationes periclitarer: in quas tamen, rectis firmatus institutis, Deum bonum patientem & tolerantem esse commonentibus, neutiquam decidi. Quamobrem præcellentiam bonitatis ipsius demirans, ac stupens, sic sermonem orsus sum: *Quam bonus Israël Deus rectis corde!* Pro illo autem, *Quam bonus*; Symmachus: *Sane,* inquit, *vere bonus Deus Israëli, puris corde.* Quis vero esset Israël his additis verbis declaravit, *puris corde*. Illi namque vere Israël sunt; quare a Servatore quoque dictum
D est: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt:* Israël autem *videns Deum* explicatur.

3. (margin, beside "hi periculi")

Symmachi. (margin, beside "quit, vere bonus Deus")

Matth. 5. 8. (margin, beside "est: Beati mundo corde")

4. *Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga ipsorum.* 5. *In laboribus hominum non sunt & cum hominibus non flagellabuntur.* 6. *Ideo tenuit eos superbia in finem.* Historiæ more quæ animam turbant suam enarrat, ut sciamus non parva de causa pene commotos ejus pedes, neque ob res parvi momenti pene effusos gressus ipsius fuisse. Quænam illa erant? Impii, inquit,
E & qui Deum non norant, tam felici vitæ decursu, tantaque voluptate degebant, & usque ad extremum vitæ halitum tot deliciis fruebantur, ut nemo non optaret paria consequi, ac non solum vitæ eorum, sed etiam morti inviderer, tali scilicet, qualem abnuere ac horrendam putare nemini liceret. Sic non erat respectus morti eorum. Sed etiam si quando contingeret eorum aliquem in plagam & flagellum, videlicet in ærumnam & calamitatem incidere; sive morbo

adfici vel detrimento, non erat firmamentum in plaga ipsorum. Non enim firma permanensque talis ipsorum plaga erat; sed brevis superficiemque carptim adtingens. Neque item in laboribus hominum versabantur, terram colendo, vel manibus victum parando; non pauperie adflicti erant; verum e contrario divitiis adfluentes, in delicias immergebantur, nihilque patiebantur ut reliqui homines, qui quotidie laboriosa ærumnosaque vita macerantur. Quare *in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Symmachus autem sic interpretatus est: *Quia non cogitabant de morte: firma namque erant vestibula eorum:* ac deinceps, *in miseria*, inquit, *viri non erant, neque cum hominibus percutiebantur.* Quia igitur tali in conditione erant, *ideo tenuit eos superbia.* Cum par fuisset enim, ut illi vere impii, secundum humanum cogitandi morem, condignas impietatibus pœnas luerent; illi certe in deliciis vitæ versabantur dum Deo bellum moverent. Quare dum adtererentur seipsis pejores evadebant, *Et operti sunt iniquitate & impietate sua;* pro quo Symmachus, *Superbia*, inquit, *induti sunt, quasi horrea ex iniquitate habentes.* Ad hæc autem, *Prodibit quasi ex adipe iniquitas eorum.* Cujus loci clariorem extulit sententiam Symmachus his verbis, *Prociderunt ex pinguedine oculi eorum:* similiter Aquila interpretatus est dicens: *Exierunt ab adipe oculi eorum.* Præter hæc, inquit, *transierunt in adfectum cordis: cogitaverunt & loquuti sunt in iniquitate:* quæ sic interpretatur Symmachus: *Prætergressi sunt quæ apparebant, corde irridentes.* Nam ipsa opera Dei quæ omnium oculis conspiciuntur, & aperta providentiæ miracula prætergrediebantur: cum tamen ipsi ea intelligerent & caperent; sed ob stultitiæ vim illudebant & irridebant. Insuper
8. *loquuti sunt in malitia, & iniquitatem in ex-*
9. *celsum loquuti sunt. Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum transivit in terra.* Hæc porro Symmachus sic explicavit: *Loquebantur cum multa calumnia, contra excelsum loquebantur. Posuerunt in cælum os suum: lingua autem eorum obambulationes in terra.* Blasphema quippe dicta proferentes contra Deum, quasi non videret, neque curaret; imo quasi omnino non exsisteret, iniquitatem in excelsum loquuti sunt, ac usque ad cœlum os suum extenderunt; etsi viles essent & linguam suam in terra haberent. Hæc sane sunt quorum causa meam fateor infirmitatem; ac velut in cippo accusationem inscribo meam, quia *pene moti sunt pedes mei, & pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns.*

Symmachi. Symmachi. Symmachi. 7. Symmachi. Aquilæ. Symmachi. Symmachi.

A ἐξετασθῆναι καὶ ζημίαις, οὐκ ἦν στερέωμα ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν. οὐ γὰρ στερεά τις ἦν καὶ ἐπίμονος ἡ κατ' αὐτῶν πληγή· βραχεῖα δέ τις καὶ ἐξ ἐπιπολῆς παρατρέχουσα. οὐδὲ ἐν κόποις δὲ ἀνθρώπων ἐξετάζοντο, γεωπονοῦντες καὶ τὴν τροφὴν ἀπὸ χειρῶν πορίζόμενοι, πενίᾳ τε καταστρυχόμενοι· τοὐναντίον δὲ πλούτῳ περιρρεόμενοι καθηδυπαθοῦν ἐντρυφῶντες, καὶ μηδὲν ὅμοιον πάσχοντες τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις τοῖς μαστιζομένοις ἑκάστης ἡμέρας δι' ἐπιπόνου καὶ μοχθηροῦ βίου. διὸ ἐν κόπῳ ἀνθρώπων οὐκ εἰσί, καὶ μετὰ ἀνθρώπων οὐ μαστιγωθήσονται. B ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν ὅτι οὐκ ἐνεθυμοῦντο περὶ θανάτου· στερεὰ γὰρ ἦν τὰ πρόπυλα αὐτῶν· καὶ ἑξῆς. ἐν ταλαιπωρίᾳ, φησίν, ἀνδρὸς οὐκ ἐγένοντο, οὐδὲ μετὰ ἀνθρώπων ἐπλήσσοντο. ἐπεὶ οὖν ἐν τοιούτοις ἦσαν, διὰ τοῦτο ἐκράτησεν αὐτοὺς ἡ ὑπερηφανία. δέον γὰρ ἀσεβεῖς ὄντας, ὅσον ἐν ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς, τὰ ἐπίχειρα πάσχειν τοῖς ἀσεβήμασιν· οἱ δὲ κατενετρύφων τοῦ βίου θεομαχοῦντες. διὸ ἐπιτριβόμενοι, χείρους ἑαυτῶν ἐγίγνοντο, καὶ περιεβάλλοντο ἀδικίαν καὶ ἀσέβειαν ἑαυτῶν· ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος, ὑπερηφανίαν, φησὶν ἠμφιάσαντο, C ἀποθήκας ἐξ ἀδικίας ἔχοντες. ἔτι μὴν πρὸς τούτοις, ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. οὗ δὴ σαφεστέραν ὁ Σύμμαχος ἀπέδωκε τὴν διάνοιαν εἰπών, προέπιπτον ἀπὸ λιπαρότητος οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν· καὶ ὁ Ἀκύλας δὲ ὁμοίως ἡρμήνευσε φήσας ἐξῆλθον ἀπὸ στέατος ὀφθαλμοὶ αὐτῶν. εἶτ' ἐπὶ τούτοις, διήλθοσαν φησὶν εἰς διάθεσιν καρδίας, διενοήθησαν καὶ ἐλάλησαν ἐν πονηρίᾳ. ἃ καὶ αὐτὰ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν οὕτως· παρέβαινον τὰ φαινόμενα τῇ καρδίᾳ καταμωκώμενοι. καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ τοῖς πάντων ὀφθαλ- D μοῖς ὁρώμενα ἔργα τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ προφανῆ τῆς προνοίας θαύματα παρέβαινον οὗτοι, νοοῦντες μὲν καὶ συνιέντες αὐτά, καταμωκώμενοι δὲ καὶ χλευάζοντες δι' ὑπερβολὴν ἀπονοίας. ἔτι μὴν ἐλάλησαν ἐν πονηρίᾳ, καὶ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐφθέγγοντο. ἔθεντό τε εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτῶν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν διῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ταῦτα δὲ ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν· ἐλάλουν ἐν πολλῇ συκοφαντίᾳ, τοῦ ὕψους κατελάλουν. ἔταξαν εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτῶν, ἡ δὲ γλῶσσα αὐτῶν περιεπατήματα ἐν τῇ γῇ. βλάσφημα γὰρ προφερόμενοι E ῥήματα κατὰ τοῦ θεοῦ, ὡς μήτε ὁρῶντος μήτε ἐπισκοποῦντος, μήτε μὴν ὅλως ὑπάρχοντος, ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν, καὶ μέχρι τοῦ οὐρανοῦ ἐξέτεινον ἑαυτῶν τὸ στόμα, καίτοι ταπεινοὶ ὄντες καὶ τὴν γλῶτταν ἐπὶ τῆς γῆς ἔχοντες. ταῦτ' ἦν δι' ἃ ὡμολόγουν τὸ ἐμαυτοῦ πάθος, κατ' ἐμαυτοῦ στηλιτεύων ἔγγραφον κατηγορίαν, καὶ ὅτι παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες μου, καὶ παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου, ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν.

Διὰ τοῦτο ἐπιστρέψει ὁ λαός μου ἐνταῦθα, καὶ ἡμέραι πλήρεις εὑρεθήσονται ἐν αὐτοῖς. τὰ μὲν ἄθεα τῶν ἀσεβῶν ῥήματα καὶ ἡ κρατήσασα αὐτῶν ὑπερηφανία τοιαύτη τις ἦν οἵα δεδήλωται. χρὴ δὲ μὴ ἀγνοεῖν ὡς αὐτὰ ταῦτα πρὸς ἀγαθοῦ γεγένηται τῷ ἐμῷ λαῷ. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα πρός τινα καιρὸν αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς ἀσεβέσιν ὁ ἐμὸς λαὸς παρεδόθη εἰς ἔκπραξιν ἁμαρτημάτων· ἀλλ' ἡ ὑπερβολὴ τῆς τῶν προλεχθέντων ἀπονοίας πτώσεως αὐτοῖς ἐργασαμένη καὶ ὀλέθρου γενομένη αὐτοῖς αἰτία, ἄνεσιν καὶ ἀνάπαυσιν τῷ ἐμῷ παρέξει λαῷ. ἐκπεσόντων γὰρ ἐκείνων καὶ ἀπολομένων διὰ τὰς οἰκείας ἀσεβείας, ὁ λαός μου ἐπιστρέψει ἐνταῦθα, τουτέστιν ἐν τῷ παρόντι βίῳ· καὶ ἡμέραι δὲ πλήρεις εὑρεθήσονται ἐν αὐτοῖς, δηλαδὴ τοῖς ἐν τῷ ἐμῷ λαῷ ἀξίοις. πλήρεις δὲ ἡμέραι εἰσὶν αἱ παντὸς ἀγαθοῦ πεπληρωμέναι, καὶ τὸν οἰκεῖον χρόνον τῆς ζωῆς ἀποπληροῦσαι. οὕτω λέλεκταί που, ὅτι ἐκοιμήθη πλήρης ἡμερῶν. ὁ μὲν οὖν ἐμὸς λαὸς ἐκ τούτων ὠφέληται· οἵ γε μὴν προλεχθέντες ἀσεβεῖς καὶ ἄθεοι οὕτως ἠσέβουν, ὡς τοὺς ὁρῶντας ἀμηχανεῖν καὶ λέγειν· πῶς ἔγνω ὁ θεός, καὶ εἰ ἔστι γνῶσις ἐν τῷ ὑψίστῳ; εἰ γὰρ ἔστιν ἐν τῷ ὑψίστῳ γνῶσις, καὶ εἰ ταῦτα ἐφορᾷ, καὶ τοὺς ἐπὶ γῆς ἐπισκοπεῖ, πῶς οὗτοι τοιαῦτα δρῶντες εὐθηνοῦσιν, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα κατέχουσι πλούτου; κἀγὼ δὲ ταῦτα θεωρῶν, ἐθορυβούμην τοῖς λογισμοῖς, ὡς πρὸς ἐμαυτὸν ἐννοεῖν· μήποτε ἄρα ματαίως ἐδικαίωσα τὴν καρδίαν μου, καὶ ἐνιψάμην ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖράς μου; καὶ ἐγενόμην μεμαστιγωμένος ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ ὁ ἔλεγχός μου εἰς τὰς πρωΐας. εἰ γὰρ τοῖς μὴ ταῦτα πεποιηκόσιν τοσαύτη πάρεστιν εὐθυμία, εἰς μάταιον ἄρα ἐγὼ κοπιῶ, καὶ περιττῶς ἐσπούδακα δικαιοσύνης ἐπιμελόμενος· εἰκῆ δὲ καὶ μάτην ἐφύλαξά μου τὰς χεῖρας καὶ τὰς πράξεις ἐξ ἀδίκων ἔργων· εἰκῆ καὶ νηστείαις καὶ κακοπαθείαις κατατρύχων ἐμαυτὸν καὶ μαστίζων πᾶσαν ἡμέραν διετέλεσα· εἰκῆ καὶ μάτην ἐπόνουν, ἅμα τῇ ἕῳ διανιστάμενος καὶ ἐξαγορεύων ἐν ταῖς πρὸς τὸν θεὸν εὐχαῖς τὰς ἐμαυτοῦ ἁμαρτίας ἀποκλαιόμενός τε καὶ τοὺς κατ' ἐμαυτοῦ προσφέρων ἐλέγχους ἐν ταῖς πρὸς τὸν θεὸν ἐξομολογήσεσιν. ταῦτ' ἦν ἃ ἐνθυμούμενος, παρὰ μικρὸν ἐσαλευόμην. ἀντὶ δὲ τούτων ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· ἴσως οὖν κἀγὼ μάτην ἐκάθαρα τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐνιψάμην ἐν ἀναμαρτησίᾳ τὰς χεῖράς μου, καὶ διετέλεσα μυκτηριζόμενος καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ ἐλεγχόμενος καθ' ἕκαστον ὄρθρον.

Εἰ ἔλεγον, διηγήσομαι οὕτως, ἰδοὺ τῇ γενεᾷ τῶν υἱῶν σου ἠσυνθέτηκα. καὶ ὑπέλαβον τοῦ γνῶναι τοῦτο, κόπος ἐστὶν ἐνώπιόν μου· ἕως οὗ εἰσέλθω εἰς τὸ ἁγιαστήριον τοῦ θεοῦ, καὶ συνῶ εἰς τὰ ἔσχατα αὐτῶν. τὰ προλεχθέντα ἐν τοῖς ἐμαυτοῦ λογισμοῖς ἐνεθυμήθην αὐτὸ μόνον, ἐφ' οἷς καὶ ἐκινδύνευον σάλον παθεῖν, οὐ μὴν καὶ ἐξηγόρευον εἰς ἑτέρους. εἰ γὰρ κρίνας οὕτω φρονεῖν τὴν ἄθεον ταύτην διδασκαλίαν προέφερον εἰς ἑτέρους, παραβάτης ἂν ἐγενόμην τῶν εὐσεβῶν δογμά-

A *Ideo convertetur populus meus hic, & dies* 10.
pleni invenientur in eis. Athea illa impiorum
dicta & eorum superbia, quæ rerum potiebatur, talis erat qualis commonstrata est. Nec ignorandum hæc ipsa populo meo in bonum vertisse. Etiamsi enim ad quoddam tempus populus meus impiis illis ad peccatorum expiationem traditus sit: sed stultitiæ eorum exsuperantia, quæ ruinæ ac perniciei ipsis causa fuit, quiescendi ac respirandi locum populo meo dabit. Nam cum illi ob impietates suas prolapsi perierint,
B *Convertetur populus meus hic;* id est, in præsenti vita: *& dies pleni invenientur in eis;* id est, in iis e populo meo qui digni fuerint. Dies pleni autem sunt ii, qui omnis boni repleti sunt, & qui justum vitæ spatium complent. Sic alicubi dicitur: *Mortuus est* Gen. 25. 8.
plenus dierum. Meus ergo populus ab iis utilitatem accepit. Illi vero prædicti impii & athei eo usque impietatis proruperunt, ut qui videbant stupore perculsi dicerent: *Quomodo scit Deus, & si est scientia in Altissi-*
mo? Nam si in Altissimo scientia exsistat, is- 11.
C que talia videat, terrigenasque curet, quare 12.
illi talia edentes facinora prospere agunt, & in sæculum usque divitias obtinent? Hæc vero conspicatus ego, cogitationibus turbabar, ita ut penes me cogitarem, *Numquid*
sine causa justificavi cor meum, & lavi inter 13.
innocentes manus meas? Et fui flagellatus tota
die, & castigatio mea in matutinis. Si enim 14.
iis qui hæc minime peragunt tanta insit prosperitas; in vanum ergo laboro, superflue justitiæ studeo, frustra & in cassum manus & actus meos iniquis operibus puros
D servavi; frustra jejuniis & ærumnis me quotidie flagellavi & maceravi; incassum laboravi, cum aurora surgens & in orationibus meis peccata mea confitens ac deplorans, atque in confessionibus Deo emissis accusationes adversum me proferens. Hæc erant quæ dum cogitarem pene effusus sum. Pro
illis vero Symmachus sic interpretatus est: Symmachi.
Fortassis igitur & ego frustra purgavi animam meam, & lavi in innocentia manus meas, & perseveravi delusus singulis diebus, & repre-
E *hensus singulis matutinis.*

Si dicebam, narrabo sic, ecce generationem 15.
filiorum tuorum reprobavi. Et suspicabar me 16.
cognoscere hoc, labor est ante me; donec intrem 17.
in sanctuarium Dei, & intelligam in novissimis eorum. Prædicta in cogitationibus tantum meis versabam, quod periculum esset ne commoverer; neque tamen aliis enarrabam. Nam si hac admissa opinione, impiam hujusmodi doctrinam aliis protulissem, temeratæ piæ doctrinæ reus effectus

17. Secundum hæc dicitur: *Erit nomen ejus in* A *secula.* Cum porro nomen Christi perpetuo maneat, consequenter sane Christianorum nomen tantumdem temporis permanebit. Hoc autem nomen quod est super omne nomen ante mundi constitutionem erat: quare dictum est: *Ante solem permanet nomen ejus.* Superius quoque dicebatur, permansurum esse cum sole & ante lunam in generationes generationum. Quod vero illud mortali naturæ coaptari nequeat, jam comprobare occupavimus. Sub hæc autem dicitur: *Et benedicentur in ipso omnes gentes terræ.* B Quibus conferas velim hoc oraculum ad Abraham datum: *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* (Gen. 22. 18.) Et perpende, quæso, promissionem ad Abrahamum factam, subsequenti tempore servatam, ac per singulos prophetas renovatam fuisse. Atenim Abrahamo primum dictum fuit: *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* Post hæc Jacob de Christo vaticinans dixisse scribitur: *Non deficiet princeps ex Juda, donec veniat cui repositum est: & ipse erit exspectatio gentium.* (Gen. 49. 10.) Secundum hæc tempora rursum a Ba- C laam dictum est: *Egredietur homo ex semine ejus, & dominabitur gentibus multis.* (Num. 24. 7.) Moyses item in magno cantico gentium meminit dicens: *Lætamini gentes populus ejus: & adorent eum omnes filii Dei.* (Deut. 32. 43.) Sic igitur hoc loco quæ per oraculum Abrahamo prænuntiata fuerant resumuntur, dum ea non ab alio quam a Christo implenda esse docemur his verbis: *Et benedicentur in ipso omnes gentes terræ.* Deinde vero ait: *Omnes gentes beatum prædicabunt eum.* Quomodo beatum prædi- D cabunt eum omnes gentes? per beatitudinem suam gratiam ejus declarantes.

18. *Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus.* Cum gentes in eo, quem prophetia indicat, benedictionem acceperint, prout superius habetur, *Et benedicentur in ipso omnes gentes;* accessione crescunt secundum Deum, multiplicantur & terræ dominantur. Quapropter ait divinus Apostolus: *Benedictus Deus, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali.* (Ephes. 1. 3.) Cum ita porro se res E habeat, benedictionis auctorem e converso benedicunt. Quare primo quidem beatum prædicant eum; deinde benedicendi rationem edocentur his verbis: *Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus.* Observa porro singulas libri psalmorum partes similem in finem desinere. Nam primæ partis postremus psalmus erat quadragesimus, qui sic in fine habet: *Benedictus Dominus Deus Israël ex nunc & in sæculum, fiat, fiat.* Secundæ partis ultimus est hic psalmus, qui similiter in fine dicit: *Benedictus Domi-*

A εἶτ' ἐπὶ τούτοις λέγεται· ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας. διαμένοντος δὲ καὶ διαιωνίζοντος τοῦ χριστοῦ ὀνόματος, συμπαρεκτείνεσθαι καὶ τὸ χριστιανῶν ὄνομα ἀκόλουθον ἂν εἴη. τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως ἦν. διὸ εἴρηται· πρὸ τοῦ ἡλίου διαμενεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. καὶ ἀνωτέρω δὲ ἐλέγετο συμπαραμένειν τῷ ἡλίῳ καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν. ὅτι δὲ ταῦτα οὐ δυνατὸν θνητῇ ἐφαρμόσαι φύσει, φθάσαντες ἤδη παρεστήσαμεν. μετὰ ταῦτα δὲ λέλεκται· καὶ ἐνευλογηθήσεται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ B ἔθνη τῆς γῆς. οἷς παραθήσεις τὸν φήσαντα πρὸς τὸν Ἀβραὰμ χρησμόν· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. καὶ θέα, ὅπως ἡ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελία ἐφυλάττετο κατὰ χρόνους ἀνανεουμένη δι' ἑκάστου προφήτου. τῷ μὲν γὰρ Ἀβραὰμ πρώτῳ λέλεκτο τό, εὐλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Ἰακὼβ θεσπίζων περὶ τοῦ χριστοῦ ἀναγέγραπται εἰρηκώς· οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα ἕως ἂν ἔλθῃ * ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν· καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦ- C τα χρόνοις αὖθις εἴρηται διὰ τοῦ Βαλαάμ· ἐξελεύσεται ἄνθρωπος ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ κυριεύσει ἐθνῶν πολλῶν. καὶ Μωσῆς δὲ τῶν ἐθνῶν ἐν ᾠδῇ μεγάλῃ μέμνηται λέγων· εὐφράνθητε ἔθνη λαὸς αὐτοῦ· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ θεοῦ. οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα τὰ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ διὰ τοῦ χρησμοῦ τεθεσπισμένα ἐπαναλαμβάνει, τὸ λόγιον διδάσκον οὐκ ἄλλως ἢ διὰ τοῦ χριστοῦ πληρωθήσεσθαι, φάσκον, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. εἶθ' ἑξῆς φησίν· πάντα τὰ D ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. πῶς δὲ μακαριοῦσιν αὐτὸν πάντα τὰ ἔθνη; διὰ τῆς ἐν αὐτοῖς μακαριότητος τὴν ἐξ αὐτοῦ χάριν παριστῶντα.

(* L. ᾧ ἀπόκειται)

Εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Ἰσραήλ, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. εὐλογούμενα τὰ ἔθνη ἐν τῷ προφητευομένῳ κατὰ τὸ λόγιον τὸ φῆσαν, καὶ εὐλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη· αὔξει τὴν κατὰ θεὸν αὔξησιν καὶ πληθύει καὶ τῆς γῆς κατακυριεύει. διόπερ φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος· εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν E πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ. οὕτω δὲ ἔχοντα, ἀντευλογεῖ τὸν τῆς εὐλογίας αὐτοῖς αἴτιον γεγενημένον. διὸ πρῶτον μὲν ἐμακάριζον αὐτόν, εἶτα καὶ εὐλογεῖν διδάσκεται διὰ τοῦ λέγειν· εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. ἐπιτήρει δὲ ὡς ἕκαστον μέρος τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν εἰς ὅμοιον κατέληγε τέλος. τοῦ μὲν γὰρ πρώτου μέρους τελευταῖος ἦν ὁ μ'. οὗ πρὸς τῷ τέλει ἐλέγετο· εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, γένοιτο, γένοιτο. τοῦ δὲ δευτέρου τελευταῖος ἦν ὁ μετὰ χεῖρας ὁμοίως ἐπὶ τῷ τέλει λέγων· εὐλογητὸς κύ-

ριος

ριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. καὶ εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. τοῦ δὲ τρίτου μέρους τελευταῖος ὁ πη΄ τυγχάνει, οὗ τέλος· εὐλογητὸς κύριος εἰς τὸν αἰῶνα, γένοιτο, γένοιτο. ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ τετάρτου μέρους τελευταῖος μέν ἐστιν ὁ ρε΄. τέλος δὲ τούτου· εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός, γένοιτο, γένοιτο. τὸ δὲ πέμπτον μέρος εἰς τὸ ἀλληλούια καταλήγει· ἐν ᾧ καὶ πᾶσα περιγέγραπται ἡ βίβλος. πλὴν ὁ παρὼν μετὰ τὴν προεκτεθεῖσαν περὶ τοῦ Χριστοῦ πρόρρησιν, ἐπιφέρει τό, εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Ἰσραήλ, καὶ προστίθησι τό, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. ποῖα δὲ θαυμάσια, ἢ τὰ προλεχθέντα ἐν οἷς ἦν τὸ καταβήσεσθαι αὐτὸν ἐπὶ πόκον ὡς ὑετόν, καὶ τὸ ταπεινῶσαι συκοφάντην, καὶ τὸ συμπαραμένειν τῷ ἡλίῳ· καὶ τὸ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἀνατελεῖν δικαιοσύνην, καὶ τὸ κατακυριεύσειν αὐτὸν ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης· τούς Αἰθίοπας προπεσεῖν ἐνώπιον αὐτοῦ· δῶρά τε αὐτῷ προσαχθήσεσθαι ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν· ἀλλὰ καὶ τὸ στήριγμα αὐτὸν ἐν τῇ γῇ γενήσεσθαι, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ ὑπὲρ τὸν Λίβανον ἀρθήσεσθαι, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἑξῆς κατηρίθμηται· ἐφ' οἷς πᾶσι διδασκόμεθα λέγειν· εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος. καὶ εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. ὄνομα δὲ δόξης αὐτοῦ ἡ θεότης αὐτοῦ τυγχάνει· εἰ γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ἁγίας παρθένου γεγεννημένον ὀνόματος ἠξίωται τοῦ Ἰησοῦ κατὰ τὸν Γαβριὴλ φήσαντα πρὸς τὸν Ἰωσήφ· καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν· ἀκόλουθόν ἐστι τὸ τῆς δόξης αὐτοῦ ὄνομα, τὴν περὶ αὐτοῦ νοεῖσθαι θεολογίαν δι' ἧς θεὸς λόγος καὶ μονογενὴς θεὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς ἐπινενόηται· ὅθεν ἐπιλέγεται ἑξῆς· καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. πάλαι μὲν γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. καὶ ἐπεὶ μηδὲ Ἰουδαῖοι οἷς τοσαύτας ἐνεδείξατο θαυματουργίας παρεδέξαντο τὴν γνῶσιν αὐτοῦ, εἰκότως φησὶ πρὸς Μωσῆν· ἔασόν με, καὶ θυμωθεὶς ὀργῇ ἐκτρίψω αὐτούς. καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα. καὶ ἐπιλέγει· ζῇ τὸ ὄνομά μου ὅτι πληρωθήσεται τῆς δόξης μου πᾶσα ἡ γῆ. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα οὗτοί φησιν παρωθοῦνται τὴν ἐμὴν δόξαν, ἀλλὰ καιρῷ τινι πληρωθήσεται ἡ οἰκουμένη πᾶσα τῆς ἐμῆς δόξης. ὃ δὴ καὶ τὸ παρὸν λόγιον διδάσκει φῆσαν· καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. τοῦτο καὶ Ἡσαΐας παρίστη θεσπίζων τὰ Σεραφεὶμ κυκλοῦντα τὸν κύριον σαβαὼθ βοῶντά τε καὶ λέγοντα· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαὼθ πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν θείᾳ προγνώσει ἐθεσπίζετο πάλαι· ἔργοις δὲ ἐπληροῦτο πρότερον ἢ τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τῷ τῶν ἀνθρώπων

A *nus Deus Israël, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloria ejus*, & cætera. Tertiæ partis postremus est LXXXVIII. cujus finis est: *Benedictus Dominus in sæculum, fiat, fiat.* Item quartæ partis ultimus est CV. hujus vero finis: *Benedictus Dominus Deus Israël a sæculo & usque in sæculum & dicet omnis populus, fiat, fiat.* Quinta pars autem in *alleluia*, terminatur, quo totus liber circumscribitur. Cæterum præsens psalmus post memoratam de Christo prædictionem, adjicit illud, *Benedictus Dominus Deus Israël,*
B subditque, *qui facit mirabilia solus.* Quæ mirabilia nisi ea quæ superius allata sunt: quod scilicet descensurus sit sicut pluvia in vellus, humiliaturus sit calumniatorem, quod permansurus sit cum sole, quod in diebus ejus oritura sit justitia, quod dominaturus sit a mari ad mare, quod futurum sit ut Æthiopes procidant coram illo, quod dona ipsi ex omnibus gentibus adferenda sint, quod etiam ipse firmamentum futurus sit in terra, & fructus ejus super Libanum exaltandus sit; & similia quæ sub hæc enumeran-
C tur. Quibus omnibus ad hæc dicenda instituimur: *Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen* 19.
gloria ejus in æternum. Nomen autem gloriæ ejus est deitas ejus. Si enim quod natum est ex sancta Virgine, Jesu nomine dignatum est secundum Gabrielem, qui ait ad Joseph: *Et* Matth. 1. 21.
pariet filium, & vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum; hinc sequitur nomen gloriæ ejus, accipiendum esse de Theologia ipsius, qua Deus verbum & unigenitus Deus, qui
D est in sinu Patris, intelligitur. Quare dehinc adjicitur: *Et replebitur gloria ejus omnis terra.* Nam olim quidem *in mundo erat & mun-* Joan. 1. 10.
dus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. Quoniam vero ne Judæi quidem, queis tanta prodigia ostenderat, cognitionem ejus recipiebant; jure ad Moysen dicit: *Sine me, & ira accensus conteram eos, &* Exod. 32. 10.
faciam te in gentem magnam; atque subdit: *Vivit nomen meum quia replebitur gloria mea universa terra.* Quamvis enim hi, inquit, gloriam meam depellant; sed futuro quo-
E dam tempore totus orbis replebitur gloria mea. Quod in præsenti docetur his verbis: *Et replebitur gloria ejus universa terra.* Quod ipsum Hesaias vaticinando declarabat, dicens Seraphim circa Dominum Sabaoth clamare ac dicere: *Sanctus, sanctus, sanctus* Hesai. 6. 3.
Dominus Sabaoth: plena est omnis terra gloria ejus. Verum hæc quidem olim ex præscientia divina prænuntiabantur: opere autem complebantur prius quam Servator & Dominus noster Jesus Christus humano

A generi illuceret: ecce namque tempore nostro eversus est omnis diabolicus error, totam vero terram replevit Ecclesia Christi, Deum Israël in toto orbe gloria adficiens. Et quia hæc Spiritus sanctus prophetice futura prædixerat, chorus Angelorum respondet unà deprecans pro rei consummatione, illaque confirmans ac dicens, *fiat, fiat*: sive

Aquilæ. secundum Aquilam, *fideliter, fideliter*, aut

Symmachi. secundum Symmachum, *Amen, Amen*. Queis

20. deinde additur: *Defecerunt hymni David filii*

Symmachi. *Jessæ*. Pro quo Symmachus sic interpretatur: *Perfectæ sunt orationes David filii Jessæ*;

Theodotionis. Quintæ. B Theodotio autem & Quinta editio: *Recognitæ sunt orationes David filii Jessæ*. Qui lectionis accurationem ignorant, hæc verba, *Defecerunt hymni David filii Jessæ*, pro parte psalmi non habent; sed quasi rem extra prophetiam & adjectitiam legunt. Verum reliquæ interpretationes, & ipsa Hebraïca Scriptura, clare commonstrant hæc quoque totius psalmi partem esse. Quia enim David rex in orationibus suis semper instabat, ut ortus Servatoris, qui ex semine suo proditurus erat, illucesceret: quia cum ad effectum perductus esset, futurum erat ut omnia quæ in prophetiis feruntur implerentur; jure post prædictorum complementum C additur, perfectas & completas superius esse Davidis orationes. Potest etiam illud, *perfectæ sunt* aut *defecerunt* prophetice intelligi de futuro tempore: nam singula quæ superius enumerantur tunc evenient, cum orationes Davidis filii Jessæ perficientur & re ipsa implebuntur. Opportunissime autem propter Christum Dei qui in vaticinio fer- D tur, non *Davidis* tantum dixit, sed cum hoc additamento, *filii Jessæ*; ut huic Scripturæ, Hesaïæ prophetiam subjungamus, quæ si-

Hesai. 11. 1. milia de Christo vaticinatur, cum ait: *Egredietur virga de radice Jessæ, & flos de radice ejus adscendet, & requiescet super eum Spiritus*

Ibid. 10. *Dei*, & cætera, quibus adjicitur: *Et erit radix Jessæ, & qui exsurget imperare gentibus, in ipso gentes sperabunt*. Vides enim quo pa- E cto hic per radicem Jessæ vocatio gentium annuntietur; ita ut additamentum illud, *filii Jessæ*, non frustra in hac prophetia jaceat. Cum autem Christi regnum & gentium vocatio annuntiata fuerint, hic peropportune terminatur secunda pars libri psalmorum, quæ a quadragesimo primo incipit, & in præsentem psalmum desinit.

ἐπιλάμψαι δεῖ. ἰδοὺ γὰρ καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀνατέτραπται μὲν πᾶσα δαιμονικὴ πλάνη· πεπλήρωκε δὲ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἡ ἐκκλησία Χριστοῦ, τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ ἐν πάσῃ τῇ γῇ δοξάζουσα. καὶ ἐπειδὴ περὶ τούτων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προφητικῶς μέλλοντα ἔσεσθαι προανεφώνει, χορὸς ἀγγέλων [*] ὑπακούει συνευχόμενος τῇ τῶν πραγμάτων τελειώσει, πιστούμενός τε αὐτὰ καὶ λέγων, γένοιτο, γένοιτο· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, πεπιστωμένως, πεπιστωμένως, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἀμὴν καὶ ἀμήν. οἷς ἑξῆς ἐπιλέγεται· ἐξέλιπον ὕμνοι Δαβὶδ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί. ἀνθ᾽ οὗ ὁ μὲν Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· ἐπετελέσθησαν προσευχαὶ Δαβὶδ υἱοῦ Ἰεσσαί. ὁ δὲ Θεοδοτίων καὶ ἡ ε´ ἔκδοσις· ἀνεκεφαλαιώθησαν προσευχαὶ Δαβὶδ υἱοῦ Ἰεσσαί. οἱ μὲν οὖν ἀπειρίᾳ τῆς ἀκριβείας τοῦ ἀναγνώσματος, οὐχ ὡς μέρος τοῦ ὅλου ψαλμοῦ ἐξειλήφασι τὸ, ἐξέλιπον ὕμνοι Δαβὶδ υἱοῦ Ἰεσσαί. ἀλλ᾽ ὡς ἔξωθεν τῆς προφητείας παραγεγραμμένον ἀνέγνωσαν. αἱ δὲ λοιπαὶ ἑρμηνεῖαι καὶ ἡ Ἑβραϊκὴ γραφὴ σαφῶς παρίστησιν ὅτι καὶ ταῦτα μέρος τυγχάνει τοῦ ὅλου ψαλμοῦ. ἐπειδὴ γὰρ Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς ἐν προσευχαῖς ἐπέκειτο ἀεὶ ἐπιλάμψαι τοῦ σωτῆρος τὴν ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προφωνουμένην γένεσιν· ταύτης δὲ εἰς ἔργα χωρούσης, ἔμελλεν συμπληροῦσθαι πάντα τὰ προπεφητευμένα, εἰκότως μετὰ τὸ συμπέρασμα τῶν προλελεγμένων ἐπιλέγεται, ὡς ἄρα ἐπετελέσθησαν καὶ συνεπληρώθησαν διὰ τῶν προλελεγμένων αἱ τοῦ Δαβὶδ προσευχαί. δύναται δὲ τὸ, ἐπετελέσθησαν ἢ ἐξέλιπον προφητικῶς λέγεσθαι εἰς μέλλοντα χρόνον. τῶν γὰρ προκατειλεγμένων ἕκαστον γενήσεται ἐπὰν καὶ ἐπιτελεσθῶσι καὶ συμπληρωθῶσιν αἱ προσευχαὶ Δαβὶδ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί. δικαιότατα δὲ διὰ τὸν προφητευόμενον Χριστὸν τοῦ Θεοῦ ἐμνημόνευσεν οὐχ ἁπλῶς τοῦ Δαβὶδ, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί· ἵνα συνάψωμεν τῇ παρούσῃ γραφῇ τὴν Ἡσαΐου προφητείαν, δι᾽ ἧς τὰ ὅμοια περὶ τοῦ Χριστοῦ θεσπίζεται ἐν οἷς εἴρηται, ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ᾽ αὐτὸν τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς, οἷς ἐπιλέγεται, καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ᾽ αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. ὁρᾷς γὰρ ὅπως καὶ ἐνταῦθα διὰ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν ἀναφωνεῖται. ὥστε μὴ μάτην μηδὲ τὴν προσθήκην τὴν τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί ἐν τῇ προκειμένῃ φέρεσθαι προφητείᾳ. κατὰ καιρὸν δὲ ἐνταῦθα, Χριστοῦ βασιλείας καὶ κλήσεως ἐθνῶν διαγγελθείσης, τὸ δεύτερον μέρος τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν περιγράφεται. ἀρξάμενον μὲν ἀπὸ πρώτου καὶ τεσσαρακοστοῦ, καταλῆξαν δὲ εἰς τὸν μετὰ χεῖρας.

[*] ὑπακούειν; id est, respondere. Vide in onomastico ad opera S. Athanasii.

Τῶν ἐπιγεγραμμένων τοῦ Ἀσὰφ ψαλμῶν αἱ περιοχαί.

Α'.

Οἱ τοῦ Ἀσὰφ ἐπιγεγραμμένοι, εἰσὶ μὲν τὸν ἀριθμὸν ιβ'. τούτων δὲ εἷς ἀπεσχοίνισαι τῆς τῶν προκειμένων ια'. συναφείας, κατατέτακται δὲ πρὸ τοῦ ν'. ψαλμοῦ. ὁ γοῦν μθ'. ἐπιγέγραπται τοῦ Ἀσάφ· τὴν δὲ ὑποπεσοῦσαν ἡμῖν αἰτίαν τοῖς τόποις διηγούμενοι παρεστήκαμεν· εἰσάγει δὲ ὁ μετὰ χεῖρας πρῶτος ὢν τοῦ Ἀσάφ, τὸν προφήτην ὑπερθαυμάζοντα τὸ μακρόθυμον τοῦ παναγάθου θεοῦ, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς ἀσεβέσιν ἀνεξικακίαν αὐτοῦ, τήν τε ἐνδιδομένην συγχώρησιν τοῖς ἁμαρτάνουσιν. ἣν ὑπερεκπληττόμενος, ἑαυτοῦ κατηγορεῖ ὡς ὀλιγοψυχοῦντος καὶ μικροῦ δεῖν σαλευθέντος, καὶ τῆς ψυχῆς τὰς βάσεις περιτραπέντος. δι' ἃς ἑώρα τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀθέων ἀνδρῶν εὐπραγίας. πλὴν ἀποδυσπετήσας ἐν τοῖς πρώτοις, προϊὼν τὴν καταστροφὴν αὐτῶν θεσπίζει λέγων· κατέβαλες αὐτοὺς ἐν τῷ ἐπαρθῆναι. πῶς ἐγένοντο εἰς ἐρήμωσιν ἐξάπινα; ἐξέλιπον, ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀβουλίαν αὐτῶν, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα.

Β'.

Ὁ δεύτερος ἐπὶ ποίαις περιστάσεσι τὰ ἐν τῷ πρώτῳ λέλεκτο διδάσκει, ἀποδυρόμενος τῆς Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐσχάτην πολιορκίαν, ἣν πέπονθεν ἐπὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν χρόνων· σημαίνων τε τὴν ἐπανάστασιν τῶν τὸν τόπον πολιορκησάντων, ὃ δὴ παρίστησι φήσας· ἵνα τί ὁ θεὸς ἀπώσω εἰς τέλος, ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου; οἷς ἑξῆς ἐπιλέγει· ὡς ἐν δρυμῷ ξύλων ἀξίναις ἐξέκοψαν τὰς θύρας αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό, ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ κατέρραξαν αὐτήν. ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ ἁγίασμά σου. οἷς αὖθις ἐπιλέγει· τὰ σημεῖα ἡμῶν οὐκ εἴδομεν, οὐκ ἔστιν ἔτι προφήτης καὶ ἡμᾶς οὐ γνώσεται ἔτι· τῷ γὰρ φάσκειν μηκέτι προφήτας γεγονέναι κατὰ τὴν δηλουμένην πολιορκίαν, σημεῖον ἦν τῆς ὑστάτης αὐτῶν ἀποπτώσεως. ἔπεται δὲ ταῦτα σφόδρα ἀκολούθως ταῖς διὰ τῶν ἔμπροσθεν περὶ τοῦ Χριστοῦ λεχθείσαις προρρήσεσιν. ἐπειδὴ γὰρ ἐλθόντα αὐτὸν μὴ παρεδέξαντο, ἀναγκαίως τὴν ἐπελθοῦσαν αὐτοῖς ὀργὴν μετὰ τὰ κατ' αὐτοῦ τολμηθέντα αὖθις θεσπίζει.

Argumenta psalmorum qui Asaphi inscribuntur.

I.

PSalmi qui Asaphi inscribuntur duodecim numero sunt, quorum unus a reliquis undecim sejunctus, ac ante quinquagesimum constitutus est. XLIX. itaque psalmus Asaphi inscriptus est: cujus rei causam, qualis tum succurrebat, in ejus expositione retulimus. Primus autem Asaphi psalmus, de quo jam agitur, prophetam inducit ingenti admiratione captum de longanimitate optimi Dei, deque ejus erga impios tolerantia, itemque de venia peccantibus concessa. Qua de re obstupescens, sese, ut pusillanimem ac pene commotum, atque animæ gressu eversum coarguit, quod videret impiorum & atheorum hominum res prospere cedere. Cæterum postquam in principio rem ægre ferre visus fuerat, in sequentibus infaustum eorum exitum vaticinatur dicens: *Dejecisti eos dum extollerentur. Quomodo facti sunt in desolationem subito? defecerunt, perierunt propter inconsiderationem suam*, & quæ sequuntur.

Vide supra ad psal. XLIX. initio.

II.

SEcundus de qua rerum conditione in primo dictum sit edocet, deplorans postremam Romanorum tempore Jerosolymæ obsidionem, obsidentiumque motus & gesta declarat his verbis: *Ut quid Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ?* quibus adjicit, *Quasi in sylva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum, in securi & ascia dejecerunt eam. Incenderunt igne sanctuarium tuum*; quibus iterum subjungit, *Signa nostra non vidimus, jam non est propheta, & nos non cognoscet amplius.* Nam quod dicit, tempore obsidionis istius prophetas non exstitisse; id sane postremi eorum excidii argumentum est. Hæc vero congruenter post prædictiones de Christo superius enunciatas posita sunt. Quia enim ipsum venientem non acceperunt, necessario eam, quæ post tanta in Christum facinora ipsos invasit, ultionem vaticinatur.

A

III.

TErtius Asaphi psalmus in finem remittit eum qui priora legerit, hortaturque *ne disperdat*. Ad hæc autem titulus psalmum & canticum ipsum esse declarat, quia eorum qui in Christum crediderunt gratiarum actionem complectitur. Divinum item judicium memorat, narratque quomodo constituerit diem judicii, quo reddet unicuique secundum opera ejus; ita ut qui in præsenti vita ærumnis adflicti fuerint, futura in Deo reposita spe non excidant; qui vero hoc tempore elati contra Christum arroganter egerint, ultionem in futura vita non declinent. Quapropter ex persona Apostolorum, discipulorum & Evangelistarum Salvatoris nostri hæc pronuntiat: *Confitebimur tibi Deus, & invocabimus nomen tuum.* De iis vero qui in Salvatorem nostrum talia ausi sunt sub hæc adjicit: *Dixi iniquis, Nolite inique agere; & delinquentibus, Nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui adversus Deum iniquitatem.* Deinde vero ex persona ipsius Christi addit: *Ego autem annuntiabo in seculum, cantabo Deo Jacob. Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua justi.*

Γ'.

ΟΤρίτος τοῦ Ἀσὰφ εἰς τὸ τέλος παραπέμπει τὸν τοῖς προτέροις ἐντετυχηκότα, καὶ παραινεῖ μὴ διαφθεῖραι. ἐπιγράφει τε πρὸς τούτοις, ὅτι καὶ ψαλμὸς εἴη καὶ ᾠδὴ ἐπειδὴ περιέχει εὐχαριστίαν τῶν εἰς τὸν Χριστὸν πεπιστευκότων. καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίαν παρίστησι διδάσκων ὅπως ἔστησεν ἡμέραν κρίσεως ἐν ᾗ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. καὶ οὔτε οἱ κατὰ τὸν παρόντα βίον κακούμενοι τῆς B παρὰ τῷ Θεῷ μελλούσης ἐλπίδος ἀποπεσοῦνται οὔθ' οἱ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν ἐπαρθέντες καὶ καταλαζονευσάμενοι τοῦ Χριστοῦ, ἀτιμώρητοι ἔξουσι τὸν μετὰ ταῦτα βίον. διὸ ἐκ προσώπου μὲν τῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων καὶ μαθητῶν καὶ εὐαγγελιστῶν ἀναφωνεῖ τό· ἐξομολογησόμεθά σοι ὁ Θεὸς καὶ ἐπικαλεσόμεθα τὸ ὄνομά σου. περὶ δὲ τῶν τὰ κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τολμησάντων ὑπερείων ἐπάγει τό, εἶπα τοῖς παρανομοῦσι, μὴ παρανομεῖτε, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι, μὴ ὑψοῦτε κέρας. μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν, μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ C Θεοῦ ἀδικίαν. εἶθ' ἑξῆς ἐξ αὐτοῦ προσώπου τοῦ Χριστοῦ ἐπιφέρει τό· ἐγὼ δὲ ἀπαγγελῶ εἰς τὸν αἰῶνα, ψαλῶ τῷ Θεῷ Ἰακώβ. καὶ πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συνθλάσω, καὶ ὑψωθήσεται τὰ κέρατα τοῦ δικαίου.

IV.

PRæsens quoque psalmus *in hymnis* dicitur; quin etiam canticum est ad finem remittens. Describit vero Apostolorum Servatoris & Ecclesiæ ipsius securitatem; ipsius vero Christi pacificam mansionem & statum, ejusque in Judæam adventum. Narratque veram ejus civitatem, & Sion montem, ejus verum domicilium, in pace semper versari, neque umquam in hostium ditionem venturum esse. Quod sane his verbis significat: *Notus in Judæa Deus, in Israël magnum nomen ejus. Factus est pax locus ejus, & habitatio ejus in Sion.* Sub hæc inimicorum ejus, necnon Ecclesiæ ejus hostium ruinam declarat his verbis: *Ibi confregit potentias arcuum, telum, gladium & bellum*; ac rursum, *Turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua Deus Jacob dormitaverunt omnes qui adscenderunt equos.* Quibus gloriosum Servatoris adventum subjicit dicens: *De cælo auditum fecisti judicium, terra tremuit & quievit, cum exsurgeret in judicium Deus, ut salvos faceret omnes reges terræ.*

Δ'.

ΚΑὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς λέλεκται ἐν ὕμνοις. οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ ᾠδὴ τυγχάνει ἀναπέμπουσα εἰς τὸ τέλος. διαγράφει δὲ τῶν μὲν ἀποστόλων D τοῦ σωτῆρος καὶ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ τὴν ἀσφάλειαν, αὐτοῦ δὲ τὴν ἐν εἰρήνῃ μονὴν καὶ στάσιν, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας παρουσίαν· καὶ ὡς ἡ ἀληθινὴ αὐτοῦ πόλις, καὶ τὸ Σιὼν ὄρος τὸ ἀληθινὸν αὐτοῦ οἰκητήριον πάντοτε εἰρηνεύεται, οὐδὲ πώποτε ἐχθροῖς ὑποχείριον γενήσεται. ὃ δὴ σημαίνει λέγων· γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός, ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ἐγενήθη εἰρήνη ὁ τόπος αὐτοῦ καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτοῦ ἐν Σιών. εἶθ' ἑξῆς τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ πολεμίων τὴν ἧτταν παρίστησιν ὧδε φάσκων· ἐκεῖ συνέτριψε E τὰ κράτη τῶν τόξων, ὅπλον καὶ ῥομφαίαν καὶ πόλεμον. καὶ πάλιν· ἐταράχθησαν πάντες οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ. ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν, καὶ οὐχ εὗρον οὐδὲν πάντες οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου ταῖς χερσὶν αὐτῶν. ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου ὁ Θεὸς Ἰακώβ, ἐνύσταξαν πάντες οἱ ἐπιβεβηκότες τοὺς ἵππους· οἷς ἐπισυνάπτει τὴν ἔνδοξον τοῦ σωτῆρος παρουσίαν λέγων, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκούτισας κρίσιν, γῆ ἐφοβήθη καὶ ἡσύχασεν ἐν τῷ ἀναστῆναι εἰς κρίσιν τὸν Θεόν, τοῦ σῶσαι πάντας τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς.

A

Ε'.

Καὶ ὁ μετὰ χεῖρας τοῦ μὲν Ἀσὰφ τυγχάνει. ὑπογέγραπται δὲ ὑπὲρ Ἰδιθούμ· περὶ οὗ προδιειλήφαμεν διὰ τῶν ἔμπροσθεν. ἔοικεν δὲ ὑπὲρ τοῦ Ἰδιθοὺμ συντάττειν τοὺς λόγους, πολλὰ ὡς εἰκότως ἐφ' οἷς ἀκήκοεν περὶ τοῦ λαοῦ κατασπενάζοντος· λειποθυμοῦντός τε ἤδη καὶ μικροῦ δεῖν καὶ ἑαυτὸν ἀπογινώσκοντος διὰ τὰς τοῦ λαοῦ παρανομίας καὶ τὰ συμβησόμενα δι' αὐτὰς τῷ παντὶ ἔθνει. διὸ ἐν ἀρχῇ μὲν ὡς ἐκ προσώπου αὐτοῦ τίθησιν τό, Φωνῇ μου πρὸς τὸν θεὸν ἐκέκραξα, φωνῇ μου πρὸς τὸν θεόν, καὶ προσέσχεν μοι. εἶθ' ἑξῆς τὴν γενομένην αὐτῷ ἀθυμίαν ὑποφαίνει λέγων· ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου, ἠδολέσχησα καὶ ὠλιγοψύχησεν τὸ πνεῦμά μου. ἐταράχθην καὶ οὐκ ἐλάλησα. καὶ ἐπιλέγει· νυκτὸς μετὰ τῆς καρδίας μου ἠδολέσχουν καὶ ἔσκαλλον τὸ πνεῦμά μου. μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται κύριος καὶ οὐ προσθήσει τοῦ εὐδοκῆσαι ἔτι; ἢ εἰς τέλος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀποκρύψει ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν; ἢ ἐπιλήσεται τοῦ οἰκτειρῆσαι ὁ θεός, ἢ συνέξει ἐν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ; ταῦτ' ἦν τὰ λυπήσαντα τὴν τοῦ Ἰδιθοὺμ ψυχήν. δι' ὃ καλῶς ὠλιγοψυχηκέναι ὡμολόγει. ἀλλὰ τὸ θεῖον πνεῦμα διὰ τοῦ προφήτου Ἀσὰφ ἑξῆς τὰ λυπηρὰ θεραπεύει, ἐν οἷς φησιν· τίς θεὸς μέγας ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν; σὺ εἶ ὁ θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια. ἐγνώρισας ἐν τοῖς λαοῖς τὴν δύναμίν σου, ἐλυτρώσω ἐν τῷ βραχίονί σου τὸν λαόν σου, τοὺς υἱοὺς Ἰακὼβ καὶ Ἰωσήφ. καὶ αὖθις· ἴδοσάν σε ὕδατα ὁ θεός, ἴδοσάν σε ὕδατα καὶ ἐφοβήθησαν, ἐταράχθησαν αἱ ἄβυσσοι· πλῆθος ἤχους ὑδάτων· καὶ ἐπισφραγίζεται λέγων· ὡδήγησας ὡς πρόβατα τὸν λαόν σου ἐν χειρὶ Μωσῆ καὶ Ἀαρών. ἀναγκαίως δὲ τούτων ὁ Ἀσὰφ ὑπέμνησεν τὸν Ἰδιθούμ, ὡς ἂν μηκέτι λέγοι, ἠδολέσχησεν καὶ ὠλιγοψύχησεν τὸ πνεῦμά μου· πιστεύων δὲ τοῖς πάλαι ἐπὶ Μωσέως τοῦ Θεοῦ παραδόξοις ἔργοις, δι' ὧν ἐλυτρώσατο τὸν λαόν, τὰ ὅμοια καὶ εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον ἐλπίζοι γενήσεσθαι.

V.

Hic item psalmus Asaphi est: titulus autem ejus est, *pro Idithum;* de quo jam superius edisseruimus. Videturque sermonem texere pro Idithum, qui audito populi statu, multum, ut par erat, ingemiscebat, jamque animo deficiebat, atque ob populi scelera, ac futuras ideo universæ genti calamitates, pene desperabat. Quare in principio quidem, quasi ex persona ipsius sic habet: *Voce mea ad Deum clamavi, voce mea ad Deum, & intendit mihi.* Deinde vero suum animi deliquium subindicat his verbis: *Renuit consolari anima mea, exercitatus est, & defecit spiritus meus. Turbatus sum & non sum loquutus.* His subjungit: *Nocte cum corde meo exercitabar & scopebam spiritum meum. Numquid in æternum projiciet Dominus, aut non apponet ut complacitior sit adhuc? aut in finem misericordiam suam abscondet a generatione in generationem? Aut obliviscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas?* Hæc erant quæ Idithumi animam adfligebant. Quare se animo defecisse fatebatur. Sed Spiritus sanctus per prophetam Asaph ejus dolori deinde medetur, dum ait: *Quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam, redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob & Joseph;* ac rursum, *Viderunt te aquæ Deus viderunt te aquæ, & timuerunt, turbatæ sunt abyssi: multitudo sonitus aquarum;* ac sermonem his obsignat: *Deduxisti sicut oves populum tuum in manu Moysi & Aaron.* Hæc necessario Asaph ipsi Idithum commemoravit, ut ne ultra diceret, *exercitatus est & defecit spiritus meus;* sed mirabilibus Dei per Moysem olim gestis, queis populum suum redemit, fidem habens; pro futuro quoque tempore similia eventura speraret.

ϛ'.

Ὁ ἕκτος οὐκέτι ψαλμὸς οὐδὲ ᾠδὴ οὐδὲ ὕμνος, οὐδὲ ἀναπέμπει εἰς τὸ τέλος. ὅθεν οὐδὲν τούτων ἐπιγέγραπται· διεγείρει δὲ ἡμᾶς εἰς σύνεσιν τῶν ἐμφερομένων. διότι δὲ μηδὲν τῶν προειρημένων ἡ προγραφὴ περιέχει· ἀλλ' ἐπειδήπερ ὁ πᾶς λόγος τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους κατηγορεῖ, καταριθμούμενος αὐτῶν τὰ πάλαι ἀσεβήματα; τοῦτο δὲ πράττει ὁ προφήτης εἰς ἀπολογίαν τῆς τοῦ θεοῦ δικαιοκρισίας. μέλλων γὰρ θεσπίζειν τὰ συμβησόμενα τῷ ἔθνει περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος παρουσίας, ἀναγκαίως διδάσκει ὅτι μὴ ἐπὶ μικροῖς ἀσεβήμασιν ταῦτα πείσονται. διά-

VI.

Sextus, neque psalmus est neque canticum, neque hymnus, neque in finem remittit. Quare hujusmodi nihil in titulo habet: sed nos ad eorum quæ hic feruntur intelligentiam excitat. Cur autem nihil eorum quæ diximus fert inscriptio, nisi quia totus hic sermo Judaïcam gentem incusat; pristinas eorum impietates enumerans? Quod ad justi judicii Dei defensionem propheta concinnavit: vaticinaturus enim ea, quæ ante Servatoris adventum populo eventura erant, necessario docet ipsos non modicarum impietatum causa isthæc passuros.

Quamobrem recenset ille quoties peccaverint, & quoties Dei patientia peccata eorum tulerit, ac quomodo demum cum implessent impietatum mensuram, eos ipsos admodum juste ira Dei invaserit. Ut hæc itaque cognoscamus, necessario sic inscribit, *Intellectus Asaph*, ac in sequentibus omnia eorum scelera recenset.

A τῶν καταριθμεῖται ὁσάκις ἥμαρτεν καὶ ὁσάκις ἤνεγκεν αὐτοὺς ἡ τοῦ θεοῦ μακροθυμία, καὶ ὡς ὕστερον πληρώσαντας αὐτοὺς τὸ μέτρον τῶν ἀσεβημάτων δικαιότατα μετῆλθεν ἡ ἐκ θεοῦ ὀργή. ἵν' οὖν ταῦτα γνῶμεν, ἀναγκαίως ἐπιγέγραφε, συνέσεως τῷ Ἀσάφ, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ἀνακεφαλαιοῦται αὐτῶν πάσας τὰς παρανομίας.

VII.

Postquam multitudinem peccatorum Judaici populi compendio retulerat, & B ceu in cippo crimina eorum insculpserat; consequenter hic irruptionem, quæ tempore Antiochi Syriæ regis facta est, vaticinatur. Qui Jerosolymam ingressus, templum non evertit, sed prophanavit, atque gentem ad idola colenda compulit. Quarum rerum historiam, liber Macchabæorum inscriptus complectitur. In quo occisorum numerus, variique modi queis pro pietate martyrium perpessi sunt, describuntur. Quare Spiritus propheticus has supplices voces pro universo populo effundit: *Deus* C *venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.* Hæc ad gloriam gentis vergebant, quare magna cum fiducia dicta sunt. Verum non talia erant in Septuagesimo tertio, in quo dicebatur: *Ut quid Deus repulisti in finem, iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ?* Illis quippe abjectio populi in finem usque declarabatur, necnon postrema Jerosolymæ ruina: in illo D item non faustus finis, non promissio, quæ recensitis malis medeatur, adfertur; at in præsenti post tristia illa hæc in fine sermonis adjicit: *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, improperium ipsorum, quo exprobraverunt tibi, Domine. Nos autem populus tuus & oves pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum. In generationem & generationem annuntiabimus laudem tuam.* Hæc quippe vere justorum voces sunt.

Psal. 73. 2.

Ζ'.

Επιτεμόμενος τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβημάτων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ ὥσπερ ἐν στήλῃ τὰς κατ' αὐτῶν κατηγορίας ἐντυπώσας, ἀκολούθως διὰ τῶν προκειμένων τὴν γενομένην κατ' αὐτῶν ἐπιθυμάσασιν κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντιόχου τοῦ τῆς Συρίας βασιλέως θεσπίζει. ὁ ἐπελθὼν τοῖς Ἱεροσολύμοις, οὐ καθαιρεῖ μὲν, βεβηλοῖ δὲ τὸ ἱερὸν εἰδωλολατρεῖν ἐπιθυμαστώσας τὸ ἔθνος. τούτων δὲ τὴν ἱστορίαν ἡ τῶν ἐπιγεγραμμένων Μακκαβαίων βίβλος περιέχει· ἐν ᾗ καὶ τὰ πλήθη τῶν ἀνῃρημένων, οἵ τε τρόποι τῶν ὑπὸ εὐσεβείας μεμαρτυρηκότων παρ' αὐτοῖς ἀναγέγραφονται. διὸ τὸ προφητικὸν πνεῦμα ἔντευξιν ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἀναπέμπει λαοῦ φάσκον. ὁ θεὸς ἤλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου, ἔθεντο Ἱερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον. ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τὰς σάρκας τῶν ὁσίων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. ταῦτα γὰρ ἦν σεμνολογήματα τοῦ ἔθνους, διὸ σὺν παρρησίᾳ πολλῇ λέλεκτο. ἀλλ' οὐ τοιαῦτα ἦν τὰ ἐν τῷ γ'. καὶ ο'. δι' οὗ ἐλέγετο ἱνατί ὁ θεὸς ἀπώσω εἰς τέλος, ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου· ἐν ἐκείνοις γὰρ τὴν εἰς τέλος ἀποβολὴν τοῦ ἔθνους ἐδήλου, καὶ τὴν ἐσχάτην τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀπόπτωσιν. καὶ ἐν ἐκείνοις μὲν οὐκ ἐμφέρεται χρηστὸν τέλος οὐδὲ ἐπαγγελία τις θεραπεύουσα τὰ λελεγμένα· ἐν δὲ τῷ παρόντι μετὰ τὰ σκυθρωπὰ ἐπισυνάπτει τῷ τέλει τοῦ παντὸς λόγου· ἀπόδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν ἑπταπλάσιονα εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτῶν ὃν ὠνείδισάν σε κύριε. ἡμεῖς δὲ λαός σου καὶ πρόβατα νομῆς σου, ἀνθομολογησόμεθά σοι εἰς τὸν αἰῶνα. εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἐξαγγελοῦμεν τὴν αἴνεσίν σου. αὗται γὰρ σαφῶς δικαίων τυγχάνουσι φωναί.

VIII.

Octava Asaphi prophetia multa in titulo simul indicat: nam dicitur, *in finem*, & *pro iis qui commutabuntur*, &, *psalmus*: ad hæc autem omnia observatur hunc solum psalmum, ex iis qui in toto libro feruntur, *testimonium* inscribi. In finem itaque remittit quia futura vaticinatur: est vero, *pro iis qui commutabuntur*, ob mutationem eorum qui in prophetia indicantur: *testi-*

E

Η'.

Η Ογδόη προφητεία τοῦ Ἀσάφ πολλὰ σημαίνει κατὰ τὸ αὐτὸ διὰ τῆς προγραφῆς. ἔστι γὰρ εἰς τὸ τέλος καὶ ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, καὶ ψαλμός. πρὸς τούτοις ἅπασιν ἐπιτετήρηται ὡς καὶ μαρτύριον εἴη μόνος οὗτος τῶν ἐν πάσῃ τῇ βίβλῳ φερομένων οὕτως ἐπιγεγραμμένος· εἰς μὲν οὖν τὸ τέλος ἀναπέμπει, διὰ τὸ θεσπίζειν τὸ μέλλον· ὑπὲρ δὲ τῶν ἀλλοιωθησομένων, διὰ τὴν μεταβολὴν τῶν διὰ τῆς προφητείας δηλουμένων· μαρ-

τύριον δὲ εἴρηται διὰ τὸ μαρτύρεσθαι περὶ τοῦ ἐν αὐτῷ παραφαινομένου ἀνδρὸς καὶ τοῦ καλουμένου υἱοῦ ἀνθρώπου. υἱὸν γάρ τινα ἀνθρώπου εἰσάγει καὶ ἄνδρα δεξιᾶς τοῦ θεοῦ τοῦτον ὀνομάζει. πρῶτον μὲν οὖν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους τὴν ἀπὸ Αἰγύπτου πορείαν, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς Παλαιστινῶν γῆς οἴκησιν παρίστησιν ἐν ἀλληγορίας τρόπῳ φάσκων· ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας, ἐξέβαλες ἔθνη καὶ κατεφύτευσας αὐτήν, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα· εἶτα δηλοῖ τὴν ἐσομένην ἐρημίαν αὐτῶν φάσκων· ἵνα τί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς, καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν. καὶ περὶ τῶν πολιορκησάντων δὲ διδάσκει λέγων· ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν· δι' ὧν δύο πολιορκητὰς ἔσεσθαι τοῦ ἔθνους σημαίνει. ὃ δὴ γέγονε μὲν καὶ κατὰ τοὺς τῶν Βαβυλωνίων χρόνους· πρῶτος γὰρ ὁ Ἀσσύριος ἐπελθὼν, τὰς δέκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ αἰχμαλώτους ἀπήγαγεν· εἶτα μετὰ τοῦτον ὁ Βαβυλώνιος τοὺς ὑπολοίπους ἐχειρώσατο, τὴν Ἱερουσαλὴμ σὺν τῷ ναῷ πυρπολήσας. ὃ δὴ θεσπίζει φάσκων ὁ λόγος· ἐμπεπυρισμένη ἐν πυρὶ καὶ ἀνεσκαμμένη· γέγονε δὲ καὶ ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας, πρῶτον μὲν πολιορκήσαντος αὐτοὺς Τίτου τοῦ καὶ τὸ ἱερὸν πυρπολήσαντος μετὰ τὰ τολμηθέντα αὐτοῖς κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν· ἔπειτα Ἀδριανοῦ τοῦ τὴν πόλιν αὐτὴν ἄβατον Ἰουδαίοις εἶναι νομοθετήσαντος. ἀλλ' ἐπειδὴ ταῦτα περὶ τῆς πολιορκίας ἐθέσπισεν τοῦ ἔθνους, προϊὼν περὶ τῆς σωτηρίου θεοφανείας εὐχὴν ἀναπέμπει λέγων· γενηθήτω ἡ χείρ σου ἐπ' ἄνδρα δεξιᾶς σου, καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ. παρακαλεῖ δὲ ἐν τούτοις τὸν ἄνδρα τῆς δεξιᾶς τοῦ θεοῦ ὀφθῆναι ἐπὶ γῆς. δι' αὐτοῦ γάρ φησιν ἡμεῖς οἱ παραδεξάμενοι αὐτὸν οὐ μὴ ἀποστῶμεν ἀπὸ σοῦ· ἀλλὰ καὶ ζωώσεις ἡμᾶς δι' αὐτοῦ. δι' ὃ καὶ ἱκετεύομεν λέγοντες· κύριε τῶν δυνάμεων ἐπίστρεψον ἡμᾶς, καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, διὰ τοῦ δηλωθέντος ἀνδρὸς, καὶ σωθησόμεθα.

A *monium* autem dicitur, quia testimonium præbet viro ibidem prænuntiato, & ei qui vocatur filius hominis. Nam quemdam filium hominis hic inducit, & virum dexteræ Dei eumdem nuncupat. Primo itaque Judaïci populi ex Ægypto exitum, atque habitationem in Palæstina allegorico more declarat dicens: *Vineam de Ægypto transtulisti, ejecisti gentes & plantasti eam*, & cætera. Deinde futuram ejus desolationem his indicat: *Ut quid destruxisti maceriam ejus, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur* B *viam?* De obsidentibus autem eam hæc tradit: *Exterminavit eam aper de sylva, & singularis ferus vastavit eam.* Quibus verbis eam gentem a duobus obsidendam significat. Quod evenit Babyloniorum tempore: nam Assyrius prior invadens, decem tribus Israëlis captivas abduxit; deinde vero Babylonius incensis cum templo Jerosolymis, reliquos cepit. Quod hic sermo vaticinatur his verbis: *Incensa igne & suffossa*: idipsum quoque Romanorum tempore accidit; primo quidem obsidente Tito, qui post eorum C contra Salvatorem nostrum facinora, templum quoque incendit; deinde vero Hadriano imperante, qui Judæis urbis aditum lata lege interclusit. Sed postquam isthæc de obsidione gentis vaticinatus fuerat, in sequentibus de divino Servatoris adventu hæc precando dicit: *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi.* His autem rogat, ut vir dexteræ Dei in terra appareat. Per ipsum enim, inquit, nos qui suscepimus eum, non discedemus a te, sed etiam per ipsum nos D vivificabis: quamobrem his verbis supplicamus: *Domine virtutum converte nos, & ostende faciem tuam* per prædictum virum, *& salvi erimus.*

Θ'.

IX.

Σφόδρα ἀκολούθως τοῖς προλεχθεῖσιν ἡ μετὰ χεῖρας προφητεία ὑπὲρ τῶν ληνῶν προσγέγραπται, καὶ εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπει. ληνοὺς δὲ διὰ τούτων ὀνομάζει τὰς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ, ἐν οἷς ὁ τρυγητὸς τῆς ἁγίας ἀμπέλου συνῆκται. παραδόξως δὲ προσγέγραπται, ὑπὲρ τῶν ληνῶν, μετὰ τὸν ἀφανισμὸν τῆς προτέρας ἀμπέλου. ἐκείνης γὰρ λυμανθείσης ὑπὸ τοῦ ἀγρίου συὸς (sic), τοῦ τε φραγμοῦ αὐτῆς καθαιρεθέντος, ἐνταῦθα πολλῶν ληνῶν καὶ οὐκέτι μιᾶς ὁ λόγος μνημονεύει. ληνὸν δὲ μίαν τὴν πρώτην ἐδήλου καὶ ὁ Ἡσαΐας λέγων· καὶ ᾠκοδόμησα πύργον, καὶ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ, δηλαδὴ τῷ ἀμπελῶνι. ἀλλ' ἐπεὶ τὴν πτῶσιν ἐδήλου τοῦ προτέρου πύργου, καὶ τὸν ἀφανισμὸν τοῦ προληνίου,

ADmodum consequenter ad prædicta, hæc, quam tractamus, prophetia, *pro torcularibus* inscripta est, & ad finem remittit. Torcularia porro hic vocat Ecclesias Dei per totum orbem constitutas, in quibus E sanctæ illius vineæ vindemia colligitur. Stupendo autem modo *pro torcularibus*, post destructam priorem vineam, inscribitur. Illâ namque ab agresti apro vastatâ, atque maceriâ ejus destructâ, hic multorum torcularium, non unius tantum, mentio habetur. Torcular autem primum illud, quod unum erat, declarabat Hesaïas his verbis: *Et ædificavi turrim, & protorcular fodi in ipsa*, scilicet vinea. At postquam primæ turris ruinam atque protorcularis destructionem, Hesai. 5. 2.

itemque totius vineæ desolationem illic enarraverat; jure in præsenti omnium gentium vocationem denuntiat, cum *pro torcularibus* prophetiam inscribit. Quamobrem ad gaudium & lætitiam eos, quibus Evangelium prædicatur, invitat dicens: *Exsultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob. Sumite psalmum, & date tympanum, psalterium jucundum cum cithara.* Et hæc quidem iis qui digni Evangelio sunt, quique propriis fructibus torcularia replent. De Judaïca vero gente clare subjungit: *Et non audivit populus meus vocem meam, & Israël non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum.* Hæc porro opportunissime præcedenti prophetiæ cohærent. Quemadmodum enim illic vineæ ruinam declarabat, ita etiam hoc loco eorumdem hominum inobsequentiam coarguit; & sicut in illo virum dexteræ Dei, & filium hominis confirmatum induxit, sic illi hanc subjunxit prophetiam, inscriptam *pro torcularibus*, id est, Ecclesiis Dei, quas filius hominis constituit.

A τήν τε τοῦ παντὸς ἀμπελῶνος ἐρημίαν ἐν ἐκείνοις· εἰκότως διὰ τοῦ παρόντος τὴν ἐθνῶν ἁπάντων τὴν κλῆσιν εὐαγγελίζεται, ὑπὲρ τῶν ληνῶν ἐπιγράψας τὴν προφητείαν. διὸ ἐπὶ χαρὰν καὶ εὐφροσύνην προκαλεῖται τοὺς εὐαγγελιζομένους φάσκων· ἀγαλλιᾶσθε τῷ θεῷ τῷ βοηθῷ ἡμῶν· ἀλαλάξατε τῷ θεῷ Ἰακώβ. λάβετε ψαλμὸν καὶ δότε τύμπανον, ψαλτήριον τερπνὸν μετὰ κιθάρας. ταῦτα μὲν οὖν τοῖς ἀξίοις τοῦ εὐαγγελίου, τοῖς τὰς ληνοὺς ἀπὸ τῶν οἰκείων καρπῶν πληροῦσι. περὶ δὲ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους σαφῶς ἐπιλέγει· καὶ οὐκ ἤκουσεν ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε μοι.
B καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς καρδίας αὐτῶν. πολλῆς δὲ ἔχεται ἀκολουθίας ταῦτα πρὸς τὴν ἔμπροσθεν προφητείαν. ὡς γὰρ ἐκεῖ τῆς ἀμπέλου τὸν ἀφανισμὸν ἐδήλου, οὕτως καὶ ἐνταῦθα τῶν αὐτῶν τὸ ἀπειθὲς καὶ ἀνήκοον ἐλέγχει· καὶ ὡς ἐν ἐκείνῳ ἄνδρα δεξιᾶς τοῦ θεοῦ εἰσῆγαγεν καὶ υἱὸν ἀνθρώπου κεκραταιωμένον· οὕτως διὰ τῆς προκειμένης τὴν ὑπὲρ τῶν ληνῶν συνῆψε προφητείαν, δηλαδὴ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ, ἃς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου συνεστήσατο.
C

X.

HIc Asaph deos inducit, & Deum in medio deorum, eos, qui dii vocantur, dijudicantem, & quidem necessario: nam quia superius totam Judaïcam gentem incusabat, consequenter in præsenti eorum principes speciatim coarguit. Deinde quia in præcedenti psalmo Christum Dei, virum dexteræ ejus & filium hominis confirmatum vocaverat, ejus in carne adventum his significans, ne quis ipsum merum hominem, & multis aliis similem arbitraretur; ipsum hic Deum prædicat his verbis: *Deus stetit in synagoga deorum.* Ac ne quis ob monarchiæ, sive unius principii rationem turbaretur, Christum Dei Deum esse audiens; congruenter hic multos deos nominat eos qui sub hæc incusantur, tantum non præcipiens ut ne cunctemur filium quoque Dei Deum vocare. Si enim gentis principes, qui male audiebant, Dei nomine dignati sunt, quod quæso, periculum fuerit si virum dexteræ Dei & filium hominis confirmatum, Deum fateamur? Deinde vero in fine psalmi orationem propheta profert pro gentium vocatione, dicens: *Surge Deus, judica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.* Videtur huic psalmo, quadragesimus nonus affinis esse, in quo etiam dicebatur: *Deus deorum Dominus loquutus est:* nam in utroque Deus deorum inducitur; rursumque in ambobus judicare scribitur; in præsenti quippe dicitur, *Surge Deus, judica terram*

De Monarchia *Vide in Praef.*

Psal. 49. 1.

Ι΄.

ΘΕοὺς εἰσάγει καὶ θεὸν ἐν μέσῳ θεῶν διακρίνοντα τοὺς ὠνομασμένους θεοὺς ἐν τούτοις ὁ Ἀσὰφ ἀναγκαίως· ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῶν ἔμπροσθεν τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους κατηγορεῖ, ἀκολούθως ἐπὶ τοῦ παρόντος τοὺς παρ' αὐτοῖς ἄρχοντας ἰδίως ἐλέγχει. εἶτ' ἐπειδὴ τὸν χριστὸν τοῦ θεοῦ ἐν τῷ πρὸ τούτου ἄνδρα ὠνόμασεν δεξιᾶς αὐτοῦ καὶ υἱὸν ἀνθρώπου κεκραταιωμένον, τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν σημαίνας· ἵνα μή τις αὐτὸν ψιλὸν ὑπολάβοι ἄνδρα καὶ τοῖς πολλοῖς ὅμοιον, θεολογεῖ αὐτὸν ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας φήσας· ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν. καὶ ὅπως μὴ ταραχθείη τις εἰς τὸν περὶ μοναρχίας λόγον, θεὸν ἀκούων τὸν χριστὸν τοῦ θεοῦ, εἰκότως καὶ πλείονας θεοὺς ὀνομάζει τοὺς διὰ τῶν ἑξῆς κατηγορουμένους, μονονουχὶ παρακελευόμενος μὴ ἀποκνεῖν καὶ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ θεὸν ἀποκαλεῖν. εἰ γὰρ οἱ διαβαλλόμενοι τοῦ ἔθνους ἄρχοντες θεοὶ ἠξιώθησαν ὀνομασθῆναι, ποῖος ἂν γένοιτο κίνδυνος τὸν ἄνδρα τῆς δεξιᾶς τοῦ θεοῦ καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου τὸν κεκραταιωμένον, θεὸν ὁμολογεῖν; εἶτ' ἐπὶ τέλει τοῦ παντὸς ὁ προφήτης εὐχὴν ἀναπέμπει ὑπὲρ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως φάσκων· ἀνάστα ὁ θεός, κρῖνον τὴν γῆν, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. ἔοικεν δὲ τούτῳ ἀκόλουθος εἶναι ὁ μθ΄. ψαλμὸς ἐν ᾧ καὶ αὐτῷ λέλεκτο· θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησεν. καὶ ἐν ἀμφοτέροις δ' οὖν θεὸς θεῶν εἰσῆκται, καὶ πάλιν ἐν ἀμφοτέροις κρίνων ἀναγέγραπται. καὶ ἐν μὲν τῷ παρόντι λέλεκται, ἀνάστα ὁ θεός, κρῖνον τὴν γῆν,

D and E (margin section letters)

ὅτι

ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν· ἐν δὲ τῷ μθ'. σφόδρα τούτοις ἀκολούθως, ὅπως ἀναστὰς κρινεῖ τὴν γῆν ὑπογράφει ὁ λόγος φάσκων· θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησεν, καὶ ἐκάλεσεν τὴν γῆν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν· καὶ ἑξῆς, ὁ θεὸς ἐμφανῶς ἥξει καὶ οὐ παρασιωπήσεται. πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ τὰ ἑξῆς. δι' ὧν ὅπως μέλλει κρίνειν διεξέρχεται. καὶ ἐπειδήπερ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας λέλεκται, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν· εἰκότως ἐν τῷ μθ'. τοὺς παρὰ Μωσεῖ περὶ θυσιῶν ἀνατρέπει νόμους, ἕτερον τρόπον παραδιδοὺς λογικῆς θυσίας, τὸν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐπιτελούμενον· δι' ὃ λέλεκται, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν.

IA'.

Ο Παρὼν λόγος τελευταῖος ὢν τοῦ Ἀσάφ, ἱκετηρίαν περιέχει καὶ παράκλησιν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ σφόδρ' ἀκολούθως. ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς πρώτοις ἐθέσπισεν τὴν ἐσχάτην τοῦ τόπου πολιορκίαν, εἶτ' ἀναδραμὼν τῷ χρόνῳ δευτέραν τὴν ὑπὸ Ἀντιόχου γενομένην ἔταξεν, εἶτ' ἐπὶ ταύτης, τρίτης ἐμνημόνευσεν τῆς προαγούσης τοῖς χρόνοις, λέγω δὲ τῆς κατὰ τῶν Ἀσσυρίων καὶ Βαβυλωνίων ἀρχῆς· ἀκολούθως διὰ τῶν προκειμένων δέησιν καὶ ἱκετηρίαν ἀναπέμπει ὑπὲρ τῆς τοῖς χρόνοις προτέρας πολιορκίας καθ' ἣν πάντες οἱ περίοικοι τῆς Ἰουδαίας δεξιὰς τοῖς Ἀσσυρίοις κατ' αὐτῶν ὤρεξαν. ὃ δὴ σημαίνει λέγων· τὰ σκηνώματα τῶν Ἰδουμαίων καὶ οἱ Ἰσμαηλῖται, Μωὰβ καὶ οἱ Ἀγαρηνοί, Γεβὰλ καὶ Ἀμμὼν καὶ Ἀμαλήκ, ἀλλόφυλοι μετὰ τῶν κατοικούντων Τύρον. καὶ γὰρ καὶ Ἀσσοὺρ συμπαρεγένετο μετ' αὐτῶν, ἐγενήθησαν εἰς ἀντίληψιν τοῖς υἱοῖς Λώτ. οἷς ἑξῆς τὸ καταληψόμενον αὐτοὺς ὑπογράφει τέλος φάσκων· ὁ θεός μου θοῦ αὐτοὺς ὡς τροχόν, ὡς καλάμην κατὰ πρόσωπον ἀνέμου, ὡσεὶ πῦρ ὃ διαφλέξει δρυμόν, ὡσεὶ φλὸξ κατακαύσει ὄρη, καὶ τὰ ἐπιφερόμενα. ἔνθα γενόμενος ἀναγκαίως ἐπιτηρήσεις ὡς ὅπου μέμνηται τοῦ Ἀσσούρ, οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ Ἀσσύριοι, καὶ τῶν προλεχθέντων ἐθνῶν τὴν κατ' αὐτῶν ποιεῖται δέησιν, καὶ τὴν καταστροφὴν αὐτῶν ἑξῆς θεσπίζει· καὶ ἐν τῷ οη'. ὁμοίως, ἐν ᾧ τὰ κατὰ Ἀντίοχον προανεφώνει, ὃς Ἑλληνίζειν καὶ παραβαίνειν τὰ πάτρια ἠνάγκαζεν Ἰουδαίους. πάλιν γὰρ κἀκεῖ τὴν καταστροφὴν τῶν πολεμίων προὔλεγεν. οὐκέτι δὲ καὶ ἐν τῷ ογ'. καθ' ὃν ἡ ἐσχάτη αὐτῶν ἐδηλοῦτο ἀποβολή.

Οὗτοι μὲν οὖν οἱ συνημμένοι τοῦ Ἀσὰφ ια'. ὁ δὲ ιβ'. πρὸ τοῦ ν'. ψαλμοῦ κατατέτακται, δι' ἣν ἀποδεδώκαμεν αἰτίαν τοῖς

A *quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus*: in quadragesimo autem nono, valde consentanea huic ratione, quo pacto surgens judicet terram describitur his verbis: *Deus deorum Dominus loquutus est, & vocavit terram a solis ortu usque ad occasum*; ac deinceps, *Deus manifeste veniet, & non silebit. Ignis in conspectu ejus exardescet*, & cætera: queis quomodo judicaturus sit enarrat. Et quia in præsenti dictum est, *Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus*; opportune in quadragesimo nono, Moysis de sacrificiis leges abroB gat, aliumque rationabilis sacrificii ritum tradit, quod per totum orbem in omnibus gentibus persolvitur. Quare dictum est, *Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.*

XI.

HIc sermo qui postremus Asaphi est, supplicationem ac deprecationem pro populo admodum opportune complectitur. Quia enim in primis postremam loci obsiC dionem vaticinabatur, deinde vero quoad tempus retrogressus, secundam posuit ab Antiocho illatam cladem, ac sub hæc tertio loco posuit eam quæ tempore præcurrebat, videlicet quæ sub imperio Assyriorum & Babyloniorum accidit; consequenter in præsenti supplicationem offert, pro obsidione quæ tempore prior erat, in qua omnes Judææ finitimi dexteras suas Assyriis adversum illos porrexerunt. Quod his significat: *Tabernacula Idumæorum & Ismaëlitæ, Moab & Agareni, Gebal & Ammon & Amalec, alieD nigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adjutorium filiis Lot.* Quibus deinde finem quo excipiendi sunt describit dicens: *Deus meus pone illos ut rotam, sicut stipulam ante faciem venti, sicut ignis qui comburet sylvam, sicut flamma comburet montes*, & reliqua. Cum huc autem deveneris observa, quæso, eum ubi illius Assur meminit, (erant autem ii Assyrii,) necnon prædictarum gentium; supplicationem adversus eos emittere, ac exinde infaustum eorumdem finem vaticinari: quod itidem E in LXXVIII. præstitit, ubi item quæ Antiochi tempore acciderunt prænuntiat, qui Judæos compulit ut Græcorum ritum observarent, paternasque leges transgrederentur. Nam illic quoque infelicem inimicorum finem prædixit. At non in LXXIII. ubi postrema Judæorum abjectio declaratur.

Hi igitur Asaphi numero undecim, conjuncti sunt. Duodecimus vero ante psalmum L. collocatus est, ob causam quam

illum explicantes adtulimus. Verum post hoc compendium, primum repetentes, ejus sententiam minutatim explorabimus.

Psalmus Asaph. LXXII.

1. *Quam bonus Israël Deus iis qui recti sunt corde!* Tertia pars libri psalmorum a præsenti incipit, & in LXXXVIII. desinit, ita ut psalmos complectatur septemdecim, quorum undecim consequenter ipsius Asaph sunt: hinc filiorum Core quatuor, Davidis unus, postremusque omnium Ethan Esdraïtæ. Hic vero quem tractamus Asaphi est, qui propheta Davidi coætaneus erat: psalmusque inscribitur; quia ad calcem cum impiorum infaustum exitum, tum piorum in Deo reconditum optimum finem complectitur. Quæ his declarat: *Quia ecce qui elongant se a te peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Init autem a doctrinæ præceptis, queis impiorum ad quoddam tempus felicitatis rationem adfert: hujusce quippe rei causam esse ait, quod Deus, bonus patiensque sit. Idipsum sane docet divinus Apostolus dicens: *An divitias bonitatis ejus & longanimitatis contemnis, ignorans quod clementia Dei ad pœnitentiam te adducit?* & alibi
Psal. 7. 12. dictum est: *Deus judex justus, bonus & patiens, numquid irascitur per singulos dies?* Ut-
Matth. 5. 45. pote bonus igitur, *Solem suum oriri facit super justos & injustos, & pluit super malos & bonos.* Unde Servator hanc sententiam de
Marc 10. 18. Patre protulit: *Nemo bonus nisi unus Deus.* Quod si de Filio perquisieris, comperies
Hebr. 1. 3. qua ratione & ipse bonus sit; quia scilicet splendor est lucis sempiternæ, & speculum sine macula paternæ virtutis, & imago bonitatis illius. Talis itaque Deus est; sed illud non omnibus notum; verum soli Israëli, viro scilicet perspicaci & internoscendi vi prædito, qualem sub hæc declarat his verbis, *rectis corde.* Qui enim in mente nihil tortuosum habet; sed recta & sincera cogitatione providentiæ rationem contemplatur, ipse scilicet Israël fuerit, cui Deus bonus esse cognoscitur, quia ob bonitatis excellentiam omnes tolerat. Sed Deus qui-
2. dem hujusmodi est. Ego vero homo qui veritati studeo, mentis meæ stoliditatem enarro. Etenim firmitate mea & gressu, sive ut metaphorice loquar, animæ pedibus & fulcris commotus pene & eversus sum a spe mea in Deo reposita; idque ob prosperas atheorum impiorumque res. Verum id qui-

A τόποις διηγούμενοι. ἀλλὰ γὰρ μετὰ τὴν πρόπων ἐπιτομὴν φέρ' ἐπαναλαβόντες τὸ πρότερον, τὴν κατὰ μέρος αὐτοῦ διάνοιαν ἐπιθεωρήσωμεν.

Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ. οβ'.

B ὩΣ ἀγαθὸς τῷ Ἰσραὴλ ὁ θεὸς, τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. τὸ τρίτον μέρος τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ παρόντος, περαιοῦται δὲ εἰς τὸν πη'. ὡς τοὺς πάντας περιέχειν ψαλμοὺς ἑπτὰ καὶ δέκα· ὧν ἐφεξῆς ια'. τυγχάνουσι τοῦ Ἀσάφ· εἶτα τῶν υἱῶν Κορὲ, δ'. καὶ τοῦ Δαυὶδ εἷς, καὶ Αἰθὰν τοῦ Ἐσδραΐτου τελευταῖος. ὁ μὲν τοι μετὰ χεῖρας τοῦ Ἀσάφ, προφήτης δὲ ἦν οὗτος συγχρονίσας τῷ Δαυὶδ, ψαλμὸς μὲν ἐπιγέγραπται, διὰ τὸ περιέχειν ἐπὶ τέλει τῶν λόγων τῶν μὲν ἀσεβῶν τὴν καταστροφὴν, τῶν δ' εὐσεβῶν τὸ παρὰ τῷ θεῷ τεταμιευμένον ἀγαθὸν
C τέλος. ἃ δὴ παρίστη λέγων· ὅτι ἰδοὺ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται, ἐξωλόθρευσας πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ. ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ θεῷ ἀγαθόν ἐστιν· ἄρχεται δ' ἀπὸ δογματικῆς διδασκαλίας, δι' ἧς αἰτίαν ἀποδίδωσι τῆς τῶν ἀσεβῶν κατά τινας καιροὺς εὐπραγίας. τὸ γὰρ ἀγαθὸν εἶναι καὶ μακρόθυμον τὸν θεὸν τούτου φησὶν ὑπάρχειν αἴτιον. ὃ δὴ διδάσκει καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος λέγων· ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; καὶ ἀλλαχοῦ δὲ εἴρηται· ὁ θεὸς κριτὴς δίκαιος καὶ
D ἀγαθὸς καὶ μακρόθυμος, μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν; ὡς ἀγαθὸς γ' οὖν ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ βρέχει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς. ὅθεν καὶ ὁ σωτὴρ ὅρον περὶ τοῦ πατρὸς ἐξήνεγκεν εἰπών, οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ θεός. κἂν ἐξετάζῃς περὶ τοῦ υἱοῦ, μαθήσῃ ὅπως ἐστὶ καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς ἐπειδὴ ἀπαύγασμά ἐστι φωτὸς ἀϊδίου καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ πατρὸς ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ· τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ θεὸς πέφυκεν, ἔγνωσται δὲ οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ, τῷ διορατικῷ δηλαδὴ καὶ γνω-
E στικῷ ἀνδρὶ, ὃν δὴ παρίστησι συνάπτων ἑξῆς καὶ λέγων, τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. ὁ γὰρ μηδὲν σκολιὸν κεκτημένος ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, λογισμοῖς δὲ ὀρθοῖς ἐπιβάλλων τοῖς τῆς προνοίας λόγοις, αὐτὸς ἂν εἴη ὁ Ἰσραὴλ, ᾧ καὶ ἔγνωσται ἀγαθὸς ὢν ὁ θεὸς δι' ὑπερβολὴν τε ἀγαθότητος πάντων ἀνεχόμενος. ἀλλ' ὁ μὲν θεὸς τοιοῦτος. ἐγὼ δὲ ἄνθρωπος φιλαλήθης εἶναι θέλων, τὴν ἐμαυτοῦ διηγοῦμαι τῆς ψυχῆς νωθρείαν. μικροῦ γὰρ δεῖν τὴν ἐμαυτοῦ στάσιν καὶ βάσιν, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις μεταφορικῶς, τοὺς τῆς ψυχῆς πόδας καὶ τὰ ἐρείσματα παρετράπην ἐκ τῆς εἰς τὸν θεὸν ἐλπίδος, διὰ τὰς τῶν ἀθέων καὶ ἀσεβῶν ἀνδρῶν εὐπραγίας. ἀλλὰ παρὰ μι-

χρὸν μὲν τοῦτ' ἔπαθον· διὰ δὲ τὴν τοῦ θεοῦ χάριν οὐκ ἐσαλεύθην, οὐδὲ κατεκράτησέν μου ὁ προλεχθεὶς λογισμός· ἢ γὰρ ἂν ἀπωλόμην, καὶ πάντα μου τὰ διαβήματα κέχυτο, παρ' ὀλίγον γὰρ ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου, οὐ μὴν ἐξεχύθη. νοήσεις δὲ ὅπως ἐκχεῖται ψυχῆς διαβήματα, ἐπιστήσας ὡς ἤδη τινὲς προκόψαντες ἐν ἀσκήσει θεοσεβείας, ἐν σωφροσύνῃ τε καὶ ἁγνείᾳ διαλάμψαντες μακροῖς χρόνοις, ὕστερόν ποτε ὑπεσύρησαν χαυνότερον βιώσαντες καὶ ὀλισθήσαντες, ἢ παντελῶς ἐκπεσόντες τοῦ σκοποῦ καὶ ὥσπερ ναυάγιον παθόντες τῶν πάλαι συνηγμένων αὖθις ἀγαθῶν πράξεων· τούτων γὰρ οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν τοὺς πόδας τῆς ψυχῆς σεσαλεῦσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅλως πεπτωκέναι, τά τε διαβήματα αὐτῶν καὶ τὰς κατὰ θεὸν πορείας τὴν ἐν μακρῷ χρόνῳ προκοπὴν ἀπορρεῦσαι καὶ ἐκκεχύσθαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρὰ μικρόν φησιν ἔπαθον, οὐ μὴν πέπονθα διὰ τὸ τοῦ θεοῦ ἔλεος. πλὴν ἤμελλόν γε ταῦτα πάσχειν διὰ ζῆλον ὃν ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις ὁρῶν τὴν εἰρήνην αὐτῶν καὶ τὴν ἐν πλούτῳ καὶ τρυφῇ, ἔν τε ἀρχαῖς καὶ ἀξιώμασιν εὐημερίαν. εἰς ταῦτα γὰρ ἀφορῶν διεπριόμην, ὡς μικροῦ δεῖν κινδυνεῦσαι περιπεσεῖν ἀθέοις λογισμοῖς· οἷς οὐ περιπέπτωκα δόγμασιν ὀρθοῖς θεραπευόμενος, τοῖς ὑπομιμνήσκουσιν ἀγαθὸν εἶναι τὸν θεὸν καὶ ἀνεξίκακον καὶ μακρόθυμον. διόπερ ἐκπληττόμενος αὐτοῦ καὶ ἀποθαυμάζων τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀγαθότητος, εἶπον ἀρχόμενος τοῦ λόγου· ὡς ἀγαθὸς τῷ Ἰσραὴλ ὁ θεὸς τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. ἀντὶ δὲ τοῦ, ὡς ἀγαθὸς, ὁ Σύμμαχος, πλὴν ὄντως, φησίν, ἀγαθὸς ὁ θεὸς τῷ Ἰσραὴλ τοῖς καθαροῖς τὴν καρδίαν. παρέστησεν γὰρ τίς εἴη ὁ Ἰσραὴλ, ἐπισυνάψας καὶ εἰπών, τοῖς καθαροῖς τὴν καρδίαν. οὗτοι γάρ εἰσιν ὁ ἀληθὴς Ἰσραὴλ· διὸ ἐλέγετο καὶ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος· μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. καὶ ὁ Ἰσραὴλ δὲ ὁρῶν τὸν θεὸν ἑρμηνεύεται.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν, καὶ στερέωμα ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν. ἐν κόποις ἀνθρώπων οὐκ εἰσί, καὶ μετὰ ἀνθρώπων οὐ μαστιγωθήσονται. διὰ τοῦτο ἐκράτησεν αὐτοὺς ἡ ὑπερηφανία εἰς τέλος. ὡς ἐν ἱστορίᾳ διεξέρχεται τὰ ταράξαντα αὐτοῦ τὴν ψυχήν, ἵνα γνῶμεν ὅτι μὴ ἐπὶ μικροῖς ἐσαλεύθησαν αὐτοῦ οἱ πόδες παρ' ὀλίγον· μηδὲ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν ἤμελλεν ἑαυτοῦ ἐκχεῖσθαι τὰ διαβήματα. τίνα δὲ ἦν ταῦτα; οἱ ἀσεβεῖς καὶ τὸν θεὸν οὐκ εἰδότες, οὕτω φησὶν ἐν εὐσταθείᾳ βίου καὶ θυμηδίαις διῆγον, καὶ μέχρις ἐσχάτης τελευτῆς τοσαύτης ἀπήλαυον τρυφῆς, ὡς καὶ πάνθ' ὁντινοῦν οἷον εὔξασθαι τῆς ἴσης αὐτοῖς τυχεῖν, ζηλῶσαί τε αὐτῶν οὐ μόνον τὴν ζωήν, ἀλλὰ καὶ τὸν θάνατον ὃν οὐδὲ παραιτήσασθαι ἐξῆν οὐδὲ ἀπευκτὸν ἡγήσασθαι. οὕτως οὐκ ἦν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ εἰ συνέβη ποτὲ μάστιγι καὶ πληγῇ, τουτέστι περιστάσει καὶ συμφορᾷ περιπεσεῖν αὐτῶν τινα, ἢ ἐν νόσοις

A dem pene perpessus sum; at Dei gratia concussus non fui; neque a tali cogitatione superatus: alias vero periissem, & effusi essent gressus mei: nam, *pene effusi sunt gressus mei*; sed non revera effusi sunt. Quomodo autem gressus animæ effundantur intelliges, si perpendas, qua ratione multi pietatis exercitatione jam provecti, temperantia & castitate diuturno tempore fulgentes; demum ad molliorem vitam allecti & prolapsi sint; sive etiam penitus a scopo defecerint, & quasi naufragium in bonis jam collectis o-
B peribus fecerint. Hos si pedibus animæ commotos dixeris; imo vero si penitus prolapsos, atque gressus eorum, diuturnumque in via Dei profectum vacillasse & effusum esse adfirmaveris, neutiquam aberres. Sed hæc, inquit, fere pertuli; nec pertuli tamen per misericordiam Dei. Cæterum tanti mihi periculi in causa fuit zelus quo iniquo- 3.
rum causa accendebar, dum viderem pacem ipsorum, necnon eorum in divitiis, voluptate, dominatu, dignitatibus felicitatem. Hæc respiciens dissecabar, ita ut pene in im-
C pias labi cogitationes periclitarer: in quas tamen, rectis firmatus institutis, Deum bonum patientem & tolerantem esse commonentibus, neutiquam decidi. Quamobrem præcellentiam bonitatis ipsius demirans, ac stupens, sic sermonem orsus sum: *Quam bonus Israël Deus rectis corde!* Pro illo autem, *Quam bonus*; Symmachus: *Sane*, inquit, *vere bonus Deus Israëli, puris corde.* Symmach.
Quis vero esset Israël his additis verbis declaravit, *puris corde*. Illi namque vere Israël sunt; quare a Servatore quoque dictum
D est: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*: Israël autem *videns Deum* explicatur. Matth. 5. 8.

Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga ipsorum. In laboribus hominum non sunt & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia in finem. Historiæ more quæ animam turbant suam enarrat, ut sciamus non parva de causa pene commotos ejus pedes, neque ob res parvi momenti pene effusos gressus ipsius fuisse. Quænam illa erant? Impii, inquit,
E & qui Deum non norant, tam felici vitæ decursu, tantaque voluptate degebant, & usque ad extremum vitæ halitum tot deliciis fruebantur, ut nemo non optaret paria consequi, ac non solum vitæ eorum, sed etiam morti invideret, tali scilicet, qualem abnuere ac horrendam putare nemini liceret. Sic non erat respectus morti eorum. Sed etiam si quando contingeret eorum aliquem in plagam & flagellum, videlicet in ærumnam & calamitatem incidere; sive morbo

(Margin verse numbers beside the Latin verse: 4. 5. 6.)

adfici vel detrimento, non erat firmamen-
tum in plaga ipsorum. Non enim firma per-
manensque talis ipsorum plaga erat; sed bre-
vis superficiemque carptim adtingens. Ne-
que item in laboribus hominum versaban-
tur, terram colendo, vel manibus victum
parando; non pauperie adflicti erant; ve-
rum e contrario divitiis adfluentes, in deli-
cias immergebantur, nihilque patiebantur
ut reliqui homines, qui quotidie laboriosa
ærumnosaque vita macerantur. Quare *in
labore hominum non sunt, & cum hominibus
Symmachi. non flagellabuntur.* Symmachus autem sic in-
terpretatus est: *Quia non cogitabant de mor-
te: firma namque erant vestibula eorum:* ac
Symmachi. deinceps, *in miseria,* inquit, *viri non erant,
neque cum hominibus percutiebantur.* Quia
igitur tali in conditione erant, *ideo tenuit
eos superbia.* Cum par fuisset enim, ut illi
vere impii, secundum humanum cogitandi
morem, condignas impietatibus pœnas lue-
rent; illi certe in deliciis vitæ versabantur
dum Deo bellum moverent. Quare dum ad-
tererentur seipsis pejores evadebant, *Et operti
Symmachi. sunt iniquitate & impietate sua;* pro quo Sym-
7. machus, *Superbia,* inquit, *induti sunt, quasi
horrea ex iniquitate habentes.* Ad hæc autem,
Prodibit quasi ex adipe iniquitas eorum. Cu-
Symmachi. jus loci clariorem extulit sententiam Sym-
machus his verbis, *Prociderunt ex pinguedi-
Aquilæ. ne oculi eorum:* similiter Aquila interpreta-
tus est dicens: *Exierunt ab adipe oculi eo-
rum.* Præter hæc, inquit, *transierunt in ad-
fectum cordis: cogitaverunt & loquuti sunt in
Symmachi. iniquitate:* quæ sic interpretatur Symma-
chus: *Prætergressi sunt quæ apparebant, corde
irridentes.* Nam ipsa opera Dei quæ omnium
oculis conspiciuntur, & aperta providentiæ
miracula prætergrediebantur: cum tamen
ipsi ea intelligerent & caperent; sed ob stul-
titiæ vim illudebant & irridebant. Insuper
8. *loquuti sunt in malitia, & iniquitatem in ex-
9. celsum loquuti sunt. Posuerunt in cælum os
suum, & lingua eorum transivit in terra.* Hæc
Symmachi. porro Symmachus sic explicavit: *Loque-
bantur cum multa calumnia, contra excelsum
loquebantur. Posuerunt in cælum os suum: lin-
gua autem eorum obambulationes in terra.*
Blasphema quippe dicta proferentes contra
Deum, quasi non videret, neque curaret; i-
mo quasi omnino non exsisteret, iniquitatem
in excelsum loquuti sunt, ac usque ad cæ-
lum os suum extenderunt; etsi viles essent
& linguam suam in terra haberent. Hæc sa-
ne sunt quorum causa meam fateor infirmi-
tatem; ac velut in cippo accusationem in-
scribo meam, quia *pene moti sunt pedes mei,
& pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi su-
per iniquos, pacem peccatorum videns.*

A ἐξετασθῆναι καὶ ζημίαις, οὐκ ἦν στερέωμα ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν. οὐ γὰρ στερεά τις ἦν καὶ ἐπίμονος ἡ κατ' αὐτῶν πληγή· βραχεῖα δέ τις καὶ ἐξ ἐπιπολῆς παρατρέχουσα. οὐδὲ ἐν κόποις δὲ ἀνθρώπων ἐξετάζοντο, γεωπονοῦντες καὶ τὴν τροφὴν ἀπὸ χειρῶν ποριζόμενοι, πενίᾳ τε κατατρυχόμενοι· τοὐναντίον δὲ πλούτῳ περιρρεόμενοι καθηδυπαθοῦν ἐντρυφῶντες, καὶ μηδὲν ὅμοιον πάσχοντες τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις τοῖς μαστιζομένοις ἑκάστης ἡμέρας δι' ἐπιπόνου καὶ μοχθηροῦ βίου. διὸ ἐν κόποις ἀνθρώπων οὐκ εἰσί, καὶ μετὰ ἀνθρώπων οὐ μαστιγωθήσον-
B ται. ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν· ὅτι οὐκ ἐνεθυμοῦντο περὶ θανάτου· στερεὰ γὰρ ἦν τὰ πρόπυλα αὐτῶν· καὶ ἑξῆς, ἐν ταλαιπωρίᾳ, φησὶν, ἀνδρὸς οὐκ ἐγένοντο, οὐδὲ μετὰ ἀνθρώπων ἐπλήσσοντο. ἐπεὶ οὖν ἐν τοιούτοις ἦσαν, διὰ τοῦτο ἐκράτησεν αὐτοὺς ἡ ὑπερηφανία. δέον γὰρ ἀσεβεῖς ὄντας, ὅσον ἐν ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς, τἀπίχειρα πάσχειν τοῖς ἀσεβήμασιν· οἱ δὲ κατετετρύφων τοῦ βίου θεομαχοῦντες. διὸ ἐπιτριβόμενοι, χείρους ἑαυτῶν ἐγίγνοντο, καὶ περιεβάλλοντο ἀδικίαν καὶ ἀσέβειαν ἑαυτῶν· ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος, ὑπερηφανίαν, φησὶν ἠμφιά-
C σαντο, ἀποθήκας ἐξ ἀδικίας ἔχοντες. ἔτι μὴν πρὸς τούτοις, ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. οὗ δὴ σαφεστέραν ὁ Σύμμαχος ἀπέδωκεν τὴν διάνοιαν εἰπών, προεξέπεσον ἀπὸ λιπαρότητος οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν· καὶ ὁ Ἀκύλας δὲ ὁμοίως ἡρμήνευσε φήσας ἐξῆλθον ἀπὸ στέατος ὀφθαλμοὶ αὐτῶν. εἶτ' ἐπὶ τούτοις, διήλθοσαν φησὶν εἰς διάθεσιν καρδίας, διενοήθησαν καὶ ἐλάλησαν ἐν πονηρίᾳ. ἃ καὶ αὐτὰ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν οὕτως· παρέβαινον τὰ φαινόμενα τῇ καρδίᾳ καταμωκώμενοι. καὶ γὰρ αὐτὰ τὰ τοῖς πάντων ὀφθαλ-
D μοῖς ὁρώμενα ἔργα τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ προφανῆ τῆς προνοίας θαύματα παρέβαινον οὗτοι, νοοῦντες μὲν καὶ συνιέντες αὐτά, καταμωκώμενοι δὲ καὶ χλευάζοντες δι' ὑπερβολὴν ἀπονοίας. ἔτι μὴν ἐλάλησαν ἐν πονηρίᾳ, καὶ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐφθέγγοντο. ἔθεντό τε εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτῶν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν διῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ταῦτα δὲ ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν· ἐλάλουν ἐν πολλῇ συκοφαντίᾳ, τοῦ ὕψους κατελάλουν. ἔταξαν εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτῶν, ἡ δὲ γλῶσσα αὐτῶν περιπατήματα ἐν τῇ γῇ. βλάσφημα γὰρ προφερόμενα
E ῥήματα κατὰ τοῦ θεοῦ, ὡς μήτε ὁρῶντος μήτε ἐπισκοποῦντος, μήτε μὴν ὅλον ὑπάρχοντος, ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν, καὶ μέχρι τοῦ οὐρανοῦ ἐξέτεινον ἑαυτῶν τὸ στόμα, καίτοι ταπεινοὶ ὄντες καὶ τὴν γλῶτταν ἐπὶ τῆς γῆς ἔχοντες. ταῦτ' ἦν δι' ἃ ὁμολογῶ τὸ ἐμαυτοῦ πάθος, κατ' ἐμαυτοῦ στηλιτεύων ἔγγραφον κατηγορίαν, καὶ ὅτι παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες μου, καὶ παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου, ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν.

Διὰ τοῦτο ἐπιστρέψει ὁ λαός μου ἐνταῦθα, καὶ ἡμέραι πλήρεις εὑρεθήσονται ἐν αὐτοῖς. τὰ μὲν ἄθεα τῶν ἀσεβῶν ῥήματα καὶ ἡ κρατήσασα αὐτῶν ὑπερηφανία τοιαύτη τις ἦν οἷα δεδήλωται. χρὴ δὲ μὴ ἀγνοεῖν ὡς αὐτὰ ταῦτα πρὸς ἀγαθοῦ γεγόνηται τῷ ἐμῷ λαῷ. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα πρός τινα καιρὸν αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς ἀσεβέσιν ὁ ἐμὸς λαὸς παρεδόθη εἰς ἐκπράξιν ἁμαρτημάτων· ἀλλ᾽ ἡ ὑπερβολὴ τῆς τῶν προλεχθέντων ἀπονοίας ἥτις ὥσπερ αὐτοῖς ἐργασαμένη καὶ ὀλέθρου γενομένη αὐτοῖς αἰτία, ἄνεσιν καὶ ἀνάπαυσιν τῷ ἐμῷ παρέξει λαῷ. ἐκπεσόντων γὰρ ἐκείνων καὶ ἀπολομένων διὰ τὰς οἰκείας ἀσεβείας, ὁ λαός μου ἐπιστρέψει ἐνταῦθα, τουτέστιν ἐν τῷ παρόντι βίῳ· καὶ ἡμέραι δὲ πλήρεις εὑρεθήσονται ἐν αὐτοῖς, δηλαδὴ τοῖς ἐν τῷ ἐμῷ λαῷ ἀξίοις. πλήρεις δὲ ἡμέραι εἰσὶν αἱ παντὸς ἀγαθοῦ πεπληρωμέναι, καὶ τὸν οἰκεῖον χρόνον τῆς ζωῆς ἀποπληροῦσαι. οὕτω λέλεκταί που, ὅτι ἐκοιμήθη πλήρης ἡμερῶν. ὁ μὲν οὖν ἐμὸς λαὸς ἐκ τούτων ὠφέληται· οἵ γε μὴν προλεχθέντες ἀσεβεῖς καὶ ἄθεοι οὕτως ἠσέβουν, ὡς τοὺς ὁρῶντας ἀμηχανεῖν καὶ λέγειν· πῶς ἔγνω ὁ θεός, καὶ εἰ ἔστι γνῶσις ἐν τῷ ὑψίστῳ; εἰ γὰρ ἔστιν ἐν τῷ ὑψίστῳ γνῶσις, καὶ εἰ ταῦτα ἐφορᾷ, καὶ τοὺς ἐπὶ γῆς ἐπισκοπεῖ, πῶς οὗτοι τοιαῦτα δρῶντες εὐθηνοῦσιν, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα κατέχουσι πλούτου; κἀγὼ δὲ ταῦτα θεωρῶν, ἐθορυβούμην τοῖς λογισμοῖς, ὡς πρὸς ἐμαυτὸν ἐννοεῖν· μήποτε ἄρα ματαίως ἐδικαίωσα τὴν καρδίαν μου, καὶ ἐνιψάμην ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖράς μου; καὶ ἐγενόμην μεμαστιγωμένος ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ ὁ ἔλεγχός μου εἰς τὰς πρωΐας. εἰ γὰρ τοῖς μὴ ταῦτα πεποιηκόσιν τοσαύτη πάρεστιν εὐθυμία, εἰς μάταιον ἄρα ἐγὼ κοπιῶ, καὶ περιττῶς ἐσπούδακα δικαιοσύνης ἐπιμελούμενος· εἰκῇ δὲ καὶ μάτην ἐφύλαξά μου τὰς χεῖρας καὶ τὰς πράξεις ἐξ ἀδίκων ἔργων· εἰκῇ καὶ νηστείαις καὶ κακοπαθείαις κατατρύχων ἐμαυτὸν καὶ μαστίζων πᾶσαν ἡμέραν διετέλεσα· εἰκῇ καὶ μάτην ἐπόνουν, ἅμα τῇ ἕῳ ἀνιστάμενος καὶ ἐξαγορεύων ἐν ταῖς πρὸς τὸν θεὸν εὐχαῖς τὰς ἐμαυτοῦ ἁμαρτίας ἀποκλαιόμενός τε καὶ τοὺς κατ᾽ ἐμαυτοῦ προφέρων ἐλέγχους ἐν ταῖς πρὸς τὸν θεὸν ἐξομολογήσεσιν. ταῦτ᾽ ἦν ἃ ἐνθυμούμενος, παρὰ μικρὸν ἐσαλευόμην. ἀντὶ δὲ τούτων ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· ἴσως οὖν κἀγὼ μάτην ἐκάθαρα τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐνιψάμην ἐν ἀναμαρτησίᾳ τὰς χεῖράς μου, καὶ διετέλεσα μυκτηριζόμενος καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, καὶ ἐλεγχόμενος καθ᾽ ἕκαστον ὄρθρον.

Εἰ ἔλεγον, διηγήσομαι οὕτως, ἰδοὺ τῇ γενεᾷ τῶν υἱῶν σου ἠσυνθέτηκα. καὶ ὑπέλαβον τοῦ γνῶναι τοῦτο, κόπος ἐστὶν ἐνώπιόν μου ἕως οὗ εἰσέλθω εἰς τὸ ἁγιαστήριον τοῦ θεοῦ, καὶ συνῶ εἰς τὰ ἔσχατα αὐτῶν. τὰ προλεχθέντα ἐν τοῖς ἐμαυτοῦ λογισμοῖς ἐνεθυμήθην αὐτὸ μόνον, ἐφ᾽ οἷς καὶ ἐκινδύνευον σάλον παθεῖν. οὐ μὴν καὶ ἐξηγόρευον εἰς ἑτέρους. εἰ γὰρ κρίνας οὕτω φρονεῖν τὴν ἄθεον ταύτην διδασκαλίαν προεφερόμην εἰς ἑτέρους, παραβάτης ἂν ἐγενόμην τῶν εὐσεβῶν δογμά-

A *Ideo convertetur populus meus hic, & dies* 10.
pleni invenientur in eis. Athea illa impiorum dicta & eorum superbia, quæ rerum potiebatur, talis erat qualis commonstrata est. Nec ignorandum hæc ipsa populo meo in bonum vertisse. Etiamsi enim ad quoddam tempus populus meus impiis illis ad peccatorum expiationem traditus sit: sed stultitiæ eorum exsuperantia, quæ ruinæ ac perniciei ipsis causa fuit, quiescendi ac respirandi locum populo meo dabit. Nam cum illi ob impietates suas prolapsi perierint,
B *Convertetur populus meus hic;* id est, in præsenti vita: *& dies pleni invenientur in eis;* id est, in iis e populo meo qui digni fuerint. Dies pleni autem sunt ii, qui omnis boni repleti sunt, & qui justum vitæ spatium complent. Sic alicubi dicitur: *Mortuus est* Gen. 25. 8.
plenus dierum. Meus ergo populus ab iis utilitatem accepit. Illi vero prædicti impii & athei eo usque impietatis proruperunt, ut qui videbant stupore perculsi dicerent: *Quomodo scit Deus, & si est scientia in Altissi-*
mo? Nam si in Altissimo scientia exsistat, is- 11.
C que talia videat, terrigenasque curet, quare 12.
illi talia edentes facinora prospere agunt, & in sæculum usque divitias obtinent? Hæc vero conspicatus ego, cogitationibus turbabar, ita ut penes me cogitarem, *Numquid*
sine causa justificavi cor meum, & lavi inter 13.
innocentes manus meas? Et fui flagellatus tota 14.
die, & castigatio mea in matutinis. Si enim iis qui hæc minime peragunt tanta insit prosperitas; in vanum ergo laboro, superflue justitiæ studeo, frustra & in cassum manus & actus meos iniquis operibus puros
D servavi; frustra jejuniis & ærumnis me quotidie flagellavi & maceravi; incassum laboravi, cum aurora surgens & in orationibus meis peccata mea confitens ac deplorans, atque in confessionibus Deo emissis accusationes adversum me proferens. Hæc erant quæ dum cogitarem pene effusus sum. Pro illis vero Symmachus sic interpretatus est: Symmachi.
Fortassis igitur & ego frustra purgavi animam meam, & lavi in innocentia manus meas, & perseveravi delusus singulis diebus, & repre-
E *hensus singulis matutinis.*

Si dicebam, narrabo sic, ecce generationem 15.
filiorum tuorum reprobavi. Et suspicabar me 16.
cognoscere hoc, labor est ante me; donec intrem 17.
in sanctuarium Dei, & intelligam in novissimis eorum. Prædicta in cogitationibus tantum meis versabam, quod periculum esset ne commoverer; neque tamen aliis enarrabam. Nam si hac admissa opinione, impiam hujusmodi doctrinam aliis protulissem, temeratæ piæ doctrinæ reus effectus

eorum qui tempore Antiochi regis vexabantur, pronuntiat; orationem iis qui persequutionem passuri erant scriptam prophetice relinquens; ut in promtu cognoscere possent, quibus uti verbis in suis ad Deum precibus opus esset. Neque iis solum hæc tradita sunt; omnibus quippe similia patientibus competunt, quia in persequutionibus quæ nostra ætate contigerunt, sexcenti supra recensitis similia sunt perpessi, qui opportune utique talibus dictis usi fuerint, queis ad ita loquendum instituimur: *Propter gloriam nominis tui, Domine libera nos.* Etiamsi enim nos auxilio digni non simus; at nomen gloriæ tuæ ne apud gentes blasphemetur, ac si non valeat nos liberare: *Et propitius*, inquit, *esto peccatis nostris propter nomen tuum.* Superius quidem dicebatur: *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum:* sed illic quidem, *iniquitatum*, dicitur. Iniquitates sane olim admiseramus antequam divinis legibus obsequeremur; quæ merito antiquæ dicuntur. Nam ante Dei cognitionem scelera nostra iniquitates antiquæ erant; nunc vero cum hæc precamur non iniquitatum ulterius, sed peccatorum nobis conscii sumus; at iis quoque propitius esto rogamus, propter nomen tuum quod invocatum est super nos. Siquidem nomini consulens tuo quo nos exornamur, propitius esto peccatis nostris: ne forte nobis subjugatis, ini-
10. mici blasphema dicta in nomen tuum proferant dicentes, *Ubi est Deus eorum?* At illud, *ubi*, dicere numquam permittantur; sed tu Servator noster conspicuus effectus, ulciscere sanguinem servorum tuorum, qui effusus est. Ad hæc in precibus tempore persequutionis dicenda instituimur; hostiarum & holocaustorum loco sanguinem sanctorum Martyrum proponentes, ac hujusmodi supplicationes emittentes. Hæc quoque ante nos qui in Judaïco populo similia sunt perpessi, memorato tempore dicere edocebantur: quo & apud illos generosi martyres commonstrati sunt. Horum meminit Macchabæorum Scriptura: in iisque erat Eleazarus vir illustris, ætate provectus, qui generosam mortem pro pietate erga Deum vitæ prætulit. Sed etiam quædam mirabilis septem filiorum mater, certamine martyrii omni laude superior, perfuncta est; filii quoque illius septem varias pugnas subeuntes, faustam perseverantiæ virtutem exhibuere. Alii quoque plurimi sancti viri fuere, quorum mortem & sanguinis effusionem sermo commemorat his verbis: *Et innotescat in nationibus coram oculis nostris ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est.* Alii quidem sanguinem suum quasi libamina

2. Macch. 6. 18.

2. Macch. 7.

A κατὰ Ἀντίοχον βασιλέα δεδιωγμένων προφέρεται· προφητικῶς τὴν εὐχὴν διὰ τῆς γραφῆς τοῖς μέλλουσι διώκεσθαι καταλιπών, ὡς ἂν ἔχοιεν ἐξ ἑτοίμου εἰδέναι, ὁποίοις προσήκει κεχρῆσθαι αὐτοῖς λόγοις ἐν ταῖς πρὸς τὸν θεὸν εὐχαῖς. οὐ μὴν εἰς ἐκείνους μόνους ἵσταται τὰ λεγόμενα· ἁρμόσειε δὲ καὶ πᾶσι τοῖς τὰ παραπλήσια πεπονθόσι. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς διωγμοῖς, μυρίοι τὰ ὅμοια τοῖς προλεχθεῖσιν ὑπομεμενήκασιν· οἳ καὶ εὐκαίρως χρήσαιντο ταῖς προκειμέναις φωναῖς, ἐν αἷς διδασκόμεθα λέγειν· ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου κύριε ῥῦσαι ἡμᾶς. B κἂν γὰρ ἡμεῖς μὴ ἄξιοι ὦμεν βοηθείας· ἀλλά τό γε ὄνομα τὸ τῆς δόξης μὴ βλασφημείσθω παρὰ τοῖς ἔθνεσιν, ὡς μὴ ἰσχῦσαν ἡμᾶς ῥύσασθαι· καὶ ἱλάσθητι δέ φησι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. ἀνωτέρω μὲν οὖν ἐλέγετο, μὴ μνησθῇς ἡμῶν ἀνομιῶν ἀρχαίων· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἀνομιῶν· ἀνομίαι δὲ ἦσαν πάλαι ἡμῖν πεπραγμέναι πρὸ τῆς τοῦ θείου νόμου ὑπακοῆς, αἵ τινες εἰκότως ἀρχαῖαι εἴρηνται. πρὸ γὰρ τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως τὰ πλημμεληθέντα ἡμῖν ἀνομήματα ἦν ἀρχαῖα· νῦν δὲ ὅτε τὰς τῆς εὐχῆς ἀναπέμπομεν, οὐκέτι C μὲν ἀνομίας, ἁμαρτίας δὲ ἑαυτοῖς συνείδαμεν· ἀλλὰ καὶ ταύτας ἱλασθῆναι ἀξιοῦμεν διὰ τὸ ἐπικεκλημένον ἡμῖν σὸν ὄνομα. τοῦ γὰρ σαυτοῦ φειδόμενος ὀνόματος τοῦ κοσμοῦντος ἡμᾶς, ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, μήποτε λαβόντες ἡμᾶς ὑποχειρίους οἱ ἐχθροὶ, βλασφημήσωσι τὸ σὸν ὄνομα λέγοντες· ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν; ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν, ποῦ, εἰπεῖν αὐτοῖς μὴ συγχωρηθείη· ἐμφανὴς δὲ γενόμενος σὺ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν τὴν ἐκδίκησιν ποίησαι τοῦ αἵματος τῶν δούλων σου τοῦ ἐκκεχυμένου. ταῦτα λέγειν ἐν εὐχαῖς παιδευόμεθα κατὰ D τοὺς τῶν διωγμῶν καιρούς, ἀντὶ θυσίας καὶ ὁλοκαυτωμάτων, τὰ αἵματα τῶν ἁγίων μαρτύρων προβαλλόμενοι, καὶ τοιαύτας ἀναπέμποντες ἱκετηρίας. ταῦτα δὲ καὶ πρὸ ἡμῶν οἱ ἐν τῷ Ἰουδαίων ἔθνει τὰ ὅμοια πεπονθότες κατὰ τὸν δηλωθέντα καιρὸν λέγειν ἐδιδάσκοντο· καθ' ὃν καὶ παρ' αὐτοῖς γενναῖοι μάρτυρες ἀπεδείχθησαν. ὧν μέμνηται ἡ γραφὴ τῶν καλουμένων Μακκαβαίων· ἐν οἷς ἦν Ἐλεάζαρός τις, ἐπιφανὴς ἀνήρ, προβεβηκὼς μὲν τὴν ἡλικίαν, τὸν δὲ μετ' εὐκλείας θάνατον τῆς ζωῆς αὐτῆς προτιμήσας ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν θεὸν εὐσε- E βείας. ἀλλὰ καὶ μήτηρ ἑπτὰ παίδων θαυμασία τις καὶ ὑπὲρ πάντα λόγον ἐναθλήσασα τῷ μαρτυρίῳ· παῖδές τε ταύτης ἑπτὰ διαφόρους ὑποστάντες ἄθλους, ἐξαίσιον ἀρετὴν καρτερίας ἐνεδείξαντο. ἄλλοι τε παρὰ τούτοις πλεῖστοι ὅσοι, ὧν τῆς τελευτῆς καὶ τῶν αἱμάτων τῆς ἐκχύσεως διὰ τῆς εὐχῆς μνημονεύων ὁ λόγος, φησί· καὶ γνωσθήτω ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν ἡ ἐκδίκησις τοῦ αἵματος τῶν δούλων σου τοῦ ἐκκεχυμένου. οἱ μὲν τὰ αἵματα ἑαυτῶν ὥσπερ σπονδὰς ὑπὲρ

τοῦ παντὸς ἔθνους ἐκδεδώκασιν· οἱ δὲ μὴ τὰ ὅμοια τούτοις πεπονθότες, ἄλλῳ τρόπῳ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ὑπέμειναν ἀγῶνα, * ἔργοις καὶ δεσμοῖς πεδούμενοι. ὧν καὶ αὐτῶν τοὺς στεναγμοὺς καὶ τὰς ὀδύνας καὶ τοὺς πόνους εὐκαίρως διὰ τῆς εὐχῆς ἀναμιμνήσκει λέγων· εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ὁ στεναγμὸς τῶν πεπεδημένων. πεπεδημένους δὲ οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν καὶ τοὺς ἐν τοῖς θνητοῖς σώμασι πάντα τὸν τῆς ζωῆς αὐτῶν βίον κατατρυχομένους· ὁποῖος ἦν Παῦλος λέγων· ἡμεῖς οἱ ζῶντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν βαρούμενοι· καὶ πάλιν, ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος· τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; τοιοῦτοι δὲ ἦσαν καὶ οἱ τοῦ θεοῦ προφῆται, καὶ πάντες οἱ μὴ καθηδυπαθοῦντες ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασι, μηδὲ τρυφῇ καὶ ἡδονῇ σχολάζοντες· τοὐναντίον δὲ πιέζοντες ἑαυτῶν τὴν ζωὴν ἀσιτίαις καὶ πόνοις καὶ ταῖς ἄλλαις ἀσκητικαῖς κακοπαθείαις· οἱ καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ παντὸς λαοῦ ἐκ βάθους καρδίας πρὸς τὸν θεὸν ἔστενον. διὸ λέλεκται· εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ὁ στεναγμὸς τῶν πεπεδημένων. τίνες δέ εἰσιν οἱ ταῦτα διδασκόμενοι λέγειν, ἑξῆς παρίστησι φάσκων· περιποίησαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων. ἡμεῖς μὲν γὰρ οὐ κατηξιώμεθα μέχρις θανάτου ἀγωνίσασθαι, οὐδὲ ὑπὲρ θεοῦ κενῶσαι τὰ ἑαυτῶν αἵματα· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ταῦτα πεπονθότων ἐσμὲν υἱοί, σεμνυνόμενοι ἐπὶ τῇ τῶν πατέρων ἀρετῇ, δεόμεθα δι' ἐκείνους ἐλεηθῆναι. διὸ φαμέν· περιποίησαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων.

Ἀπόδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν ἑπταπλασίονα εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτῶν, ὃν ὠνείδισάν σε κύριε. ἡμεῖς δὲ λαός σου καὶ πρόβατα νομῆς σου, ἀνθομολογησόμεθά σοι εἰς τὸν αἰῶνα. εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἐξαγγελοῦμεν τὴν αἴνεσίν σου. ἡμᾶς μὲν περιποίησαι, εἰ καὶ μὴ δι' ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τοὺς πατέρας. τοῖς δὲ γείτοσιν ἡμῶν, τουτέστι τοῖς ἐπανισταμένοις ἡμῖν καὶ τὸν καθ' ἡμῶν πόλεμον διεγείρουσιν, ἀπόδος τὰ ἀμοιβαῖα, πολυπλασιάζων τὴν ὀφειλομένην αὐτοῖς ὑπὲρ ὧν ἔδρασαν τιμωρίαν. μὴ τοῖς καθ' ἡμῶν ἀρκεσθέντες κακοῖς. ἀλλ' ἤδη καὶ σὲ τὸν ἐπὶ πάντων κύριον βλασφήμοις καὶ ὀνειδιστικοῖς περιβάλλοντες λόγοις. ἀλλ' ἐκείνοις μέν φησιν ἀπόδος τὴν ἀξίαν τιμωρίαν πρὸς ὠφελείας αὐτῶν γενησομένην, ἐπιστρεφομένων καὶ σωφρονιζομένων δι' αὐτῆς· ἡμᾶς δὲ σῶζε, τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων· οἳ εἰ καὶ μὴ τοῖς πατράσι γεγόναμεν ὅμοιοι, ἀλλ' ὅμως σοῦ τυγχάνομεν λαὸς, καὶ τῆς σῆς νομῆς πρόβατα· διὸ ἀνθομολογησόμεθά σοι εἰς τὸν αἰῶνα, εὐχαριστοῦντες δηλαδὴ καὶ τοὺς πρέποντας ὕμνους καὶ δοξολογίας ὑπὲρ ὧν εὖ πεπόνθαμεν σοὶ τῷ πάντων ἀγαθῶν δοτῆρι θεῷ ἀναπέμποντες. ἐφεξῆς τε κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν ἐξαγγελοῦμεν τὴν αἴνεσίν σου παισὶν ἡμετέροις καὶ παίδων παισί, διαδόχοις τε αὐτῶν τοῖς μετὰ ταῦτα γενησομένοις, ὥσπερ ἀγαθὸν κλῆρον παραδώσοντες τῆς αἰνέσεως τὰ σωτήρια μαθήματα.

* χοίνιξιν.

pro tota gente tradidere; alii vero non similia passi, alio modo pro pietate certamen inierunt carceribus mancipati, & vinculis constricti. Quorum item gemitus & dolores laboresque opportune in oratione commemorat dicens: *Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.* 11.
Compeditos vero, non labêre si dicas eos esse qui in mortalibus corporibus toto vitæ suæ tempore macerati sunt. Qualis erat Paulus dicens: *Nos autem viventes in tabernaculo, ingemiscimus gravati;* (2. Cor. 5. 4) & rursum: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* (Rom. 7. 24.) Tales erant Dei prophetæ, omnesque qui in corporibus suis nec deliciis nec voluptatibus dediti fuerunt; sed contrà vitam suam adflixere jejuniis, laboribus, aliisque asceticis macerationibus. Qui non pro se tantum, sed etiam pro toto populo imo pectore ad Deum ingemiscebant. Quare dicitur: *Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.* Quinam porro sint qui ad hæc dicenda instituti sunt sub hæc aperit his verbis: *Patrocinare filiis occisorum.* Nos siquidem non digni habiti sumus qui ad finem usque certaremus, ac pro Deo sanguinem funderemus; sed quia filii sumus eorum qui hæc sunt perpessi, virtute patrum nostrorum ornati, precamur ut illorum gratia misericordiam consequamur. Quare dicimus: *Patrocinare filiis occisorum.*

Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi, Domine. 12.
Nos autem populus tuus & oves pascuæ tuæ confitebimur tibi in sæculum. 13.
In generationem & generationem annuntiabimus laudem tuam. Nobis patrocinare, etsi non nostri causa, sed propter patres nostros. Vicinis vero nostris, id est, iis qui insurgunt in nos, nobisque bellum movent, vices retribuas, multiplicans illud sceleribus eorum debitum supplicium. Non sat illis fuit mala inflixisse nobis; sed te quoque universorum Dominum blasphemis & contumeliosis dictis impetiverunt. Verùm illis ad utilitatem suam promeritum redde supplicium; ita ut eo convertantur & ad meliorem se frugem recipiant; nos autem occisorum filios, salute dona. qui etiamsi non patribus similes fuerimus, attamen populus tuus sumus & oves pascuæ tuæ, quare, *confitebimur tibi in sæculum;* gratias scilicet agentes debitosque hymnos & laudes pro acceptis beneficiis tibi omnium bonorum largitori Deo emittentes. Deinceps vero *in generationem & generationem annuntiabimus laudem tuam* filiis nostris, filiis filiorum & eorum posteris, salutarem laudis tuæ disciplinam, ceu optimam sortem, tradentes.

1. *In finem, pro iis qui commutabuntur, testimonium Asaph.* LXXIX.

2. *Qui pascis Israël intende, qui deducis velut ovem Joseph.* Quatuor sunt inscripti, *Pro iis qui commutabuntur;* duo quidem Davidis LIX. & LXVIII. filiorum Core unus XLIV. Asaphi item hic quem tractamus. Quinquagesimus nonus lapsum Judaïci populi & vocationem gentium significabat, his verbis orsus: *Deus repulisti nos & destruxisti nos, iratus es,* & cætera quæ sequuntur. Sub hæc autem, *Moab lebes spei meæ. In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi Allophyli amici facti sunt;* sive, *subditi sunt.* Similiter LXVIII. *pro iis qui commutabuntur,* inscriptus, cruciatus Servatoris, & Israëlis abjectionem declarat his verbis: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurva. Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti persequuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Hi quidem Davidis sunt. Filiorum vero Core XLIV. cui titulus, *pro iis qui commutabuntur,* canticum pro Dilecto emisit, cujus adventum vaticinans, vocationem Ecclesiæ ex gentibus addidit, hoc eam modo subindicans: *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum & domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus tuus, & adorabunt eum, filia Tyri in muneribus.* Eodem itaque modo hic quem tractamus, *pro iis qui commutabuntur* inscriptus, ac in finem remittens, Christi adventum, Judaïci populi captivitatem, & Jerosolymorum incendium quod a Babyloniis factum est prænuntiat. Primo quidem orditur ab exitu Judæorum ex Ægypto, & habitatione eorum in Palæstina: deinde adjicit obsidionem post hæc ab Assyriis & Babyloniis factam: ad hæc autem supplicationem effundit pro Christi adventu: quæ singulatim in hujus prophetiæ interpretatione explicabuntur. Initio autem eum qui pascit Israël psalmus evocat: hic porro erat Dei Verbum, uti plerumque comprobavimus, declarantes non Deum qui super omnia est, sub hominis figura visum Abrahamo fuisse; neque Moysi oracula fudisse, nec in deserto præcessisse populum; sed hunc non alium esse, quam eum

A Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, μαρτύριον τῷ Ἀσάφ. οθ'.

Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ πρόσχες, ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ. Τέσσαρές εἰσιν οἱ ἐπιγεγραμμένοι, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, δύο μὲν τοῦ Δαυὶδ ὁ νθ'. καὶ ὁ ξη'. τῶν δὲ υἱῶν Κορὲ, εἷς ὁ μδ'. καὶ τοῦ Ἀσὰφ ὡσαύτως ὁ μετὰ χεῖρας. ὁ μὲν οὖν νθ'. ἀποπτῶσιν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐδήλου καὶ κλῆσιν ἐθνῶν, ἔλεγε δ' οὖν ἀρχόμενος· ὁ θεὸς ἀπώσω ἡμᾶς καὶ καθεῖλες ἡμᾶς ὠργίσθης, καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. εἶτα προϊὼν ἐπῆ- B γε· Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου· ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου, ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ἐφιλίασαν, ἤ, ὑπετάγησαν. ὡσαύτως καὶ ὁ ξη'. ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων ἐπιγεγραμμένος, τὰ πάθη τοῦ σωτῆρος καὶ τὴν τοῦ Ἰσραὴλ ἀποβολὴν παρίστησι λέγων· γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν καὶ εἰς σκάνδαλον. σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον. ἔκχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου, καὶ ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς σου καταλάβοι αὐτούς. γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη, καὶ ἐν τοῖς C σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν· ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν. οὗτοι μὲν οὖν οἱ τοῦ Δαυίδ. τῶν δὲ υἱῶν Κορὲ, ὁ μδ'. ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων τὴν ἐπιγραφὴν ἔχων, ᾠδὴν ἀνέπεμπε ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ· οὗ τὴν παρουσίαν θεσπίσας ἐπισυνῆπτε τὴν κλῆσιν τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας τοῦτον αἰνιττόμενος τὸν τρόπον· ἄκουσον θύγατερ καὶ ἴδε καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου, ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ, θυγάτηρ D Τύρου ἐν δώροις. κατὰ τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ ὁ μετὰ χεῖρας ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων ἐπιγεγραμμένος καὶ εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπων, Χριστοῦ παρουσίαν, τοῦ τε Ἰουδαίων ἔθνους τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ τὸν ἐμπρησμὸν τῆς Ἱερουσαλὴμ ὃν πεπόνθεν ὑπὸ Βαβυλωνίων προαναφωνεῖ. πρότερον μὲν οὖν διεξέρχεται τὴν ἀπ' Αἰγύπτου τῶν Ἰουδαίων ἔξοδον, καὶ τὴν κατοίκησιν αὐτῶν τὴν ἐπὶ τῆς τῶν Παλαιστίνων γῆς· ἔπειτα συνάπτει τὴν μετὰ ταῦτα εἰσελθοῦσαν αὐτοῖς πολιορκίαν ὑπὸ Ἀσσυρίων καὶ Βαβυλωνίων· καὶ πρὸς τούτοις ἱκετηρίαν ἐκτίθεται ὑπὲρ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας. ταῦτα δὲ κατὰ μέρος E δειχθήσεται ἐν τῇ τῶν προφητευομένων ἑρμηνείᾳ. κατὰ δὲ τὴν ἀρχὴν ἀνακαλεῖται ὁ ψαλμὸς τὸν ποιμαίνοντα τὸν Ἰσραήλ· οὗτος δὲ ἦν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ὡς πολλάκις ἀπεδείξαμεν παριστῶντες, μὴ τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων θεὸν εἶναι τὸν ὦφθαι τῷ Ἀβραὰμ ἐν ἀνδρὸς σχήματι ἀναγεγραμμένον, καὶ τῷ Μωσεῖ κεχρηματικέναι, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ προωδοιπορηκέναι τοῦ λαοῦ· εἶναι δὲ τοῦτον οὐχ ἕτερον

τοῦ

» τοῦ ἐν εὐαγγελίοις εἰρηκότος, πρὶν Ἀβραὰμ γε-
» νέσθαι ἐγώ εἰμι· καὶ, Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠ-
» γαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ ἴδε
» καὶ ἐχάρη. αὐτὸν δὴ οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀνακα-
» λεῖται φάσκων· ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ πρόσ-
» χες καὶ τὰ ἑξῆς. ἐπιφᾶναί τε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ
ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων σωτηρίας ἀντιβολεῖ, τήν
τε παρουσίαν αὐτοῦ ἢ τάχος γενέσθαι ἀξιοῖ λέ-
» γων· ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ, εἰς τὸ
» σῶσαι ἡμᾶς. τρίτον δὲ εἰπὼν, ἐπίφανον τὸ πρόσ-
» ωπόν σου καὶ σωθησόμεθα. τὸν τρόπον τῆς ἐπιφανείας
» παρίστησιν ἑξῆς ἐπιλέγων· γενηθήτω ἡ χείρ σου
» ἐπ᾽ ἄνδρα δεξιᾶς σου, καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου ὃν
» ἐκραταίωσας σεαυτῷ. τὸν γὰρ ἀσώματον τοῦ θεοῦ
λόγον, ἀξιοῖ διὰ ἀνδρὸς δεξιᾶς αὐτοῦ καὶ διὰ υἱοῦ
ἀνθρώπου τὴν εὐεργετικὴν αὐτοῦ δύναμιν δω-
ρήσασθαι τοῖς πᾶσι. τῆς μὲν οὖν σωτηρίου ἐπι-
φανείας τὴν μνήμην τοῦτον ἐποιήσατο τὸν τρόπον,
τὴν δὲ τοῦ Ἰσραὴλ ἀποπτώσεως ὧδέ πη θεσπίζει
» λέγων· ἵνα τί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς; δη-
λονότι τῆς ἀμπέλου, ἣν ἐξ Αἰγύπτου μετῆρεν,
» καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι
» τὴν ὁδόν· ἐλυμήνατο αὐτὴν σῦς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μο-
» νιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν. ἐμπεπυρισμέ-
» νη ἐν πυρὶ καὶ κατεσκαμμένη. ταῦτα περὶ τῆς
ἀμπέλου διελθὼν, τὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐπαπο-
ζεῖ ἐρημίαν· εἰκότως οὖν ἐν τῇ προγραφῇ καὶ
μαρτύριον κέκληται τὰ λεγόμενα. μαρτύριον
γὰρ ταῦτα ἔσεσθαι καὶ διεμαρτύρατο. ὅθεν παρὰ
τῷ Συμμάχῳ καὶ παρὰ τῷ Ἀκύλᾳ, μαρτυρία
» εἴρηται. ἀντὶ δὲ τοῦ, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, ὁ
» μὲν Σύμμαχος, ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν· ὁ δὲ Ἀκύλας, ὑ-
» πὲρ τῶν κρίνων ἡρμήνευσαν. ἄνθεσι καὶ κρίνοις τὴν
πρόσκαιρον βραχυχρόνιον ποτὲ τοῦ Ἰουδαίων
ἔθνους εὐπραγίαν παραβάλλοντες τοῦ λόγου.
ἀναπέμπει δῆτα ὁ προφήτης ἱκετηρίαν πρὸς τὸν
πάλαι ἐφορῶντα καὶ ἐπισκοποῦντα τὸν Ἰσραὴλ τοῦ
» θεοῦ λόγον, καὶ τοῦτον ἀνακαλούμενός φησιν· ὁ ποι-
» μαίνων τὸν Ἰσραὴλ πρόσχες. οὕτω δὲ δυσωπεῖ ὑ-
πομιμνήσκων τῆς πάλαι αὐτοῦ ἐπισκοπῆς. τοῖς
γὰρ σοῖς φησὶ θρέμμασι καὶ τοῖς σοῖς προβάτοις
πρόσχες, ὁ ποτὲ ποιμάνας αὐτά. εἰ γὰρ καί ποτε
ἄλλοτε τὴν ποιμαντικὴν ὑπέμεινας ἀνθρώπων
φροντίδα, ὡδήγησάς τε τὸν ἐν ἀνθρώποις χρη-
ματίσαντά σου λαὸν, τούτων αὐτῶν μνήσθητι καὶ μὴ πα-
ρίδῃς οὓς τοσαύτης ἠξίωσας προνοίας. πρόσχες
οὖν φησὶ καὶ κατανόησον. ὁποῖα πέπονθεν ἡ σὴ
ποίμνη, καὶ ὡς ἐλυμήνατο * αὐτὴν σῦς ἐκ δρυμοῦ, καὶ
μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν, καὶ ὡς γέγονεν
ἐμπεπυρισμένη πυρὶ καὶ ἀνεσκαμμένη ἀπὸ ἐπι-
τιμήσεως τοῦ προσώπου σου. διδάσκει δὲ ταῦτα
ἐν πνεύματι ἁγίῳ ὁ προφήτης τὸ Ἰουδαίων ἔθ-
νος, μελετᾶν καὶ ἀπαγγέλλειν προλαβόντας τοῖς
χρόνοις καὶ τὰ πράγματα· ἵν᾽ ἐπειδὰν ἐπιστῇ
καὶ δι᾽ ἔργων χωρήσῃ τὰ προπεφητευμένα,
δέχοιεν ἐξ ἑτοίμου τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἱκετηρίας
τὴν γνῶσιν. τίς δέ ἐστιν ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσ-
ραὴλ, αὐτὸς παρίστησιν ὁ εἰπών· ἐγώ εἰμι ὁ
ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώ-

A qui in Evangelio dicit: *Antequam Abraham fieret ego sum*; &, *Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum, & vidit & gavisus est.* (Joan. 8. 58.; Joan. 8. 56.) Ipsum ergo jam evocat dicens: *Qui pascis Israel intende*, &c. rogatque ut ostendat faciem suam pro communi omnium salute, adventumque ejus quamprimum contingere supplicat his verbis: *Excita potentiam tuam, & veni ut salvos facias nos*; ac tertio cum dicit, *Ostende faciem tuam & salvi erimus.* Deinde vero adventûs modum declarat dicens: *Fiat manus tua super virum*
B *dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.* Incorporeum namque Dei Verbum rogat, ut per virum dexteræ suæ, & per filium hominis beneficam virtutem suam omnibus largiatur. Divini itaque & salutaris adventus hac ratione mentionem fecit; Israëlis vero ruinam ita vaticinatur: *Ut quid destruxisti maceriam ejus*, scilicet vineæ, quam ex Ægypto transtulit, *& vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam. Exterminavit eam aper de sylva, & singularis ferus depastus est eam. Incensa igni & suffossa.* Hæc de vinea percurrens, Judaïcæ
C gentis vastationem prænuntiabat. Jure itaque in titulo hæc dicta testimonium vocantur: nam testimonium hæc futura esse dixit. Unde apud Symmachum & Aquilam, *testificatio* dicitur. (Symmachi; Aquilæ.) Illius autem loco, *pro iis qui commutabuntur*; Symmachus, *pro floribus*; Aquila vero, *pro liliis*, interpretati sunt. (Symmachi; Aquilæ.) Prosperitatem siquidem Judæorum brevem & temporaneam, floribus & liliis comparat. Supplicationem igitur emittit Propheta ad eum qui olim Israëlem curabat & inspiciebat, Dei scilicet verbum, quod invocans
D ait: *Qui regis Israel intende.* Sic autem ipsum flectere conatur, antiquam ejus in populum inspectionem commemorans. Tua, inquit, pecora, ovesque tuas cures, qui olim pascebas illas. Nam si quondam pastoralem hominum sollicitudinem subiisti, si populum, qui inter homines alios tuus dicebatur, deduxisti, horum memento, neque despicias eos quos tanta providentia dignatus es. Intende igitur & considera quanta grex ille tuus patiatur, quomodo vineam illam exterminaverit aper de sylva, & singularis ferus
E depastus sit eam, quomodo fuerit incensa igni & suffossa ab increpatione vultus tui. Hæc porro in Spiritu sancto Judaïcam gentem propheta docet, tempora & eventus rerum meditari ac prænuntiare occupans; ut cum res quæ in prophetia feruntur advenerint, in promtu notitiam illius ad Deum emissæ supplicationis exciperent. Quis vero sit qui pascit Israël, declarat ipse qui ait: *Ego sum pastor bonus, & cognosco meas, & cognos-* (Joan. 10. 14.)

cunt me mea, & rursum, *Ego sum pastor bonus,*
Ibid. 11. *& animam meam pono pro ovibus.* Ipse vero
erat qui Josephum, vel tribum ejus, ut ovem
deducebat; sive etiam totam Judaïcam gentem metaphoricè ab una tribu Joseph subindicans; sive potius ipsum virum tribûs progenitorem. Quoniam ipsi insidiis fratrum
impetito, Ismaëlitis vendito, in Ægyptum
deducto, Petephræ servienti, impudicam
dominam aversanti, in carcerem item conjecto, aderat. Nam in omnibus his adfuisse
Genes. 39. 2. Moysis Scriptura commemorat dicens: *Et
erat Dominus cum Joseph.* Unde commodius
vertisse mihi videtur Theodotio, qui ait:
Theodotionis. *Qui deducis quasi ovem Joseph.* Ita quoque
dixeris ipsum Israëlem, qui primus hoc nomine appellatus est, a pastore ductum fuisse.
Hic vero Jacob erat, filius Isaac. Nam ille
cum solus in Mesopotamiam spe in Deum
fultus descenderet, pastorem suum invenit
qui aderat sibi, Verbum scilicet Dei, quod
ipsi apparere solebat. Opportune itaque
Deo supplicans, non turbam impiorum memorat; sed unius tantum & alterius ex religiosis illis olim viris mentionem facit, ex
progenitorum virtute & religione posteros
eorum misericordiam consequi deprecans.
3. Hic vero ipse qui sanctorum olim virorum
pastor fuit, is qui Cherubinis vehitur erat.
Quibusnam Cherubinis, nisi iis qui ab Ezechiele visi sunt, quorum imagines & symbola jussus Moyses supra arcam ex auro posuit? Cherubim autem meminit Ezechiel
Ezech. 1. 26. hoc pacto loquens: *Et vidi & ecce super firmamentum, quod erat super caput Cherubim,
quasi lapis Sapphiri, similitudo throni in ipso.*
Ezech. 10. 18. Postea vero ait: *Et egressa est gloria Domini
ab limine domus, & ascendit super Cherubim:
& adsumserunt Cherubim alas suas, & elevata
sunt a terra in conspectu meo dum exirent: &
rota hærebant ipsis. Et steterunt ad præliminaria portæ domus e regione posita, & gloria Dei
Israël erat supra eos.* Viden' quo pacto hic
currus Dei describatur de quo alibi dicitur,
*Currus Dei decem millibus multiplex millia
lætantium?* Cherubim vero currus erant;
ita ut supra caput ipsorum throni similitudo
esset, & supra thronum gloria Domini.
Quænam esset gloria Domini initio libri
Ezech. 1. 26. declaratur, ubi dicitur: *Super Cherubim quasi species erat lapidis sapphiri, similitudo throni super ipsum: & super similitudinem throni similitudo quasi species hominis desuper. Et
vidi quasi formam electri a specie lumborum
& desuper; & a specie lumborum usque deorsum, quasi species ignis, & lux ejus in circuitu;* adjicitque: *Hæc visio similitudinis
gloriæ Domini.*

Vides quomodo gloriam Dei in thro-

A γινώσκουσί με τὰ ἐμά. καὶ αὖθις· ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν
ὁ καλὸς, καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων. αὐτὸς δὲ ἦν καὶ ὁ τὸν Ἰωσὴφ ὡσεὶ πρόβατον ὁδηγῶν, ἤτοι τὴν φυλὴν, ἢ τὸ πᾶν Ἰουδαίων
ἔθνος μεταφορικῶς ἀπὸ μιᾶς ὀνομάζων φυλῆς
τῆς τοῦ Ἰωσήφ· ἢ καὶ μᾶλλον αὐτὸν τὸν ἄνδρα τὸν τῆς
φυλῆς προπάτορα. ἐπειδὴ συνῆν αὐτῷ ἐπιβουλευομένῳ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, καὶ πιπρασκομένῳ τοῖς Ἰσμαηλίταις, καὶ εἰς Αἴγυπτον καταγομένῳ, καὶ τῷ Πετεφρῇ δουλεύοντι, τήν τε ἀκόλαστον δέσποιναν ἀποστρεφομένῳ, ὡς εἰς δεσμωτήριόν τε καθειργμένῳ. ἐν πᾶσι γοῦν τούτοις
B ἐπισημαίνεται ἡ Μωσέως γραφὴ λέγουσα· καὶ
ἦν κύριος μετὰ Ἰωσήφ. ὅθεν μοι δοκεῖ κυριώτερον ἡρμηνευκέναι ὁ Θεοδοτίων φήσας ὁ καθοδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ. οὕτω δ' ἂν εἴποις
καὶ πεποιμάνθαι αὐτὸν τὸν Ἰσραὴλ τὸν πρῶτον χρηματίσαντα ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ. ἦν δὲ οὗτος
Ἰακὼβ ὁ παῖς τοῦ Ἰσαάκ. ἐπεὶ κἀκεῖνος μόνος εἰς
τὴν μέσην τῶν ποταμῶν καταβὰς μετὰ τῆς εἰς τὸν
θεὸν ἐλπίδος, αὐτὸν εὕρατο ποιμένα τὸν συνόντα
αὐτῷ τοῦ θεοῦ λόγον, τὸν τὰς ἐπιφανείας αὐτῷ πεποιημένον. εὐκαίρως οὖν δυσωπῶν ὁ λόγος τὸν
θεὸν, οὐ βούλεται μὲν τοῦ πλήθους τῶν ἀσεβῶν μνη-
C μονεύειν· ἑνὸς δὲ καὶ δευτέρου τῶν πάλαι θεοφιλῶν
ἀνδρῶν μνήμην ποιεῖται, διὰ τῆς τῶν προπατόρων ἀρετῆς καὶ θεοσεβείας τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους
ἐλέους τυχεῖν ποτνιώμενος. ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος ὁ τῶν
ἁγίων ἀνδρῶν ποτε γενόμενος ποιμὴν, καὶ τοῖς
Χερουβὶμ ἐποχούμενος ἦν. ποίοις δὲ Χερουβὶμ
ἢ τοῖς παρὰ τῷ Ἐζεκιὴλ τεθεωρημένοις, ὧν εἰκόνας καὶ σύμβολα Μωσῆς διὰ χρυσοῦ ὑπεράνω τῆς
κιβωτοῦ κελευσθεὶς ἐποίει; μέμνηται δὲ τῶν Χερουβὶμ ὁ Ἐζεκιὴλ, τοῦτον λέγων τὸν τρόπον· καὶ
ἴδον καὶ ἰδοὺ ἐπάνω τοῦ στερεώματος τοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ Χερουβὶμ ὡς λίθος σαπφείρου ὁμοίωμα
D θρόνου ἐπ' αὐτοῦ. καὶ μεθ' ἕτερα φησί· καὶ ἐξῆλθε
δόξα κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰθρίου τοῦ οἴκου, καὶ ἐπέβη
ἐπὶ τὰ Χερουβίμ. καὶ ἀνέλαβε τὰ Χερουβὶμ
τὰς πτέρυγας αὐτῶν, καὶ ἐμετεωρίσθησαν ἀπὸ τῆς
γῆς ἐνώπιον ἐμοῦ ἐν τῷ ἐξελθεῖν αὐτὰ, καὶ οἱ τροχοὶ ἐχόμενοι αὐτῶν. καὶ ἔστησαν ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς πύλης τοῦ οἴκου τῆς ἀπέναντι, καὶ δόξα
θεοῦ Ἰσραὴλ ἦν ἐπ' αὐτῶν ὑπεράνω. ὁρᾷς ὅπως
ἐν τούτοις τὸ ἅρμα τοῦ θεοῦ διαγράφεται, περὶ
οὗ λέλεκται ἐν ἑτέροις· τὸ ἅρμα τοῦ θεοῦ μυριοπλάσιον χιλιάδες εὐθηνούντων; Χερουβὶμ δὲ
ἦν τὸ ἅρμα, ὡς ὑπὲρ κεφαλῆς θρόνου ὁμοίω-
E μα, καὶ ἐπὶ τούτῳ δόξα κυρίου. τίς δὲ ἡ δόξα κυρίου ἦν κατ' ἀρχὰς τῆς βίβλου δηλοῦται, ἔνθα
εἴρηται· ὑπεράνω τῶν Χερουβὶμ ὡς ὅρασις ἦν λίθου
σαπφείρου, ὁμοίωμα θρόνου ἐπ' αὐτοῦ. καὶ ἐπὶ τοῦ
ὁμοιώματος τοῦ θρόνου ὁμοίωμα ὡς εἶδος ἀνθρώπου ἄνωθεν. καὶ ἴδον ὡς ὄψιν ἠλέκτρου ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος ἕως ἄνω· καὶ ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος
ἕως κάτω. ὡς ὅρασις πυρὸς, καὶ φέγγος αὐτοῦ κύκλῳ. καὶ ἐπιλέγει· αὕτη ἡ ὅρασις ὁμοιώματος
δόξης κυρίου.

Ὁρᾷς ὅπως ὁ λόγος τὴν ἐπὶ τοῦ θρόνου ὀχου-

μὲν τὴν δόξαν θεοῦ διερμηνεύων, εἶδος ἀνθρώπου διέγραψεν. τί δ' ἂν γένοιτο τοῦτο τὸ εἶδος τοῦ ἀνθρώπου, ὅπερ οὐκ αὐτὸς ὁ θεός, ἀλλὰ δόξα τοῦ θεοῦ εἴρηται, ἢ ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος· ὃν ποτὲ μὲν δόξαν θεοῦ τοῦ πατρὸς ὀνομάζει, ποτὲ δὲ εἶδος ἀνθρώπου δι' ὃν ἀνείληφεν ἄνθρωπον; οὗ τὰ μὲν τῆς θεολογίας ἠλέκτρῳ τῷ πάσης ὕλης τιμαλφεστέρῳ παρῄκαζετο· τὰ δὲ ἀπὸ ὀσφύος καὶ κάτω, πῆ μὲν ὁράσει πυρός, πῆ δὲ φωτὸς φέγγει, ἐπειδὴ τὰ ἐκ γενέσεως μέτοχα, καὶ οἱ ἐπὶ γῆς ἄνθρωποι διαφόρων αὐτοῦ δυνάμεων ἐπιδέονται· οἱ μὲν φωτὸς ἄξια πράξαντες, τῆς φωτιστικῆς ἐνεργείας· οἱ δὲ τὰ πυρὸς ἄξια, τῆς καυστικῆς καὶ τιμωροῦ δυνάμεως. τῶν δ' οὐρανίων εἰκόνας καὶ σύμβολα κατασκευάσαι Μωσῆς κελευσθείς, τὰ Χερουβὶμ ἀπὸ χρυσοῦ κατεσκεύασεν· ἐπέκειτό τε ταῦτα τῇ κιβωτῷ, μέσον ἔχοντα τὸ ἱλαστήριον ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον, καὶ ἦν τὸ ἱλαστήριον μέσον τῶν Χερουβὶμ ἡνιόχου δίκην ἐπικείμενον αὐτοῖς· ὡς εἶναι εἰκόνα καὶ τύπον τὸ ἀπὸ χρυσοῦ πεποιημένον ἱλαστήριον, τοῦ ἐν τῷ προφήτῃ Ἐζεκιὴλ ὑπὲρ τὰ Χερουβὶμ ὀφθέντος· ὃν ἀποδεικνύμεν εἶναι τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. ὅθεν ὁ θεῖος ἀπόστολος ἱλαστήριον αὐτὸν καλεῖ λέγων· ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον διὰ πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι. ταῦτα δὲ τυπικῶς παρὰ Μωσεῖ διὰ χρυσοῦ πεποιημένα, λέγω δὲ τὰ Χερουβὶμ καὶ τὸ ἱλαστήριον, προηγεῖτο τοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ λαοῦ κατὰ πρόσωπον Ἐφραὶμ καὶ Βενιαμὶν καὶ Μανασσῆ. ἐν γὰρ τῇ πορείᾳ τῶν ιβ'. φυλῶν, ἔμπροσθεν μὲν τῆς κιβωτοῦ παρενέβαλον φυλαὶ τρεῖς, Ἰούδα, καὶ Ἰσσάχαρ, καὶ Ζαβουλών· εἵποντο δὲ τῇ κιβωτῷ ὁμοίως φυλαὶ τρεῖς, Ἐφραίμ, καὶ Βενιαμίν, καὶ Μανασσῆ, κατὰ νώτου ἀκολουθοῦσαι τοῖς Χερουβίμ. διὸ λέλεκται ἐνταῦθα· ἐμφάνηθι καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐναντίον Ἐφραὶμ καὶ Βενιαμὶν καὶ Μανασσῆ. διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· καθήμενε τοῖς Χερουβίμ, ἐπιφάνηθι εἰς πρόσωπον Ἐφραὶμ καὶ Βενιαμὶν καὶ Μανασσῆ. σὺ γάρ φησιν ὁ εἰς πρόσωπον καὶ ἐνώπιον Ἐφραὶμ καὶ Βενιαμὶν καὶ Μανασσῆ προπορευόμενος ἐμφάνηθι. ἀνακαλεῖται δὲ ἐν τούτοις τὸν τοῦ θεοῦ λόγον ὁ προφήτης ἀπὸ τῶν γνωριζομένων τῷ λαῷ τὴν ἐπίκλησιν ποιούμενος· ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς θεοπτίας τῆς τῷ προφήτῃ Ἐζεκιὴλ τεθεαμένης. δυσωπεῖ δὲ τὸν παρακαλούμενον διὰ τῆς εὐχῆς. εἰ γὰρ ὑπέμεινας φησὶ καιρῷ τινι προοδεῦσαι ἀνθρώπων, καὶ τῶν προλεχθεισῶν ἡγήσασθαι φυλῶν, καὶ νῦν τοῖς αὐτοῖς χειμαζομένοις καὶ ἀπολλυμένοις ἐμφάνηθι, καὶ σύ γε αὐτὸς ὁ καὶ τότε ποιμαίνας καὶ προηγησάμενος τοῦ λαοῦ, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. ἱκετεύει τε ἐν τούτοις τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ ἄφιξιν ποιήσασθαι καὶ τοὺς ἀποστραφέντας καὶ ἐν ἀποπτώσει γενομένους πάλιν ἀναλαβεῖν πάλιν καὶ εἰς αὐτὸν ἐπιστρέψαι ποιῆσαι· διὸ λέγει· ὁ θεὸς ἐπίστρεψον ἡ-

A no sedentem explicans, formam hominis descripserit. Quænam alia fuerit illa hominis forma, quæ non ipse Deus, sed gloria Dei dicta est, quam unigenitum Dei Verbum: quod aliquando gloriam Dei patris, aliquando speciem hominis propter hominem quem adsumsit, nuncupat? cujus quæ ad deitatem spectabant electro, omnis materiæ pretiosissimo, simile dicebatur; quæ vero a lumbis usque deorsum erant, modo speciei ignis, modo lucis splendori; quia quæ in naturæ consortium veniunt, homines scilicet B in terra constituti, vario modo ejus virtutibus opus habent: nam ii qui luce digna faciunt, illuminante vi indigent; qui vero igne digna perpetrant, comburente & ultrice virtute. Cœlestium porro imagines & symbola adornare jussus Moyses, Cherubim ex auro confecit: hæc vero arcæ insidebant, in quorum medio propitiatorium ex auro factum consistebat: eratque propitiatorium in medio Cherubim aurigæ instar ipsis impositum; ita ut propitiatorium illud ex auro factum, imago & exemplar esset ejus qui C super Cherubim in Ezechiele propheta visus est; quem Verbum esse Dei commonstravimus. Quare divinus Apostolus ipsum Verbum propitiatorium vocat, dicens: *Quem proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ejus.* Rom. 3, 25. Hæc autem a Moyse ex auro figurate confecta; Cherubim dico & propitiatorium, populo præibant in solitudine, coram Ephraïm, Benjamin & Manasse. Nam in exitu duodecim tribuum, ante arcam tres tribus castrametabantur; nempe Juda, Issachar, & Zabulon; arcam item tres D tribus sequebantur, nempe Ephraïm, Benjamin & Manasse, a tergo Cherubim sequentes. Quamobrem hic dicitur, *Manifestare, qui sedes super Cherubim, coram Ephraim, Benjamin & Manasse.* Ideo secundum Aquilam dicitur, *Insidens super Cherubim, manifestare in facie Ephraïm, Benjamin & Manasse.* Aquila. Tu enim, inquit, qui in facie Ephraïm, Benjamin & Manasse procedis, manifestare. In his autem propheta Dei Verbum evocat, ab iis quæ populo nota erant nomen ejus mutuans; sed non a divina E Ezechielis visione. Ipsum autem his verbis supplicando compellat: Si quodam tempore, inquit, hominibus anteire dignatus es, memoratasque tribus ducere, nunc ipsis fluctuantibus & pereuntibus appare; tu, inquam, ipse qui olim populum pascebas, ipsique anteibas, *excita potentiam tuam & veni, ut salvos facias nos.* His vero supplicat ut ad homines accedat, & eos qui aversi & lapsi erant, iterum resumat, iterum ad se convertat. Quapropter dicit: *Deus converte* 4.

nos, & ostende faciem tuam & salvi erimus.
5. *Domine Deus virtutum quousque irasceris super orationem servorum tuorum?* Qui in præsenti dicitur, Dominus & Deus virtutum,
is ipse erat qui pascebat verum Israëlem, &
deducebat sicut ovem Joseph, & qui sedebat super Cherubim, & qui incedebat coram Ephraïm, Benjamin & Manasse. Dominus autem & Deus virtutum dicitur, ut
alibi dux exercitus & virtutis Domini, ac
magni consilii Angelus. Jesu itaque Moysis
successori, in forma hominis apparens quis
Jos. 5. 14. ipse esset confitebatur dicens: *Ego sum dux exercituum & virtutis Domini.* In Hesaïa ve-
Hesai. 9. 6. ro dictum est: *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Cujus principatus super humerum ejus, & vocabitur nomen ejus magni con-
Lectio reliquorum interpretum. silii angelus.* Secundum reliquos interpretes,
Deus fortis, potens, princeps pacis, pater sæculi.
Hoc itaque docetur a Spiritu prophetico
populus qui derelictus est, ut emittat orationem & dicat ipsi: *Domine Deus virtutum quousque irasceris super orationem servi tui?*
Lectio reliquorum interpretum. Pro quo reliqui omnes interpretes, *populi tui*, interpretati sunt. Docentur porro panem lacrymarum comedere pro ausibus suis;
ut mala sua flentes ac lugentes, consolationem obtineant, ut in beatitudinibus dicitur:
Matth. 5. 5. *Beati qui flent, quoniam ridebunt. Beati qui lugent, quoniam consolabuntur.* Secundum
Symmachi. Symmachum autem, *Cibasti nos*, inquit, *pa-
6. ne lacrymarum, & potasti nos cum lacrymis mensura.* Etsi namque fletu & lacrymis digni simus; ut loco panis, fletibus ac gemitibus alamur, lacrymis & lamentationibus potemur; at hæc ipsa mensurate nobis tradantur, ita ut non in infinitum procedant; sed
aliquando cessent, ac in jucundiora muten-
7. tur. Tu enim *posuisti nos in contradictionem vicinis nostris, & inimici nostri subsannaverunt nos:* qui non simile quidpiam olim ausi
contra nos sunt, cum te patronum habere-
8. mus. Quamobrem precamur, & te Deum
virtutum invocamus, supplicantes ut nos
convertas. Quod sane eveniet si conspicuus
fias & vultum tuum ostendas nobis. Nam si
id concedatur salvi erimus, ac nos quoque
Psal. 4. 7. dicemus: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.*
9. *Vineam de Ægypto transtulisti: ejecisti gen-
10. tes & plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu ejus, & plantasti radices ejus & implevit terram.* Supplicationem ordiens propheta,
eum qui pascit Israël evocabat. Erat autem
Israël a memorata hic vinea diversus. Nam
ille quidem semper a Domino pascitur; hæc
autem vinea in pejorem multo conditionem declinavit. Per religiosum autem virum, illum nempe olim Israëlem, Deo sup-

A μᾶς, ϰαὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ϰαὶ σωθησόμεθα. ϰύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, ἕως πότε ὀργίζῃ ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῶν δούλων σου; ὁ λεγόμενος ἐπὶ τοῦ παρόντος ϰύριος ϰαὶ θεὸς τῶν δυνάμεων, αὐτὸς ἦν ἐϰεῖνος ὁ ποιμαίνων τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ, ϰαὶ ὁδηγήσας ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσὴφ, ϰαὶ ὁ ϰαθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, προοδεύων τε ἐνώπιον Ἐφραὶμ ϰαὶ Βενιαμὶν ϰαὶ Μανασσῆ. ϰύριος δὲ ϰαὶ θεὸς τῶν δυνάμεων εἴρηται, ὡς ἐν ἑτέροις ἀρχιστράτηγος δυνάμεως ϰυρίου ϰαὶ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. τῷ μὲν οὖν διαδόχῳ Μωσέως Ἰησοῦ, ἐν σχήματι
B ἀνδρὸς φανεὶς, ἐνθένδε ὡμολόγει ὅστις ἦν λέγων· ἐγώ εἰμι ἀρχιστράτηγος δυνάμεως ϰυρίου. ἐν δὲ τῷ Ἡσαΐᾳ λέλεϰται· ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς ϰαὶ ἐδόθη ἡμῖν. οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, ϰαὶ ϰαλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. ϰατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτάς· θεὸς δυνατὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ αἰῶνος. τοῦτο τοίνυν διδάσϰεται ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ προφητιϰοῦ εὐχὴν ἀναπέμπειν ὁ ϰαταλειφθεὶς ἔρημος λαὸς, ϰαὶ αὐτῷ λέγειν· ϰύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, ἕως πότε ὀργίζῃ ἐπὶ τὴν προσευχὴν τοῦ δούλου σου; ἀνθ' οὗ οἱ λοιποὶ
C πάντες ἑρμηνευταὶ, τοῦ λαοῦ σου ἡρμήνευσαν. διδάσϰονται δὲ ϰαὶ ἄρτον δαϰρύων ἐσθίειν ἐφ' οἷς τετολμήϰασιν· ἵν' ἀποϰλαυσάμενοι τὰ ἑαυτῶν ϰαϰὰ, ϰαὶ πενθήσαντες, τύχοιεν παραϰλήσεως ϰατὰ τὸν φήσαντα μαϰαρισμόν· μαϰάριοι οἱ ϰλαίοντες, ὅτι γελάσονται· μαϰάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι παραϰληθήσονται. ϰατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· ἐψώμισας ἡμᾶς φησὶν ἄρτον δαϰρύων, ϰαὶ ἐπότισας ἡμᾶς μετὰ δαϰρύων μέτρῳ. εἰ γὰρ ϰαὶ τὰ μάλιστα ϰλαυθμοῦ ϰαὶ δαϰρύων ἄξιοι γεγόναμεν ὥστε ἀντὶ ἄρτου τρέφεσθαι ϰλαυθμοῖς ϰαὶ στεναγμοῖς, ϰαὶ ποτίζεσθαι δάϰρυσι ϰαὶ γό-
D οις· ἀλλ' αὐτὰ ταῦτα μεμετρημένα ἡμῖν γινέσθω, ὥστε μὴ εἰς ἄπειρον ἡμῖν παραταθῆναι· λῆξαι δέ ποτε ϰαὶ μεταβαλεῖν ἐπὶ τὸ φαιδρότερον. σὺ γὰρ ἔθου ἡμᾶς εἰς ἀντιλογίαν τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, ϰαὶ οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν ἐμυϰτήρισαν ἡμᾶς, μηδὲν τούτων πάλαι ϰαθ' ἡμῶν τολμῶντες, ὅτε σε προστάτην εἴχομεν. διὸ δεόμεθα, ϰαὶ τὸν θεὸν τῶν δυνάμεων ἀναϰαλούμεθα, ἐπιστρέψαι ἡμᾶς ϰαθιϰετεύοντες. τοῦτο δὲ ἔσται εἰ ἐπιφανὴς γένοιο, ϰαὶ τὸ σαυτοῦ πρόσωπον ἐπιδείξαις ἡμῖν. τούτου γὰρ γενομένου, σωθησόμεθα λέξοντες ἂν ϰαὶ ἡμεῖς· ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ
E φῶς τοῦ προσώπου σου ϰύριε.

Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας, ἐξέβαλες ἔθνη ϰαὶ ϰατεφύτευσας αὐτήν. ὡδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς, ϰαὶ ϰατεφύτευσας τὰς ῥίζας αὐτῆς, ϰαὶ ἐπλήρωσε τὴν γῆν. ἀρχόμενος τῆς ἱϰετηρίας ὁ προφήτης, τὸν ποιμαίνοντα τὸν Ἰσραὴλ ἀνεϰαλεῖτο. ἦν δὲ ὁ Ἰσραὴλ ἕτερος τῆς ἐνταῦθα λεγομένης ἀμπέλου. ὁ μὲν γὰρ ἀεὶ ποιμαίνεται ὑπὸ τοῦ ϰυρίου· ἡ δὲ παροῦσα ἄμπελος πολλὴν ὑπέμεινε τὴν ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπήν. δυσωπεῖ δὲ διὰ τοῦ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς τοῦ πάλαι Ἰσραὴλ τὸν θεὸν

εἰς ὃ ἐπιβλέψαι κακῶς πράττουσι τοῖς ἐκείνου ἀπογόνοις. εἴη δ' ἂν Ἰσραὴλ καὶ πᾶσα διορατικὴ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ καλοῦ ποιμένος διὰ παντὸς ποιμαινομένη. λεχθείη δ' ἂν καὶ ἄμπελος θεοῦ, ἡ τὴν εἰκόνα σώζουσα τοῦ φήσαντος ἐν εὐαγγελίοις· ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. ἡ δ' ἐξ Αἰγύπτου μετενηνεγμένη ἄμπελος, ἡ παθοῦσα διαστροφὴν τυγχάνει ψυχή, ὁποῖος γέγονεν ὁ Ἰουδαίων λαὸς εἰδωλολατρεύσας ἐν Αἰγύπτῳ μακροῖς χρόνοις, μικρούς τε προενεγκάμενος καρπούς, ὡς μαρτυρεῖ Μωσῆς ἐν μεγάλῃ ᾠδῇ γράφων ταῦτα περὶ αὐτῶν· ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόῤῥας· ἡ σταφυλὴ αὐτῶν σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας αὐτῶν. θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν, καὶ θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος· ἀλλὰ γὰρ καὶ οὕτως ἔχοντας αὐτοὺς ἐπισκεψάμενος ὁ θεὸς μετεφύτευσεν, ἐκριζώσας μὲν τῆς Αἰγυπτιακῆς συμφυΐας· μεταφυτεύσας δὲ ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ καὶ τόπῳ πίονι, ὡς διδάσκει λέγων Ἡσαΐας· ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι ἐν τόπῳ πίονι. καὶ φραγμὸν περιέθηκα καὶ ἐχαράκωσα, καὶ ἐφύτευσα ἄμπελον Σωρήχ. καὶ ᾠκοδόμησα πύργον ἐν μέσῳ αὐτοῦ, καὶ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ. καὶ δὴ ἐν τόπῳ πίονι καὶ πολὺ κρείττονι τῆς Αἰγύπτου χώρας μεταγαγὼν τὴν προλεχθεῖσαν ἄμπελον κατεφύτευσεν. εἶθ' οἷα γεωργὸς ἄριστος μετὰ τὴν πρώτην μεταμόσχευσιν, ὡδοποίησεν ἔμπροσθεν αὐτῆς, πᾶν τὸ βλαστικὸν ἀποσκευάσας, καὶ πᾶσαν ἀλλοτρίαν ὕλην ἐκτεμών, ὡς μή τι κώλυμα ἐμποδὼν αὐτῇ γένοιτο πρὸς τὴν τῶν καρπῶν ἐκφυήν. ἀντὶ δὲ τοῦ ὡδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς, ὁ Σύμμαχος· ἀπεσκεύασας ἔμπροσθεν αὐτῆς ἡρμήνευσεν. εἶτ' ἐπήγαγεν· καὶ ἐῤῥιζοβόλησας τὰς ῥίζας αὐτῆς. τοιαύτης δ' ἐπιμελείας παρὰ τοῦ θεοῦ λόγου τυχοῦσα ἡ δηλωθεῖσα ἄμπελος, εἰκότως ἐπλήρωσε τὴν γῆν, ὡς ὄρη μὲν ἐπισκιάσαι, κέδρους δὲ καλύψαι ταῖς αὐτῆς ἀναδενδράσιν, ἐκτεῖναι δὲ τὰ κλήματα ἕως θαλάσσης, καὶ τὰς φυάδας μέχρι ποταμῶν. ταῦτα πάντα ὑπῆρξεν αὐτῇ. καὶ ἐπειδὴ τοσούτων ἠξιώθη, εἰκότως ὁ λόγος ὡς ἐν εὐχῇ τοῦτον ὑπομνήσας τὸν γεωργόν, δυσωπεῖ διὰ τῆς ἱκετηρίας καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν· ἐπειδὴ τοσαύτης κατηξίωσας προνοίας καὶ ἐπιμελείας τὴν εἰρημένην ἄμπελον φιλανθρωπίᾳ καὶ χάριτι πάντα ταῦτα εἰς αὐτὴν ἐνδειξάμενος, τίς οὐκ ἂν ἀμηχανήσειεν καὶ εἰς ἀπορίαν ἐμπέσοι ζητῶν, ἱνατί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς, καταπατεῖν τε αὐτὴν ἅπασι τοῖς ἐθέλουσι συνεχώρησας, ὡς τρυγᾶν αὐτὴν τοὺς βουλομένους, μηδενός τε περιφράττοντος, ποτὲ μὲν ὗν ἐκ δρυμοῦ λυμαίνεσθαι αὐτήν, ἄλλοτε δὲ μονιὸν ἄγριον καταβόσκεσθαι αὐτήν; ἀλλὰ γὰρ πρὸς ταύτην τὴν ἐπαπόρησιν, ἀποκρίνεται διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, ὥσπερ ἀπολογούμενος ὁ γεωργός, καὶ τὴν αἰτίαν παρίστησι λέγων· διότι ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ σταφυλήν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας· καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν. ταῦτα δ' ὅτι περὶ τοῦ Ἰουδαίων λέλεκται λαοῦ, οὐδεὶς ἂν

A plicat ut posteris suis male agentibus prospiciat. Fuerit vero Israël, perspicax omnis anima, quæ a bono pastore semper pascitur. Vinea autem Dei dicatur, quæ imaginem servat ejus qui in Evangelio dixit: *Ego sum vitis vera*; vinea vero ex Ægypto translata, est anima subversionem passa: qualis fuit Judaïcus populus qui olim diuturno tempore idola in Ægypto coluit, ac cum modicos fructus protulisset, ut de illis testificatur Moyses in magno cantico hæc scribens, *Nam ex vinea Sodomorum vinea eorum, & palmes eorum ex Gomorrha. Uva eorum uva fellis, botrus amaritudinis eorum. Furor draconum vinum eorum, & furor aspidum insanabilis*; etiamsi hujusmodi essent, ipsis prospiciens Deus transplantavit eos, radices eorum ex Ægyptiaco satu evellens; in aliamque terram pinguemque locum transferens, ut docet Hesaïas his verbis: *Vinea facta est dilecto in cornu in loco pingui. Et sepem circumposui, & vallavi, & plantavi vineam Sorech. Et ædificavi turrim in medio ejus, & protorcular fodi in ea.* Et sane cum in C pinguiorem & multo meliorem Ægypto regionem prædictam vineam transtulisset, eam ibi plantavit. Deinde, utpote optimus agricola, post primam illam translationem, dux itineris fuit in conspectu ejus, fruticibus amotis, omnique aliena materia excisa, ut ipsi nullus obex ad fructuum emissionem adesset. Pro illo autem, *Dux itineris fuisti in conspectu ejus*; Symmachus, *Amovisti in conspectu ejus*, interpretatus est. Deinde subjungit, *Radicare fecisti radices ejus.* Cum tantâ Dei Verbi curâ memorata vinea dignata
11. D fuerit, jure implevit terram, ita ut montes
12. quidem inumbraret, cedros vero arbustis suis operiret, palmites extenderet usque ad mare, & usque ad flumina propagines. Hæc omnia ipsi evenerunt. Et quia tot tantisque donata est; jure sermo precandi ritu hunc agricolam memorans, his eum rogat & compellat: Quia tanta providentia & cura prædictam vineam dignatus es, pro humanitate & gratia tua hæc omnia in illa operatus; quis non in hæsitationem & dubium incidens hoc perquirat, *Ut quid destruxisti maceriam*
13. E *ejus*, & eam omnibus gentibus calcandam præbuisti; ita ut nemine circummuniente, cuique volenti ipsam vindemiare liceat; ac modo aper de sylva pessumdet, modo singularis ferus depascat illam? Verùm huic dubio per Hesaïam prophetam respondet agricola, quasi sui purgandi gratiâ, hujusque rei causam his verbis profert: *Quia exspectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas; & non justitiam, sed clamorem.* Hæc porro de Judaïco populo dicta esse nemo

Joan. 15. 1. Deut. 32. 32. Hesaï. 5. 1. Symmachi. Hesaï. 5. 5.

dubitaverit. Quomodo autem umbra vineæ montes operuerit intelliges, si perpendas cum lex futurorum bonorum umbram, non autem ipsam rerum imaginem habeat; eam modo in monte Silo, ubi prius erectum fuerat tabernaculum; modo in monte Sion & in Jerusalem completam esse, & arbusta ejus cedros Dei operuisse. Quænam esse vineæ arbusta dixeris, nisi animas propheticas, ac eos qui olim in priore populo erigebantur, & qui digne Deo vitam instituerunt, qui etiam in cedris Dei, id est, in invisibilibus divinisque virtutibus, requiescebant? Nam eo usque provectæ sunt animæ quæ in priore illo populo ornate & probe vixerunt, ut & Spiritus sancti participes essent, & usque ad angelicas potestates fructus suos extenderent. Palmites porro vineæ, ab umbra sane necnon ab arbustis diversi, extensi sunt usque ad mare. Symmachus autem pro illo, *palmites, jubas suas*, ait, *extendit usque ad mare*. Jubæ autem & comæ, ceu innumeri capilli sunt; sive etiam palmites illi multiplicati secundum vineæ exemplum, magnus ille Judaïcæ gentis numerus est, qui sane totum hominum genus replens pervenit usque ad mare. Quamobrem in Osea propheta dictum est: *Et erat numerus filiorum Israël quasi arena maris, quæ non mensurabitur & non numerabitur*. Propagines vero aliæ adnatæ, palmitibus recentiores ac nuper exortæ, usque ad flumen extensæ sunt, videlicet novi testamenti præcones; Apostolos dico & discipulos Servatoris nostri, qui genus & originem ex prædicta vinea ducunt, & ceu propagines quædam ejus sunt. Neque tamen perinde atque jubæ & palmites ad usque mare protenduntur, sed usque ad flumen, ob mysterium regenerationis in Christo ab iis subministratæ. Quare de Salvatore ipso in psalmo LXXI. dicitur, *Et dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum*. Nam cum baptismus a Jordane fluvio initium duxerit, totum replevit orbem. Quatuor porro prædictæ vineæ ordines præsens sermo describit; umbram scilicet ejus montes operientem; arbusta ejus in altum elata, ita ut non simpliciter cedros, sed cedros Dei operiant; ad hæc palmites ejus usque ad mare extensos; præter hæc omnia autem propagines ejus, quæ ad flumen usque pertingunt. Quorum interpretationem pro collata nobis gratia dedimus; umbram quidem pro figurato illo & umbroso cultu tradentes, qui in sensibilibus & corporeis montibus perficiebatur; arbusta, pro animabus propheticis, quæ in cedris Dei, angelicis videlicet ac divinis

Symmachi.

Ose. 1. 10.

Psal. 71. 8.

A ἀμφίβαλοι. νοήσεις δὲ ὅπως ἐκάλυψεν ὄρη ἡ σκιὰ τῆς ἀμπέλου, ἐπιστήσας ὡς σκιὰν ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ ὄρους συνετελεῖτο τοῦ ἐν Σηλώμ, ἔνθα δὴ πρότερον ἵδρυτο ἡ σκηνή, ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ Σιὼν ὄρους καὶ τῆς Ἱερουσαλήμ, καὶ αἱ ἀναδενδράδες δὲ αὐτῆς ἐκάλυψαν τὰς κέδρους τοῦ θεοῦ. τίνας δ' ἂν εἴποις τὰς ἀναδενδράδας τῆς ἀμπέλου, ἢ τὰς προφητικὰς ψυχὰς καὶ τοὺς ἐν τῷ προτέρῳ λαῷ εἰς ὕψος ἐπηρμένους, θεοῦ τε ἀξίως πολιτευσαμένους, οἳ καὶ ἐπὶ τὰς κέ-
B δρους τοῦ θεοῦ διανεπαύοντο, τὰς δυνάμεις δὴ τὰς ἀοράτους καὶ θείας; μέχρι γὰρ τούτων ἐξετάθησαν αἱ διαπρέψασαι ἐν τῷ προτέρῳ λαῷ ψυχαί, ὡς καὶ πνεύματος ἁγίου μετέχειν, καὶ τοὺς καρποὺς ἐκτείνειν μέχρι τῆς ἀγγελικῆς δυνάμεως· τὰ δὲ κλήματα τῆς ἀμπέλου ἕτερα ὄντα παρὰ τὴν σκιὰν καὶ παρὰ τὰς ἀναδενδράδας, ἐξετάθη ἕως θαλάσσης. ὁ δὲ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ, τὰ κλήματα, τὰς χαίτας αὐτῆς φησιν, ἐξέτεινεν ἕως θαλάσσης. εἶεν δ' ἂν χαῖται καὶ κόμαι, ὥσπερ ἀναρίθμητοι τρίχες, ἢ καὶ κλήματα πληθύνοντα, κατὰ τὸ τῆς ἀμπέλου παρά-
C δειγμα, ὁ πολὺς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀριθμός, ὃς δὴ ἔφθασε μέχρι θαλάσσης, πληρώσας πάντα τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον. διὸ λέλεκται ἐν Ὡσηὲ τῷ προφήτῃ· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡσεὶ ἄμμος τῆς θαλάσσης, ἣ οὐκ ἐκμετρηθήσεται, οὐδὲ ἐξαριθμηθήσεται. παραφυάδες δὲ ἄλλαι τινὲς παρὰ τὰ κλήματα νεώτεραι καὶ ἀρτιφυεῖς ἕως ποταμοῦ παρετάθησαν, οἱ τῆς καινῆς διαθήκης κήρυκες· λέγω δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μαθηταὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, τὴν μὲν φυλὴν καὶ τὴν γένεσιν ἐσχηκότες ἐκ τῆς προλεχθείσης ἀμπέλου, καὶ ὥσπερ τινὲς παραφυάδες αὐτῆς γενόμενοι. οὐ-
D κέτι δὲ ὁμοίως ταῖς χαίταις, καὶ τοῖς κλήμασιν ἕως θαλάσσης προελθόντες, ἀλλ' ἕως ποταμοῦ διὰ τὸ μυστήριον τῆς δι' αὐτῶν χορηγουμένης ἐν Χριστῷ παλιγγενεσίας. ἔνθεν καὶ ὁ σωτὴρ αὐτὸς ἐν ψαλμῷ λέλεκται· καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης. ἀρξαμένου γὰρ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἰορδάνην ποταμοῦ τοῦ βαπτίσματος, τὴν σύμπασαν ἐπλήρωσεν οἰκουμένην. τέσσαρα δὲ τάγματα τῆς εἰρημένης ἀμπέλου ὁ μετὰ χεῖρας διαγράφει λόγος· σκιὰν μὲν αὐτῆς καλύπτουσαν ὄρη· ἀναδενδράδας δὲ αὐ-
E τῆς εἰς ὕψος μετεωριζομένας, ὡς καλύπτειν οὐχ ἁπλῶς κέδρους, ἀλλὰ τὰς κέδρους τοῦ θεοῦ· καὶ ἐπὶ τούτοις κλήματα ἐκτεινόμενα ἕως θαλάσσης, καὶ μετὰ πάντα παραφυάδας τὰς μέχρι ποταμοῦ διηκούσας· ὧν τὴν διάνοιαν κατὰ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἡρμηνεύσαμεν χάριν, σκιὰν μὲν ἀποδόντες τὴν τυπικὴν καὶ σκιώδη λατρείαν, ἥτις ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καὶ σωματικοῖς ὄρεσιν ἐτελεῖτο· ἀναδενδράδας δὲ τὰς προφητικὰς ψυχάς, αἵτινες ἐπὶ τὰς κέδρους τοῦ θεοῦ, τὰς ἀγγελικὰς καὶ θείας δυνά-

μεις ἐπεστηρίζοντο· κλήματα δὲ ἢ κόμας, ἢ χαίτας, τὸ πᾶν Ἰουδαίων πλῆθος ἕως θαλάσσης ἐκτεινόμενον, διὰ τὸν ἄστατον καὶ κυμαινόμενον τῶν ἀνθρώπων βίον· καὶ τέλος παραφυάδας, τοὺς ἀποστόλους τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τοὺς ποταμῷ συνόντας, περὶ οὗ εἴρηται· τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ. ἀλλ' ἐπειδὴ τοσούτων ἠξιώθη ἡ δεδηλωμένη ἄμπελος, ὑπὸ τοῦ πρότερον ἐπισκοποῦντος αὐτὴν θεοῦ λόγου, ἀκολούθως ὁ λόγος ἑξῆς ὡς πρὸς αὐτὸν τὸν τὰ τοσαῦτα δεδωρημένον ἐπαπορεῖ λέγων· ἵνα τί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς; ὁ δὲ ἀποκρίνεται λέγων· διότι ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ σταφυλήν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας· καὶ πάλιν, ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ κρίσιν, ἐποίησε δὲ ἀνομίαν, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν. καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ δὲ ὁ αὐτὸς ἐλέγχει τὴν ἄμπελον, λογικὴ γὰρ ἦν, φάσκων· ἐγὼ δὲ ἐφύτευσα ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν ἀληθινήν· πῶς ἐστράφη εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; προστίθησι δὲ καὶ διὰ Ἠσαΐου λέγων· καθελῶ τὸν φραγμὸν αὐτῆς, καὶ ἔσται εἰς διαρπαγήν, καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτῆς, καὶ ἔσται εἰς καταπάτησιν· καὶ ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ σκαφῇ, οὐδὲ μὴ τμηθῇ. καὶ ἀναβήσεται εἰς αὐτὸν ὡσεὶ χέρσον ἄκανθα, καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτὸν ὑετόν. καθαιρεθέντος δὲ τοῦ φραγμοῦ, τουτέστι τῆς φυλαττούσης αὐτοὺς καὶ περιφραττούσης δυνάμεως, εἰκότως πάντες λοιπὸν πολέμιοι ἀόρατοί τε καὶ ἀφανεῖς, θηρῶν ἀγρίων ὄντες ἀνημερώτεροι, ἐλυμήναντο αὐτούς, δηλαδὴ τοὺς ὑπὸ τοῦ λόγου κατηγορουμένους. καὶ τίς πρῶτος ἀκάθαρτος σῦς, ὁ Ἀσσύριος εἰσελθὼν ἰσχυρῶς, τὴν δηλωθεῖσαν ἄμπελον διέφθειρεν, ὡς καὶ ἀπαγαγεῖν αἰχμάλωτον τὸ πλῆθος εἰς τοὺς Ἀσσυρίους. εἶτα δεύτερος πολέμιος εἰσελθών, τὰ ὑπὸ τοῦ πρώτου καταλειφθέντα κατενεμήσατο, ὁ Ναβουχοδονόσορ, ὁ καὶ τὸ ἱερὸν πυρπολήσας καὶ εἰς ἔδαφος ἀγαγών. διὸ λέλεκται καὶ κατὰ τὸν Σύμμαχον· κατενεμήσατο αὐτὴν σῦς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατεβοσκήσατο αὐτήν. ἀντὶ δὲ τοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος, ὁ Ἀκύλας, καὶ παντοδαπὴν χώραν ἡρμήνευσεν. καθ' ἑτέραν δὲ ἑρμηνείαν, ἐλυμήνατο αὐτήν, δηλαδὴ τὴν ἀποδοθεῖσαν ἄμπελον, πρῶτος ὁ Βαβυλώνιος, ὁ καὶ πρῶτος τὴν Ἱερουσαλὴμ πολιορκίᾳ δῃώσας, ἔπειτα μετ' ἐκεῖνον ὁ Ῥωμαϊκὸς στρατός, μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν ἐπελθών, κατενεμήσατο αὐτήν. ταῦτα δὲ πάντα προφητεύει Ἀσὰφ κατὰ τοὺς χρόνους γεγονὼς τοῦ Δαυίδ, πρὸ τῆς οἰκοδομῆς τῆς Ἱερουσαλήμ, θεσπίζων αὐτῇ τὰ συμβησόμενα κατὰ τοὺς δηλωθέντας χρόνους. διὰ μὲν οὖν τῶν μετὰ χεῖρας ἔοικεν ὁμοῦ καὶ τὴν προτέραν πολιορκίαν τὴν ὑπὸ Βαβυλωνίων γενομένην, καὶ τὴν δευτέραν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων προφητεύειν· διὰ δὲ τοῦ πρὸ τούτου τὰ κατὰ Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ συμβάντα. διὰ δὲ τοῦ ογ'. μόνα τὰ τῆς ὑστάτης πολιορκίας τῆς

A virtutibus firmabantur; palmites aut comas, seu jubas, pro tota Judæorum multitudine, ob instabilem & fluctuantem hominum vitam usque ad mare extensa; demum propagines pro Apostolis Servatoris nostri qui in flumine versantur de quo dictum est: *Fluminis impetus lætificant civitatem Dei.* Psal. 1. 5.
Verum quia memorata vinea tot tantisque bonis a Deo Verbo, qui prius ipsi prospiciebat donata est, consequenter eum qui tantis eam donis ornavit, quasi dubitando compellat dicens: *Ut quid destruxisti maceriam e-*
B *jus?* Ille vero respondet his verbis: *Quia exspectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas;* Hesai. 5. 2.
ac rursum, *Exspectavi ut faceret judicium, fecit autem iniquitatem; non justitiam, sed clamorem.* Ibid. 7.
In Jeremia quoque vineam ipse coarguit, rationabilis quippe erat, his verbis: *Ego autem plantavi vineam fructiferam, totam veram. Quomodo conversa est in amaritudinem vitis aliena?* Jerem. 2. 21.
Adjicit autem per Hesaïam: *Auferam sepem ejus, & erit in direptionem; & auferam murum ejus, & erit in conculcationem. Et dimittam vineam meam,* Hesai. 5. 5.
effert, ac denuntiat quomodo flamma ipsorum, elationem & superbiam eorum, montium instar erectam, combustura sit. B Subsequitur deinde: *Ita persequeris illos:* alibi quoque dictum est, *Ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum.* 17. Psal. 10. 7. His porro declaratur, procellam iramque Dei non animi motum in Deo esse; sed ejus providentiam, qua curat eos contra seipsos insurgentes, sibi facinorum pœnas infligere. Hæc omnia accidere precatur, sive potius prænuntiat adversus inimicos Dei eventura; ut vel hinc saltem aliquando juventur. Siquidem summa est utilitas, nosse Deum, & C ad inquisitionem nominis ejus venire, quod ipsis accessurum esse post prædicta docet his verbis: *Et quærent nomen tuum, Domine. Erubescant & conturbentur in sæculum sæculi, &* 18.
confundantur & pereant. Et cognoscant quia nomen tibi Dominus: tu solus altissimus in 19.
omni terra. Inimicorum Dei mortem duobus futuram modis vaticinatur; alio quidem quo illis spem bonam adscribit; siquidem bona res est cum Dei cognitio, tum nominis ejus comprehensio; itidemque bonum est eos, qui prius Deum non norant, edoceri D ipsum solum esse altissimum super omnem terram; eos quippe, qui talia profitentur, verisimile est jam multiplicium deorum errorem oblivioni mandasse, ac vanam fallacemque falsorum deorum doctrinam abjecisse: alio item modo, turpitudinem, perturbationem, & confusionem, ac præter hæc omnia perniciem prædicit iis qui eorum digni sunt. Atenim iis qui ex divinitus immissa conversione sese ad meliorem frugem receperint, divinam adfore cognitionem denuntiat; iis vero qui in nequitia sua consenuerint, E exitium ac perniciem interminatur. Quamobrem de pejoribus quidem illis dictum est, *Erubescant & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur & pereant;* de iis vero qui ad meliorem se vitam recepturi sunt, illud profertur, *Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu solus altissimus in omni terra.* Possunt etiam de iisdem hæc omnia dici; quasi videlicet inimici Dei, quo tempore illa superius memorata perferent, confusione atque rubore replendi, ac perniciei tra-

dendi sint, ipsa experientia cognituri ac confessuri unum solumque Deum esse altissimum in omni terra, qui ipsos justo judicio ac facinorum suorum causa invadit.

A καὶ τότε αὐτῇ τῇ πείρᾳ γνωσόμενοι καὶ ὁμολογήσοντες ἕνα εἶναι καὶ μόνον θεὸν τὸν ὕψιστον καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, τὸν καὶ δικαίᾳ κρίσει μετελθόντα αὐτοὺς τῶν πεπλημμελημένων αὐτοῖς χάριν.

1\. *In finem, pro torcularibus, filiis Core psalmus LXXXIII.*

Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν ληνῶν, τοῖς υἱοῖς Κορὲ, ψαλμὸς πγʹ.

2\. *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!* Postquam defecere psalmi Asaph inscripti, quorum primus LXXII. postremus vero LXXXII. erat; jam sequitur LXXXIII. filiis Core inscriptus, de quibus in disputatis superius sententiam aperuimus nostram. E re autem fuerit observare omnes Asaphi psalmos duodecim numero esse; totidemque qui *filiorum Core* inscripti sunt. Verum filiorum Core octo psalmi conjunctim positi sunt, a XLI. videlicet orsi: reliqui vero quatuor hic sunt constituti, incipientes ab LXXXIII. ac post eos, qui Asaphi inscripti sunt, consequenter positi. Pariterque ex Asaphi psalmis, undecim consequenter positi sunt, a LXXII. nempe ad LXXXII. Duodecimus vero octo priores filiorum Core psalmos subsequitur; ita ut ceu mutua quædam pensatio fiat ob prophetias quæ in utrisque communem speculandi morem servant. Erant itaque priores illi filiorum Core psalmi octo numero, qui omnes a XLI. initium ducunt, & in XLVIII. desinunt. Ii vero, ut compendio dicam, de populo ex circumcisione fletum ac planctum, Christi adventum, atque vocationem gentium, commemorant. Hoc sane est illorum octo psalmorum argumentum. Ex hisce vero, de quibus nunc agitur, filiorum Core psalmis quatuor numero, duo postremi ortum & mortem Servatoris complectuntur: ac si videlicet Scriptura omnium vaticinia in fine exponere opportune sibi reservarit. Multa autem de ejus ortu in LXXXVI. obscure subindicantur; at multo plura & profundiora de morte ejus quam pro hominibus sustinuit, qui postremus filiorum Core inscribitur, nempe LXXXVII. complectitur. Duo autem qui in his primum locum occupant, scilicet hic quem tractamus & subsequens, ejus ad homines adventum, & præclara quæ hic editurus erat gesta vaticinantur. Hic porro inscribitur, *In finem, pro torcularibus.* Cumque tres sint qui hoc titulo insigniuntur: hic ex eorum numero *pro torcularibus* similiter inscriptus est; itidemque VIII. & LXXX. Verum ex iis duo nuncupantur psalmi, nimirum VIII. & præsens. Quare præsentia bona denun-

B Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου κύριε τῶν δυνάμεων. Διαλελοιπότων τῶν ἐπιγεγραμμένων ψαλμῶν τοῦ Ἀσάφ, ὧν πρῶτος μὲν ὁ οβʹ. τελευταῖος, ὁ βʹ. καὶ πʹ. ἕπεται ὁ παρὼν πγʹ. τοῖς υἱοῖς Κορὲ ἐπιγεγραμμένος, περὶ ὧν ἐν τοῖς προτεχνολογουμένοις τὰ δόξαντα διειλήφαμεν. ἐπιτηρῆσαι δὲ ἀναγκαῖον, ὡς οἱ πάντες τοῦ Ἀσάφ, δώδεκα τυγχάνουσι τὸν ἀριθμὸν ψαλμοί· ἰσάριθμοι δὲ τούτοις εἰσὶ καὶ οἱ ἐπιγεγραμμένοι τῶν υἱῶν Κορέ. ἀλλὰ τῶν υἱῶν Κορὲ, ὀκτὼ μὲν ἦσαν ἑξῆς συνημμένοι οἱ ἀπὸ τοῦ μαʹ. ψαλμοῦ· οἱ δὲ λείποντες τέσσαρες ἐνταῦθα
C τεθείκαται, ἀρχόμενοι μὲν ἀπὸ τοῦ πγʹ. ἐφεξῆς δὲ κείμενοι τῶν ἐπιγεγραμμένων τοῦ Ἀσάφ. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τοῦ Ἀσάφ, ιαʹ. μὲν εἰσὶ συνημμένοι, οἱ ἀπὸ οβʹ. καὶ ἐπὶ τὸν πβʹ. ὁ δὲ ιβʹ. ἑξῆς κατατέτακται τοῖς πρώτοις ὀκτὼ τῶν υἱῶν Κορὲ, ὥσπερ ἀντιδόσεως γινομένης διὰ τὰς ἐν ταῖς παρ' ἑκατέροις προφητείας ἐπικοινωνούσας ἀλλήλαις θεωρίας. ἦσαν μὲν οὖν οἱ πρῶτοι τῶν υἱῶν Κορὲ ὀκτὼ τὸν ἀριθμὸν. οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ μαʹ. ἀρχόμενοι, καὶ λήγοντες εἰς τὸν μηʹ. περιεῖχον δὲ ὥσπερ ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, ἐπὶ τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ κλαυθμὸν καὶ
D θρηνὸν καὶ ὀδυρμὸν, χριστοῦ τε παρουσίαν καὶ κλῆσιν ἐθνῶν. ἀλλὰ τῶν μὲν εἰρημένων ὀκτὼ, τοιαύτη τις ἦν ἡ ὑπόθεσις· τῶν δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐπιγεγραμμένων καὶ αὐτῶν υἱῶν Κορὲ τεσσάρων ὄντων, οἱ μὲν ὕστατοι δύο γένεσιν καὶ θάνατον αὐτοῦ περιειλήφασιν, ὥσπερ ἐπιτηδὲς ταμιευσαμένου τοῦ λόγου ἐπὶ τέλει πάντων τὰς περὶ τούτων προρρήσεις ἐκφῆναι. πολλὰ γοῦν ἦν ὁ περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ λόγος, ὃν ἐν τῷ πςʹ. ψαλμῷ ἐπικεκρυμμένως ᾐνίξατο. καὶ ἐπιπλείων καὶ βαθύτερος ὁ περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ὃν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀνεδέξατο ὃς ἐν τῶν πάντων ἐπιγεγραμμένων
E υἱῶν Κορὲ τελευταῖος· λέγω δὲ τῷ πζʹ. περιείληπται. οἱ δὲ τούτων ἡγούμενοι δύο ψαλμοὶ, ὅ, τε μετὰ χεῖρας καὶ ὁ ἑξῆς αὐτοῦ τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ παρουσίαν καὶ τὰ ἐπὶ ταύτῃ κατορθώματα θεσπίζουσιν. ὅ γε μὴν προκείμενος ἐπιγέγραπται, εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν. τριῶν δὲ ὄντων τῶν τὴν τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἐχόντων· εἷς μὲν οὗτος τυγχάνει, ὁμοίως δὲ ἐπιγέγραπται, καὶ ὁ ηʹ. καὶ πάλιν ὁ πʹ. ἀλλὰ τούτων μὲν δύο ὠνομάσθησαν ψαλμοὶ, ὅ, τε ηʹ. καὶ ὁ παρών. διὸ χρηστῶν παρόντων ἀπαγγελίας περιέχουσιν,

ὁ δὲ π΄. ἦν μὲν ὑπὲρ τῶν ληνῶν· οὐ μὴν καὶ ψαλμὸς, διὰ τὸ σκυθρωπά τινα περιέχειν κατὰ τοῦ Ἰσραήλ. τρεῖς δὲ ὄντες οἱ ὑπὲρ τῶν ληνῶν, τρισὶν ἀνάκεινται προσώποις· ὁ μὲν η΄. τοῦ Δαυὶδ, ὁ δὲ π΄. τοῦ Ἀσάφ, ὁ δὲ μετὰ χεῖρας τοῖς υἱοῖς Κορέ. καὶ συμφώνως γε οἱ τρεῖς ἐπιγράφονται εἰς τὸ τέλος, ὡς οἶμαι, διὰ τὰς ἐν αὐτοῖς προφητείας, εἰς τὸ τέλος τῶν καιρῶν, καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ἐπιτελεσθείσας.

Πάλαι μὲν οὖν ὡς ἂν ἑνὸς ὑπάρχοντος ἀμπελῶνος, περὶ οὗ εἴρητο, ὁ γὰρ ἀμπελὼν κυρίου σαβαὼθ, οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ἐστί· μία ὥσπερ ληνὸς ἦν ἐν αὐτῷ, ἧς μέμνηται ὁ Ἡσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ κυρίου λέγων· καὶ ᾠκοδόμησα πύργον, καὶ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ. ἐσήμαινε δὲ ἄρα, διὰ μὲν τοῦ πύργου, τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεών· διὰ δὲ τοῦ προληνίου, τὸ πρὸς τῷ ναῷ θυσιαστήριον, ὅπερ οὐ ληνὸν ἀλλὰ προλήνιον ὠνόμασεν, εἰκότως· ἐπειδὴ τῶν νοητῶν τὰ σωματικὰ προηγεῖτο, καὶ πρὸ τῆς καινῆς διαθήκης, ἡ παλαιὰ σύμβολα καὶ εἰκόνας τῶν ἀληθῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἐφυλάττετο. διόπερ οὐ ληνὸς, ἀλλὰ προλήνιον ὠνομάζετο τὸ παρ' ἐκείνοις θυσιαστήριον. ὡς ἑνὸς δὲ τοῦ ἀμπελῶνος, μία ἦν πάλαι ληνὸς, καὶ ἑνὸς ναοῦ θυσιαστήριον. οἱ δὲ ἐν τῷ παρόντι δηλούμενοι τρεῖς ψαλμοὶ, οὐ περὶ μιᾶς, ἀλλὰ περὶ πολλῶν μνημονεύουσι ληνῶν, τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐκκλησιῶν τοῦτον δηλουμένων τὸν τρόπον. αὐτίκα διὰ τῶν προκειμένων εἴρηται μὲν ἐν τῇ προγραφῇ, ὑπὲρ τῶν ληνῶν· ἑξῆς δὲ ἐπιλέγεται· ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου κύριε τῶν δυνάμεων· μονονουχὶ σαφηνίζοντος τοῦ λόγου τὰς προτεταγμένας ληνοὺς, τίνες ποτὲ εἶεν. δηλοῖ γὰρ ταύτας εἶναι τὰ σκηνώματα τοῦ κυρίου, δηλαδὴ τὰς ἐκκλησίας αὐτοῦ, ἃς περὶ ὧν λευκότερον πάλιν ὀνομάζει λέγων· ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ κυρίου. καὶ αὖθις περὶ ὧν φησι· τὰ θυσιαστήριά σου κύριε δυνάμεων. καὶ ὅρα εἰ μὴ συμφώνως τῇ προγραφῇ ὑπὲρ τῶν ληνῶν περιεχούσῃ, πληθυντικῶς τὰ σκηνώματα εἴρηται, καὶ αὐλαὶ καὶ τὰ θυσιαστήρια, σαφῶς τοῦ λόγου οὐκέτι τὸ παλαιὸν ἓν σκήνωμα ἐν Ἱεροσολύμοις, οὐδὲ τὸ ἓν θυσιαστήριον τὸ αὐτόθι ἱδρυμένον, οὐδὲ τὴν αὐτόθι μίαν αὐλὴν, ἀλλὰ τὰ καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης θυσιαστήρια καὶ τὰ σκηνώματα καὶ τὰς αὐλὰς δηλοῦντος. ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλα φησὶν ἀγαπῶσι, καὶ περὶ πολλοῦ ποιοῦνται· ἐμοὶ δὲ ὦ κύριε τὰ σὰ σκηνώματα προσφιλῆ καὶ ἀγαπητὰ τυγχάνει, ἐν οἷς κατηξίωσας αὐτὸς ἅμα ἀνθρώποις τὰς διατριβὰς ποιησάμενος κατασκηνῶσαι, φήσας· ὅπου δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰσὶν εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. οὕτω δέ μοι προσφιλῆ καὶ ἀγαπητὰ τυγχάνει τὰ εἰρημένα, ὥστε δι' ὑπερβολὴν ἐπιθυμίας αὐτῶν ὁμολογεῖν ἐκλείπειν τὴν ψυχήν μου τῷ περὶ αὐτὰ πόθῳ νικωμένην, καὶ τῆς ζωῆς αὐτῆς,

tiant. LXXX. vero pro *torcularibus* quidem inscriptus est; sed non psalmus, quia contra Israëlem tristia quædam complectitur. Hi porro tres *pro torcularibus* inscripti, ad tres personas pertinent; octavus nempe ad Davidem, LXXX. ad Asaphum, hic vero quem tractamus ad filios Core. Atque pariter iidem tres inscribuntur *in finem*, idque, ut arbitror, ob prophetias quas efferunt, quæ in fine temporum & in consummatione sæculi completæ sunt.

Olim quidem cum una esset vinea de qua dictum est, *Nam vinea Domini Sabaoth, domus Israël est;* (Hesai. 5. 7.) unum ceu torcular in illa erat, cujus meminit Hesaïas ex persona Domini dicens: *Et ædificavi turrim, & protorcular fodi in ea.* (Hesai. 5. 2.) Per turrim vero, Jerosolymitanum fortasse templum significat, per protorcular autem, altare in templo situm: quod sane merito non torcular, sed protorcular vocavit, quia spiritualibus corporalia præibant, & novum testamentum a veteri præceditur, quod symbola imaginesque veritatis apud Judæos conservabat: ideo altare ipsorum non torcular, sed protorcular vocabatur. Ac cum una esset vinea, unum erat torcular, unius templi altare. Tres porro psalmi de quibus jam sermo, non unum, sed plura torcularia memorant, queis indicantur Ecclesiæ Servatoris nostri totum per orbem constitutæ. In præsenti vero, statim dicitur in titulo, *pro torcularibus;* mox subsumitur: *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!* quibus pene declaratur quænam illa præmissa tabernacula fuerint. Palam quippe dicitur esse tabernacula Domini, videlicet Ecclesias ejus, quas in sequentibus clarius his verbis commemorat: *Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* (3.) Sub hæc rursus ait: *Altaria tua, Domine virtutum.* Ac perpendas, quæso, annon pari, atque in titulo qui *pro torcularibus* scribitur, o ratione tabernacula pluraliter exprimantur, itidemque atria & altaria; ita ut non jam antiquum illud unum tabernaculum Jerosolymis situm, non unum ibidem positum altare, non unum atrium eodem consistens loco; sed universa per orbem altaria, tabernacula & atria hic Scriptura significet. Alii quidem, ait, alia diligunt & magni faciunt; mihi vero, Domine, tabernacula tua dilecta & amabilia sunt, in quibus ipse una cum hominibus morari sedesque ponere dignatus es; nam dicis: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, illic sum in medio eorum.* (Matth. 18. 20.) Ita porro mihi hæc jam memorata dilecta & amabilia sunt, ut fatear ex eorum concupiscentia animam meam, eorum amore victam, deficere, atque illam in atriis

tuis commorationem, vitæ quoque anteponere. Neque solum anima, sed & cor meum deficit; imo vero ipsum corpus & caro qua circumvestior. Hæc etenim ex vitæ illius quæ penes te est memoria, gaudio & lætitia replentur; ita ut vere dicam: *Cor meum & caro mea exsultaverunt in Deum vivum.* Deus quippe noster vivens, qui solus propriam & naturalem in se vitam possidet, imo potius omnis vitæ fons est, eam omnibus ad se accedentibus impertit. Quamobrem ipsa caro mea, quæ natura sua mortalis & corruptioni obnoxia est, gaudet & gratulatur; quia per eam immortalis vitæ consors, & divinæ gratiæ particeps futura est.

. Hæc autem ait Propheta, suum exhibens adversus ea quæ in prophetia enuntiantur studium & amorem. Ideo Servator noster
Matth. 13. 17. dicebat: *Multi prophetæ & justi voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.* Ait porro unà cum corde carnem ipsam exsultare in Deum vivum; queis, ut æstimo, ipsam Servatoris nostri ex mortuis resurrectionem adumbrat. Quia enim ii qui inter gentes dii existimantur, mortui & inanima-
Psal. 113. 4. ti sunt: nam *simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum*: hæc tamen illi olim homines venerabantur. Ego vero, inquit, non deum hujusmodi, sed Deum vivum contemplans, gaudio in corde repleor: ipsaque caro mea in hunc Deum exsultavit, utpote in Deum vere viventem & mortuos vivificantem, qui hanc ipsam carnem meam per resurrectionem suam reviviscere faciet. Quare cum anima caro ipsa exsultavit.
4. *Etenim passer invenit sibi domum, & turtur nidum sibi, ubi reponat pullos suos, altaria tua, Domine virtutum.* Et qui, ait, non æquum fuerit, ô Domine, altaria tua dilecta & amabilia esse fateri; quando ea refugium cuique
Psal. 123. 7. fuere qui dicere valeret, *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium*; ac rur-
Psal. 10. 1. sum ei qui dicat, *In Domino confido, quomodo dicetis animæ meæ, Transmigra in montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra.* Nam cum multi sint qui religiosi viri animam ceu laqueis intercipere, & retibus ceu venari conantur, cum ea ultro citroque evolet ac circumquaque se vertat, quod in hac mortali vita, requie nulla fruatur; in solis Dei tabernaculis receptum habere potuit. Quapropter dictum est, *Etenim passer invenit sibi domum*, pariterque turtur nidum; videlicet anima quæ in præsenti honestam & continentem exercet vitam, (hujusmodi namque esse illa avis dicitur,) ac quæ hominum malitiam luget & deplorat,

A προτιμᾶν τὰς ἐν ταῖς αὐλαῖς σου διατριβάς. καὶ οὐ μόνη γε ἡ ψυχή μου ἐκλείπει, ἀλλὰ καὶ ἡ καρδία μου· καὶ πρὸς τῇ καρδίᾳ μου, καὶ αὐτό μου τὸ σῶμα καὶ ἡ σὰρξ ἣν περιβέβλημαι. καὶ ταῦτα γὰρ ἐκ τῆς μνήμης τῆς παρά σοι ζωῆς χαρᾶς πληροῦται καὶ εὐφροσύνης, ὡς ἀληθεύοντά με λέγειν· ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ θεὸν ζῶντα. ζῶν γὰρ ὁ ἡμέτερος θεός, καὶ μόνος ἰδιόκτητον καὶ φυσικὴν ἐν αὐτῷ κεκτημένος ζωήν, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὢν ἡ πηγὴ πάσης ζωῆς, πᾶσι τοῖς πλησιάζουσι ταύτης μεταδίδωσι. διόπερ καὶ
B αὐτὴ ἡ φύσει θνητὴ καὶ φθαρτή μου σὰρξ χαίρει καὶ συγχαίρει, ἅτε δι' αὐτῆς κοινωνήσουσα αἰωνίου ζωῆς, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος μεταληψομένη.

Ταῦτα δέ φησιν ὁ προφήτης διδάσκων, ὁποῖον εἶχε ἔρωτα καὶ πόθον περὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ προφητευόμενα. διόπερ ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἔλεγε· πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον. τὴν σάρκα δέ φησιν ἅμα τῇ καρδίᾳ ἠγαλλιᾶσθαι ἐπὶ θεὸν ζῶντα, αἰνιττόμενος, ὡς οἶμαι, καὶ τοῦ σωτῆρος τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. ἐπειδὴ γὰρ οἱ τῶν
C ἐθνῶν νομιζόμενοι θεοί, νεκροὶ ἄψυχοι τυγχάνουσι· τὰ γὰρ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, ταῦτα δὲ ἐσέβον οἱ τότε ἄνθρωποι. ἐγώ φησιν οὐ τοιοῦτόν τινα θεόν, ἀλλὰ ζῶντα θεὸν προσθεωρῶν, τῇ καρδίᾳ εὐφραίνομαι. καὶ αὐτὴ δέ μου ἡ σὰρξ ἐπὶ τούτῳ τῷ θεῷ ἠγαλλιάσατο, ὡς ἐπὶ θεῷ ἀληθῶς ζῶντι καὶ ζωοποιοῦντι τοὺς νεκρούς, ὃς καὶ αὐτήν μου ζωοποιήσει τὴν σάρκα διὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀναστάσεως. διὸ πρὸς τῇ ψυχῇ καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσατο. καὶ γὰρ στρουθίον εὗρεν ἑαυτῷ οἰκίαν, καὶ τρυγὼν νοσσιὰν ἑαυτῇ, οὗ
D θήσει τὰ νοσσία αὐτῆς, τὰ θυσιαστήριά σου κύριε τῶν δυνάμεων. καὶ πῶς γὰρ οὐ δίκαιον φησί, προσφιλῆ καὶ ἀγαπητὰ ὁμολογεῖν εἶναι τὰ σκηνώματά σου ὦ κύριε, ὁπότε καταφυγὴ γέγονε παντὶ τῷ οἵῳ τε λέγειν, ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων· καὶ πάλιν τῷ φάσκοντι, ἐπὶ τῷ κυρίῳ πέποιθα, πῶς ἐρεῖτε τῇ ψυχῇ μου, μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον; ὅτι ἰδοὺ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐνέτειναν τόξον, ἡτοίμασαν βέλη εἰς φαρέτραν. πολλῶν γὰρ τὴν τοῦ θεοφιλοῦς ψυχὴν παγίσι μεταβάλλειν καὶ δικτύοις
E ὥσπερ θηρεύειν αὐτὴν πειρωμένων, διιπταμένην ὧδε κἀκεῖσε, καὶ πάντη περιποτῶσαν, τῷ μὴ ἔχειν ἀνάπαυσιν ἐν τῷ θνητῷ βίῳ, μόνα τὰ τοῦ θεοῦ σκηνώματα καταφυγὴ τῇ τοιαύτῃ γέγονε. διὸ εἴρηται· καὶ γὰρ στρουθίον εὗρεν ἑαυτῷ οἰκίαν, ἀλλὰ καὶ τρυγὼν νοσσιάν· ἡ κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν ζωὴν σεμνότητα καὶ σωφροσύνην ἀσκοῦσα ψυχή. τοιοῦτον γὰρ εἶναι λέγεται τὸ ὄρνεον, ἀποκλαιομένη καὶ θρηνοῦσα τὴν ἐν ἀνθρώποις κακίαν· εὗρε κα-

καταφυγὴν καὶ αὐτὴ τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἱδρυθέντα διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ σου διδασκαλίας θυσιαστήρια. ἔνθα, ὥσπερ ἐν καλιαῖς καὶ νεοττιαῖς τὰ ἀρτιγενῆ καὶ νεογνὰ τῶν αὐτῆς τέκνων ἀποθήσεται, ἀσφαλῆ καὶ ἀνεπιβούλευτον εὑροῦσα τοῖς ἑαυτῆς νεοττοῖς μονήν· ὥστε εἶναι τὰ θυσιαστήριά σου, στρουθίῳ μὲν οἰκίαν, καλιὰν δὲ τρυγόνι. ταῦτα γὰρ τὰ ὄρνεα, τὸ στρουθίον λέγω, καὶ ἡ τρυγὼν, πάλαι μὲν πρὸ τοῦ συστῆναι τὰ πανταχοῦ γῆς θυσιαστήρια, οὐκ εἶχε καταφυγήν· ἐπλανᾶτο δὲ μακροῖς χρόνοις, ἐν οἷς ἠλαύνετο καὶ ἐδιώκετο πρὸς τῶν θηρευτῶν. διὸ B δὴ ἔλεγεν ὁ δίκην στρουθίου ἐλαυνόμενος, ἐπὶ τῷ κυρίῳ πέποιθα, πῶς ἐρεῖτε τῇ ψυχῇ μου, μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον; καὶ ῥυσθέντες γε ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν, ὡμολόγουν λέγοντες καὶ αὐτοί· ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων. ἀφανεῖς οὖν καὶ ἀόρατοι οἱ θηρευταὶ ταῖς τὸν οὐράνιον καὶ μετάρσιον βίον μεταδιωκούσαις ψυχαῖς ἐπιβουλεύοντες, δίκτυα καὶ παγίδας ἱστῶντες, θήρατρά τε παντοῖα κατεσκεύαζον εἰς ἐπιβουλὴν αὐτῶν. καὶ ταῦτά γε παρεστήσατο διὰ τοῦ προηγουμένου ψαλμοῦ ἐν ᾧ εἴρητο· ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἤχησαν, καὶ οἱ μισοῦντές σε ἦραν κεφαλήν. ἐπὶ τὸν C λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμην, ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ὁσίων σου. κατὰ τούτους τῶν διωγμῶν καιροὺς, καθ' οὓς οἱ ἐχθροὶ τοῦ θεοῦ τὸν λαὸν αὐτοῦ πολεμοῦντες ἤλαυνον, οἱ τοῦ θεοῦ ἄνθρωποι δίκην στρουθίων ὧδε κἀκεῖσε περιφεύγοντες, ὕστερόν ποτε εἰρήνης καταξιωθέντες, εὗρον τὰ σκηνώματα τοῦ θεοῦ, καὶ τὰς αὐλὰς αὐτοῦ, καὶ τὰ θυσιαστήρια καταφυγὴν ἑαυτοῖς καὶ ἀνάπαυσιν. εἴποις δ' ἂν τοὺς μὲν εὐζώνους καὶ τὸν μονήρη βίον ἐπανῃρημένους, εἶναι στρουθίον, τοὺς δὲ παιδοποιίας καὶ τῆς ἄλλης οἰκονομίας πρόνοιαν πεποιημένους τὴν τρυγόνα, ἣν τῷ θεῷ φησι προσφέρειν δεῖν D τοὺς ἑαυτῆς νεοττοὺς καὶ ἀνατιθέναι αὐτοὺς, ὡς ἐν καλιᾷ ἐν τοῖς θυσιαστηρίοις αὐτοῦ.

Ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ θεός μου, μακάριοι πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνέσουσί σε. Διάψαλμα. διὰ τί προσφιλῆ μοι τυγχάνει καὶ ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, καὶ τίνος ἕνεκα ἐκλείπει ἡ ψυχή μου περὶ αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου ἐπὶ τίνι ἠγαλλιάσατο; ἐπειδήπερ εὗρεν ἑαυτῷ στρουθίον οἰκίαν καὶ τρυγὼν νοσσιὰν, τὰ θυσιαστήρια σου, κύριε τῶν δυνάμεων. παρ' οἷς θυσιαστηρίοις E οἱ μὴ πρὸς βραχὺ διατρίβοντες, ἀλλ' εἰς τὸ διηνεκὲς κατοικοῦντες, καὶ παραμόνως ἐμμένοντες, τρισμακάριοι τυγχάνουσι. τοῦτο δ' εἰπὼν, πάντα τὰ παρὰ Μωσεῖ νόμιμα περιέγραψεν. οὐ γὰρ μακαρίους εἶπε τοὺς ἐμπεριτμήτους, οὐδὲ τοὺς τὰ σάββατα φυλάττοντας, οὐδὲ τοὺς τὰς παρὰ Μωσεῖ θυσίας, καὶ τὰς λοιπὰς τοῦ σωματικοῦ νόμου ἐντολὰς ἐπιτηροῦντας, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἀπογόνους Ἀβραὰμ, οὐδὲ τὸν Ἰσραὴλ, οὐδὲ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος· ἀλλ' ἁπαξαπλῶς ἅπαντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ. τί γὰρ ἂν γένοιτο ἀληθῶς

A ipsa perfugium reperit, nimirum altaria in toto orbe per Christi doctrinam excitata: ubi ceu in nido ac receptaculo recens natam ac teneram prolem deponet, tutum insidiisque vacuum nacta pullis suis domicilium: ita ut altaria tua passeri pro domo, turturi pro nido habeantur. Hæ quippe aves, passer scilicet & turtur, olim antequam per totum orbem altaria exstruerentur, nullum habuere perfugium, at diuturno tempore errabundæ pellebantur & captabantur B a venatoribus. Ideo qui ceu passer pellebatur, hæc dicebat: *In Domino confido, quomodo dicetis animæ meæ, Transmigra in montem sicut passer?* Psal. 10. 1. Iidem vero ipsi ex inimicorum manibus erepti, hæc confitebantur: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.* Psal. 123. 7. Occulti ergo & invisibiles venatores, animabus cœlesti ac sublimi vitæ operam dantibus insidiantes, retia & laqueos tendebant, ac venabula cujusvis generis adornabant ad insidias parandas. Quæ in præcedenti his verbis enuntiata sunt: *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te* C *extulerunt caput. Super populum tuum malignaverunt consilium, cogitaverunt adversus sanctos tuos.* Persequutionum tempore, quo inimici Dei populum ejus impugnabant vexabantque, Dei homines instar passerum huc illuc fugientes, demum oblata pace, tabernacula, atria & altaria Dei in perfugium ac requiem invenerunt. E re autem dixeris, expeditos illos milites, qui monasticam vitam amplexi sunt, pro passeribus habendos esse; eos autem qui liberis dant operam, & reliquis vitæ negotiis & curis se dedunt, turturis D vicem agere: quam jubet offerre Deo pullos suos, eosque in altaribus ceu in nido deponere & consecrare.

Rex meus & Deus meus, beati omnes qui habitant in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te. Diapsalma. 5. Quare dilecta & amabilia mihi sunt tabernacula tua, & cur desiderio eorum deficit anima mea, ad hæc etiam in quo exsultavit cor meum & caro mea? Quia *passer invenit sibi domum, & turtur nidum, altaria tua, Domine virtu-* E *tum.* In quibus altaribus qui non ad breve tempus, sed assidue & perseveranter commorantur & habitant, ter beati sunt. His porro dictis legalia omnia a Moyse tradita circumscribit & ablegat. Non enim beatos dixit circumcisos, non eos qui sabbata observant, non Mosaïcorum sacrificiorum cæterorumque corporalis legis præceptorum cultores, neque etiam eos qui ex Abrahami stirpe sunt, non Israëlem, neque Judaïcam gentem; sed simpliciter omnes qui habitant in domo Dei. Quid beatius enim

fuerit, quam Deum suum & Dominum vir- A
tutum in regem sibi adscribere, & in domo
ejus perpetuo habitare, ex quo Dei immor-
talitas & æterna vita comparatur? Id sane
declarat illud, *Qui habitant in domo tua, in
secula seculorum laudabunt te.* Qua ratione
autem quis valeat in sæcula sæculorum De-
um laudare, nisi & ipse perpetuo maneat,
ac æternam immortalemque possideat vi-
6. tam? *Beatus vir cujus est auxilium abs te, ad-*
7. *scensiones in corde suo disposuit in valle lacry-*
marum, in loco quem posuit. Postquam seriem
verborumque sententiam absolverat, a Dia- B
psalmate sermonis mutationem orditur.
Quamobrem cum superius eos qui habitant
in domo Dei beatos pluraliter dixisset; hic
unum quempiam in primis beatum prædi-
cat. Quem vero, nisi eum qui in valle lacry-
marum Dei patrocinio dignatur, qui etiam
adscensiones Dei habet in corde suo? Hunc
quippe virum rursus beatum dicit; non au-
tem corporalium Mosis præceptorum cul-
torem. Talis porro est quisquis in hac mor-
tali & humana vita seipsum deplorat; & ter-
renam hanc vitam, quam vallem lacryma-
rum sermo nuncupat, gravate & ægre susti- C
net: quia hujus vitæ res fletu dignæ sunt,
atque homines in terra degentes lacrymis
deploranda perpetrant; & quia sancti Dei
in hac vita fletibus, gemitibus & ærumnis
traditi sunt secundum Apostolum. Quis-
quis ergo in valle lacrymarum, id est in mor-
tali vita patrocinio Dei fruitur, vere bea-
tus fuerit, quando maxime adscensiones Dei
in corde ejus positæ sunt. Cum enim alii ho-
mines mortalibus cogitationibus in peccata
omnis generis detrahantur, dæmonumque
conatibus ac malignorum spirituum sug- D
gestionibus supplantentur; qui eorum ma-
chinis non capitur, sed Dei gratiâ adscen-
siones bonas & a Deo missas cogitationes
in corde suo possidet, hic vere beatus; qui
etiam in domo Dei semper habitat, & quasi
sacerdos quispiam soli Dei cultui vacat, sane
& beatus ille: primo quia in omnibus acti-
bus suis Deum habet susceptorem & patro-
num; deinde quia adscensiones Dei in cor-
de possidet; quibus adscensionibus signifi-
cantur cogitationes bonæ, quæ ex Dei nu-
tu in memoriam ejus qui beatus prædica- E
tur adscendunt & accurrunt. Id porro intel-
Matth. 10. 19. ligas, si huic dicto conferas illud: *Cum perse-*
quentur vos, & adducent in concilia, nolite co-
gitare quomodo aut quid loquamini: dabitur
Ephes. 6. 19. *enim vobis sermo in apertione oris vestri. Non*
enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Pa-
tris vestri, qui in cælis est, qui loquitur in vo-
bis. Nam is in quo Spiritus Dei loquitur, in
corde adscensiones Dei obtinet. Unde me-

μακαριώτεροι τοῦ βασιλέα μὲν τὸν θεὸν αὐτοῦ, καὶ τὸν κύριον τῶν δυνάμεων ἐπιγράφεσθαι, οἰκεῖν δὲ τὸν οἶκον αὐτοῦ διηνεκῶς, ἐξ οὗ πορίζεται ἡ τοῦ θεοῦ ἀθανασία καὶ ἡ αἰώνιος ζωή. τοῦτο γοῦν παρίστησιν ὁ λόγος φάσκων, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνέσουσί σε οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου. πῶς δ' ἂν ἄλλως δυνηθείη τις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων τὸν θεὸν αἰνεῖν, ἢ διαιωνίζων καὶ αὐτός, ἀΐδιόν τε καὶ ἀθάνατον κεκτημένος ζωήν; μακάριος ἀνὴρ οὗ ἐστιν ἀντίληψις αὐτοῦ παρὰ σοῦ, ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο, εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος, εἰς τὸν τόπον ὃν ἔθετο. πληρώσας τὸν εἱρμὸν καὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς διανοίας, μεταβολῇ κέχρηται τοῦ λόγου ἀπὸ διαψάλματος. διὸ πρότερον ἀνωτέρω πληθυντικῶς μακαρίους τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ εἰπών, ἐνταῦθα ἕνα τινὰ μακαρίζει κατὰ ἐξαίρετον· τίνα δὲ τοῦτον, ἢ τὸν ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ κλαυθμῶνος ἀντιλήψεως τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ ἠξιωμένον, τὸν καὶ ἀναβάσεις ἐσχηκότα θεοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ; τοῦτον γὰρ τὸν ἄνδρα πάλιν μακαρίζει· ἀλλ' οὐ τὸν τῶν παρὰ Μωσεῖ σωματικῶν ἐντολῶν φύλακα. τοιοῦτος δέ ἐστι πᾶς ὁ ἀποκλαιόμενος ἑαυτὸν ἐν τῷ θνητῷ καὶ ἀνθρωπίνῳ βίῳ, καὶ τὴν ἐπίγειον ταύτην ζωὴν βαρούμενος, ἣν κοιλάδα κλαυθμῶνος ὁ λόγος ὀνομάζει, διὰ τὸ κλαυθμοῦ ἄξια εἶναι τὰ ἐνταῦθα, κλαυθμοῦ τε ἄξια πράττειν τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὸ τοὺς ἁγίους τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀποκλαίεσθαι, στενάζοντας καὶ βαρυνομένους κατὰ τὸν ἀπόστολον. πᾶς οὖν ὁ ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ κλαυθμῶνος, τουτέστιν ἐν τῷ θνητῷ βίῳ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ ἀντιλήψεως τυγχάνων, μακάριος ἀληθῶς ἂν εἴη, ὅτε μάλιστα ἀναβάσεις τοῦ θεοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ γίνονται. τῶν γὰρ ἄλλων ἀνθρώπων θνητοῖς λογισμοῖς καθελκομένων εἰς πᾶν εἶδος ἁμαρτίας, ἀλλὰ καὶ δαιμόνων ἐπιβολαῖς, καὶ πονηρῶν πνευμάτων ἐνθυμήσεσι ὑποσκελιζομένων, ὁ μὴ τούτοις ἁλισκόμενος, κατὰ δὲ θεοῦ χάριν ἀναβάσεις ἀγαθὰς καὶ λογισμοὺς ἐκ θεοῦ πεμπομένους ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ κτώμενος, οὗτος ἀληθῶς μακάριος, ὁ καὶ διὰ παντὸς κατοικῶν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ, καὶ ὥσπερ ἱερεύς τις μόνῃ τῇ λατρείᾳ τοῦ θεοῦ σχολάζων· καὶ μακάριος οὗτος, ἅτε πρῶτον μὲν ἀντιλήπτορα ἔχων τὸν θεὸν βοηθοῦντα αὐτῷ, καὶ ἀντιλαμβανόμενον ἐν πάσαις αὐτοῦ ταῖς πράξεσιν· ἔπειτα κεκτημένος ἀναβάσεις θεοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀγαθοὺς δὲ λογισμοὺς σημαίνουσιν αἱ ἀναβάσεις καὶ ἀγαθὰς ἐνθυμήσεις τὰς κατὰ θεοῦ βουλὴν ἀνιούσας καὶ ἀνατρεχούσας ἐπὶ τὴν μνήμην τοῦ μακαριζομένου. νοήσεις δὲ τοῦτο παραθείς, τὸ, ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς καὶ ἄγωσιν εἰς συνέδρια, μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσητε· δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ὁ λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ὑμῶν. οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. ἐν ᾧ γὰρ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ λαλεῖ, τούτου ἀναβάσεις θεοῦ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ γίνονται. διὸ εἰκότως

κόπως μακαρίζεται. οὗτος δὲ αὐτὸς ἐν τῷ χωρίῳ τοῦ κλαυθμῶνος, τουτέστιν ἐν τῷ περιγείῳ τόπῳ, τὴν τοῦ θεοῦ διαθήκην καὶ τὰ λόγια αὐτοῦ πρεσβεύων διέθετο.

Ἀντὶ δὲ τοῦ, διέθετο εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος, ὁ Σύμμαχος φησί, περιοδεύων κοιλάδα ἔκλαιεν. κοιλάδα δὲ κλαυθμῶνος ἐν τούτοις τὸν ἀνθρώπινον ἔφαμεν δηλοῦσθαι βίον, ὃν ὁ μακαριζόμενος παροδεύων καὶ παρατρέχων, ὥσπερ τις πάροικος καὶ παρεπίδημος τὴν ἐπουράνιον ἑαυτοῦ πατρίδα ποθῶν, ἀποκλαίεται κλαυθμὸν τὸν μακαριοποιὸν κατὰ τὸ, μακάριοι οἱ κλαίοντες. οἷος ἦν ὁ Παῦλος λέγων, ἡμεῖς οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει, στενάζομεν βαρούμενοι. ἀντὶ δὲ τοῦ, εἰς τόπον ὃν ἔθετο, ὁ μὲν Ἀκύλας φησί, πηγὴν θήσονται αὐτήν· ὁ δὲ Σύμμαχος, πηγὴ τάξεται. τίνα δὲ αὐτήν φησιν πηγὴν θήσονται, ἢ δηλονότι τὴν κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος; ὅλον γοῦν οὕτως ἡρμήνευσεν ὁ Ἀκύλας εἰπών, παρερχόμενοι ἐν κοιλάδι τοῦ κλαυθμοῦ, πηγὴν θήσονται αὐτήν. δηλοῖ δὲ διὰ τούτων ὡς ἄρα οἱ πάροικοι καὶ παρεπίδημοι ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, τὴν τῶν ἀνθρώπων κοιλάδα πηγὴν θήσουσι, ἢ τάξουσι πηγὴν κατὰ τὸν Σύμμαχον, τὴν ἔνθεον διδασκαλίαν τοῦτον ὀνομάσαντες τὸν τρόπον. πηγὴ γὰρ ζωῆς καὶ ποτὸν ἀθανασίας ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ κλαυθμῶνος, τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ καταβέβληται ὑπὸ τῶν τοῦ θεοῦ ἀνθρώπων, διὰ τῆς ζωοποιοῦ καὶ θεοσεβοῦς διδασκαλίας, ἣν αὐτοὶ μετῆλθον, καὶ ἑτέροις καταλελοίπασιν ἐν ταῖς ἑαυτῶν γραφαῖς. τούτοις δὲ αὐτοῖς φησιν εὐλογίας μισθὸν τοῦ κλαυθμοῦ καὶ καρπὸν ἐπάξιον δώσει ὁ νομοθέτης αὐτῶν. τίσι δὲ τούτοις δώσει τὰς εὐλογίας, ἢ δηλονότι τοῖς ἐν τῇ κοιλάδι ταύτῃ ἀποκλαομένοις καὶ πηγὴν ἐν αὐτῇ θεμένοις; ἀντὶ δὲ τοῦ, ὁ νομοθετῶν, ὁ μὲν Ἀκύλας, πρώϊμος ὠνόμασεν, ὁ δὲ Σύμμαχος, ὁ ὑποδείκτης. ἡ δὲ ε΄. ἔκδοσις, ὁ φωτίζων. ἄλλη δέ τις παρὰ ταῦτα ἔκδοσις ἕκτη, ὁ διδάσκων. ὥστε ἐξ ἁπάντων τὸν σωτήριον λόγον ὑπονοεῖν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ νομοθετῶν· αὐτὸς καὶ ὁ φωτίζων καὶ ὁ διδάσκων. αὐτὸς καὶ ὁ πρώϊμος, αὐτὸς καὶ ὁ ὑποδείκτης, καθ' ἑκάστην ἐπίνοιαν τῶν ἐν αὐτῷ δυνάμεων ταύταις χρώμενος ταῖς ἐπωνυμίαις, παρ' οὗ οἱ ἐν τῇ κοιλάδι κλαίοντες μεταλαβόντες εὐλογίας, πορεύσονται τὴν ἑαυτῶν πορείαν διανύοντες, καὶ δυναμούμενοι ὁσημέραι· ὡς ἀεὶ προκόπτειν ἐπιδιδόναι ἐκ δυνάμεως βραχυτέρας ἐπὶ δύναμιν μείζονα, καὶ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, ὥς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος λέγων, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν· ὅθεν καὶ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπών· ὁδεύσουσιν ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν.

Ὀφθήσεται ὁ θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών. κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, ἐνώτισαι ὁ θεὸς Ἰακώβ. εἰπών, εὐλογίας δώσει ὁ νομοθετῶν, ἀκολούθως διδάσκει ὅπως. δώσει τοῖς ἐν τῇ κοιλάδι τὰς εὐλογίας. πῶς οὖν, φησι, δώσει, ἀλλ' ἢ καταξιώ-

A rito beatus prædicatur. Is ipse in loco fletus, id est, in loco terreno, Dei testamentum & eloquia ejus ceu legatione fungens *disposuit*.

Pro illo autem, *Disposuit in valle lacrymarum*, Symmachus sic habet, *Pregrediens vallem plorabat*. (Symmachi.) Hic porro per vallem lacrymarum, humanam vitam indicari diximus, quam is qui beatus prædicatur pertransiens & transcurrens quasi advena quispiam & peregrinus, cœlestis patriæ amore flagrans, fletibus lacrymisque beatitudinem parientibus sese macerat, secundum illud: B *Beati qui lugent*. (Matth. 5. 5.) Qualis erat Paulus qui talia fatur: *Nos qui sumus in tabernaculo, ingemiscimus gravati*. (2. Cor. 5. 4.) Pro illo autem, *In loco quem posuit*, Aquila, *Fontem ponent eam*; (Aquilæ.) Symmachus vero, *Fons ordinabitur*. (Symmachi.) Quem, inquit, fontem ponent, nisi vallem lacrymarum? Totum autem locum sic Aquila interpretatur: *Pertranseuntes in valle fletus, fontem ponent eam*. (Aquilæ.) His porro significat, advenas & peregrinos in hac vita, hominum vallem in fontem posituros, sive fontem ordinaturos C esse ex Symmacho, hacque voce divinam doctrinam appellant. (Symmachi.) Fons quippe vitæ potus immortalitatis in valle fletus a Dei & hominibus apud hominum genus constituitur, per vivificam scilicet & piam doctrinam, quam cum ipsi adierunt, tum aliis per scripta sua reliquerunt. Iis vero ipsis in lacrymarum mercedem condignumque fructum, 8. benedictionem rependet ipsorum legislator. Quibusnam benedictionem impertiet, nisi iis qui in hac valle lacrymis dediti, fontem in illa posuerint? Pro illo autem, *Legis-* D *lator*; Aquila, *matutinus*; Symmachus vero, *Commonstrator*, dixit; Quinta autem editio, *Qui illuminat*; alia item quædam Sexta editio, *Qui docet*. (Aquilæ. Symmachi. Quintæ. Sextæ.) Ita ut ex omnibus salutare Verbum indicari, subintelligere liceat. Ipse namque est legislator, illuminator, doctor, idemque matutinus, & commonstrator; secundum singulas virtutum suarum rationes his usus vocabulis. A quo benedictionem nacti qui in valle lacrymantur, ibunt, iter suum perficientes ac in dies roborati; ita ut semper proficiant, & ex mi- E nori in majorem virtutem accedant, & a gloria in gloriam, ut ait divinus Apostolus: *In eamdem imaginem transformati a gloria in gloriam*. (2. Cor. 3. 18.) Quare Symmachus sic interpretatus est: *Iter facient ex virtute in virtutem*. (Symmachi.)

9. *Videbitur Deus deorum in Sion. Domine Deus virtutum exaudi orationem meam, auribus percipe Deus Jacob*. Postquam dixerat, *Benedictionem dabit legislator*, apposite docet qua ratione versantibus in valle hominibus benedictionem daturus sit. Quo pacto dabit,

nisi dignatus in terra conspici? Admodum A consequenter, vaticinatus torcularia Dei per totum orbem multa futura esse, tabernacula item plura, atria quoque & altaria quam plurima, causam adfert cur hæc omnia in terra constituenda sint? Quænam porro sit illa, docet his verbis, *Videbitur Deus deorum in Sion;* adventum Dei ad homines & conspectum ejus aperte declarans. Deus autem deorum Dei Verbum vocatur, ita ut intelligatur deos esse, beatos & religiosos viros, ad quos factum est Verbum Dei: quibus etiam dictum est, *Ego dixi, Dii estis;* &, B *Deus stetit in synagoga deorum;* &, *Deus deorum Dominus loquutus est, & vocavit terram.* In his nanique non alius Deus deorum vocatus est, quam is solus qui in principio Verbum erat apud Deum: qui scilicet munere suo & ejusdem Spiritus participatione deos illos effecit. Deos namque illos esse dicit, ad quos sermo Dei factus est. Deinde vero Christum nominatim memorat in oratione dicens, *Et respice in faciem Christi tui.* Pro illo autem, *Videbitur Deus deorum in Sion,* Aquila sic habet, *Videbitur fortis Deus* C *in Sion.* Quisnam vero sit ille, qui visibilis oculisque spectabilis futurus est, deinde declarat hoc modo: *Auribus percipe Deus Jacob.* Nam hic ipse erat Dei Verbum, qui olim Jacobo hominis specie visus, sic eum affatus est: *Non ultra vocabitur nomen tuum Jacob; sed Israël erit nomen tuum: quia fortis fuisti cum Deo, & cum hominibus potens eris.* Quare vir ille religiosus, cum persentisceret eum qui ipsius Deus vocatur, ait: *Vidi Deum facie ad faciem, & salva facta est anima mea.* Is ipse Deus, inquit, qui Jacobo visus D est, rursus videbitur in Sion, Dei Verbi adventum in homines hisce manifeste declarans. Hunc Deum Jacob invocans, adven-

10\. tum maturare suum rogat. *Protector noster adspice Deus.* Quosnam adspicere rogat, nisi eos qui in valle lacrymarum adflictione premuntur? Deinde vero subjungit: *Et respice in faciem Christi tui,* rogans Dei Verbi adventum ad Christum suum, quem ex semine David induit, accelerari. Quamobrem Aquila sic habet, *Clypee noster vide, Deus,* E *& converte vultum uncti tui.* Symmachus vero, *Protector noster vide, Deus, & adspice vultum Christi tui.* Hæc porro precantur ii, qui totum psalmum pronuntiant: hi autem erant Dei Prophetæ, qui a spiritualibus inimicis servati fuerant, & a bello ad pacem translati, divino afflante spiritu tabernacula Dei prospiciebant, atriorum & altarium ejus percupidi. Qui etiam Dei Verbum, suum in tempore belli protectorem factum, obsecrant ut ad faciem Christi sui respiciat, ut

Psal. 81. 6.
Psal. 81. 1.
Psal. 49. 1.
Aquila.
Gen. 32. 28.
Ibid. 30.
Aquila.
Symmachi.

A σαι ὀφθῆναι ἐπὶ τῆς γῆς; σφόδρα δὲ ἀκολούθως θεσπίσας ὁ λόγος ληνοὺς θεοῦ πλείστας μέλλειν ἔσεσθαι καθ' ὅλης οἰκουμένης, καὶ σκηνώματα πλεῖστα καὶ αὐλὰς πλείους, καὶ θυσιαστήρια πλεῖστα, ἐπάγει τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἤμελλε ταῦτα πάντα ἐπὶ γῆς συνίστασθαι. τίς δὲ ἦν ἡ αἰτία διδάσκει λέγων· ὀφθήσεται ὁ θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών· σαφῶς παρουσίαν εἰς ἀνθρώπους θεοῦ καὶ φανέρωσιν αὐτοῦ διδάσκων. θεὸς δὲ θεῶν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ὠνόμασται, νοουμένων ἡμῖν θεῶν τῶν μακαρίων καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο· οἷς καὶ εἴρηται· ἐγὼ εἶπον θεοί ἐστε, B καί, ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, καί, θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν. καὶ γὰρ ἐν τούτοις θεὸς θεῶν οὐδ' ἄλλος ἢ μόνος ὁ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεὸν λόγος ἀνηγόρευται· ὃ δὴ καὶ θεοὺς αὐτοὺς διὰ τῆς αὐτοῦ χορηγίας καὶ μετοχῆς τοῦ αὐτοῦ πνεύματος ἀπεργασάμενος. θεοὺς γὰρ εἶναί φησιν ἐκείνους, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο. ἑξῆς δ' οὖν καὶ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ μνημονεύει, λέγων ἐν εὐχῇ· καὶ ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου. ἀντὶ δὲ τοῦ, ὀφθήσεται ὁ θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών, ὁ Ἀκύλας φησίν, ὀφθήσεται ἰσχυρὸς θεὸς ἐν Σιών. C τίς δ' ἂν εἴη οὗτος ὁ μέλλων ὁρατὸς καὶ ὀφθαλμοῖς θεατὸς ἔσεσθαι, διδάσκει προϊὼν καὶ λέγων· ἐνώτισαι ὁ θεὸς Ἰακώβ. οὗτος γὰρ ἦν αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ὁ πάλαι καὶ τῷ Ἰακὼβ ἐν ἀνθρώπου σχήματι ὀφθείς, φήσας τε πρὸς αὐτόν, οὐκ ἔτι κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακώβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου· ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατός. ἐφ' ᾧ καὶ ὁ θεοφιλὴς συνησθόμενος τοῦ χρηματίζοντος αὐτῷ θεοῦ, φησί· ἴδον θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. αὐτὸς οὖν ἐκεῖνος ὁ θεὸς ὁ τῷ Ἰακὼβ ὀφθεὶς αὖθις D ὀφθήσεταί φησιν ἐν Σιών, διαρρήδην τὴν τοῦ θεοῦ λόγου εἰς ἀνθρώπους ἐπιφανείας τοῦτον σημαινομένης τὸν τρόπον. αὐτὸν δὴ οὖν τοῦτον τὸν θεὸν Ἰακὼβ ἐπικαλούμενος, ἐπισπεῦσαι τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἱκετεύει. ὑπερασπιστὰ ἡμῶν ἴδε ὁ θεός. τίνας δέ φησιν ἴδε, ἀλλ' ἢ τοὺς ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ κλαυθμῶνος καταπονουμένους; ἐπιλέγει δὲ ἑξῆς· καὶ ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου, εὐχόμενος ἐπιταχῦναι τὴν τοῦ θεοῦ λόγου εἰς τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, ὃν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἐνεδύσατο, παρουσίαν. διὸ καὶ ὁ Ἀκύλας φησί, θυρεὲ ἡμῶν ἴδε E θεέ, καὶ ἐπίστρεψον πρόσωπον ἠλειμμένου σου· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὑπερασπιστὰ ἡμῶν ἴδε ὁ θεός, καὶ πρόσβλεψον τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου. ταῦτα δὲ εὔχονται οἱ τὸν πάντα ψαλμὸν λέγοντες· οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τοῦ θεοῦ προφῆται, οἱ διασωθέντες ἀπὸ τῶν νοητῶν πολεμίων, καὶ μεταβαλόντες ἀπὸ πολέμου εἰς εἰρήνην, τά τε σκηνώματα τοῦ θεοῦ λοιπὸν τῷ θείῳ πνεύματι προορῶντες, καὶ τὰς αὐλὰς αὐτοῦ καὶ τὰ θυσιαστήρια ποθοῦντες. οἳ καὶ παρακαλοῦσι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, τὸν ἐν τῷ καιρῷ τῶν πολέμων ὑπερασπιστὴν αὐτῶν γενόμενον, ἐπιβλέψαι ἐπὶ τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ἵν' ἐπιφα-

νέντος αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα Χριστὸν ἀναλαβόντος, λύσις μὲν γίνηται προτέρων κακῶν τοῖς πᾶσιν· ἀγαθὰ δὲ διὰ τοῦ Χριστοῦ τὸ τῶν ἀνθρώπων διαδέξηται γένος.

Ὅτι κρείσσων ἡμέρα μία ἐν ταῖς αὐλαῖς σου ὑπὲρ χιλιάδας. τῆς τοῦ θεοῦ παρουσίας τὴν μίαν, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἡμέραν πολὺ κρείττω χιλιάδων καὶ προτιμοτέραν ὁ τὸν παρόντα ψαλμὸν λέγων ἡγεῖται. αἰνίττεσθαι δὲ ἡγοῦμαι διὰ τῶν χιλιάδων τὸν χρόνον τῆς συστάσεως τῆς Ἱερουσαλήμ. ἐν ὅλοις γὰρ χιλίοις ἔτεσι συνέστη ὁ ἐν αὐτῇ νεώς. τοσαῦτα γὰρ ἦν τὰ ἀπὸ τῆς Σολομῶνος κατασκευῆς τοῦ ναοῦ μέχρι τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας, ἃ καὶ αὖθις δηλοῦσθαι ἡγοῦμαι διὰ τοῦ πθ'. ψαλμοῦ, ὃς ἐπιγέγραπται μὲν, προσευχὴ Μωσέως, φησὶ καὶ προϊὼν, ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου ὡσεὶ ἡμέρα ἡ ἐχθὲς, ἥτις διῆλθε, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτί. τῆς οὖν χιλιάδος ἐκείνης ἡ μία ἡμέρα τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν προκριτέα καὶ προτιμοτέρα τυγχάνει τῷ ταύτης ἐπιθυμητῇ γενομένῳ. διὸ εὔχεται ταχῦναι τὴν παρουσίαν αὐτοῦ λέγων· ἴδε ὁ θεὸς, καὶ ἐπίβλεψον εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ χριστοῦ σου, ὅτι κρείσσων ἡμέρα μία ἐν ταῖς αὐλαῖς σου ὑπὲρ χιλιάδας. οὐ πάντως δὲ πληθυντικῶς ἀκουστέον τῶν χιλιάδων· παρὰ γὰρ Ἑβραίοις αὕτη ἡ λέξις μίαν χιλιάδα σημαίνει, ὡς παντὶ τῷ ἐπιστήσαντι δῆλον ἔσται. καὶ ἐπειδήπερ ἡ μία ἡμέρα προτιμοτέρα ἐστὶ τῆς χιλιάδος ἐν ταῖς αὐλαῖς ταῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης, διὰ τῆς θεοφανείας τοῦ προφητευομένου θεοῦ ἱδρυθείσαις· διὰ τοῦτο καὶ ἀνωτέρω ἔλεγεν· ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ κυρίου. καὶ πάλιν ἐπειδήπερ ἀνωτέρω ἔλεγε τὸ, μακάριοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τῷ οἴκῳ σου, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνέσουσί σε· τούτῳ πιστεύων καὶ ἀκριβῶς πεπεισμένος ἀληθῆ εἶναι τὸν λόγον, διὰ τοῦτό φημι, ἐξελεξάμην παραῤῥιπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ μου, μᾶλλον ἵν' ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ὢν, δυνώμαι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων αἰνεῖν τὸν θεόν. μᾶλλον δὲ ἐξελεξάμην ὥσπερ τὴν μίαν ἡμέραν ὑπὲρ τὴν χιλιάδα, οὕτως τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, μᾶλλον ἢ οἰκεῖν ἐν πολλοῖς σκηνώμασι τῶν ἁμαρτωλῶν. μιμήματα γὰρ τῶν σκηνωμάτων τοῦ θεοῦ, καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἑαυτοῖς κατεσκεύασαν. ἀλλὰ τὰ μὲν τοῦ θεοῦ ἀγαπητὰ τυγχάνει, μίσους δὲ ἄξια τὰ τῶν ἁμαρτωλῶν. ὅτι ἔλεος καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ κύριος ὁ θεὸς, χάριν καὶ δόξαν δώσει κύριος. ἀντὶ τοῦ, ὅτι ἔλεον καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ κύριος, ὁ Ἀκύλας φησὶν, ὅτι ἔλεος καὶ θυρεὸς κύριος ὁ θεός. καὶ ἡ ε'. ἔκδοσις, ὅτι * ἥλιος καὶ σκεπαστὴς κύριος ὁ θεός· καὶ ὁ Σύμμαχος δὲ τούτοις συμφώνως, ὅτι ἥλιον ὠνόμασε. διὰ τοῦτο γάρ φησιν, ἐκείνη ἡ μία ἡμέρα κρείσσων ἐστὶ χιλιάδων, ἐπειδήπερ αὐτῆς ὁ κύριος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ἥλιος τυγχάνει τῆς ἡμέρας ἐκείνης. τοῦτον δὲ καὶ ὁ προφήτης τὸν ἥλιον ᾐνίττετο φήσας· τοῖς δὲ φοβουμένοις με

* Vera lectio est ἥλιος שמש

A ipso apparente, ac Christum, ex semine David secundum carnem ortum, adsumente, malis pristinis omnes eximantur, hominumque genus bona per Christum nanciscatur.

Quia melior est dies una in atriis tuis super millia. Unam Dei præsentiæ, id est, resurrectionis ex mortuis diem, vel millibus diebus multo meliorem & præstabiliorem esse arbitratur is, qui psalmum hunc profert. Illo autem millenario puto subindicari tempus, quo Jerosolyma substitit: nam totis mille annis templum ejus duravit; totidem quip- 11.
B pe numerantur a templi Salomonis fundatione usque ad Salvatoris nostri adventum. Quos item indicari puto in LXXXIX. psalmo, qui inscribitur, *Oratio Moysis*; in sequentibus quippe hæc habet: *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna quæ præteriit, & custodia in nocte.* Hujusmodi itaque millenario vel una dies resurrectionis Salvatoris nostri ex mortuis præponenda, & pretiosior haberi debet ei, qui ejusdem amore ducitur. Quare adventum maturare suum rogat dicens: *Adspice Deus, & respice*
C *in faciem Christi tui, quoniam melior est dies una in atriis tuis super millia.* Neque vero millia hic pluraliter accipienda sunt. Nam apud Hebræos hæc vox millenare unum significat, ut cuique consideranti palam erit. Et quia dies una in atriis per totum orbem in adventu Dei, qui prænuntiatur, fundatis, præstantior est millibus; ideo superius quoque dicebat: *Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Et rursus quia jam supra dixerat, *Beati qui habitant in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te*: his fidem ha-
D bens ac verum esse dictum hujusmodi persuasus, ea de causa dico: *Elegi abjectus esse in domo Dei mei magis*; ut in domo Dei consistens in sæcula sæculorum Deum laudare valeam. Sed etiam sicut diem unam millibus anteculi; ita & domum Dei, quæ est ecclesia Dei viventis, columna & fundamentum veritatis, potius elegi, quam habitare in multis tabernaculis peccatorum. Nam ipsi quoque peccatores in speciem tabernaculorum Dei sese composuerunt: sed tabernacula Dei, amabilia; peccatorum, odio
E digna sunt. *Quia misericordiam & veritatem diligit Dominus Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus.* Pro illo, *Quia misericordiam & veritatem diligit Dominus*, Aquila, *Quia misericordia & clypeus Dominus Deus*; Quinta vero editio, *Quia sol & protector Dominus Deus*; Symmachus similiter, *Quia sol*, dixit. Ideo namque, ait, una illa dies millibus melior est, quia Dominus Dei Verbum diei illius sol est. Hunc vero solem Propheta his verbis subindicavit: *Timentibus autem me* 12.

Aquilæ. Quintæ. Symmachi. Malach 4. 2.

orietur sol justitiæ, & medela in alis ejus. Eum ipsum significabat qui dixit: *Et occidet sol super prophetas qui errare faciunt populum meum;* apertius autem Hesaïas, *Non erit tibi sol in lucem diei,* inquit, *sed erit tibi Dominus lux sempiterna, & Deus gloria tua.* Cum talis sol Dominus sit, gratiam & gloriam, ac etiam quid præstantius & melius, atque ineffabile & reconditum bonum dabit iis, qui ambulant in innocentia; sive secundum Symmachum, *iis qui ambulant in perfectione.* Ideo dictis fidem habens, ac probe persuasus vera illa esse, sic sermonem claudo: *Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.* Nam si quis aliter a multis beatus dicitur, ipsi sane falsa beatitudo adscribitur. Sed, ut vere dicatur, solus ille beatus cui supra dicta competunt, siquidem ipse omnibus repletur bonis, qui sese tibi soli concredidit, totamque spem in promissis tuis deposuit. Cum porro in præsenti psalmo jam tertio beati prædicati fuerint ii de quibus sermo, nulla Judaïcæ gentis vel Israëlis facta mentio est; neque etiam eos qui præcepta Moysis exsequuti sunt beatos prædicavit: sed primo generatim eos qui habitant in domo Dei; secundo omnem hominem cui est auxilium a Domino; ac demum in fine sermonis, indefinite & generatim omnem hominem in Dominum sperantem. Nam cum futura Dei præsentia, & Christi ad homines adventus annuntiaretur; non Judæis tantum, sed omnibus etiam hominibus beatitudines illas, quæ penes Deum sunt, annuntiari oportuit.

Mich. 3. 6. — Hesai. 60. 19. — 13. Symmachi.

A ἀνατελεῖ ἥλιος δικαιοσύνης, καὶ ἴασις ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτοῦ. τὸν αὐτὸν δὲ ἐδήλου καὶ ὁ εἰπών· καὶ δύσεται ὁ ἥλιος ἐπὶ τοὺς προφήτας τοὺς πλανῶντας τὸν λαόν μου· γυμνότερον δὲ ὁ Ἡσαΐας· οὐκ ἔσται σοι ὁ ἥλιος εἰς φῶς τῆς ἡμέρας, φησίν, ἀλλ᾽ ἔσται σοι κύριος φῶς αἰώνιον, καὶ ὁ θεὸς δόξα σου. τοιοῦτος δὲ ἥλιος ὢν ὁ κύριος, χάριν καὶ δόξαν καὶ ἔτι μεῖζον καὶ κρεῖττον, ἄρρητόν τε καὶ ἀπόρρητον ἀγαθὸν δώσει τοῖς πορευομένοις ἐν ἀκακίᾳ· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, τοῖς ὁδεύουσιν ἐν τελειότητι. διὸ τοῦτο πιστεύων τοῖς εἰρημένοις, καὶ ἀκριβῶς ἐμαυτὸν πείσας ἀληθεῖς εἶναι τοὺς περὶ τούτων λόγους, τέλος τοῦ B παντὸς λόγου φημί· κύριε τῶν δυνάμεων μακάριος ὁ ἄνθρωπος ὁ ἐλπίζων ἐπὶ σέ. πᾶς γὰρ ὁ ἄλλως παρὰ τοῖς πολλοῖς μακαριζόμενος, πεπλασμένως ἂν μακαρίζοιτο. μόνος δέ, εἰ χρὴ τὸ ἀληθὲς φάναι, μακάριος διὰ τὰ προλελεγμένα, ὡς ἂν πάντων τῶν ἀγαθῶν ἔμπλεος, ὅσοι μόνῳ ἑαυτὸν ἀναρτήσας, καὶ πάσας ἑαυτοῦ τὰς ἐλπίδας ταῖς παρὰ σοῦ ἐπαγγελίαις ἀναθείς. ἤδη δὲ τρίτον ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ μακαρίσας ὁ λόγος τοὺς ἐμφερομένους ἐν αὐτῷ, οὐδαμῶς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, οὐδὲ τοῦ Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσεν, οὐδὲ τοὺς τὰ C Μωσέως δι᾽ ἔργων ἀποπληροῦντας ἐμακάρισεν. ἀλλὰ πρῶτον μὲν καθόλου τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ· δεύτερον πάντα ἄνδρα οὗ ἐστιν ἀντίληψις αὐτῷ παρὰ κυρίου· καὶ ἐπὶ τέλει τοῦ παντὸς λόγου, ἀορίστως καὶ καθολικῶς πάντα ἄνθρωπον τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ κύριον. χρῆν γὰρ ἐπιφανείας θεοῦ καὶ χριστοῦ παρουσίας εἰς ἀνθρώπους καταγγελλομένης μὴ Ἰουδαίοις μόνοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις τοὺς παρὰ τῷ θεῷ μακαρισμοὺς εὐαγγελίζεσθαι.

1\. ## *In finem, filiis Core psalmus LXXXIV.*

2\. *Benedixisti, Domine, terram tuam, avertisti captivitatem Jacob.* Postquam in præcedenti psalmo Dei adventus prænuntiatus fuerat, consequenter in hoc ereptio a malis, necnon captivitatis solutio, venia quoque & remissio peccatorum prædicitur. Hæc quippe omnia Dei ad homines adventum, & reliqua in superiori psalmo enuntiata, subsequebantur. Quia enim in illo multa Dei tabernacula, atria & altaria in terra constituenda esse prædictum fuerat; horumque auctor Deus erat ad homines venturus, ac nominatim Christus hic conspiciendus, unde dicebatur, *Videbitur Deus deorum in Sion;* ac rursus, *Appare ad faciem Christi tui:* jure in præsenti psalmo quæ per totum orbem futura sunt prænuntiantur.

D ## Εἰς τέλος, τοῖς υἱοῖς Κορὲ ψαλμὸς πδ΄.

Εὐδόκησας κύριε τὴν γῆν σου, ἀπέστρεψας τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰακώβ. ἀκολούθως τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ μετὰ τὴν ἐν ἐκείνῳ θεσπισθεῖσαν θεοφάνειαν, ἐν τῷ μετὰ χεῖρας κακῶν ἀπαλλαγὴ προφητεύεται καὶ λύτρωσις μὲν αἰχμαλωσίας, συγχώρησις δὲ καὶ ἄφεσις ἁμαρτημάτων. εἵπετο γὰρ ταῦτα τῇ τοῦ θεοῦ εἰς ἀνθρώπους παρουσίᾳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐπὶ τῷ πρὸ E τούτου ψαλμῷ δεδηλωμένοις. ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἐκείνῳ σκηνώματα θεοῦ πλεῖστα καὶ αὐλαὶ καὶ θυσιαστήρια ἐπὶ τῆς γῆς ἐθεσπίζετο συστήσεσθαι, καὶ ὁ τούτων αἴτιος, θεὸς ἦν μέλλων ἐπὶ γῆς φαίνεσθαι, καὶ ὀνόματι χριστὸς ἦν ἐπιβλεπόμενος· ἐλέγετο γοῦν, ὀφθήσεται ὁ θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών· καὶ πάλιν, ἐπίφανον ἐπὶ τὸ πρόσωπον τοῦ χριστοῦ σου· εἰκότως ἐν τῷ προκειμένῳ ψαλμῷ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι καθ᾽ ὅλης τῆς τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης προαναφωνεῖται. ἃ

δὴ καὶ πεπλήρωται ἐπὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν A παρουσίας, καθ' ἣν εὐδόκησεν ὁ θεὸς καταξιῶσαι αὐτὴν τῆς ἐπιβάσεως τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. πάλαι μὲν γὰρ εἴρητο τῷ πρωτοπλάστῳ, γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, καὶ ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἄλλος προφητῶν ἔλεγεν, ἀρὰ καὶ φόνος καὶ ψεῦδος, καὶ κλοπὴ καὶ μοιχεία κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσιν. ὡς δὲ ἐπεδήμει τῇ γῇ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ἀπὸ γῆς σῶμα ἀνελάμβανε, μεταβολὴ προτέρων ἐγίγνετο κακῶν, καὶ τὸ πᾶν τῆς γῆς στοιχεῖον ἀντὶ τῆς προτέρας ἀρᾶς εὐλογίας θεοῦ μετελάμβανεν, ἐκκλησίαι τε καὶ B οἶκοι τῷ θεῷ προσευκτήριοι καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συνίσταντο. διὸ νῦν μὲν λέλεκται· εὐδόκησας κύριε τὴν γῆν σου· ἐν ἑτέροις δέ, κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσεται ἡ γῆ· καὶ πάλιν, ᾄσατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ. εἰκότως οὖν καὶ αὐτοῦ λέλεκται τοῦ κυρίου ἡ γῆ, κατὰ τό, εὐδόκησας κύριε τὴν γῆν σου. οὐ μόνον γὰρ κτίσμα αὐτοῦ καὶ ποίημα, ἀλλὰ καὶ κτῆμα γέγονε διὰ τὰ λελεγμένα.

Πῶς δὲ εἴρηται τό, ἀπέστρεψας τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰακώβ, νοήσεις ἐκ τῆς σωτηρίου φωνῆς, δι' ἧς τὴν φήσασαν τοῦ Ἡσαΐου προφητείαν, C πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀναγνοὺς ἐπήγαγε, σήμερον πεπλήρωται ἡ προφητεία αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν· διδάσκων εἰς ἑαυτὸν πληροῦσθαι τὸ λόγιον. ὅτι δὴ αὐτὸς ἦν ὁ σωτὴρ καὶ λυτρωτὴς τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, ἃς ἀπὸ τῆς πικρᾶς δουλείας τῆς πολυθέου πλάνης καὶ τῆς δαιμονικῆς ἐνεργείας ἠλευθέρου, λύσας αὐτῶν τὰς σειρὰς τῶν ἁμαρτιῶν. ὃ δὴ καὶ αὐτὸ παρίσταται διὰ τοῦ προκειμένου ψαλμοῦ φάσκοντος· ἀφῆκας τὰς ἀνο- D μίας τοῦ λαοῦ σου, ἐκάλυψας πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. ἀνομίας δὲ ἀφειμένας καὶ καλυπτομένας οἶδεν καὶ ἀλλαχοῦ ὁ φάσκων λόγος· μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι· σημαίνει δὲ διὰ τούτων τὸ πνεῦμα τὴν ὑπὸ τοῦ σωτῆρος δεδωρημένην ἄφεσιν τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων τοῖς ἀπὸ τῆς νοητῆς τῶν ψυχῶν αἰχμαλωσίας λελυτρωμένοις, οἷς εἰ μετὰ τὴν ἄφεσιν πάλιν ἁμαρτοῖεν, οὐκέτι δευτέραν ἄφεσιν, ἀλλ' ἐπικάλυψιν ἁμαρτιῶν παρέχει. διὰ γὰρ δευτέρων κατορθω- E μάτων καλύπτειν τὰ προημαρτημένα συνεχώρησε. ταῦτα δὲ πάντα τῇ τῶν ἀνθρώπων γῇ, καὶ δηλαδὴ τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν, διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας ὁ τῶν ὅλων θεὸς ἐδωρήσατο, καταπαύσας τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμόν, ὧν ἄξιοι τὸ πρὶν ἐτύγχανον οἱ τὴν γῆν οἰκοῦντες, ἅτε δὴ ἐχθροὶ ὄντες αὐτοῦ διὰ τὰς τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ὑπερβολάς· ἀλλὰ θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος δὲ αὐτοῖς τὰ παραπτώματα. διὸ λέλεκται· κατέπαυσας πᾶσαν τὴν ὀργήν σου, ἀπέστρεψας ἀπὸ

Quæ sane in adventu Servatoris nostri completa sunt: quo placitum Deo fuit terram Christi sui aditu dignari. Siquidem olim primo parenti dictum fuerat: *Terra es, & in terram reverteris;* Gen. 3. 19. & *Maledicta terra in operibus tuis;* Ibid. 17. aliusque propheta dicit: *Maledictum & cædes & mendacium & furtum &* Ose. 4. 2. *adulterium effusa sunt super terram: & sanguinem sanguine miscent:* ubi autem Filius Dei peregrinatus est in terra, terrenumque corpus adsumsit, priorum malorum immutatio facta est, totumque terræ elementum, loco pristinæ maledictionis, benedictionem sortitum est, ac ecclesiæ & oratoria Deo per totum orbem constituta sunt. Quare jam dicitur, *Benedixisti, Domine, terram tuam;* in aliis vero, *Dominus regnavit, exsultabit terra;* Psal. 96. 1. ac rursum, *Cantate Domino omnis terra.* Psal. 95. 1. Merito itaque ipsius Domini esse terra dicitur hoc modo: *Benedixisti, Domine, terram tuam.* Non enim opificium dumtaxat, sed etiam possessio ejus facta est ob allatas superius causas.

Qua ratione autem dicatur, *Avertisti captivitatem Jacob,* intelliges ex illa Servatoris voce, qua hanc Hesaïæ prophetiam, *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me,* Hesai. 61. 1. *evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis dimissionem, & cæcis visus restitutionem,* cum legisset, addidit, *Hodie impleta est* Luc. 4. 18. *hæc prophetia in auribus vestris,* in se completum oraculum significans. Quia scilicet ipse Servator & redemtor animarum hominum esset, quas a dura multiplicium numinum erroris & dæmonum vexationis servitute, solutis peccatorum vinculis, liberabat. Quod etiam in præsenti psalmo denotatur his verbis: *Remisisti iniquitates plebis* 3. *tuæ, operuisti omnia peccata eorum.* Iniquitates autem remissas & opertas alius item sermo meminit: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Psal. 31. 1. His porro Spiritus significat, pristinorum peccatorum remissionem iis, qui ex spirituali animarum captivitate redemti sunt, a Servatore concessam: quibus, si post remissionem iterum peccaverint, non secundo peccata remittit, sed operit. Nam ab illo concessum est, ut bonis operibus secundo gestis pristina delicta contegantur. Hæc vero omnia orbi terræ, videlicet illam incolentibus, per Salvatoris adventum universorum Deus elargitus est, sedata ira ac mitigato furore, quo quidem antea terrigenæ illi digni erant, ob impietatis exsuperantiam inimici ejus effecti; at Deus ipse erat, qui in Christo sibi mundum reconciliabat, neque ipsis pristina peccata imputabat. Quamobrem dictum est: *Mitigasti omnem iram tuam, avertisti ab* 4.

5. *ira indignationis tuæ. Converte nos Deus salu-*
tarium nostrorum, & averte iram tuam a nobis.
6. *Numquid in æternum irasceris nobis? aut ex-*
tendes iram tuam a generatione in generatio-
7. *nem? Deus tu convertens vivificabis nos, &*
plebs tua lætabitur in te. Priora quidem de
futuris in toto orbe prænuntiabantur, quæ
secundum superius traditam interpretatio-
nem in adventu Servatoris nostri ad finem
deducta sunt. Hæc vero quæ tractamus, o-
rationem continent pro populo ex circum-
cisione. Quia enim propheta divino afflatus
Spiritu Judaïcæ gentis erga Christum incre-
dulitatem prospiciebat, necnon vindictam
facinorum causa ipsis infligendam; hanc pro
ipsis orationem emittit peropportune; ita
ut nulla in psalmo contradictio deprehen-
datur, quod cum initio meliora orbi vatici-
natus esset, jam quasi nihil boni collatum sit
preces instituat. Prima itaque de benefi-
ciis a Salvatore nostro humano generi con-
cedendis prædicta fuerant; secundo autem
loco pro contribulibus a propheta preces e-
mittuntur, ut ira ipsos invasura sedetur;
atque ipsi demum Dei ad se conversione,
atque illa in Christo Dei lætitia, digni ha-
beantur.

8 *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam,*
& salutare tuum da nobis. Hic etiam prophe-
ta precando insistit, ut ipse quoque dignus
habeatur, qui ea quæ per misericordiam
Dei eventura, quæque antea prænuntiata
sunt, oculis percipiat. Rogat item ut splen-
didi illius Christi ad homines adventus ipse
consors efficiatur, cum ait, *Et salutare tuum*
da nobis. Salutare autem illud Christum esse
clare docet in Evangeliis Simeon: qui, Jesu
Luc. 2. 29. adhuc infante in ulnis accepto, dixit: *Nunc*
dimittis servum tuum, Domine, secundum
verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi
mei salutare tuum. Idipsum videre peroptat
Matth. 13. 17. propheta: ideo Salvator ait, *Multi prophe-*
tæ & justi voluerunt videre quæ vos videtis,
9. *& non viderunt. Audiam quid loquetur in me*
Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in
plebem suam, & in sanctos suos & in eos qui con-
vertuntur corde. Postquam precatus est pro-
pheta, certus se exaudiendum esse, silentio
se tradit. Hinc dum responsionem exspe-
ctat, sese sic alloquitur: Talis fuit preca-
tio mea; jam tempus est ut Spiritum san-
ctum audiam, & ab illo ediscam, quid de
pace populi sui, & de iis qui per Christum
suum convertendi sunt, vaticinaturus sit.
Deinde vero postquam paulum substitit &
quievit, Spiritu divino repletur; & sub hæc
10. prophetiam edit his verbis: *Verumtamen pro-*
pe timentes eum salutare ipsius, ut inhabitet glo-
ria in terra nostra. His autem declarat jam-

A ὀργῆς θυμοῦ σου. ἐπίστρεψον ἡμᾶς ὁ θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν, καὶ ἀπόστρεψον τὸν θυμόν σου ἀφ' ἡμῶν. μὴ εἰς τὸν αἰῶνα ὀργισθήσῃ ἡμῖν; ἢ διατενεῖς τὴν ὀργήν σου ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν; ὁ θεὸς σὺ ἐπιστρέψας ζωώσεις ἡμᾶς, καὶ ὁ λαός σου εὐφρανθήσεται ἐπὶ σοί. Τὰ μὲν πρότερα προεφητεύετο περὶ τῶν γενησομένων καθ' ὅλης τῆς γῆς· ἃ δὴ καὶ τέλους ἔτυχε διὰ τῆς παρουσίας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν ἑρμηνείαν. Τὰ δὲ προκείμενα εὐχὴν περιέχει ὑπὲρ τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ. ἐπειδὴ γὰρ ὁ προφήτης προεώρα τῷ θείῳ πνεύματι τὴν εἰς τὸν B Χριστὸν ἀπείθειαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ τὴν καταληψομένην αὐτοὺς ὀργὴν τῶν τολμηθησομένων αὐτοῖς ἕνεκεν, εἰκότως τὴν προκειμένην εὐχὴν ὑπὲρ αὐτῶν διαπέμπει· ὡς μηκέτι δοκεῖν ἐναντιολογίαν περιέχειν τὸν ψαλμόν, διὰ τὸ ἀνωτέρω μὲν τὰ χρηστότερα θεσπίσαντα πάσῃ τῇ γῇ· ἐν δὲ τοῖς προκειμένοις, ὡς μηδενὸς ἀγαθοῦ πεπραγμένου τὴν εὐχὴν διεξιόντα. Τὰ τοίνυν πρῶτα περὶ τῶν διὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρασχεθησῶν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ εὐεργεσιῶν προεφητεύετο· τὰ δὲ δεύτερα ὁ προφήτης ὑπὲρ τῶν ὁμοεθνῶν εὔχεται ἱκετεύων, παύσασθαι μὲν τὴν C κατ' αὐτῶν ὀργήν, καταξιωθῆναι δὲ καὶ αὐτοὺς τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιστροφῆς καὶ τῆς ἐπὶ τῷ Χριστῷ τοῦ θεοῦ εὐφροσύνης.

Δεῖξον ἡμῖν κύριε τὸ ἔλεός σου καὶ τὸ σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν. ἔτι καὶ ταῦτα ὁ προφήτης εὔχεται, ἱκετεύων καταξιωθῆναι καὶ αὐτὸς ὀφθαλμοῖς παραλαβεῖν τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι διὰ τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ, ἃ δὴ ἐν τοῖς ἀνωτέρω προεφητεύετο. παρακαλεῖ δὲ καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ εἰς ἀνθρώπους ἐπιλάμψεως τυχεῖν, διὰ τοῦ φάσκειν, καὶ τὸ σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν. σαφῶς δὲ τὸ σωτήριον αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν ἐδίδαξεν ὁ D Συμεὼν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· λαβὼν γοῦν μετὰ χεῖρας ἔτι νήπιον ὄντα τὸν Ἰησοῦν εἶπε· νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα, κατὰ τὸν λόγον σου ἐν εἰρήνῃ. ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου. τοῦτο οὖν αὐτὸ καὶ ὁ προφήτης ἰδεῖν εὔχεται. διό φησιν ὁ σωτήρ· πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον. ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ κύριος ὁ θεός, ὅτι λαλήσει εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐπιστρέφοντας καρδίαν. εὐξάμενος ὁ προφήτης τῇ σιωπῇ ἑαυτὸν παραδίδωσι πιστεύσας ἐπακουσθήσεσθαι. E εἶτα προσδοκήσας ἀποκρίσεως τυχεῖν, φησὶν αὐτὸς πρὸς αὐτόν· τὰ μὲν τῆς εὐχῆς μοι τοιαῦτα γέγονε· καιρὸς δὲ λοιπὸν ἐπακοῦσαι τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ μαθεῖν παρ' αὐτοῦ τί μέλλοι θεσπίζειν περὶ τῆς εἰρήνης τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν μελλόντων διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐπιστρέφειν. εἶτα βραχύ τι ἐφησυχάσας, πληροῦται τοῦ πνεύματος τοῦ θείου, καὶ προφητεύει ἑξῆς ὧδέ πως λέγων· πλὴν ἐγγὺς τῶν φοβουμένων αὐτὸν τὸ σωτήριον αὐτοῦ, τοῦ κατασκηνῶσαι δόξαν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. παρείσησι δὲ διὰ τούτων, ὅσον οὐδέ-

τὸν μέλλειν ἐπιφαίνεσθαι ἀνθρώποις τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, περὶ οὗ ἀνωτέρω ηὔξατο εἰπών· δεῖξον ἡμῖν κύριε τὸ ἔλεός σου, καὶ τὸ σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν. αὐτὸ δὴ οὖν τοῦτό φησι τὸ σωτήριον ἐγγιστὰ τυγχάνειν, καὶ πλησίον ἤδη καὶ ἐγγὺς τῶν φοβουμένων αὐτὸν εἶναι, αἴτιον ὑπάρχον τοῦ κατασκηνῶσαι δόξαν καὶ σκηνώματα στῆσαι ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. ἔθος δὲ τῇ θείᾳ γραφῇ τὸν χριστὸν τοῦ θεοῦ σωτήριον ὀνομάζειν, πολλάκις διὰ πολλῶν ἀπεδείξαμεν. ὃ δὴ καὶ νῦν θεσπίζων ὁ λόγος, παρίστησι διδάσκων, ἀντὶ τῆς προτέρας ἀτιμίας τῆς κατὰ τὴν εἰδωλολατρείαν ὑποστάσης ἐν τῇ γῇ, δόξαν ἐν αὐτῇ κατασκηνώσειν, καὶ σκηνώματα πανταχοῦ γῆς ἱδρυθήσεσθαι δόξης τῆς τῷ θεῷ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας ἀνατεθησομένης. εἶτα τούτοις ἑξῆς τὸν τρόπον, καθ᾽ ὃν ἔμελλεν ἀποπληρωθήσεσθαι τὰ ἐπηγγελμένα διασαφεῖ λέγων· ἔλεος καὶ ἀλήθεια συνήντησαν, δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη κατεφίλησαν. δύο δὴ διὰ τούτων συζυγίας φησὶν ἀλλήλαις συνηντηκέναι, ὧν ἡ πρώτη, ἐλέους ἦν καὶ ἀληθείας, ἡ δὲ δευτέρα δικαιοσύνης καὶ εἰρήνης. συνήντησαν τοίνυν ἀλλήλαις, φησί, καὶ φιλικοὺς ἀσπασμοὺς ἀποδεδώκασι· κατεφίλησάν τε ὁμοῦ τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν εἰρήνην ἡ ἀλήθεια καὶ τὸ ἔλεος. πόθεν δὲ ἀφικόμεναι ἀλλήλαις συνήντησαν, πάλιν ὑποβὰς διδάσκει λέγων· ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλεν, καὶ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν. ὡς ἐκ μακροῦ τοιγαροῦν διαστήματος συντυχοῦσαι, ἀλλήλαις, περιεπλέξαντο καὶ κατεφίλησαν· αὕτη μὲν ἐξ οὐρανοῦ διακύψασα ἐπὶ τὴν γῆν ἡ δικαιοσύνη, κάτωθεν δὲ ἀπὸ τῆς γῆς ἀνατείλασα ἡ ἀλήθεια. τούτοις ἀκολούθως ἑξῆς παραθησόμεθα καὶ συνάψομεν τὰ πρῶτα τοῦ ψαλμοῦ ἐν οἷς ἐλέγετο· εὐδόκησας κύριε τὴν γῆν σου, ἀπέστρεψας τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰακώβ. ἀφῆκας τὴν ἀνομίαν τοῦ λαοῦ σου, ἐκάλυψας πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. ταῦτα γὰρ πάντα μέλλειν ἔσεσθαι προεφητεύετο, τοῦ σωτηρίου τοῦ θεοῦ ἐπὶ γῆς ὀφθέντος. ἐπεὶ σὺν τῷ σωτηρίῳ ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνατείλασα, ταύτῃ τε συναντήσασα ἡ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διακύψασα δικαιοσύνη, εἰς πάντας ἀνθρώπους ἐξ ἴσου καὶ κατὰ τὸ δικαιότατον, τὴν τοῦ θεοῦ χάριν ἐξήπλωσε.

Σαφῶς δὲ διὰ τούτων ἡ θεοφάνεια τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρίσταται· δι᾽ οὗ μόνου ἡ ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλεν· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἦν ἡ ἀλήθεια, ὅ, τε τῆς εὐαγγελικῆς αὐτοῦ διδασκαλίας λόγος, οὐκ ἔθ᾽ ὡς τὸ παλαιὸν ἐν τύποις, καὶ διὰ συμβόλων παρεδίδοτο, ἀλλὰ δι᾽ αὐτῆς ἀληθείας. διὸ εἴρηται· ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. καὶ πᾶσαι δὲ αὐτοῦ αἱ πράξεις ἀλήθεια ἦσαν, ἥ τε γένεσις αὐτοῦ καὶ τὸ πάθος καὶ τὰ λοιπά, ἃ δὴ κατὰ δόκησιν καὶ φαντασίαν ὑπέλαβον γεγονέναι οἱ ἄθεοι αἱρεσιῶται. εἰ δὲ καὶ πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης, μόνος ἂν αὐτὸς εἰκότως, ἀλήθεια ὤν, ἀπὸ τῆς γῆς ἀνέτειλε, ξένον τι χρῆμα,

A jam adventurum hominibus esse salutare Dei, de quo superius hæc precabatur: *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.* Hoc ipsum salutare jam proximum esse declarat, ac vicinum timentibus eum, ipsumque veram esse causam cur gloria inhabitet & tabernacula ponat in terra nostra. Id autem moris esse Scripturæ divinæ, ut Christum Dei Salutare nuncupet, sæpe & pluribus comprobavimus. Quod sane hoc in vaticinio declaratur, scilicet loco prioris infamiæ, quæ idolo-
B latriæ tempore in terra versabatur, gloriam ibidem habitaturam, & tabernacula gloriæ, Deo per Evangelicam doctrinam referendæ, ubique terrarum figenda esse. Secundùm hæc modum aperit quo promissa complenda sunt, his verbis: *Misericordia & veritas obviaverunt sibi, justitia & pax osculatæ sunt.* 11.
His porro binas conjugationes coaluisse docet, quarum prima est misericordiæ & veritatis; secunda vero, justitiæ & pacis. Occurrerunt, inquit, mutuo, amicasque salutationes contulerunt: oscula
C dederunt simul justitiæ & paci veritas & misericordia. Unde vero profectæ mutuo occurrerint, secundum hæc declarat his verbis: *Veritas de terra orta est, & justitia de cælo prospexit.* 12.
Utpote igitur ex magna intercapedine mutuo concurrentes, sese invicem amplexæ & osculatæ sunt, hinc justitia quæ de cœlo in terram prospexit, inde veritas quæ de imo sive de terra orta est. His consequenter adjiciemus & subjungemus ea quæ in principio psalmi posita sunt, & sic habent: *Benedixisti, Domine, terram tuam,*
D *avertisti captivitatem Jacob. Remisisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum.* Hæc quippe omnia tum futura prænuntiabantur, cum salutare Dei in terra visum esset. Siquidem unà cum salutari veritas de terra orta, ac justitia quæ de cœlo prospiciens ipsi occurrit, Dei gratiam ex æquo exque suprema justi ratione in omnes homines effudit.

His porro divinus Domini & Servatoris nostri Jesu Christi adventus perspicue enuntiatur; per quem solum veritas de terra or-
E ta est: quia ipse veritas erat, ac doctrinæ ejus evangelicæ sermo, non ut olim in figuris & symbolis, sed per ipsam veritatem tradebatur. Ideo dictum est: *Lex per Moysem data est, gratia & veritas per Jesum Christum facta est.* Joan. 1. 17.
Universa autem opera ejus veritas erant, necnon ortus ejus, passio & cætera, quæ specie solum & phantasia gesta fuisse opinabantur athei hæretici. Quod si omnis homo mendax, merito ipse solus, qui veritas est, de terra ortus est, peregrinum quid-

piam & insolens; terra quale numquam tulerat bonum proferente, in quo justitia illa de cœlo prospiciens requievit. Justitia vero, quæ in veritate requievit, quænam alia fuerit, nisi ipse Deus Verbum de quo dictum est, *Qui factus est nobis sapientia a Deo, justitia & sanctificatio & redemtio?* Hic namque ex cœlis descendens in veritate, quæ de terra orta est, requievit, ipsique conjunctus, ceu dilectam amabiliter eam amplexatus est. Veritati porro de terra ortæ præcurrens aderat misericordia: per misericordiam quippe Dei, tota veritatis dispensatio facta est. Justitiam vero de cœlo delapsam pax sequebatur; ut homines terram incolentes, non solum misericordia Dei & veritate, sed etiam illa cœlesti justitia & ejus amica pace fruerentur. Nam olim quidem justitiæ & pacis domicilium cœlum erat; nunc vero terra cum misericordia Dei in terra substitit. Nam hæc subsequentium causa fuit: siquidem propter Dei misericordiam rel qua omnia sequuta sunt: post misericordiam quippe veritas, hinc justitia, denique pax. De Servatore certe nostro diserte scribitur: *Quia ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum*; &, *Pacificans per se sive quæ in cœlis, sive quæ in terra sunt*; ac rursum, *Veniens evangelizavit pacem iis qui longe, & iis qui prope sunt.* Jure ergo in psalmo dicitur illud: *Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra nostra.* Multa quippe magnaque gloria in terra nostra, videlicet in orbe, per prophetiarum eventum constitit. Et qui, quæso, non habitatura erat gloria in terra nostra, quando salutare ipsius, Christus Dei, & illa de cœlo justitia ad eam accedere dignata est? Cum hæc autem omnia a Deo definita & prænuntiata audisset, post editam orationem hæc vaticinatur: *Audiam quid loquetur in me Dominus Deus*; ideoque pergit, *quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Hæc vero pax tum populo concessa est, cum *misericordia & veritas obviaverunt sibi, justitia & pax osculatæ sunt.* Quæ cum ita se habeant, cum ea quæ propheta precatus fuerat, tum ea quæ ante orationem dixerat, concessa fuere. Nam benedixit Dominus terram suam, misericordia & veritate ac reliquis dignatus eam; quinetiam animarum humanarum captivitatem avertit, soluto bello quolibet, ac reconciliata pace, fractisque vinculis ac compedibus per peccatum inductis. Quamobrem huic dicto, *Avertisti captivitatem Jacob*, istud subjungitur, *Remisisti iniquitates plebi tuæ*; & illud, *Operuisti omnia peccata eorum.* Nam reditus ex captivitate, non alio, quam per remissionem peccatorum, modo

1. Cor. 1.30.

Ephes. 2.14.

Coloss. 1.20.

Ephes. 2.17.

A τῆς γῆς, καὶ οἷον οὐδεπώποτε προσῳκείωτο ἀγαθὸν, ἀποδιδούσης ἐφ᾽ ὃν καὶ ἡ ἐξ οὐρανοῦ διακύψασα δικαιοσύνη ἀνεπαύσατο. τίς δ᾽ ἂν εἴη ἡ δικαιοσύνη ἡ ἀναπαυσαμένη ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ᾽ ἢ αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος περὶ οὗ εἴρηται, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις; οὗτος γὰρ ἐξ οὐρανῶν καταβὰς ἐπανεπαύσατο τῇ ἀπὸ τῆς γῆς ἀνατειλάσῃ ἀληθείᾳ· ἡνώθη τε αὐτῇ, καὶ ὡς φίλῃ περιπλοκὰς ἔδωκε φιλικάς. συνῆν δὲ τῇ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς ἀνατειλάσῃ ἀληθείᾳ, τὸ ἔλεος προτρέχον αὐτῆς· διὰ γὰρ τὸ τοῦ θεοῦ ἔλεος ἡ πᾶσα
B τῆς ἀληθείας γέγονεν οἰκονομία. τῇ δὲ ἐξ οὐρανῶν κατελθούσῃ δικαιοσύνῃ εἵπετο ἡ εἰρήνη, ὅπως οἱ ἐπὶ γῆς οἰκοῦντες ἄνθρωποι, μὴ μόνον ἐλέου θεοῦ καὶ ἀληθείας ἀπολαύσωσιν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐξ οὐρανῶν δικαιοσύνης, ἅμα καὶ τῆς ταύτης φίλης εἰρήνης. πάλαι μὲν γὰρ οἰκητήριον ἐτύγχανε τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς εἰρήνης οὐρανός· νῦν δὲ καὶ ἡ γῆ, ὅτε ἐπὶ τῆς γῆς ὑπέστη τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ. τοῦτο γὰρ ἦν καὶ τῶν ἑξῆς αἴτιον· διὰ γὰρ τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ἐπηκολούθησε· μετὰ γὰρ τὸ ἔλεος ἡ ἀλήθεια, ἔπειτα ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἡ εἰρήνη. γέγραπται δὲ σαφῶς
C περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ὅτι αὐτός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, καί, εἰρηνοποιήσας δι᾽ αὐτοῦ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ πάλιν, ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην τοῖς μακρὰν καὶ τοῖς ἐγγύς. εἰκότως οὖν διὰ ταῦτα ἐν τῷ ψαλμῷ εἴρηται τό, πλὴν ἐγγὺς τῶν φοβουμένων αὐτὸν τὸ σωτήριον αὐτοῦ, τοῦ κατασκηνῶσαι δόξαν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. πολλὴ γὰρ καὶ μεγάλη δόξα ἐν τῇ ἡμετέρᾳ γῇ, λέγω δὲ τῇ τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένῃ, διὰ τῆς τῶν προφητευομένων ἐκβάσεως συνέστη. καὶ πῶς γὰρ
D οὐκ ἤμελλε κατασκηνοῦν δόξα ἐν τῇ γῇ ἡμῶν, ὅτε καὶ τὸ σωτήριον τοῦ αὐτοῦ, αὐτὸς ὁ Χριστὸς αὐτοῦ, καὶ ἡ ἐξ οὐρανοῦ δικαιοσύνη, ταύτης ἐπιβῆναι κατηξίωσε; ταῦτα δὲ πάντα ἐπακούσας τοῦ θεοῦ προειπόντος καὶ προλαλήσαντος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, θεσπίζει μετὰ τὴν εὐχὴν, εἰπών· ἀκούσομαι τί λαλήσει κύριος ὁ θεός· διὸ ἐπήγαγεν ἑξῆς, ὅτι λαλήσει εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ. αὕτη δὲ ἡ εἰρήνη γέγονε τῷ λαῷ, ὅτε τὸ ἔλεος καὶ ἡ ἀλήθεια συνήντησαν, ἥ τε δικαιοσύνη καὶ ἡ εἰρήνη κατεφίλησαν. ὧν
E οὕτως ἐχόντων, καὶ τὰ τῆς εὐχῆς ἀποδέδοται τοῦ προφήτου, καὶ τὰ πρὸ τῆς εὐχῆς εἰρημένα. καὶ γὰρ εὐδόκησε κύριος τὴν γῆν αὐτοῦ, καταξιώσας αὐτὴν ἐλέους καὶ ἀληθείας καὶ τῶν λοιπῶν. ἀλλὰ καὶ ἀπέστρεψε τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, λύσας μὲν πάντα πόλεμον, χαρισάμενος δὲ τὴν εἰρήνην, καὶ διαρρήξας τοὺς δεσμοὺς καὶ τοὺς κλοιοὺς τοὺς ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐγγενομένους. διὸ καὶ συνῆπται τῷ, ἀπέστρεψας τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰακώβ, τό, ἀφῆκας τὰς ἀνομίας τῷ λαῷ σου, καὶ τό, ἐκάλυψας πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. ἡ γὰρ ἐπιστροφὴ τῆς αἰχμαλωσίας οὐκ ἄλλως ἀπετελέσθη, ἢ δι᾽ ἀφέσεως

τῶν

τῶν ἁμαρτιῶν. ὅτι δὲ καὶ ταῦτα διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας τέλους ἔτυχεν, αὐτὸς ἐδίδαξεν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, ὅτε λαβὼν τὴν βίβλον τοῦ Ἡσαΐου, καὶ ἀναγνοὺς τὸ, Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐπήνεγκεν εἰπών· σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. εἰ δ' οὖν ἐννοήσειέ τις, εἴποι ἂν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἐπεπόνθει πάλαι πρότερον αἰχμαλωσίαν ὑπὸ τῶν ἀοράτων πολεμίων, τῶν ἀληθῶς ἐχθρῶν τοῦ θεοῦ, καθελκυσθὲν εἰς εἰδωλολατρείας, καὶ πάσας πράξεις αἰσχρὰς καὶ ἀθεμίτους, οὐκ ἂν ὀκνήσει δεινὴν ταύτην φάναι ψυχῶν αἰχμαλωσίαν, ἧς ἀπαλλάξας καὶ ἐλευθέρους καταστησάμενος ἡμᾶς ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν, ἄφεσίν τε διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας παλαιῶν πλημμελημάτων καὶ λύσιν προτέρων ἀσεβημάτων παρασχὼν, αἴτιος ἡμῖν κατέστη τῆς ἐν τῷ ψαλμῷ εὐχαριστίας, ὡς δύνασθαι καὶ ἡμᾶς λέγειν, εὐδόκησας κύριε τὴν γῆν σου, ἀπέστρεψας τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰακώβ. ἀφῆκας τὰς ἀνομίας τοῦ λαοῦ σου, ἐκάλυψας πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

Καὶ γὰρ ὁ κύριος δώσει χρηστότητα, καὶ ἡ γῆ ἡμῶν δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς. πάλαι μὲν ὅτε ὑπὸ κατάραν ἦν ἡ γῆ, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἔφυεν, κατὰ τὸ εἰρημένον, ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι· νῦν δ' ὅτε τοιαῦτα ἀγαθὰ εἰς αὐτὴν ἐλήλυθεν, ἀκολούθως καὶ αὐτὴ τὸν προσήκοντα καρπὸν ἀποδιδόναι λέγεται, ἅτε δὴ τυχοῦσα τῆς παρὰ τοῦ κυρίου χρηστότητος. καρπὸς δὲ ἐπάξιος θεοῦ οὐκ ἄκανθαι καὶ τρίβολοι, ἀλλὰ πάντως που ταῦτα δι' ὧν καταξιοῦται εὐλογίας τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ. γῆ δὲ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς ἐρχόμενον πολλάκις ὑετὸν, φέρουσά τε βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ. εἰκότως οὖν τὰ καινὰ ᾄσματα ᾄδειν προστάττεται ἡ γῆ, ὡς ἂν τοιούτων ἀρτίως δεδηλωμένων κατηξιωμένη, τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφωνοῦντος αὐτῇ καὶ λέγοντος, ᾄσατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ, ᾄσατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινόν· καὶ, κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσεται ἡ γῆ, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια τυγχάνει. δικαιοσύνη ἐναντίον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ θήσει εἰς ὁδὸν τὰ διαβήματα αὐτοῦ. τούτου τὴν διάνοιαν σαφέστερον ἐκδεδώκασιν οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ, καὶ μάλιστα ὁ Σύμμαχος εἰπών· δικαιοσύνη ἑκάστου προελεύσεται αὐτὸν, καὶ θήσει εἰς ὁδὸν τοὺς πόδας αὐτοῦ. μετὰ γὰρ τὰ τῇ γῇ κεχαρισμένα ἀγαθὰ, ἕκαστος τῶν τὴν γῆν κατοικούντων, ὡς ἂν τῆς ἐξ οὐρανῶν διακυψάσης δικαιοσύνης μετασχὼν, καὶ αὐτὸς ἰδίαν κτησάμενος δικαιοσύνην, ἕξει αὐτὴν προάγουσαν αὐτὸν εἰς τὴν ἄνω φέρουσαν ὁδὸν, καὶ τὰ διαβήματα αὐτοῦ κατευθύνουσαν· ὅπως ὁδεύσας τὴν εἰς οὐρανοὺς φέρουσαν, ἐπιστηριζόμενός τε καὶ χειραγωγούμενος ὑπὸ τῆς προαγούσης αὐτὸν δικαιοσύνης αὐτοῦ, τύχοι τῶν ἐπουρανίων ἐπαγ-

A partus est. Quod autem hæc per adventum Servatoris nostri ad effectum deducta sint, ipse in Evangeliis docuit, cum accepto Hesaïæ libro, postquam legisset illud, *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis dimissionem*, & cætera; intulit his verbis: *Hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris.* His si quis animum adhibeat, dicat sane genus hominum olim captivitatem passum esse ab invisibilibus inimicis, vere Dei hostibus, in idololatriam, & in turpia B omnia nefariaque opera pellectum; neque cunctetur eam gravem animarum captivitatem pronuntiare, qua cum nos eripuisset liberosque constituisset Salvator & Dominus noster, concessa per lavacrum regenerationis pristinorum scelerum & impietatum venia ac remissione, auctor nobis fuit gratiarum actionis in psalmo positæ, ita ut nos quoque dicere valeamus: *Benedixisti Domine terram tuam, avertisti captivitatem Jacob. Remisisti iniquitates plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum.*

Hesai. 61. 1. Luc. 4. 18.

C

Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Olim quidem cum sub maledicto terra esset, spinas ac tribulos germinabat, secundum illud: *Maledicta terra in operibus tuis, spinas & tribulos germinabit tibi*: nunc autem, cum in ea talium bonorum accessio facta est, e re congruentem dicitur proferre fructum; utpote quæ Domini benignitatem consequuta sit. Fructus autem Deo dignus non spinæ & tribuli sunt; sed ea plane quibus Dei bene- D dictionem sortita est. Terra vero quæ decidentem pluviam sæpius excipit & bibit, ac cultoribus suis congruentem herbam profert, ea benedictionis a Deo datæ particeps est. Jure ergo nova cantica edere terra jubetur, utpote quæ jam indicatis bonis dignata sit, cum Spiritus sanctus ipsi accinat & dicat: *Cantate Domino omnis terra, cantate Domino canticum novum*; &, *Dominus regnavit, exsultabit terra*, & alia his similia. *Justitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus ejus.* Hujus dicti sententiam liquidius effe- E runt reliqui interpretes, maximeque Symmachus qui sic habet: *Justitia uniuscujusque præcedet ipsum, & ponet in via pedes ejus.* Collatis namque terræ bonis, quisquis terram incolit, utpote qui justitiæ de cœlo prospicientis consors sit, propriam sibi justitiam obtinens, eam in via ad superna ducem, ac gressus suos dirigentem habebit; ut iter ad cœlos emensus, roboratusque & a præcurrente justitia sua manu ductus, superna promissa nanciscatur: quæ Salvator & Domi-

13. Gen. 3. 17. Psal. 95. 1. Psal. 96. 1. 14. Symmachi & reliquorum.

nus noster omnibus hominibus annuntiavit dicens: *Appropinquavit regnum cælorum*; &, Beati hujusmodi homines, *quoniam ipsorum est regnum cælorum*.

Matth. 3. 2. Ibid. 5.

γελιῶν, ἃς ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν ἐκήρυττε πᾶσιν ἀνθρώποις λέγων, ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ μακάριοι οἱ τοιοίδε, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Oratio ipsi David. LXXXV.

1. *INclina Domine aurem tuam & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego.* Cum his in locis quatuor psalmi filiorum Core inscripti consequenter ponantur, quorum primus est LXXXIII. secundus LXXXIV. tertius LXXXVI. postremus LXXXVII. opportune quærat aliquis quid causæ sit, quod oratio Davidis intempestive, ut quispiam dixerit, in medio eorum locata fuerit. Æstimo igitur non sine causa, sed opportunissime vaticiniis de Christo immixtam hanc orationem fuisse. Quia enim bonorum promissa, veniam peccatorum, Dei ad homines adventum, Christi redemtoris ac Servatoris hominum peregrinationem, primi psalmi filiorum Core inscripti vaticinabantur, videlicet LXXXIII. & LXXXIV. imo etiam qui postea filiorum Core inscribuntur, gentium vocationem, Christi ortum, mortem ab eo pro hominibus susceptam, prædicabant; arbitror in medio prophetiæ hasce res prænuntiantis necessario positam fuisse Davidis orationem, qua supplicat bona per Salvatorem universis hominibus procuranda, sibi quoque conferri; ut & ipse bonorum quæ in prophetia enuntiantur consors, veniam peccatorum consequatur, magnoque illo ac salutari bono fruatur, quod omnibus gentibus promittitur. In hac itaque oratione David effusam in omnes gentes gratiam memorat, quam demirari se & stupere profitetur his verbis: *Non est similis tui in diis, Domine, & non est secundum opera tua. Omnes gentes quascumque fecisti venient & adorabunt coram te.* Quia igitur ipse quoque paria bona consequi precabatur, orationem suam in medio psalmorum evangelicorum congruenter locavit. Hæc de proposita quæstione dicta sint. Nec ignorandum, alios plerosque psalmos esse qui, *oratio*, inscribuntur; sed hic cum hoc additamento, *Davidis*, profertur; alius vero inscribitur, *Oratio Moysis hominis Dei*; alius, *Oratio pauperis; cum anxius fuerit, & in conspectu Domini effuderit precem suam.* Sed quemadmodum Apostoli Salvatoris nostri, veteris Scripturæ orationibus superiores effecti, accedentes rogabant eum, ut se orandi modum edoceret; ille vero ipsis solis, & similibus ipsorum, congruentem tradidit ora-

Psal. 89. 1. Psal. 101. 1.

Προσευχὴ τῷ Δαυίδ. πε΄.

ΚΛῖνον κύριε τὸ οὖς σου, καὶ ἐπάκουσόν μου, ὅτι πτωχὸς καὶ πένης εἰμὶ ἐγώ. τεσσάρων ὄντων ἐφεξῆς ψαλμῶν τῶν ἐπιγεγραμμένων υἱῶν Κορὲ κατὰ τοὺς παρόντας τόπους, πρώτου μὲν τοῦ πγ΄. ἔπειτα τοῦ πδ΄. καὶ τρίτου τοῦ πς΄. καὶ τελευταίου τοῦ πζ΄. πῶς ἡ προσευχὴ τοῦ Δαυὶδ ἀκαίρως ὡς ἂν εἴποι τις, παρεμβέβληται μέση, εὐλόγως ἄν τις ἐξετάσειεν. ἡγοῦμαι τοίνυν οὐκ ἀλόγως, ἀλλ' εὐκαιρότατα ταῖς περὶ τοῦ χριστοῦ προφητείαις παραμεμῖχθαι τὴν προκειμένην εὐχήν. ἐπειδὴ γὰρ ἀγαθῶν ἐπαγγελίας καὶ ἀφέσεις ἁμαρτημάτων, θεοῦ τε εἰς ἀνθρώπους παρουσίαν καὶ χριστοῦ ἄφιξιν λυτρωτοῦ καὶ σωτῆρος ἀνθρώπων, οἱ πρῶτοι τῶν ἐπιγεγραμμένων υἱῶν Κορὲ προεφήτευον, ὅ, τε πγ΄. καὶ πδ΄. ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξῆς ἐπιλεγόμενοι τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ αὐτοὶ ἐθνῶν κλῆσιν εὐηγγελίζοντο, καὶ χριστοῦ γένεσιν, καὶ τὸν ὑπὲρ ἀνθρώπων αὐτοῦ θάνατον, ἀναγκαίως ἡγοῦμαι τῆς περὶ τούτων προφητείας μέσην παρεμβεβλῆσθαι τὴν προσευχὴν τοῦ Δαυὶδ, δι' ἧς ἱκετεύει τυχεῖν καὶ αὐτὸς τῶν διὰ τοῦ σωτῆρος πᾶσιν ἀνθρώποις προξενουμένων ἀγαθῶν· ὡς ἂν καὶ αὐτὸς γενόμενος κοινωνὸς τῶν προφητευομένων, τύχοι μὲν ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, ἀπολαύσοι δὲ τῆς σωτηρίου μεγαλοδωρεᾶς τῆς πᾶσι τοῖς ἔθνεσι εὐαγγελιζομένης. μνημονεύει γοῦν ἐν τῇ αὐτοῦ προσευχῇ ὁ Δαυὶδ τῆς εἰς τὰ ἔθνη χυθείσης τοῦ θεοῦ χάριτος, ἀποθαυμάζων καὶ ἐκπληττόμενος τὴν χάριν, δι' ὧν φησιν, οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς κύριε, καὶ οὐκ ἔστι κατὰ τὰ ἔργα σου. πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου. ἐπεὶ τοίνυν καὶ αὐτὸς ηὔχετο τῶν ἴσων ἀγαθῶν τυχεῖν, εἰκότως τὴν ἑαυτοῦ προσευχὴν μέσην τῶν εὐαγγελικῶν ψαλμῶν παρεμβάλλει. ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν λεχθεῖσαν πρότασιν εἰρήσθω. χρὴ δὲ μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι καὶ ἄλλοι πλείους εἰσὶ προσευχῆς ἐπιγεγραμμένοι ψαλμοί· ἀλλ' οὗτος μετὰ προσθήκης, τοῦ Δαυὶδ, εἴρηται· ἕτερος δὲ ἐπιγέγραπται, προσευχὴ τοῦ Μωσῆ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ· καὶ ἄλλος, προσευχὴ τοῦ πτωχοῦ, ὅταν ἀκηδιάσῃ καὶ ἐναντίον τοῦ κυρίου ἐκχέῃ τὴν δέησιν αὐτοῦ. ἀλλ' ὡς ἐπαναβεβηκότες τὰς ἐν τῇ παλαιᾷ γραφῇ προσευχὰς, οἱ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀπόστολοι προσελθόντες ἠξίουν αὐτὸν διδάξαι αὐτοὺς προσεύχεσθαι· ὁ δὲ διδάσκει, μόνοις αὐτοῖς, καὶ τοῖς ὁμοίοις, κατάλληλον παραδιδοὺς προσευχήν.

διὸ φησὶ πρὸς αὐτούς· οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, καὶ τὰ ἑξῆς. ἕκαστος οὖν ἑαυτὸν δοκιμαζέτω, εἴ τι ἄξιός ἐστιν, ὡς ἤδη υἱὸς θεοῦ γενόμενος, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐπικαλεῖσθαι πατέρα, καὶ λέγειν τό, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἑξῆς. εἰ μὴ τοσοῦτος εἴη, ἀλλὰ λέγεσθαι ἑαυτῷ σπουδαζέτω τὴν ἁρμόζουσαν τῇ αὐτοῦ καταστάσει προσευχήν, ἀπό τε τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν, καὶ ἀπὸ τῶν προφητικῶν φωνῶν. ἡ μέντοι παροῦσα προσευχὴ τοῦ Δαυὶδ οὖσα τυγχάνει· οὕτως γὰρ ἡρμήνευσαν ὅ, τε Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος, ἀντὶ τοῦ, τῷ Δαυίδ, τοῦ Δαυὶδ εἰρηκότες. δοκεῖ δὲ ὁ Δαυὶδ τῷ θείῳ πνεύματι μὴ ἠγνοηκέναι τὸν περὶ τῶν πτωχῶν ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰρημένον μακαρισμόν· διὸ πτωχὸν ἑαυτὸν καὶ πένητα ὑπάρχειν ὁμολογεῖ, καὶ ταῦτα βασιλεὺς ὢν καὶ πλούτῳ πολλῷ περιρρεόμενος. ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ πνεύματι τοιοῦτος ἦν, κατὰ τό, Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, εἰκότως ἐν τῇ προσευχῇ, ὡς ἀρετὰς ἑαυτοῦ καὶ κατορθώματα προβάλλεται τὴν πτωχείαν καὶ τὴν πενίαν. καὶ ἄλλως δὲ ἐρεῖς, ὅτι ὥσπερ Μωσῆς φωνῆς ἀκούσας θεοῦ, ἰσχνόφωνον ἑαυτὸν εἶναι ὡμολόγει, κατὰ παράθεσιν τῆς θείας φωνῆς τοῦτο φήσας· οὕτω καὶ ὁ Δαυίδ, εἰ καὶ μέγας ἦν καὶ πλούσιος καὶ σοφὸς ἀνθρώποις συγκρινόμενος· ἀλλ' ἀνατείνας πρὸς τὸν θεὸν τοὺς ὀφθαλμούς, ὁρᾷ ἑαυτὸν τὸ μηδὲν ὄντα· καὶ ἐπεὶ μήπω ἦν δυνατὸς πατέρα τὸν θεὸν ὀνομάζειν, κύριον αὐτὸν καλεῖ, δούλου χώραν ἑαυτὸν ἐπέχειν σημαίνων. εἶθ' ὡς αὐτὸς μὲν ὢν κάτω που καὶ ἐν βυθῷ, τοῦ δὲ θεοῦ ὄντος ἐν ὕψει, κλῖναι τὸν θεὸν ἱκετεύει τὸ οὖς ἑαυτοῦ· ἅτε μὴ τοσοῦτον βοᾶν δυνάμενος διὰ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, ὡς ἀναπέμπειν εἰς ὕψος καὶ τείνειν πρὸς τὸν θεὸν τὴν ἑαυτοῦ φωνήν. διὸ δεῖται κλῖναι ἑαυτοῦ τὸ οὖς τὸν θεόν, καὶ τῇ ἑαυτοῦ ταπεινότητι συγκαταβῆναι τὴν θείαν ἀκοήν.

Φύλαξον τὴν ψυχήν μου, ὅτι ὅσιός εἰμι· σῶσον τὸν δοῦλόν σου, ὁ θεός, τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ σέ. ἐν οἷς ἦν, ἐν τούτοις φυλαχθῆναι ἀξιοῖ ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὡς ἂν μὴ συληθείη αὐτοῦ ἡ ψυχή, ὧν ἐκέκτητο ἀρετῶν, ἃς ἐδήλωσε πρότερον εἰπών, ὅτι πτωχὸς καὶ πένης εἰμὶ ἐγώ· δεύτερον, ὅτι ὅσιός εἰμι. διὸ καὶ ἀλλαχοῦ φάσκει· μὴ ἐλθέτω μοι ποὺς ὑπερηφανίας. ἐπεὶ δὲ συνῄδει ἑαυτῷ μηδέπω ὄντι υἱῷ, εἰκότως δοῦλον ἑαυτὸν ὁμολογεῖ καὶ φησίν· σῶσον τὸν δοῦλόν σου, ὁ θεός, τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ σέ. δοῦλος δὲ θεοῦ ἐστιν, ὁ μὴ δουλεύων ἁμαρτίᾳ, μηδέ τινι πάθει ὑποκείμενος· μόνῳ δὲ θεοῦ λόγῳ ὑποτεταγμένος, καὶ ὁ ἐπὶ μηδένα ἕτερον ἐλπίζων, ἢ ἐπὶ μόνον τὸν θεόν. Ἐλέησόν με κύριε, ὅτι πρὸς σὲ κεκράξομαι ὅλην τὴν ἡμέραν· εὔφρανον τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου, ὅτι πρὸς σὲ κύριε τὴν ψυχήν μου ἦρα. εἰ καὶ ὅσιός εἰμι φησίν, εἰ καὶ πτωχὸς καὶ πένης τῷ πνεύματι, ἀλλ' οὔπω θαρρῶν ἐμαυτῷ τὴν εὐχὴν ἀναπέμπω. δέομαι δὲ καὶ ἱκετεύω ἐλέους τοῦ παρά σου τυχεῖν, καὶ αὕτη μου ἐστὶν ἡ διηνεκὴς προσευχή.

A tionem, cum dixit illis, *Sic vos orate: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum,* Matth. 6. 9. & cætera; itaque seipsum quisque probet, num dignus sit, utpote jam filius Dei effectus, Patrem qui in cœlis est invocare, ac illud proferre, *Pater noster qui es in cœlis,* &c. Quod si talis non sit, curet statui suo congruentem orationem deligere, ex libro psalmorum & ex propheticis vocibus desumtam. Hæc igitur oratio Davidis est: nam sic explicarunt Aquila & Symmachus, qui pro illo, *Davidi,* interpretati sunt, *Davidis.* B Videtur porro David, divino afflatus Spiritu, Aquilæ. Symmachi. beatitudinem illam de pauperibus a Salvatore nostro prolatam non ignorasse; quare se pauperem & inopem esse fatetur, etiamsi rex ac divitiis instructus multis esset. Sed quia spiritu talis erat secundum illud, *Beati pauperes spiritu;* Matth. 5. 3. merito paupertatem & inopiam inter virtutes & recte facta sua in oratione recenset. Alio item modo dixeris, Sicut Moyses audita Dei voce, se balbutientem esse fatebatur, idque dicebat vocem suam cum divina comparando; ita & David, C etiamsi magnus, dives & sapiens, cum hominibus comparatus, esset; at elevatis ad Deum oculis, se nihil esse vidit: & quia nondum posset Deum patrem vocare, Dominum eum appellavit, se famuli locum tenere significans. Deinde utpote qui in infimis & in profundo maneat, cum Deus in alto exsistat, rogat ut inclinet aurem suam, quod ipse præ infirmitate tantum edere clamorem non possit, qui in altum perveniat, & ad Deum pertingat. Quamobrem supplicat ut Deus inclinet aurem suam, & ut di- D vinus auditus humilitati suæ adtemperetur.

Custodi animam meam, quoniam sanctus 2.
sum: salvum fac servum tuum, Deus, sperantem in te. In quo statu erat, se conservari a Deo postulat, ut ne anima sua virtutibus quas obtinebat spoliaretur: quas virtutes, his declarabat, primo cum diceret, *Quoniam inops & pauper sum ego;* secundo, *Quoniam sanctus sum:* quare alibi dicit, *Non veniat mihi pes superbiæ.* Psal. 35. 12. Cum autem se nondum filium esse putet, se jure servum con- E fitetur & ait, *Salvum fac servum tuum, Deus, sperantem in te.* Servus porro Dei est, qui peccato non servit, nullique adfectui subditus est, sed uni Dei Verbo subjectus; & qui in nullo alio spem habet, nisi in uno Deo.
Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamabo 3.
tota die: lætifica animam servi tui, quoniam 4.
ad te Domine animam meam levavi. Licet sanctus sim, ait, licet inops & pauper spiritu; sed nondum mihi fidens orationem emitto. Precor autem & rogo tuam consequi misericordiam: & hæc perpetua oratio mea

est. Pro illo autem, *Tota die*, Symmachus
Symmachi. sic edidit, *Quia ad te clamans singulis die-*
bus. Non enim una tantum die orationi va-
candum, sed per totam vitam. Et quia de
nulla humana re admodum gaudebat; il-
lud etiam a Deo præberi sibi rogabat, id
est, ut lætitiâ illâ quæ apud ipsum Deum ha-
betur, anima sua digna haberetur: gnarus
utique corpus & carnem suam corporeis re-
bus gaudere. Quare hæc quidem respuit,
solam vero, quæ apud Deum est, lætitiam
postulat, animæ suæ voluptatem procurans.
Sciebat quippe, non posse omnes illam con-
sequi; sed eos tantum qui a mortali vita
& a corporeis cupidinibus sese amovent,
& ad Deum solum mente & cogitationibus
accedunt; ideo jure adjicit, *Quoniam ad te*
5. *Domine animam meam levavi. Quoniam tu,*
Domine, suavis & mitis, & multæ misericor-
diæ omnibus invocantibus te. Pro illo, *& mi-*
Aquilæ. Theodotionis. *tis*, Aquila & Theodotio, *& propitius*, edi-
Symmachi. derunt; Symmachus vero, *& dimittens.*
Hæc porro commodùm a Davide dicta
sunt, ut verbum leniret, quod sane durum
videri possit; quale illud erat, *Ad te ani-*
mam meam levavi; ac rursum superius,
Quoniam sanctus sum. Et hæc quidem mihi,
ait, non mea virtute parta sunt, sed gratia
tua. Tu enim me ad hæc duxisti, qui suavis
es & peccata dimittis, non mihi tantum, sed
etiam omnibus invocantibus te: nam multæ
misericordiæ es. Cum autem hæc in commu-
ni dixerit, *Omnibus invocantibus te*, nos o-
6. mnes ad parem orationem & spem hortatur.
Auribus percipe, Domine, orationem meam, &
7. *intende voci deprecationis meæ. In die tribula-*
tionis meæ clamavi ad te, quia exaudisti me.
Hinc item declaratur hunc psalmum esse
orationem, ut ipse titulus indicat. Quia ve-
ro de præterito tempore hæc, *clamavi*, &,
exaudisti, dicuntur; animadvertas Aquilam
Aquilæ. dicere, *Invocabo te, quia exaudies me*; ita ut
orationis verba pro futuro tempore auxi-
lium a Deo postulent; ut si quando calami-
tosum tempus accedat, insteterque adflictio,
Dominum in tribulationibus invocans, pro-
pitium illum nanciscatur. Bonum autem est
ante adflictiones & tristia tempora non su-
pinè in concupiscentiis, neque segniter age-
re in orationibus ad Dominum emittendis;
sed ad futurum tempus se præparare.
8. *Non est similis tui in diis, Domine, & non*
9. *est secundum opera tua. Omnes gentes quascum-*
que fecisti venient & adorabunt coram te, Do-
10. *mine, & glorificabunt nomen tuum. Quoniam*
magnus es tu & faciens mirabilia, tu es Deus
solus. Omnes quidem orationes a sanctis
Dei emissæ, utiles & necessariæ sunt: æsti-
mo tamen non omnes scripto consignatas

A ἀντὶ γοῦν τοῦ, ὅλην τὴν ἡμέραν, ὁ Σύμμαχος
ἐκδέδωκεν, ὅτι πρὸς σὲ βοῶν καθ' ἑκάστην ἡμέ-
ραν. οὐ γὰρ πρὸς μίαν ἡμέραν δεῖ τῇ προσευ-
χῇ σχολάζειν, ἀλλὰ διὰ πάσης τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς.
καὶ ἐπειδήπερ ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγ-
μάτων ἔχαιρε μέγα, ἠξίου διὰ τῆς προσευχῆς
παρασχεθῆναι αὐτῷ ἀπὸ τοῦ θεοῦ· τοῦτο δὲ ἦν
τὸ εὐφροσύνης τῆς παρ' αὐτῷ τῷ θεῷ καταξιω-
θῆναι τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. τὸ μὲν γὰρ σῶμα ἑαυ-
τοῦ καὶ τὴν σάρκα τοῖς σωματικοῖς χαίρειν ἠπίστα-
το. διὸ ταῦτα μὲν παραιτεῖται· μόνην δὲ τὴν πα-
ρὰ τοῦ θεοῦ εὐφροσύνην αἰτεῖ τῆς κατὰ ψυχὴν
B τρυφῆς μεταποιούμενος. εἰδὼς δὲ ὅτι οὐ πάντων
ἐστὶ δύνασθαι ταύτης τυχεῖν, ἀλλ' ἢ τῶν μα-
κρυνόντων μὲν ἑαυτοὺς τοῦ θνητοῦ βίου καὶ τῶν σω-
ματικῶν ἐπιθυμιῶν, μόνῳ δὲ αὐτῷ τῷ θεῷ τῇ
διανοίᾳ καὶ τοῖς λογισμοῖς πλησιαζόντων, εἰκό-
τως ἐπιλέγει, ὅτι πρὸς σὲ κύριε τὴν ψυχήν μου
ἦρα. ὅτι σὺ κύριε χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς καὶ πο-
λυέλεος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις σε. ἀντὶ τοῦ,
καὶ ἐπιεικής, ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων, καὶ
ἱλαστὴς εἰρήκασιν· ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ ἀφίων. καὶ
ταῦτα δὲ χρησίμως ἐλέχθη τῷ Δαυίδ, θερα-
πεύοντι τὸ νομισθὲν φορτικὸν ῥῆμα· τοιοῦτον δὲ
C ἦν τὸ, πρὸς σὲ τὴν ψυχήν μου ἦρα· καὶ πάλιν
ἀνωτέρω τὸ, ὅτι ὅσιός εἰμι. καὶ ταῦτα γάρ μοι φη-
σίν, οὐκ ἐξ ἐμῆς δυνάμεως ἐπορίσθη, ἀλλ' ἐκ
τῆς σῆς χάριτος. σὺ γάρ με ἐπὶ ταῦτα ἤγαγες,
χρηστὸς ὢν καὶ ἀφίων ἁμαρτίας, οὐ μόνον ἐμοί, ἀλ-
λὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις σε, πολυέλεος
γὰρ τυγχάνεις. κοινοποιήσας δὲ τὸν λόγον διὰ τοῦ,
καὶ πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις σε, προτρέπει
πᾶσιν ἡμῖν, ἐπὶ τῷ τὰ ἴσα αὐτῷ προσεύχε-
σθαί τε καὶ ἐλπίζειν. ἐνώτισαι κύριε τὴν προσευ-
χήν μου, καὶ πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου.
ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου πρὸς σὲ ἐκέκραξα, ὅτι
D ἐπήκουσάς μου. καὶ ἐντεῦθεν παρίσταται ὅτι προσ-
ευχὴ τυγχάνει ὁ ψαλμός, ὡς καὶ διὰ τῆς προγρα-
φῆς. ἐπεὶ δὲ κατὰ παρῳχηκότα χρόνον εἴρηται
τὸ, ἐκέκραξα, καὶ τὸ, ἐπήκουσας, σημείωσαι, ὅτι ὁ
Ἀκύλας φησίν, ἐπικαλέσομαί σε, ὅτι εἰσακού-
σεις μου· ὥστε εἶναι τὰ τῆς προσευχῆς ἀναπεμ-
πόμενα, εἰς μέλλοντα χρόνον αἰτοῦντα παρὰ τοῦ
θεοῦ βοήθειαν· ἵν' εἴποτε καιρὸς γένοιτο περιστατι-
κός, καὶ εἴποτε θλίψις ἐπέλθοι, ἐπικαλούμενος
τὸν κύριον ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἐπήκοον αὐτὸν σχοίη.
καλὸν δὲ πρὸ θλίψεως καὶ πρὸ τῶν σκυθρω-
πῶν καιρῶν, μὴ ὑπτιοῦσθαι ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις,
E μηδὲ ἀπορρᾳθυμεῖν τῶν πρὸς τὸν κύριον εὐ-
χῶν, ἀλλὰ προπαρασκευάζεσθαι εἰς τὸν μέλ-
λοντα χρόνον.

Οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς κύριε, καὶ οὐκ
ἔστι κατὰ τὰ ἔργα σου. πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐ-
ποίησας, ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν
σου κύριε, καὶ δοξάσουσι τὸ ὄνομά σου. ὅτι μέ-
γας σὺ, καὶ ποιῶν θαυμάσια, σὺ εἶ θεὸς μό-
νος. καὶ πᾶσαι μὲν ὠφέλιμοι καὶ ἀναγκαῖαι αἱ
τῶν ἁγίων τοῦ θεοῦ προσευχαί, νομίζω καὶ μὴ
πάσας γεγράφθαι, ἀλλ' ἢ μόνας ἐκείνας ἐν

αἷς προσευχόμενοι ἐκ θείου πνεύματος ἐκινήθησαν, ὡς καὶ προφητικὰς ἀφεῖναι φωνάς. ἡγοῦμαι δ' οὖν καὶ τὸν Δαυὶδ προσευχὰς πολλὰς ἀναπέμψαι τῷ θεῷ, ὧν οὐδεμία γραφῇ ἠξιώθη, ἀλλ' αἱ μετέχουσαι προγνωστικῆς καὶ προφητικῆς δυνάμεως. διόπερ καὶ ἡ παροῦσα προσευχὴ τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν παρελήφθη, καὶ μέση τῶν περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητειῶν παρεμβέβληται, ὡς ἀνακεχαραγμένη προφητικοῖς λόγοις, καὶ κλῆσιν ἐθνῶν περιέχουσα. αὐτίκα γοῦν κλῆσις τῶν ἐθνῶν καὶ διὰ τούτων θεσπίζεται. ἐπειδὴ γὰρ τὰ πολλὰ περὶ ἑαυτοῦ μόνου ηὔξατο, ἐπάκουσόν μου, εἰπών, καὶ, φύλαξον τὴν ψυχήν μου, καὶ, σῶσον τὸν δοῦλόν σου ὁ θεός μου, καὶ τὸ, ἐλέησόν με, καὶ, εὔφρανον τὴν ψυχὴν τοῦ δούλου σου· ἐπεὶ τοίνυν τὰ τοσαῦτα περὶ ἑαυτοῦ ηὔξατο, ὁ πλούσιος καὶ μεγαλόδωρος θεὸς δείκνυσιν αὐτῷ, ὅτι μὴ αὐτῷ μόνῳ τὰ τῆς προσευχῆς αἰτουμένῳ παρέξει. ἁπλωθήσεται δὲ ἡ θεία χάρις καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ὡς καὶ αὐτῶν μελλόντων ἀπολαύειν τούτων, ὧν ὁ Δαυὶδ τυχεῖν ἠξίου. ὅθεν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ φωτισθεὶς καὶ τὸ μέλλον θεασάμενος, ὑπερεκπλήττεται τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος τὴν μεγαλοδωρεάν, καὶ φησὶ τὰ προλεγόμενα. θεοὺς δὲ ἐνταῦθα λέγεσθαι ὁ μέν τις ἡγήσεται, τοὺς ἐν ἀνθρώποις δικαίους καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρας, διὰ τὸ λέγον· ἐγὼ εἶπον, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες· ὁ δὲ τὰς κατ' οὐρανὸν θείας δυνάμεις, διὰ τὸ φάσκειν τὸν ἀπόστολον· καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοί, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ γῆς, ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοί, καὶ κύριοι πολλοί· ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατήρ. ἐπεὶ τοίνυν οὔτε ἀγγέλων τις, οὔτε προφητῶν, τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ἐποιήσατο, εἰκότως εἰς πρόσωπον ἡγοῦμαι τοῦ Χριστοῦ λέγεσθαι τὸ, οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς κύριε. ἄλλος δέ τις φήσει, διὰ τὸ ψευδῶς μὲν καὶ πεπλανημένως παρὰ τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων νομίζεσθαι εἶναι θεούς, καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἄλλον ἀλλαχοῦ θεοποιεῖσθαι, μόνον δὲ τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης θεὸν ἀνηγορεῦσθαι, ἐξ ἁπάντων τε τῶν ἐθνῶν λαοὺς ἑαυτῷ περιπεποιῆσθαι· τούτου χάριν προφητικῶς εἰς πρόσωπον αὐτοῦ τὰς προκειμένας ἀναφωνεῖσθαι θεολογίας. εἶτ' ἐπειδήπερ πολλοὶ προφῆται πρὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, παραδόξων ἔργων γεγόνασι ποιηταί, οὐδεὶς δὲ πώποτε τοιαῦτα πράξας ἀναγέγραπται, ὁποῖα ἐν τοῖς εὐαγγελίοις τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐμφέρεται, καὶ ὁποῖα δέδεικται διὰ τῆς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἐπιστροφῆς, διὰ τοῦτο λέγεσθαι, καὶ τὸ, οὐκ ἔστι κατὰ τὰ ἔργα σου. καὶ ποῖα ἔργα διδάσκει λέγων ἑξῆς· πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου. ἐὰν δὲ ἐπιφέρηται τὸ, σὺ εἶ θεὸς μόνος, καὶ τοῦτο ἐφαρμόσεις τῷ σωτῆρι, παραθεὶς τὸ, οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς κύριε. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ συγκρίσει τῶν ἀποδοθέντων θεῶν, οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι, οὕτως ἐν παραθέσει τῶν αὐτῶν, σὺ εἶ

fuisse, sed eas solum quas Spiritu sancto moti emiserunt; ita ut propheticas ederent voces. Puto igitur Davidem multas Deo emisisse orationes, quarum nulla scripto consignata fuit, exceptis iis quæ vi prospiciendi & vaticinandi præditæ erant. Ideo hæc oratio in libro psalmorum posita, & in medium prophetiarum de Christo inserta fuit, utpote quæ propheticis dictis condita sit, & vocationem gentium complectatur. His itaque vocatio gentium manifeste prænuntiatur. Postquam enim multa sibi soli precatus esset, dicens, *exaudi me, &, custodi animam meam, &, salvum fac servum tuum, Deus meus, &, miserere mei, &, latifica animam servi tui;* cum, inquam, talia pro seipso precatus esset, dives ille & munificus Deus ostendit illi, non ipsi soli precanti, quæ in oratione ferebantur, ab se concedenda, sed divinam gratiam in omnes gentes effundendam esse: quia futurum esset ut illæ quoque iis fruerentur, quæ David consequi rogabat. Quare Spiritu sancto illustratus, & futura prospiciens, magnum Dei gratiæ donum summopere miratur, & supra dicta verba profert. Putet vero quispiam hic deos vocari justos religiososque viros, quia dictum est, *Ego dixi, Dii estis, & filii Altissimi omnes;* (Psal. 81. 6.) alius vero eas, quæ in cœlo sunt, divinas virtutes, quia Apostolus ait: *Nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in cælo, sive in terra, (sicut sunt dii multi, & domini multi:) nobis tamen unus Deus, Pater.* (1. Cor. 8. 5.) Quoniam igitur neque Angelorum, neque prophetarum quispiam, vocationis gentium auctor fuit; jure arbitror de persona Christi dictum fuisse, *Non est similis tui in diis, Domine.* Alius dicet, quia a multis hominibus errore ductis dii esse falso existimantur, & apud omnes gentes, alius alio in loco deus habetur, solusque Salvator & Dominus noster per totum orbem Deus prædicatur, & ex omnibus gentibus populum sibi cooptavit; ideo hanc theologiam prophetice de ipsius persona proferri. Deinde quia ante Salvatorem nostrum prophetæ multi mirabilium operum auctores fuerunt; neque tamen ullus talia edidisse scribitur, qualia in Evangeliis Salvator noster fecisse commemoratur, & qualia per gentium conversionem exhibentur; idcirco illud etiam dictum fuisse, *Et non est secundum opera tua.* Quænam sint illa opera, sub hæc docet his verbis: *Omnes gentes quascumque fecisti venient, & adorabunt coram te.* Quod si illud adjiciatur, *Tu es Deus solus;* id adplices Salvatori, hoc item adponens, *Non est similis tui in diis, Domine:* sicut enim si te cum memoratis diis comparemus, non est similis tui; sic si te conferamus cum iisdem, tu es

Deus solus. Siquidem solus Salvator & Do-
minus noster in principio erat, Dei Ver-
bum erat, apud Deum erat, & Deus erat:
quamobrem non est similis ipsi in diis, ac
solus ipse quasi in diis Deus fuerit, cum
nullus ex multis illis, qui dii vocantur, com-
paratione illius deus dici possit. Alius vero,
quia secundum hæc omnia additur, *Tu es
Deus solus*, dixerit ad Patrem & Deum uni-
versorum hæc omnia in oratione enuntiata
referri: nam per ejus donum & gratiam vo-
catio gentium per Filium ejus facta est: &
ipse fuit omnium creator, conditor & opi-
fex, qui per Filium condidit, tum quæ in
cœlo, tum quæ in terra sunt: ipse quoque
per Filium mirabilia omnia fecit, tum quæ
in veteri testamento enarrantur, tum quæ
10. in novo describuntur; ideoque dici, *Non
est secundum opera tua*; &, *Magnus es tu &
faciens mirabilia, tu es Deus solus*. Illud au-
tem, *solus*, a Salvatore quoque nostro ad Pa-
Joan. 17. 3. trem dictum fuit in illo, *Ut cognoscant te so-
lum verum Deum*. Quoniam vero paternæ
deitatis particeps est Filius, cum sit ejusdem
regni consors, utpote unigenitus filius, Dei
Verbum, & Dei sapientia; jure & ipse præ-
senti theologiæ accenseatur qua hæc doce-
mur, inter multos illos qui dii vocantur non
esse quempiam similem Deo universorum:
nam in uno solo Unigenito ejus Verbo, Pa-
tris similitudo servatur. Quare imago Dei
Joan. 1. 1. vocatur, &, *Deus erat Verbum*; ita ut in ipso
solo Patris similitudo conservetur; sed non
in illis multis diis.
11. *Deduc me, Domine, in via tua, & ingrediar
in veritate tua, lætetur cor meum ut timeat no-
men tuum*. Ne aberremus a veritate Dei, du-
Aquilæ. ctore egemus: quare Aquila, *Illumina*, in-
quit, *me in via tua, Domine, ambulabo in veri-
Symmachi. tate tua*; Symmachus vero, *Ostende mihi, Do-
mine, viam tuam, ut iter faciam in veritate tua*.
Rursum item pro illo, *Lætetur cor meum, ut
Aquilæ. timeat nomen tuum*, Aquila dicit, *Solitarium
fac cor meum, ut timeat nomen tuum*; Symma-
Symmachi. chus vero, *Unito cor meum in timorem no-
12. minis tui. Confitebor tibi, Domine Deus meus,
in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in
æternum*. Cum multa in præcedentibus bo-
na dixisset, confessionem peccati sui neces-
sario revocat in memoriam; ut ne ex con-
cessa sibi venia, & ex collatis sibi post re-
missionem muneribus, mollius segniusque
versari videretur. Sese igitur ipse vertit &
commovet, ac peccati sui memoriam repe-
tit; ut hinc majore erga Deum gratiarum
actione utatur. Quamobrem ait, *Confitebor
tibi*; ac subjicit, *Eruisti animam meam ex
inferno inferiori*. Nam peccatum mortale
hujusmodi est, ut in profundissimum inferni

A θεὸς μόνος. ἐπειδήπερ μόνος ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν ἐν ἀρχῇ ἦν, καὶ θεοῦ λόγος ἦν, καὶ πρὸς τὸν θεὸν ἦν, καὶ θεὸς ἦν· διόπερ οὐκ ἔστιν ὅμοιος αὐτῷ ἐν θεοῖς, καὶ μόνος αὐτὸς ὡς ἐν θεοῖς εἴη ἂν θεός, οὐδενὸς τῶν λεγομένων πολλῶν θεῶν ἐν τῇ αὐτοῦ παραθέσει δυναμένου χρηματίζειν θεοῦ. ἄλλος δὲ διὰ τὸ ἐπιφέρεσθαι πᾶσι τούτοις τό, ὅτι σὺ εἶ θεὸς μόνος, εἴποι ἂν πρὸς τὸν πατέρα καὶ θεὸν τῶν ὅλων τὰ προκείμενα πάντα διὰ τῆς εὐχῆς ἀναπέμπεσθαι. τῇ γὰρ αὐτοῦ δωρεᾷ καὶ χάριτι ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ γέγονε. καὶ αὐτὸς ἦν ὁ τῶν ὅλων κτίστης καὶ δημιουργὸς καὶ B ποιητὴς διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα συστησάμενος, τά τε ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αὐτὸς ὢν ὁ πάντα θαυματουργήσας διὰ τοῦ υἱοῦ, τά τε κατὰ τὴν παλαιὰν διαθήκην ἱστορούμενα, καὶ τὰ ἐν τῇ καινῇ ἀναγεγραμμένα, διὸ λέγεσθαι, οὐκ ἔστι κατὰ τὰ ἔργα σου· καί, μέγας εἶ σύ, καὶ ποιῶν θαυμάσια, σὺ εἶ ὁ θεὸς μόνος. τὸ δέ, μόνος, εἴρηται καὶ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πρὸς τὸν πατέρα ἐν τῷ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν. ἐπεὶ δὲ τῆς τοῦ πατρὸς θεότητος κοινωνὸς ὑπάρχει ὁ υἱός, τῆς αὐτῆς μέτοχος ὢν βασιλείας, ἅτε μονογενὴς υἱὸς ὢν καὶ θεοῦ λόγος, C καὶ θεοῦ σοφία, εἰκότως ἂν καταλέγοιτο καὶ αὐτὸς τῇ παρούσῃ θεολογίᾳ διδασκούσῃ, ὅτι οὐκ ἔστιν ὅμοιος τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ ἐν τοῖς πολλοῖς ὀνομαζομένοις θεοῖς· ἐν ἑνὶ γὰρ μόνῳ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ λόγῳ ἡ τοῦ πατρὸς ὁμοιότης σώζεται. διὸ καὶ εἰκὼν χρηματίζει θεοῦ, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ὡς ἐν αὐτῷ μὲν σώζεσθαι μόνῳ τὴν τοῦ πατρὸς ὁμοίωσιν, οὐκέτι δὲ καὶ ἐν τοῖς πολλοῖς θεοῖς.

Ὁδήγησόν με κύριε ἐν τῇ ὁδῷ σου, καὶ πορεύσομαι τῇ ἀληθείᾳ σου, εὐφρανθήτω ἡ καρδία μου τοῦ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου. εἰς τὸ μὴ ἀποσφα-D λῆναι τῆς ἀληθείας θεοῦ, ποδηγοῦ δεόμεθα· διόπερ ὁ μὲν Ἀκύλας, φώτισόν με, φησί, κύριε τῇ ὁδῷ σου, περιπατήσω ἐν ἀληθείᾳ σου· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὑπόδειξόν μοι κύριε τὴν ὁδόν σου, ἵνα ὁδεύσω τῇ ἀληθείᾳ σου. καὶ πάλιν ἀντὶ τοῦ, εὐφρανθήτω ἡ καρδία μου τοῦ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου, ὁ μὲν Ἀκύλας φησί· μονάχωσον τὴν καρδίαν μου τοῦ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἕνωσον τὴν καρδίαν μου εἰς φόβον τοῦ ὀνόματός σου. ἐξομολογήσομαί σοι κύριε ὁ θεός μου ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ μου, καὶ δοξάσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα. πολλὰ χρηστὰ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρηκώς, E ἀναγκαίως ἀναφέρει τῇ μνήμῃ τὴν περὶ τῆς ἁμαρτίας ἧς ἥμαρτεν ἐξομολόγησιν, ὡς ἂν μὴ δόξειεν διὰ τῆς παρασχεθείσης αὐτῷ συγχωρήσεως καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ὑπαρχθέντων αὐτῷ, χαυνοῦσθαι, καὶ ῥαθυμότερον ἀναστρέφειν. ἐπιστρέφει τοίνυν αὐτὸς ἑαυτόν, καὶ μνήμην ποιεῖται τῆς αὐτοῦ ἁμαρτίας, ἵνα μείζων γένηται ἡ πρὸς τὸν θεὸν εὐχαριστία. διό φησιν, ἐξομολογήσομαί σοι καὶ ἐπάγει, ἐρρύσω τὴν ψυχήν μου ἐξ ᾅδου κατωτάτου. ἡ γὰρ πρὸς θάνατον ἁμαρτία τοιαύτη τυγχάνει, εἰς τὸν κατώτατον ᾅδην

κατασπῶσα. πολλῶν γὰρ οὐσῶν ἁμαρτιῶν, ἐοίκασιν αἱ μὲν τοῦ ᾅδου εἰς τὰ ἐπιπόλαια φέρειν, αἱ δὲ εἰς τὰ κατώτατα, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, εἰς αὐτὸν τὸν πυθμένα· περὶ οὗ εἴρηται· ὁδοὶ ἀνδρὸς αἱ δοκοῦσαι ὀρθαὶ εἶναι, τὰ μέν τοι τελευταῖα αὐτῶν βλέπει εἰς πυθμένα ᾅδου. ἀλλ' ἐκεῖθεν, φησὶν, ἐρρύσω με, ἐπειδὴ γέγονε τὸ ἔλεός σου μέγα ἐπ' ἐμέ. εὐξάμενος γὰρ μεγάλου τυχεῖν ἐλέους ἐν τῷ ν'. ψαλμῷ, ἐν ᾧ εἰρήκει, ἐλέησόν με κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, ἐν τούτοις ὁμολογεῖται τετυχηκέναι τῆς εὐχῆς· διὸ καὶ ἐξομολογεῖται, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐν ὅλῃ αὐτοῦ τῇ καρδίᾳ. ὁ θεὸς παράνομοι ἐπανέστησαν ἐπ' ἐμὲ, καὶ συναγωγὴ κραταιῶν ἐζήτησεν τὴν ψυχήν μου, καὶ οὐ προέθεντό σε ἐνώπιον αὐτῶν. καὶ σὺ κύριε ὁ θεὸς οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος καὶ ἀληθινός. μεταβαλὼν ἀπὸ τῆς προσευχῆς εἰς τὴν ἐξομολόγησιν, καὶ ὁμολογήσας τῷ θεῷ τὴν χάριν, ὅτι ἐρρύσατο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐξ ᾅδου κατωτάτου, ἀπολογεῖται τὴν αἰτίαν ἐξαγορεύων δι' ἣν ἥμαρτε καὶ φησιν, ὅτι ἐξ ἐπιβουλῆς πολλῶν ἀοράτων ἐχθρῶν τοῦτο πέπονθε, φθονησάντων αὐτοῦ τῇ κατὰ θεὸν προκοπῇ. διὸ φησιν, ὁ θεὸς παράνομοι ἐπανέστησαν ἐπ' ἐμέ. οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἑρμηνευταὶ, ὑπερήφανοι εἰρήκασι, τὰς ἀοράτους καὶ ὑπερηφάνους δυνάμεις αἰνιξάμενοι. ὁποίαν δὲ βίαν πέπονθεν ἡ τοῦ Δαυὶδ ψυχὴ, οὐχ ὑπὸ μιᾶς δυνάμεως, ἀλλ' ὑπὸ πλειόνων, διδάσκει λέγων καὶ συναγωγὴ κραταιῶν, ἢ ὡς ὁ Ἀκύλας, καὶ συναγωγὴ κατισχυρευομένων, ἢ ὡς Σύμμαχος, καὶ συναγωγὴ ἀνυποστάτων ἐζήτησε τὴν ψυχήν μου. ἀλλ' ἡ μὲν τῶν ἐχθρῶν συναγωγὴ ἐζήτησε τὴν ψυχήν μου, μὴ θεμένων πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν θεόν, σὺ δὲ κύριε φησὶν, ἅπερ ἐκεῖνοι μὴ προσεδόκησαν, συνεχώρησας καὶ ἐδωρήσω, ῥυσάμενος μου τὴν ψυχὴν ἐξ ᾅδου κατωτάτου. καὶ τοῦτ' ἔπραξας, ὡς οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων καὶ μακρόθυμος καὶ πολυέλεος, καὶ ἐν πᾶσι τούτοις ἀληθινὸς ὑπάρχων.

Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐλέησόν με· δὸς τὸ κράτος τῷ παιδί σου, καὶ σῶσον τὸν υἱὸν τῆς παιδίσκης σου. ὁρῶν με, φησὶν, ἐλέησόν με. δείκνυσι δὲ ἑαυτοῦ ὁ Δαυὶδ τὴν ταπείνωσιν καὶ τῆς ψυχῆς τὴν κάκωσιν, ἣν παρέστη καὶ ἀρχόμενος τῆς προσευχῆς ἐν οἷς ἔλεγε, πτωχὸς καὶ πένης ἐγώ εἰμι. ἀντὶ δὲ τοῦ, δὸς τὸ κράτος τῷ παιδί σου, σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπὼν, δὸς ἰσχὺν παρὰ σοῦ τῷ δούλῳ σου. ἵνα γὰρ μὴ ἐξασθενήσας ὀλισθήσω, μετὰ τῶν ἄλλων ὧν παρέχου, δυναμωθῆναι ἀξιῶ, πρὸς τὸ μὴ αὖθις καταπαλαισθῆναι ὑπὸ τῆς συναγωγῆς τῶν κραταιῶν. οὕτως δέ με ἰσχυροποιήσας σώσεις, ὡς ἂν σου δοῦλον γινόμενον, υἱὸν δὲ τῆς παιδίσκης σου, ἤτοι τῆς ἐκκλησίας σου, ἢ καὶ τῆς ἐν τῇ κατὰ θεὸν παιδείᾳ θρεψαμένης αὐτὸν

A detrahat. Cum enim multa sint peccatorum genera, videntur alia ad superficiem inferni deferre, alia ad infimum, sive, ut quis dixerit, ad ipsum profundum, de quo fertur: *Viæ viri quæ videntur esse rectæ, postrema autem earum respiciunt in profundum inferni.* Prov. 16. 25.
Verum inde, ait, me eruisti, *quoniam misericordia tua magna est super me.* Cum enim 13.
misericordiam magnam consequi in quinquagesimo psalmo precatus sit, in quo dicebat, *Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam;* hic se vota assequutum de-
B clarat; quare non simpliciter, sed in toto corde confitetur. *Deus iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo. Et tu Domine Deus miserator & misericors, patiens & multæ misericordiæ & verax.* Cum ex oratione ad confessionem conversus esset, fassus se Deo gratiam habere, quia eripuisset animam suam ex inferno inferiori; quasi ad defensionem suam, causam adfert cur peccaverit, complurium invisibilium inimicorum, qui suo se-
C cundum Deum profectui inviderent, insidiis id se perpessum adfirmans. Quare ait: *Deus iniqui insurrexerunt super me.* Reliqui vero omnes interpretes, *superbi,* dixerunt, invisibiles & superbas virtutes subindicantes. Quam porro vim perpessa sit Davidis anima, non ab una virtute, sed a pluribus, ipse docet his verbis, *Et synagoga potentium;* sive ut Aquila, *Et synagoga roboratorum;* aut ut Symmachus, *Et synagoga intolerabilium quæsivit animam meam.* Verum synagoga quidem inimicorum quæsivit animam me-
D am, qui non posuerunt Deum ante oculos suos: tu autem, Domine, ea concessisti, ea dedisti, quæ ipsi non exspectabant, cum animam meam liberasti ex inferno inferiori. Idque præstitisti, utpote misericors, miserator, & patiens & multæ misericordiæ: in omnibusque iis verax fuisti.

Respice in me & miserere mei: da imperium puero tuo, & salvum fac filium ancillæ tuæ. Respiciens, inquit, me, miserere mei. 16.
Hic porro David humilitatem suam & animi adflictionem exhibet, quam item in ora-
E tionis exordio declaravit, cum diceret, *Inops & pauper sum ego.* Pro illo autem, *Da imperium puero tuo,* apertius Symmachus interpretatus est his verbis: *Da robur a te servo tuo.* Siquidem ne ex infirmitate peream, cum aliis quæ largitus es, etiam roborari me postulo; ut ne iterum impugner a synagoga potentium. Sic robore addito me servabis, utpote servum tuum, filium ancillæ tuæ; sive Ecclesiæ tuæ; vel matris quæ in recto secundum Deum instituto ipsum

Lectio reliquorum interpretum.

Aquilæ.

Symmachi.

Symmachi.

17. educavit. *Fac mecum signum in bonum, & videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adjuvisti me & consolatus es me.* Quemadmodum Caïno signum posuit Deus, nequitiæ illius indicium, quod signum qui videbant, ab eo interficiendo arcebantur, quia Deus decreverat ut ingemisceret & tremeret super terram: sic etiam perfectis suis signum dat in bonum, quod cernentes amici, gaudent; inimici vero & qui oderunt eum, pudore adficiuntur, a signo indicium habentes, ipsum in ejusmodi casu, auxilio & consolatione muniri. Et fortasse inimicæ virtutes, signum Caïno impositum cernentes, gaudebant, quod soleant de alienis lætari malis; Angeli vero Dei de illo gemebant, ex signo impendentem illi a Deo iram agnoscentes. At in religiosa anima contrarium accidit; inimicæ quippe virtutes confunduntur, bonum illud signum in ipsa positum conspicientes; divini autem & boni Angeli gaudent & gratulantur ei. Idipsum docuit Salvator noster dicens, gaudium esse in cœlis super uno peccatore pœnitentiam agente.

Gen. 4. 15. — *Luc. 15. 17.*

A μητρός. ποίησον μετ' ἐμοῦ σημεῖον εἰς ἀγαθόν, καὶ ἰδέτωσαν οἱ μισοῦντές με, καὶ αἰσχυνθήτωσαν, ὅτι σὺ κύριε ἐβοήθησάς μοι, καὶ παρεκάλεσάς με. ὥσπερ τῷ Καῒν σημεῖον ἔθετο ὁ θεὸς τῆς πονηρίας αὐτοῦ δηλωτικόν, ὅπερ σημεῖον οἱ θεωροῦντες εἴργοντο τοῦ ἀνελεῖν αὐτόν, διὰ τὸ κρῖναι τὸν θεὸν στένειν καὶ τρέμειν αὐτὸν ἐπὶ γῆς· οὕτως καὶ τοῖς τελείοις αὐτοῦ σημεῖον εἰς ἀγαθὸν δίδωσιν. ὅπερ ὁρῶντες, οἱ μὲν φίλοι χαίρουσιν, οἱ δὲ ἐχθροὶ καὶ οἱ μισοῦντες αἰσχύνονται, γνώρισμα λαβόντες διὰ τοῦ σημείου, ὅτι βεβοήθηται καὶ παρακέκληται ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι. B καὶ τάχα ἐπὶ μὲν τοῦ Καῒν αἱ ἐχθραὶ δυνάμεις ὁρῶσαι τὸ ἐπιτεθὲν αὐτῷ σημεῖον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἐπέχαιρον αὐτῷ, ἅτε ἐπιχαιρεσίκακοι οὖσαι· οἱ δὲ τοῦ θεοῦ ἄγγελοι ἐπέστενον αὐτῷ διὰ τοῦ σημείου τὴν ἐπηρτημένην αὐτῷ ἐκ θεοῦ ὀργὴν ἐπιγινώσκοντες. ἐπὶ δὲ τῆς θεοφιλοῦς ψυχῆς τοὐναντίον, αἱ μὲν ἐχθραὶ δυνάμεις καταισχύνονται τὸ ἀγαθὸν σημεῖον ἐπικείμενον ὁρῶσαι αὐτῇ· οἱ δὲ θεῖοι καὶ ἀγαθοὶ ἄγγελοι χαίρουσι καὶ συνευφραίνονται αὐτῇ. τοῦτο καὶ ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἐδίδαξεν εἰπών, χαρὰν γίνεσθαι ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

---

1. *Filiis Core, psalmus cantici LXXXVI.*

2. *Fundamenta ejus in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.*
3. *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei.*
4. *Memorabo Rahab & Babylonem, scientibus me.* Pro illo, *Filiis Core*, Aquila & Symmachus, *Filiorum Core*, ediderunt, quasi psalmus ab iis compositus sit, vel ab iis recitatus, non modo cum psalterio, sed etiam cum cantico. Cum autem mecum reputarem, qua de causa psalmi, qui *filiorum Core* inscripti sunt, non unà conjuncti sint, sed primo separatim positi a XLI. ac rursus duo seorsim locati, nempe LXXXIII. & LXXXIV. iterumque alii duo, scilicet hic quem tractamus & subsequens; & cur in medio istorum positus sit LXXXV. inscriptus, *Oratio Davidis*: qua de re quæ tum succurrebant, in postremorum explicatione a me jam tradita sunt. Secus fortasse quispiam dixerit; nempe omnes qui in libro psalmorum feruntur, a diversis viris prophetico Spiritu afflatis pronuntiatos, separatim positos fuisse, tum quia non eodem tempore dicti, tum quia non ab iisdem prophetice pronuntiati fuerant. A principio itaque quidam Moysis inscriptus fuit, alii Asaphi, alii Davidis, unus Salomonis, Æthan Esdraïtæ quoque alius; multi vero præter hosce inscriptione

Aquilæ. Symmachi.

C Τοῖς υἱοῖς Κορὲ ψαλμὸς ᾠδῆς, πϛʹ.

ΟΙ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις· ἀγαπᾷ κύριος τὰς πύλας Σιών, ὑπὲρ πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακώβ. δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ ἡ πόλις τοῦ θεοῦ. μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος τοῖς γινώσκουσί με. ἀντὶ τοῦ, τοῖς υἱοῖς Κορέ, ὁ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, τῶν υἱῶν Κορὲ ἐκδεδώκασιν, ὡς ὑπ' αὐτῶν πεποιημένου, ἢ διὰ τούτων εἰρημένου τοῦ ψαλμοῦ καὶ λεχθέντος, οὐ μόνον διὰ ψαλτηρίου, D ἀλλὰ καὶ μετ' ᾠδῆς. ζητῶν δὲ παρ' ἐμαυτῷ, τίνι λόγῳ μὴ πάντες ἦσαν ἐφ' ἑνὶ συνημμένοι οἱ ἐπιγεγραμμένοι τῶν υἱῶν Κορέ, ἀλλ' οὕτω μὲν ἰδίως πρῶτοι, οἱ ἀπὸ τοῦ μαʹ· καὶ πάλιν ἰδίως ἀφωρισμένοι δύο, ὁ πγʹ. ὁ δʹ. καὶ πʹ. καὶ πάλιν ἕτεροι δύο, ὁ μετὰ χεῖρας, καὶ ὁ ἑξῆς αὐτοῦ· μέσος δὲ παρεμβέβληται τούτων ὁ πεʹ. ἐπιγεγραμμένος προσευχῆς τοῦ Δαυίδ· τὰ μὲν ἐμοὶ παραστάντα εἰς τὴν τῶν τελευταίων θεωρίαν, διὰ τῶν εἰρημένων ἤδη πρότερον δεδήλωται. εἴποι δ' ἄν τις καὶ ἄλλως, ὅτι πάντες οἱ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν φερόμενοι λόγοι ὑπὸ διαφόρων E ἀνδρῶν προφητικῷ πνεύματι λελαλημένοι, ἰδιάζοντες ἦσαν, ὡς ἂν μήτε ὑφ' ἕνα καιρὸν λεχθέντες, μήτε ὑπὸ τῶν αὐτῶν προφητευθέντες. αὐτίκα γοῦν ἐπιγέγραπταί τις Μωσέως, καὶ ἕτεροι τοῦ Ἀσάφ, καὶ τοῦ Δαυὶδ πάλιν ἕτεροι, καὶ ὁ Σολομῶντος ἄλλος, καὶ πάλιν Αἰθὰν τοῦ Ἐσδραΐτου, καὶ ἕτεροι δὲ πλείους ὅσοι παρὰ τούτοις. φέρονται

ἀνεπίγραφοι

ἀνεπίγραφοι, οὐ δυναμένων ἡμῶν εἰδέναι τίνος ἄρ' εἶεν. διαφόρως οὖν εἰρημένων τὸ παλαιὸν σποράδην ὑπῆρχε παρὰ τοῖς περὶ ταῦτα σπουδαίοις * πεφυλαγμένον. εἶθ' ὕστερον συναχθῆναι τοὺς ρν'. εἰς μίαν βίβλον. μήποτ' οὖν ὁ συναγαγών, εἴτ' Ἔσδρας οὗτος ἦν, ὥς φασιν Ἑβραίων παῖδες, εἴτε τις ἕτερος παρὰ τοῦτον, τοὺς πρώτους εἰς αὐτὸν ἐρχομένους, πρώτους ἐν τῇ βίβλῳ κατατέταχεν. οὐκ ἀθρόως γὰρ τοὺς πάντας ὑφ' ἕνα καιρὸν εὑρών, ἐξ ἀνάγκης τοὺς πρὸς χεῖρα παρεμπίπτοντας συνῆπτε τοῖς προειληφόσι. διόπερ καὶ τοὺς πρώτους η'. τῶν υἱῶν Κορὲ εἰκὸς τότε κατατάξαι, ὅτε καὶ ἀθρόως ὁμοῦ πάντες εὕρηνται· μετ' ἐκείνους δὲ συνάψαι τοὺς μετὰ ταῦτα εἰς αὐτὸν ἐλθόντας. εἶτα πολλῶν ἐν τῷ μεταξὺ εὑρημένων, καὶ εἰς τὴν βίβλον τῶν ψαλμῶν ἀναληφθέντων μετὰ τὸν πβ'. ψαλμόν, εὑρῆσθαι πάλιν ἄλλους δύο τῶν υἱῶν Κορέ, οὓς καὶ ἀκολούθως συνάψας ἐν τῷ τρίτῳ καὶ π'. καὶ τῷ πδ'. κατέταξεν. εἶτα μεταξὺ τοῦ χρόνου τῆς τοῦ Δαυὶδ προσευχῆς εὑρεθείσης, ἐντεθεῖναι καὶ ταύτην μετὰ τὸν πδ'. καὶ πάλιν μετὰ τὴν προσευχὴν τοῦ Δαυίδ, ἐν πε'. τόπῳ καταλεχθεῖσαν εὑρεθῆναι ἑτέρους δύο τῶν υἱῶν Κορέ, τὸν μετὰ χεῖρας, καὶ τὸν ἐφεξῆς αὐτοῦ· ἐξ ἀνάγκης τε καὶ αὖθις συναχθῆναι τῇ προσευχῇ τοῦ Δαυίδ· τὸν αὐτὸν δὲ λόγον ὑπάρχειν ὁ αὐτὸς εἴποι ἂν καὶ ἐπὶ τῆς τῶν λοιπῶν ψαλμῶν συνθέσεως.

Πιστοῦται δὲ τὸ λελεγμένον ἀπὸ προφητικῶν ἀποδείξεων. ἐπεὶ γὰρ ἐν ταῖς προφητικαῖς βίβλοις, πολλάκις ἐστὶν εὑρεῖν τὰ τῷ χρόνῳ προλεχθέντα, δεύτερα κείμενα τῇ τάξει, καὶ τὰ προφητευθέντα ὕστερα προτεταγμένα τῶν προαχθέντων τοῖς χρόνοις. ὁ γοῦν Ἱερεμίας προφητεύειν μὲν ἄρχεται ἐπὶ Ἰωσίου, παρατείνει δὲ μέχρι Σεδεκίου καὶ τῆς αἰχμαλωσίας· Σεδεκίας δ' ἦν τέταρτος ἀπὸ Ἰωσίου βασιλεύς. μετὰ γὰρ Ἰωσίαν δεύτερος Ἰωακεὶμ υἱὸς αὐτοῦ διαδέχεται τὴν ἀρχήν· μεθ' ὃν τρίτος Ἰεχωνίας υἱὸς Ἰωακείμ· μεθ' ὃν τέταρτος Σεδεκίας ἀδελφὸς Ἰωακείμ. καθ' οὓς ἅπαντας τοῦ Ἱερεμίου προφητεύσαντος, ἡ ἐπώνυμος αὐτοῦ γραφή, ἄρχεται μὲν ἀπὸ Ἰωσίου· εἶτα προϊοῦσα μέμνηται Ἰεχωνίου τοῦ τρίτου ἀπὸ Ἰωσίου· εἶτα προφητεύει τὰ ἐπὶ Σεδεκίου, ὃς ἦν τέταρτος ἀπὸ Ἰωσίου. οἷς ἑξῆς τίθησι τὰ ἐν τῷ τετάρτῳ ἐπὶ Ἰωακεὶμ προφητευθέντα, ὃς ἦν δεύτερος μετὰ Ἰωσίαν· εἶθ' ἑξῆς ἐπάγει τὰ ἐν ἀρχῇ τοῦ αὐτοῦ Ἰωακείμ· εἶτα τὰ ἐπὶ Σεδεκίου, καὶ πάλιν τὰ ἐπὶ Ἰωακείμ. εἶτα μέμνηται τῆς αἰχμαλωσίας τῆς εἰς Βαβυλῶνα, καὶ ὡς μετὰ Σεδεκίαν κατέστη ἡγούμενος τῶν ἀπολειφθέντων Γοδολίας, καὶ ὡς Ἰσμαὴλ ἀναιρεῖ τὸν Γοδολίαν, μεθ' ὃν Ἰωάναν υἱὸς Καρηὲ ἡγεῖται. καὶ μετὰ τούτους ἅπαντας ἑξῆς ἐπάγει τὰς ἐν τῷ δ'. ἔτει Ἰωακεὶμ λεχθείσας προφητείας, καὶ πάλιν τὰς ἐν ἀρχῇ βασιλείας Σεδεκίου εἰρημένας. εὕροις δ' ἂν καὶ παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ τὰ παραπλήσια. ἐπεὶ

A carent; ita ut cujusnam sint scire nequeamus. Cum ergo varie recitati fuissent, sparsim positi a studiosis harum rerum viris antiquitus servabantur. Deinde vero, [dixerit idem,] CL. psalmos unum in librum coactos fuisse. Ac fortasse qui collegit, sive is Esdras fuerit, ut aiunt Hebraei, sive alius quispiam, eos qui primo ad manum venerunt, primos in libro constituit. Nam cum non omnes uno eodemque tempore repererit, necessario eos qui casu in manus inciderunt primò repertis adjunxit. Quamobrem
B cum octo primos filiorum Core, ut verisimile est, una simul repertos, in libro simul posuisset, iis postea subjunxit eos, qui sub haec sese obtulerunt. Deinde cum plures alii reperti & in libro psalmorum repositi fuissent, post LXXXII. psalmum, binos alios filiorum Core deprehensos, nempe LXXXIII. & LXXXIV. consequenter locavit. Tum post elapsum temporis spatium cum oratio Davidis reperta fuisset, eam post LXXXIV reposuit. Ac rursum post orationem Davidis, quae LXXXV. numero posita fuerat, in-
C ventos fuisse dicet duos alios filiorum Core; hunc quem tractamus, & sequentem: ac sic necessario orationi Davidis conjunctos fuisse. Idipsum porro dixerit idem in reliquorum psalmorum ordinatione contigisse.

Haec vero sententia propheticis exemplis confirmatur: nam in propheticis libris frequenter reperire est ea, quae prius dicta sunt, secundo loco posita, & quae postremo praenuntiata sunt, iis quae praecesserant praemissa. Nam Jeremias initium prophetandi ducit a tempore Josiae; & usque ad Sedeciam &
D captivitatem pertingit: Sedecias vero quartus erat a Josia rex. Post Josiam enim secundus regnum excipit Joachim filius ejus, sub haec tertius Jechonias filius Joachim, & post eum quartus Sedecias frater Joachim: ac cum Jeremias his omnibus regnantibus prophetaverit, ejus Scriptura a Josia init; sub haec Jechoniae, qui tertius a Josia erat, meminit; tum ea quae sub Sedecia vaticinatur, qui quartus erat a Josia: his quarto loco subjungit ea quae praenuntiata sunt sub Joachim, qui secundus post Josiam erat. Adjicit postea
E quae in principio ipsius Joachim dicta sunt; hinc quae sub Sedecia; rursum ea quae sub Joachim. Deinde captivitatem in Babylonem meminit, & quomodo post Sedeciam residui populi dux Godolias constitutus sit, & quo pacto Ismaël Godoliam occiderit, post quem Joanan filius Cariae dux fuit. Post hos autem omnes adfert deinde prophetias anno quarto Joachim pronuntiatas; sub haec illas quae initio regni Sedeciae dictae sunt. Similia quoque in Ezechiele reperias. Nam

in hujus quoque Scriptura prophetiæ non ordine temporis jacent; sed quæ vigesimum septimum captivitatis annum spectant, præmittuntur iis quæ de undecimo captivitatis anno dicta sunt: post illas enim vigesimi septimi anni prophetias, quæ undecimo anno dictæ sunt, feruntur: deinde vero post illas undecimi anni, quædam habentur decimo anno dictæ, hinc quæ anni vigesimi quinti sunt. Quorum omnium non aliam causam quis adferat præter jam traditam. Nam cum sparsim, ut verisimile est, variis temporibus, & sub singulis regibus separatim editæ prophetiæ, a studiosis antiquitus servatæ fuissent; sive Esdras, sive quidam alii, singulorum prophetarum dicta, variis temporibus prolata, uno volumine circumscribentes, ea quæ primo reperta fuerant, primo loco posuerunt, deinde ea quæ postea ad manum venerunt, subjunxere, etiam si tempore præirent. Eadem vero ratione psalmi digesti sunt, sive omnes unà spectentur, sive ii seorsim quos jam tractamus. Nisi fortasse profundior aliqua intelligendi ratio, nobis occulta, aliam causam ad quæstionis solutionem adferat. Ea vero quæ de ordine psalmorum filiorum Core, & de oratione Davidis quæ ante hunc psalmum posita, & in medio psalmorum filiorum Core locata est, prout succurrebant a nobis exposita sunt, cuique volenti legere licet. Et hæc quidem a nobis exercitationis causa dicta sint.

Quia vero in hoc psalmo indefinite sic incipitur, *Fundamenta ejus in montibus sanctis*; merito roget aliquis, quisnam ille sit. Cui respondeat incunctanter quispiam, Deum esse intelligendum; quia deinde subjungitur, *civitas Dei*. Ego vero considerata psalmi serie, cum deinceps dictum occurrat: *Numquid Sioni dicet, Homo & homo natus est in ea, & ipse fundavit eam*; pro quo
Aquilæ. Aquila interpretatus est, ***Et Sioni dicetur, Vir & vir natus est in ea, & ipse firmabit eam***;
Symmachi. Symmachus vero, ***De Sion dicetur, secundum singulos homines ipse natus est ibi, ipse vero firmavit eam***; arbitror congruentissime dictum esse illud, *Fundamenta ejus in montibus*, sine additamento illo, *Dei*; ut perquirentes quis ille esset, ex sequentibus comperiremus, eum esse virum qui Sionem fundasse dicitur, quique istic natus est. Nam ait, *Homo natus est in ea, & ipse fundavit eam*; sive, *& ipse firmavit eam*. Cum dicitur ergo, *Fundamenta ejus*, subaudiamus nos virum qui fundavit eam, videlicet Dei civitatem. Dei vero civitatem, eam esse putare quæ in Palæstina olim Judæorum metropolis erat, id non solum vile & abjectum, sed etiam impium esset. Nam de illa Judææ civitate, quæ

A καὶ ἐν τῇ τούτου γραφῇ οὐκ ἑξῆς τοῖς χρόνοις σύγκεινται αἱ προφητεῖαι, ἀλλ' εἰσὶν αἱ μὲν κατὰ τὸ κζ΄. ἔτος τῆς αἰχμαλωσίας προτεταγμέναι, τῶν ια΄. τῆς αἰχμαλωσίας εἰρημένων· μετὰ γὰρ τὰς ἐν τῷ κζ΄. ἔτει φέρονται αἱ λεχθεῖσαι ἐν τῷ ια΄. τῆς αἰχμαλωσίας ἔτει. καὶ πάλιν μετὰ τὰς ἐν τῷ ια΄. ἄλλαι φέρονται ἐν τῷ ι΄. ἔτει εἰρημέναι, καὶ ἑξῆς αἱ ἐν τῷ κε΄. ἔτει. καὶ τούτων ἁπάντων εἴποι ἄν τις τὴν αἰτίαν οὐκ ἄλλην εἶναι τῆς ἀποδεδομένης. σποράδην γὰρ, ὡς εἰκὸς, τῶν κατὰ χρόνους καὶ καθ' ἕκαστον βασιλέα μερικῶς προπεφητευμένων, τὸ παλαιὸν
B παρὰ τοῖς σπουδαίοις σωζομένων, ἤτοι τὸν Ἔσδραν, ἢ καί τινας ἑτέρους, ὑπὸ μίαν περιγραφὴν συνάγοντας, τὰ ἑκάστῳ τῶν προφητῶν κατὰ χρόνους διαφόρους λεχθέντα, τοὺς προτέρους εὑρισκομένους λόγους κατατάξαι προτέρους· εἶθ' ἑξῆς συνάπτειν τοὺς μετὰ ταῦτα εὑρισκομένους, εἰ καὶ προῆγον τῷ χρόνῳ. τὸν δ' αὐτὸν εἶναι λόγον καὶ ἐπὶ τῆς τάξεως τῶν ψαλμῶν, καθόλου μὲν ἁπάντων, ἰδίως δὲ καὶ τῶν μετὰ χεῖρας ἡμῖν ἐξεταζομένων. εἰ μὴ ἄρα τις βαθύτερος νοῦς λανθάνων ἡμᾶς ἑτέρους τινὰς λογισμοὺς παραστήσει τῆς τῶν ἐζητημένων αἰτίας.
C τά γε μὴν ἡμῖν ὑποπεσόντα, εἴς τε τὴν τάξιν τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ περὶ τῆς προσευχῆς τοῦ Δαυὶδ τῆς πρὸ τοῦ μετὰ χεῖρας ψαλμοῦ κειμένης, καὶ μέσης τῶν υἱῶν Κορὲ παρεμβεβλημένης, πρόκειται τοῖς ἐθέλουσιν ἐντυγχάνειν τοῖς εἰρημένοις ἡμῖν ἔμπροσθεν. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν ὧδέ πη προγεγυμνάσθω.

Ἐπεὶ δὲ ἀορίστως ἀρχόμενος ὁ λόγος ἐν τῷ ψαλμῷ φησίν· οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις· εἰκότως ἄν τις ζητήσειε, τίνος αὐτοῦ, προχείρως μὲν οὖν εἴποι τις ἂν νοεῖσθαι τοῦ θεοῦ, ἐπειδὴ ἑξῆς ἐπιλέγεται, ἡ πόλις τοῦ θεοῦ.
D ἐγὼ δὲ ἐπιστήσας τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ ψαλμοῦ καὶ εὑρὼν ἑξῆς εἰρημένον τὸ, μὴ τῇ Σιὼν ἐρεῖ, ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτήν. ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας πεποίηκε, καὶ τῇ Σιὼν λεχθήσεται, ἀνὴρ καὶ ἀνὴρ ἐτέχθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἑδράσει αὐτήν· ὁ δὲ Σύμμαχος. * περὶ δὲ Σιὼν λεχθήσεται καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον αὐτὸς ἐτέχθη ἐκεῖ. αὐτὸς δὲ ἥδρασεν αὐτήν· ἡγοῦμαι σφόδρα ἀκολούθως εἰρῆσθαι τὸ, οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ μὴ προσκεῖσθαι τὸ, τοῦ θεοῦ, ἵν' ἐπιζητήσαντες τίνος, αὐτοῦ, εὕρωμεν ἀπὸ τῶν ἑξῆς τὸν λε-
E γόμενον τεθεμελιωκέναι τὴν Σιὼν ἄνδρα, τὸν καὶ γεννηθέντα ἐκεῖ· ἄνθρωπος γάρ φησιν ἐτέχθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτήν, ἢ καὶ αὐτὸς ἥδρασεν αὐτήν. λεγομένου τοιγαροῦν τοῦ, οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ, προσυπακούσωμεν ἡμεῖς τὸ τοῦ ἀνδρὸς τοῦ θεμελιώσαντος αὐτήν· δῆλον δ' ὅτι τὴν τοῦ θεοῦ πόλιν. πόλιν δὲ τοῦ θεοῦ νομίζειν τὴν κατὰ Παλαιστίνην τὸ πάλαι συνεστῶσαν Ἰουδαίων μητρόπολιν οὐ μόνον ταπεινὸν, ἀλλὰ καὶ δυσσεβές. τὸ γὰρ περὶ τῆς νῦν ὑπὸ ἀλλοφύλων ἐθνῶν οἰκουμένης

* Lectio Symmachi hic viciata videtur, infra sincerior est.

ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πόλεως λέγεσθαι νομίζειν τό, ἀγαπᾷ Κύριος τὰς πύλας Σιὼν, τὰς νῦν ἐρήμους καὶ ἠφανισμένας, καὶ τό, δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ· καὶ πάλιν, μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐν ὄρει ἁγίῳ αὐτοῦ· καὶ ταῦτα πάντα νομίζειν λέγεσθαι περὶ πόλεως ἣν ἄνδρες οἰκοῦσι νῦν Ἕλληνες καὶ ἀλλόφυλοι καὶ εἰδωλολάτραι, σφόδρα μοι δοκεῖ ταπεινῆς εἶναι, καὶ μικροπρεποῦς διανοίας. εἰ δέ τις νοήσειεν ὅπως εἰώθασιν αἱ θεῖαι καὶ προφητικαὶ φωναὶ πόλιν Θεοῦ καλεῖν τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα, ὄψεται τίνα τρόπον καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὴν θεοφιλῆ ταύτην καὶ θεοσεβῆ πολιτείαν τε καὶ πόλιν ὁ σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦ Θεοῦ ἐθεμελίωσέ τε καὶ ἥδρασε. διὸ καὶ ποικίλως κηρύττεται ὑπὸ τῶν προφητῶν, ἐν οἷς λέγεται περὶ αὐτοῦ, καὶ τό, οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου. τὴν γὰρ τοῦ Θεοῦ πόλιν, δηλαδὴ τὴν κατὰ Θεὸν πολιτείαν καὶ τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης μόνος αὐτὸς γεννηθεὶς ἐν αὐτῇ ἱδρύσατο, καὶ κατεπήξατο, διὰ τῆς ἐν παντὶ τόπῳ καὶ πάσῃ χώρᾳ καὶ πόλει συνεστώσης αὐτοῦ καθολικῆς ἐκκλησίας. περὶ ἧς πεπεῖσθαι προσήκει λέγεσθαι τό, δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ· καὶ τό, τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἐν ταῖς θείαις φέρεται γραφαῖς.

Τῆς οὖν μεγίστης ταύτης καὶ θεοπρεποῦς πόλεως, λέγω δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν ἐμφαινομένου θεοσεβοῦς πολιτεύματος, οἱ θεμέλιοι τυγχάνουσιν ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις. ἑρμηνεύει δὲ τὸν λόγον ὁ ἀπόστολος φάσκων· ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ ἄλλως δὲ οἱ θεμέλιοι αὐτῆς οὐκ ἐνταῦθα κάτω καὶ παρ' ἡμῖν τυγχάνουσιν, ἀλλ' ἄνω που καὶ ἐν τοῖς καλουμένοις ἁγίοις ὄρεσι. διὸ λέλεκται, οἱ θεμέλιοι αὐτῆς ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις. εἶεν δ' ἂν ταῦτα τὰ ὄρη οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, ἔνθα τὸ μέγα πολίτευμα τῆς ἐπουρανίου Σιὼν, καὶ τῆς ἀληθῶς μεγάλης τοῦ Θεοῦ πόλεως συνέστηκεν. οὐκ ἐμὸς δὲ οὗτος ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ φήσαντος ἀποστόλου· ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν· καί, προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. ταύτης οὖν τῆς μεγάλης πόλεως τοῦ Θεοῦ εἰκὼν μὲν εἴη ἂν ἡ ἐπὶ γῆς ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, τὰ δὲ στηρίγματα αὐτῆς καὶ θεμέλιοι, οἱ ἐν τοῖς ἀποδεδομένοις ἡμῖν ἁγίοις ὄρεσιν ὑφεστήκασιν. αἱ δὲ εἴσοδοι καὶ αἱ πρῶται συγχωρήσεις αὐτῆς ἐκείνης τῆς οὐρανοπόλεως, ἐνταῦθα τυγχάνουσι παρ' ἡμῖν. ὥσπερ εἰσόδους καὶ εἰσαγωγὰς τοῦ θεοσεβοῦς πολιτεύματος, πύλας ὠνόμασε Σιὼν ὁ λόγος φάσκων· ἀγαπᾷ Κύριος τὰς

A jam ab alienigenis gentibus incolitur, existimare dictum esse illud, *Diligit Dominus portas Sion*, quæ jam desertæ & dirutæ sunt; & illud, *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei*; ac rursum alibi, *Fluminis impetus lætificant civitatem Dei*; & iterum, *Magnus Dominus & laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus*; hæc, inquam, omnia dicta intelligere de civitate, quam nunc Græci, alienigenæ & idololatræ incolunt, abjecta sane mihi & vilissima sententia videtur. Quod si quis perpendat solere divinas & B propheticas voces, civitatem Dei vocare pium ac religiosum institutum; is sane videbit quo pacto per totum orbem, Deo dilectum illud & religiosum institutum & civitatem Salvator & Dominus noster Jesus, Christus Dei, fundaverit & firmaverit. Quare diversimode prædicatur a Prophetis, cum dicitur de illo, *Hic ædificabit civitatem meam.* Nam Dei civitatem, videlicet institutum secundum Deum, & religiosam vitæ rationem per totum orbem solus ille, in ipsa civitate genitus, constituit & firmavit C per Ecclesiam suam catholicam, in omni loco, regione & civitate constitutam: de qua dictum putare convenit illud, *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei*; & illud, *Fluminis impetus lætificant civitatem Dei*, & quæcumque illis similia in divinis Scripturis feruntur.

Psal. 45. 5. Psal. 47. 2. Psal. 45. 5.

Hujus itaque maximæ & Deo dignæ civitatis, scilicet Ecclesiæ Dei, & pii instituti in ea servati, fundamenta sunt in montibus sanctis. Locum autem explicat Apostolus his verbis: *Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo* D *angulari lapide Jesu Christo.* Et vero fundamenta ejus non inferius posita & penes nos sunt; sed sursum, & in iis qui montes sancti vocantur. Quare dicitur, *Fundamenta ejus in montibus sanctis.* Illi porro montes sancti, sunt cœli cœlorum, ubi magnum illud institutum cœlestis Sionis & vere magnæ Dei civitatis consistit. Neque meus hic sermo est, sed ejusdem Apostoli dicentis: *Illa vero quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra*; &, *Accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Jerusalem cœ-* E *lestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitivorum qui descripti sunt in cœlis.* Hujus itaque magnæ Dei civitatis imago fuerit Ecclesia Dei, quæ est in terra; fulcra autem & fundamenta ejus ea sunt, quæ superius per montes sanctos significari tradidimus; ingressus autem & primi aditus cœlestis illius civitatis apud nos sunt. Qui ingressus & aditus ad religiosum illud institutum, hîc portæ Sion vocantur, cum dicitur: *Diligit Dominus por-*

Ephes. 2. 20. Gal. 4. 26. Hebr. 12. 22.

tas Sion super omnia tabernacula Jacob. Hic autem mihi per illa tabernacula Jacob, Judaïcæ traditiones & Mosaïci corporales cultus significari videntur: quibus præstantiores apud Deum sunt portæ Sion, id est, ingressus & aditus ad regnum cœleste, in Ecclesia stabiliti. In ea namque sola prædicatur regnum cœlorum: totusque salutaris Evangelii scopus eò respicit. Siquidem salutaria promissa, Evangelica prædicatio, totaque Christiani instituti spes, regnum cœlorum spectant. Scriptum est enim hæc prædicasse Salvatorem: *Appropinquavit regnum cælorum*; (Math. 10. 7.) ipseque beatos prædicavit eos qui propria sibi beatitudine digni sunt, ipsisque regnum cœlorum pollicitus est; imo etiam discipulos suos precandi & regnum cœlorum petendi modum edocuit, hanc orationis formam tradens: *Fiat voluntas tua, adveniat regnum tuum.* (Matth. 6. 10.) Jure ergo hæc omnia portæ regni cœlorum vocata sunt, utpote ingressus aditusque itineris illò instituendi. Diligit ergo Dominus has cœlestis Sionis portas plus quam omnes legales & Judaïcas synagogas, quas tabernacula Jacob appellavit. Apud Judæos enim cœlestis illa Dei civitas nullatenus memoratur, neque pro scopo habent ipsi regnum cœlorum; sed deorsum proni, in terra spem habent, & promissa sibi data hic exspectant: quare portæ illæ cœlestis Sion, quas supra declaravimus, majore in pretio apud Deum habentur, quam tabernacula Jacob. Cujus Sionis fundamenta non hic & in terra, humili loco posita sunt; sed in montibus sanctis, uti supra explicavimus.

Memorabo Rahab & Babylonem scientibus me. Et ecce Alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum, hi facti sunt illic. Pro illo, *Memorabo Rahab & Babylonem*, Aquila (Aquilæ.) dicit, *Memorabo impetum & Babylonem*; Symmachus (Symmachi.), *Memoria repetam superbiam & Babylonem.* Æstimo autem per Babylonem, Tyrum & Rahab, & per Alienigenas ac populum Æthiopum, vocationem gentium adumbrari, quæ a priore instituto mutatæ & translatæ, ac regeneratione in civitate Dei dignatæ sunt: quas prioris generis sui memores esse sermo expetit. Nam cum dicitur Alienigenas, Tyrum & populum Æthiopum illic factos fuisse, quid aliud quam alienigenarum gentium in civitate Dei regeneratio significatur? Aquila (Aquilæ.) vero ait, *Phylistæa & Tyrus cum Æthiopia, hic natus est illic*; simili modo Symmachus (Symmachi.) interpretatus est his verbis, *Ecce Phylistæi & Tyrus cum Æthiopia, hic natus est illic.* Illic vero ubinam natos dicit, nisi in civitate Dei, aut in spiritualibus ejus portis? Illud quippe ipsa ora-

πύλας Σιὼν ὑπὲρ πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακώβ. σκηνώματα δὲ Ἰακὼβ αἱ Ἰουδαϊκαὶ παραδόσεις, καὶ αἱ κατὰ Μωσέως σωματικαὶ θρησκεῖαι ἐνταῦθά μοι δοκοῦσι λέγεσθαι. ὧν προτιμότεραι τυγχάνουσι παρὰ τῷ θεῷ αἱ πύλαι τῆς Σιών, τουτέστιν αἱ εἴσοδοι καὶ εἰσαγωγαὶ τῆς ἐπουρανίου βασιλείας ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἱδρυμέναι. ἐν μόνῃ γὰρ ταύτῃ κηρύσσεται ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία, καὶ τοῦ σωτηρίου γε εὐαγγελίου ὁ πᾶς σκοπὸς ἐκεῖσε βλέπει. ἐπεὶ καὶ αἱ σωτήριοι ἐπαγγελίαι, καὶ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα καὶ ἡ πᾶσα ἐλπὶς τοῦ κατὰ Χριστὸν πολιτεύματος, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ὁρᾷ. γέγραπται γοῦν ὅτι ἐκήρυξεν ὁ σωτὴρ λέγων· ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἐμακάριζέ τε τοὺς ἀξίους τῶν οἰκείων μακαρισμῶν, ἐπαγγελλόμενος αὐτοῖς βασιλείαν οὐρανῶν· ἀλλὰ καὶ ἐδίδασκεν εὔχεσθαι τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς καὶ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἐξαιτεῖσθαι φάσκοντας ἐν τῇ προσευχῇ· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. εἰκότως τοίνυν πάντα τὰ τοιαῦτα, πύλαι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ὠνομάσθησαν, εἴσοδοί τινες καὶ εἰσαγωγαὶ τυγχάνουσαι τῆς ἐκεῖσε πορείας. ἀγαπᾷ τοίνυν ταύτας τὰς πύλας τῆς ἐπουρανίου Σιὼν ὑπὲρ τὰς νομικὰς καὶ Ἰουδαϊκὰς συναγωγάς, ἅσπερ ὠνόμασε σκηνώματα Ἰακώβ. οὐδὲν γοῦν παρ' ἐκείνοις περὶ τῆς ἐπουρανίου πόλεως τοῦ θεοῦ μνημονεύεται, οὐδέ τις αὐτοῖς σκοπὸς περὶ βασιλείας οὐρανῶν, ἔνεστι· κάτω δὲ δι' ὅλου νενευκότες τὰς ἐλπίδας ἐπὶ γῆς ἔχουσιν, καὶ τὰς ἐπαγγελίας ἐνταῦθά που προσδοκῶσι. διὸ προτιμότεραι παρὰ τῷ θεῷ τυγχάνουσι τῶν σκηνωμάτων Ἰακὼβ αἱ προδηλωθεῖσαι ἡμῖν πύλαι τῆς ἐπουρανίου Σιών· ἧς οἱ θεμέλιοι οὐκ ἐνταῦθα κάτω που ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις ὑπάρχουσι, τοῖς προτεθεωρημένοις.

Μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος τοῖς γινώσκουσί με. καὶ ἰδοὺ Ἀλλόφυλοι καὶ Τύρος καὶ λαὸς Αἰθιόπων, οὗτοι ἐγενήθησαν ἐκεῖ. ἀντὶ τοῦ μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος, ὁ μὲν Ἀκύλας φησίν, ἀναμνήσω ὁρμήματος καὶ Βαβυλῶνος· ὁ δὲ Σύμμαχος· ἀναμνήσω ὑπερηφανίας καὶ Βαβυλῶνα. ἡγοῦμαι δὲ διὰ Βαβυλῶνος καὶ Τύρου καὶ Ῥαάβ, διά τε τῶν ἀλλοφύλων καὶ τοῦ λαοῦ τῶν Αἰθιόπων, τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν αἰνίττεσθαι, τῶν μετατεθειμένων καὶ μεταβεβλημένων ἀπὸ τῆς προτέρας ἀγωγῆς, καταξιωθέντων τε ἀναγεννήσεως τῆς ἐν τῇ πόλει τοῦ θεοῦ. οἷς ὁ λόγος ἀναμιμνήσκειν βούλεται τοῦ προτέρου ἑαυτῶν γένους. τῷ γὰρ φάσκειν ἀλλοφύλους, καὶ Τύρον καὶ λαοὺς Αἰθιόπων γεγενῆσθαι ἐκεῖ. τί ἕτερον, ἢ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν τὴν ἐν τῇ πόλει τοῦ θεοῦ ἀναγέννησιν. καὶ ὁ Ἀκύλας δέ φησι· Φυλιστιαία καὶ Τύρος μετὰ Αἰθιοπίας, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν εἰπών· ἰδοὺ Φιλισταῖοι καὶ Τύρος μετὰ Αἰθιοπίας, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ. ἐκεῖ δέ, ποῦ φησι τετέχθαι τοὺς ἀλλοφύλους, ἀλλ' ἢ ἐν τῇ πόλει τοῦ θεοῦ, ἢ ἐν ταῖς πύλαις αὐτῆς ταῖς νενοημέναις; τοῦτο γὰρ ἡ ἀκο-

λουθία τῆς συμφράσεως ὑποβάλλει νοεῖν. προειπὼν γάρ, δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ ἡ πόλις τοῦ θεοῦ, ἐπιλέγει συναπτῶν ἑξῆς, ὡς ἄρα οἵδε καὶ οἵδε ἀλλόφυλοι ἐγεννήθησαν ἐκεῖ, καὶ ὁ λαὸς Αἰθιόπων ἐτέχθη ἐκεῖ, δηλονότι ἐν τῇ προειρημένῃ πόλει τοῦ θεοῦ, ἢ ἐν ταῖς ταύτης τεθεωρημέναις πύλαις. ἃ δὴ καὶ ἔργοις ἐπιτελεσθέντα τὴν τῶν λόγων ἀλήθειαν παριστᾷ τῆς σωτηρίου χάριτος, καὶ Βαβυλωνίους καὶ Τυρίους, καὶ πάντας τοὺς ἀλλογενεῖς καὶ ἀλλοτρίους τοῦ γένους τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ, καὶ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ τῶν τῆς καινῆς διαθήκης μυστηρίων ἀναγεννώσης ἐν τῇ δηλωθείσῃ πόλει τοῦ θεοῦ. μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ, ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. αἱ τῶν λοιπῶν ἑρμηνευτῶν ἐκδόσεις, λευκότερον τὴν τῶν προκειμένων διάνοιαν παρέστησαν. ὁ μὲν γὰρ Σύμμαχος τοῦτον ἐξέδωκε τὸν τρόπον· περί τε Σιὼν λεχθήσεται καθ᾽ ἕκαστον, ἄνθρωπος, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ. αὐτὸς ἥδρασεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. κύριος ἀριθμήσει γράφων λαούς, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ. καὶ ὁ Θεοδοτίων φησί· καὶ τῇ Σιὼν ῥηθήσεται ἀνὴρ καὶ ἀνὴρ ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτήν, καὶ ἡτοίμασεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν, οὗτος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ. καὶ παρατήρει τίνα τρόπον ἐν τούτοις ὥσπερ εἴρηται περὶ τῶν Ἀλλοφύλων, τό, Ἀλλόφυλοι καὶ Τύρος καὶ λαὸς Αἰθιόπων, οὗτοι ἐγεννήθησαν ἐκεῖ. οὕτως καὶ ἐνταῦθα λεχθήσεται φησίν· ἀνὴρ καὶ ἀνὴρ ἐτέχθη ἐκεῖ. καὶ πάλιν ἑξῆς· κύριος γράφων λαούς, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ. πρότερον μὲν γὰρ εἴρητο περὶ τοῦ λαοῦ τῶν Ἀλλοφύλων· δεύτερον δὲ περὶ τοῦ ἀνδρὸς τοῦ λεγομένου τετέχθαι ἐκεῖ, καὶ τρίτον περὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου. ὁ γὰρ κύριος φησὶν αὐτὸς ὁ θεσπίζων ταῦτα καὶ γράφων λαούς, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ.

Supra, ἐν τῷ.

Σαφῶς δὲ ὁ λόγος τὸν μὲν ἄνδρα τὸν τεχθέντα ἐκεῖ, τουτέστιν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ πόλει, τὸν ἄνθρωπον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ᾐνίξατο. τὸν δὲ κύριον καὶ αὐτὸν τετέχθαι ἐκεῖ φάσκων, παρίστησι τὴν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ λόγου κατοίκησιν. ὥσπερ γὰρ Σιὼν, πόλις οὖσα τοῦ θεοῦ, χώρα τυγχάνει τοῦ τεχθέντος ἐν αὐτῇ ἀνδρός, οὕτως καὶ αὐτὸς ὁ ἀνὴρ χώρα γίνεται καὶ δοχεῖον τοῦ ἐν αὐτῷ γεννηθέντος θεοῦ λόγου, ὡς ἐν ἱερῷ ἁγίῳ καὶ ναῷ, μᾶλλον δὲ ὡς ἐν ἀγάλματι καὶ δοχείῳ τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐν αὐτῷ κατῳκηκότος. καὶ ταῦτα δὲ ἀναγκαίως ὁ λόγος ἐδίδαξεν εἰς τὸ γνωσθῆναι πῶς ἀλλόφυλοι καὶ Τύρος καὶ λαὸς Αἰθιόπων ἐγεννήθησαν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ πόλει, καὶ γεγόνασιν υἱοὶ θεοῦ διὰ τῆς παρ᾽ αὐτοῦ ἀναγεννήσεως. ὅπως γὰρ καὶ κατά τινα τρόπον ἡ τοσαύτη εἰς οὐρανοὺς ἐξεχύθη χάρις, παρέστησεν εἰπὼν τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα τὸν γεννηθέντα ἐκεῖ, καὶ τὸν ἐν τῷ ἀνδρὶ πάλιν γεννηθέντα κύριον. οἷς ἅπασιν ἐπιλέγει τό, ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία ἐν σοί. ἀνθ᾽ οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας φησί, καὶ ᾄδοντες ὡς

A tionis series subindicat. Cum dixisset enim, *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei*; subjicit postea, tales & tales alienigenas illic ortos esse, & populum Æthiopum ibidem esse natum; videlicet in memorata Dei civitate; aut in portis ejus, speculandi modo intellectis. Hæc opere completa, veritatem verborum salutaris gratiæ comprobant: quæ Babylonios, Tyrios & omnes alienigenas Israëlitico generi extraneos, per lavacrum regenerationis & per omnia novi testamenti mysteria in prædicta civitate Dei regenerat.
B *Mater Sion dicet, Homo & homo natus est* 5.
in ea, & ipse fundavit eam Altissimus. Reli- 6.
quorum interpretum editiones clarius horum sententiam exposuerunt. Nam Symmachus hoc modo interpretatus est: *De Sion dicetur per singulos, Homo hic natus est illic: ipse fundavit eam Altissimus. Dominus numerabit scribens populos: hic natus est illic.* Symmachi
Theodotio vero ait: *Et Sioni dicetur, Vir & vir natus est in ea, & ipse fundavit eam, & praeparavit eam Altissimus. Dominus narrabit in scriptura populorum, Hic natus est in ea.* Theodotionis
Et animadvertas, quæso, sicut in his dictum est
C de Alienigenis, *Alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum hi facti sunt illic*; sic & hoc loco, *Dicetur*, inquit, *Vir & vir natus est ibi*; & postea rursum, *Dominus scribens populos, hic natus est illic.* Nam id primò de populo Alienigenarum dictum est; secundò, de viro qui illic natus fuisse dicitur; tertiò, de ipso Domino. Etenim, inquit, ipse Dominus, qui hæc vaticinatur & populos scribit, hic natus est illic.

D Aperte autem Scriptura per virum qui natus est illic, nimirum in civitate Dei, Salvatoris nostri hominem subindicavit. Cum porro ipsum Dominum illic natum dicit, Dei Verbi in homine habitationem declarat. Quemadmodum enim Sion, quæ civitas Dei est, locus est viri in ea nati; ita ipse vir locus efficitur & receptaculum Dei Verbi in se nati, qui quasi in loco sacro & in templo, imo potius quasi in statua & receptaculo deitatis suæ, in ipso habitat. Et hæc necessario docet hæc Scriptura, ut no-
E tum sit qua ratione Alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum in civitate Dei facti fuerint, & filii Dei per regenerationem ibi acceptam sint effecti. Nam qua ratione tanta in cœlis gratia effusa sit, allatis iis quæ ad virum eo in loco editum, & ad Dominum item in hujusmodi viro natum pertinent, aperte declarat. Quibus omnibus subdit illud, *Sicut lætantium omnium habitatio est in* 7.
te; pro quo Aquila dicit, *Et canentes quasi* Aquila.

chori omnes fontes in te; Symmachus vero, A

Symmachi.

Et laudabunt quasi in tibiis omnes fontes in te. His porro significari arbitror fidelium omnium, qui sancta Dei civitate donandi sunt, congregationem, atque in chorum unum reductionem. Nam cum dicitur, *in te;* indicari suspicor civitatis Dei locum, cujus fundamenta quidem in montibus sanctis erant, portæ vero & aditus infimo in loco & apud nos siti sunt: in medio autem illius, quasi in chorea & concentu divino, congregati illi habitaturi esse prænuntiantur. Animadverte porro qua ratione hic psalmus, B Dei generationem secundum Septuaginta interpretum lectionem vaticinans, mysterium occultarit. Illa enim secundum Symmachum explicatio,

Symmachi.

Dominus numerabit scribens populos, hic natus est ibi; vel secundum

Aquilæ.

Aquilam, *Dominus narrabit in scribendo populos, hic natus est ibi;* vel secundum Theo-

Theodotionis

dotionem, *Dominus narrabit in scriptura populorum, hic natus est ibi,* non eadem apud LXX. reperitur: sed dicitur, *Dominus narrabit in scriptura populorum & principum, horum qui fuerunt in ea;* quia, ut arbitror, in- C terpretes veram sententiam occultarunt, quod alienis gentibus, tempore Ptolemæi, scripturam interpretaturi essent, cum nondum Servator noster in mundo apparuisset. Totusque psalmus admodum ænigmaticus & obscurus est: quippe qui *Fundamenta ejus* dicat, & quis sit is de quo loquitur taceat, nec indicet illum; ac rursum montes sanctos memoret, portasque tabernaculis Jacob a Domino antelatas; itemque civitatem Dei gloriose celebratam: ad hæc vero omnia, in civitate, non Israëlem, neque Ju- D daïcam gentem; sed Rahab olim meretricem, Babylonem, Tyrios, Æthiopas, alienigenasque nominet. Hi quippe omnes cur in civitate Dei nascituri esse dicantur, non aliam causam quis proferat, nisi generationem viri qui in illa natus est, & Domini item in illa nati, videlicet in viro quem jam diximus. Quapropter omnimodam communemque lætitiam, choreas, cantica, laudes, divinorum sacrorumque eloquiorum fontes in fine psalmi vaticinatur. Cum autem dicit, in scriptura populorum omnia reponenda esse, arbitror eum tempus descriptionis E gentium, quæ in ortu Salvatoris nostri Jesu

Luc. 2. 1.

Christi facta est, indicare: tunc enim *exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis;* cum Cyrenius in Judæam veniens censum edidit. Quod significat Evan-

Ibid. 2.

gelista dicens: *Hæc descriptio prima;* ita ut tempus illud in hoc psalmo accurate significetur. Num forte ideo psalmus iste segregatus, longeque ab aliis qui filiorum Core

A χοροὶ πᾶσαι πηγαὶ ἐν σοί· ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ αἰνέσουσιν ὡς ἐν αὐλοῖς πᾶσαι αἱ πηγαὶ ἐν σοί. οἶμαι δὲ σημαίνεσθαι καὶ διὰ τούτων τὴν τῶν πιστῶν ἁπάντων, τῶν δὴ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ πόλεως καταξιωθησομένων ἐπισυναγωγὴν, καὶ τὴν εἰς ἕνα χορὸν ἀποκατάστασιν. τῷ γὰρ λέγεσθαι, ἐν σοί, τὸν τόπον πάλιν σημαίνειν ὑπολαμβάνω τῆς τοῦ θεοῦ πόλεως· ἧς οἱ μὲν θεμέλιοι ἦσαν ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις· αἱ δὲ πύλαι καὶ αἱ εἴσοδοι κάτω που καὶ παρ' ἡμῖν. ἐν μέσῃ δὲ αὐτῇ πάντες ὡς ἐν χορείᾳ καὶ ἁρμονίᾳ θείᾳ μετ' εὐφροσύνης συναγόμενοι κατοικήσειν προφητεύ- B ονται. ὅρα δὲ τίνα τρόπον ὁ παρὼν ψαλμὸς θεοῦ γένεσιν θεσπίζων κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῆς τῶν ο΄. ἑρμηνείας, ἐπέκρυψε τὸ μυστήριον. τὸ γὰρ, κύριος ἀριθμήσει γράφων λαούς· οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ, κατὰ Σύμμαχον, ἢ κατὰ Ἀκύλαν, κύριος διηγήσεται ἐν τῷ γράφειν λαούς· οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ· ἢ κατὰ τὸν Θεοδοτίωνα, κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν· οὗτος ἐγεννήθη ἐκεῖ, οὐ τοῦτον ἡρμήνευται παρὰ τοῖς ο΄. τὸν τρόπον. ἀλλ' εἴρηται, κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν καὶ ἀρχόντων τούτων τῶν γεγενημένων ἐν αὐτῇ· ἐπικρυψάντων, ὡς οἶμαι, τὴν διάνοιαν τῶν τὴν ἑρ- C μηνείαν πεποιημένων, διὰ τὸ ἔθνεσιν ἀλλοφύλοις μέλλειν ἐκδίδοσθαι τὴν γραφὴν κατὰ τοὺς Πτολεμαίου χρόνους, οὔπω τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιλάμψαντος τῷ βίῳ. καὶ ὁ πᾶς δὲ ψαλμὸς σφόδρα αἰνιγματώδης καὶ σκοτεινῶς εἰρημένος τυγχάνει, θεμελίους αὐτοῦ λέγων σεσιωπημένως, τίνος δὲ αὐτοῦ μὴ διασαφῶν· καὶ πάλιν ὄρη ἅγια ὀνομάζων, καὶ πύλας Σιὼν προτετιμημένας ὑπὸ τοῦ κυρίου τῶν σκηνωμάτων Ἰακὼβ, καὶ πόλιν θεοῦ δεδοξασμένως λαλουμένην· καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἐν τῇ πόλει, οὐ τὸν Ἰσραὴλ, οὐδὲ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ἀλλὰ Ῥαὰβ τὴν ποτε D πόρνην καὶ Βαβυλῶνα, Τυρίους τε καὶ Αἰθίοπας καὶ Ἀλλοφύλους. τούτους γὰρ πάντας τεχθήσεσθαι ἐν τῇ πόλει τοῦ θεοῦ, διὰ ποίαν αἰτίαν οὐκ ἂν ἔχοι τις ἄλλην εἰπεῖν, ἢ διὰ τὴν γένεσιν τοῦ ἐν αὐτῇ τεχθέντος ἀνδρὸς καὶ τοῦ κυρίου τεχθέντος ἐκεῖ, δηλαδὴ ἐν αὐτῷ τῷ προλεχθέντι ἀνδρί. ἐφ' οἷς πᾶσαν εὐφροσύνην κοινὴν καὶ χορείας, ᾠδάς τε καὶ αἴνους καὶ πηγὰς θείων καὶ ἱερῶν λόγων ἐπὶ τέλει τοῦ ψαλμοῦ θεσπίζει. ἐπειδὴ δὲ λέγει, ἐν γραφῇ λαῶν ταῦτα πάντα ἔσεσθαι, σημαίνειν ἡγοῦμαι τὸν καιρὸν τῆς ἀπογραφῆς τῶν ἐθ- E νῶν, ἥ τις ἐπληροῦτο ἐπὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέσεως. τότε γὰρ ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ὅτε Κυρήνιος ἐπιστὰς τῇ Ἰουδαίᾳ τὰς ἀπογραφὰς ἐποιεῖτο. ἐπισημαίνεται γοῦν ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων· αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη, ὥστε καὶ τὸν καιρὸν αὐτὸν ἀκριβῶς διὰ τοῦ παρόντος ψαλμοῦ δηλοῦσθαι. μήποτε δὲ καὶ διὰ τοῦτο ἀφώρισται ὁ ψαλμὸς καὶ μακρὰν ἀπεσχοίνισται τῶν λοιπῶν τῶν ἐπιγεγραμμένων υἱῶν Κορὲ,

ἐπειδὴ κρύπτεσθαι ὁ λόγος τὰ δηλούμενα ἐν αὐτῷ μυστήρια περὶ τῆς τοῦ κυρίου γενέσεως ἐβούλετο, ὥστε καὶ ταύτην ἑτέραν εἶναι αἰτίαν τῶν ἐζητημένων ἡμῖν κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν προκειμένων. τὸ αὐτὸ δ' ἂν εἴποις καὶ ἐπὶ τοῦ πζ'. ἑξῆς τούτου ἐπιλεγομένου, ἐπιγεγραμμένου τε καὶ αὐτοῦ τῶν υἱῶν Κορέ· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τὸν θάνατον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν προφητεύει ἀκολούθως τῷ μετὰ χεῖρας τὴν γένεσιν αὐτοῦ περιέχοντι.

A inscribuntur hoc consilio positus est, ut mysteria ibi de Christi ortu enuntiata occultarentur; ita ut ista quoque ratio & responsio adferri possit ad quæsita nostra initio sermonis proposita. Idipsum quoque dicas de LXXXVII. qui hunc sequitur, & filiorum Core pariter inscriptus est. Quia ille Servatoris nostri mortem vaticinatur, consequenter ad hunc, qui ortum ejus prædixerat.

Ὠδὴ ψαλμοῦ τοῖς υἱοῖς Κορέ, εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ Μαελέθ, τοῦ ἀποκριθῆναι, συνέσεως Αἰμὰν τοῦ * Εσδραΐτη. πζ'.

* In textu Biblias τῶν ο'. Ισραηλίτῃ male.

Κύριε ὁ θεὸς τῆς σωτηρίας μου, ἡμέρας ἐκέκραξα καὶ ἐν νυκτὶ ἐναντίον σου. καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς τῶν υἱῶν Κορέ, ὡς καὶ ὁ πρὸ αὐτοῦ, τυγχάνει. ἀλλ' ὁ μὲν πρὸ αὐτοῦ, Χριστοῦ γένεσιν ᾐνίττετο φάσκων· καὶ τῇ Σιὼν λεχθήσεται, ἀνὴρ καὶ ἀνὴρ ἐτέχθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἑδράσει αὐτήν, ὡς ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσε. καὶ τὸν καιρόν γε σημαίνει τῆς γενέσεως τοῦ εἰρημένου ἀνδρός, προϊὼν ἑξῆς, ἔφασκε γοῦν, ἐν τῷ γράφειν λαούς, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ. τούτου δὲ τὴν διάνοιαν σαφέστερον ἀποδέδωκεν ἡ ε'. ἔκδοσις, ἐν ᾗ εἴρηται, ἐν ἀπογραφῇ λαῶν, οὗτος γεννηθήσεται ἐκεῖ. σαφέστατα γὰρ τῆς ἀπογραφῆς ἐμνημόνευσε, καθ' ἣν ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν ἐγεννήθη, ὥσπερ οὖν δηλοῖ λέγων ὁ εὐαγγελιστής· ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύσαντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τὴν γένεσιν ἐσήμανεν αὐτοῦ· ὁ δὲ μετὰ χεῖρας, τὸν θάνατον. τὸ δὲ ὑπὲρ Μαελέθ, διὰ χοροῦ ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος· ὁ δὲ Ἀκύλας, ἐπὶ χορείας. καί μοι δοκεῖ τὸν Χριστοῦ λαὸν αἰνίττεσθαι καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν χορείαν· ἐν ᾗ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὁ θάνατος ἀνυμνεῖται. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ γένεσις αὐτοῦ διὰ τῆς χορείας ταύτης ᾄδεται, εἰκότως καὶ ὁ πρὸ τούτου ψαλμὸς τὴν γένεσιν αὐτοῦ θεσπίσας ἐπήγαγε λέγων, καὶ ᾄδοντες ὡς χοροὶ πᾶσαι πηγαὶ ἐν σοί, τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ χοροὺς ᾄδοντας αὐτὸν καὶ ἀνυμνοῦντας τὰ μυστήρια δηλώσας. τὸν δὲ λεγόμενον Αἰμὰν τὸν Εσδραΐτην, φασὶν εἶναι ἕνα τῶν υἱῶν Ζαρὰ τοῦ υἱοῦ Ἰούδα, κεκλῆσθαί τε αὐτὸν παρ' Ἑβραίοις πατρωνυμικῶς Ζαραΐτην. εἶναι δὲ πέντε τοὺς πάντας, μαρτυρεῖν δὲ τῷ λόγῳ τὴν πρώτην τῶν παραλειπομένων, τοῦτον περιέχουσαν τὸν τρόπον. υἱοὶ Ἰούδα Φαρὲς καὶ Ζαρά. καὶ υἱοὶ Ζαρά, Ζαμβρεί, καὶ Αἰθὰμ καὶ Αἰμὰν καὶ Χαλχάλ, καὶ Δαρδά. πάντες ε'. τούτους ἔλεγεν ὁ Ἑβραῖος ἐν Αἰγύπτῳ προφητεῦσαι, πρὸ Μωσέως γενομένους, αὐτῶν τε εἶναι τοὺς ψαλμοὺς τοὺς εἰς ὄνομα αὐτῶν προσγεγραμμένους.

B *Canticum psalmi, filiis Core, in finem, pro Maheleth ad respondendum, intellectûs Æman Esdraïtæ. LXXXVII.* 1.

Domine Deus salútis meæ, in die clamavi, & nocte coram te. 2. Præsens quoque psalmus ut præcedens, filiorum Core est. Sed ille quidem Christi ortum subindicabat his verbis: *Et Sioni dicetur, Vir & vir natus est in ea, & ipse firmabit eam*, ut Aquila interpretatur: tempus etiam ortus prædi- *Aquilæ.* C cti viri significat in sequentibus dicens, *In scribendo populos, hic natus est ibi.* Hujus porro dicti sententiam apertius extulit Quinta editio, in qua dictum est, *In descriptione populorum, hic nascetur ibi.* *Quintæ.* Manifestissime quippe descriptionem memoravit, cujus tempore Salvator & Dominus noster natus est, sicut enarrat Evangelista: *In diebus illis, exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Hæc descriptio prima facta est, præside Syriæ Cyrenio.* *Luc. 2. 1.* Verum ille quidem psalmus ortum ejus significabat; hic vero mortem. Illud autem, *pro Maheleth*, D Symmachus, *per chorum*, interpretatus est; *Symmachi.* Aquila vero, *super choream*. *Aquilæ.* Videturque mihi hic Christi populum & Ecclesiasticam choream adumbrari, in qua mors Servatoris nostri hymnis celebratur. Quia vero ortus ejus per hanc choream canitur, jure præcedens psalmus, qui ortum ejus vaticinabatur, hæc dixit, *Et canentes sicut chori omnes fontes in te:* *Aquilæ.* queis declarantur Christi chori in Ecclesia canentes & hymnis mysteria ejus celebrantes. Æman vero Esdraïten, unum ex filiis Zaræ filii Juda esse aiunt, E vocatumque apud Hebræos patronymice Zaraïten: fuisseque filios Zaræ numero quinque, ut testificatur primus Paralipomenôn liber his verbis: *Filii Juda, Phares & Zara: Filii Zare, Zambri, & Æthan & Æman & Chalchal & Darda, numero quinque.* *1. Par. 2. 6.* Hos Hebræus ait in Ægypto ante Moysis ætatem vaticinatos esse, auctoresque esse psalmorum qui nomine suo inscripti sunt:

qualis est hic quem tractamus, & subsequens, qui inscriptus est, *Æthan Exraita*: de illis quoque hæc in tertio libro Regum
3. Reg. 4. 31. dicta esse putat: *Et sapientior erat Salomon Æthan Exraita, Æman & Chalchal & Dardan.* Hæc de historia dicta sunto. An vero horum nominum significationes ad psalmi speculationem conferant, tu ipse consideres velim. Cum autem hic psalmus postremus sit eorum, qui filiorum Core inscripti sunt, Salvatoris nostri ad inferos descensum complectitur; ita ut quasi de industria provisum sit, ut mortis ejus mysterium in fine omnium traderetur. Videnturque mihi hi quatuor filiorum Core psalmi, nempe LXXXIII. LXXXIV. LXXXVI. & LXXXVII. aliquid connexionis inter se habere. Nam LXXXIII. Dei adventum ad homines & Christi prophetiam manifeste complectitur; sequens vero ea quæ in vaticinio ferebantur quamprimum accedere precabatur: præcedens autem psalmus ejus in carne ortum jam subindicabat; hic vero consequenter ad eos omnes mortem ejus, quam pro hominibus suscepit, prænuntiat.

Domine Deus salutis meæ, in die clamavi
3. *& nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.* In vigesimo-primo psalmo, qui itidem ad Christum refertur, ejusque passionem aperte vaticinatur, ut ab initio declaratur his
Psal. 21. 2. verbis, *Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti?* quod Salvatorem ad verbum in passione dixisse narratur; statim post initium additur, *Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & nocte & non ad insipientiam mihi.* Præsens item psalmus ait, *In die clamavi & nocte coram te.* Videturque mihi his subindicare totam incarnati Salvatoris nostri vitam, quæ non solum die sed etiam nocte Deo consecrata fuit. In Evangeliis porro dicitur eum semper orationibus vacasse. In præsenti vero Patrem obsecrat & rogat ut inclinet aurem ad precem suam; id est, ut annuat petitionibus suis. Idque precatur utpote qui pro omnibus gentibus ipse se Patri in sacrificium oblaturus esset. Cum autem multa de morte sua deinceps narraturus, prospiceret eam quæ se post mortem exceptura erat salutem, initium psalmi saluti suæ congruenter adplicat cum
4. ait: *Domine Deus salutis meæ. Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno ap-*
5. *propinquavit. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum.* His descensum ad inferos suum manifeste declarat, necnon mala illa queis adflictam animam suam fuisse testificatur. Mala vero, calamitates appellat: nam mali nomen latius intelligitur; sive etiam

A οἷον τὸν μετὰ χεῖρας, καὶ τὸν ἑξῆς αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν ἐπιγεγραμμένον, Αἰθὰμ τῷ Ἐζραΐτῃ. ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτῶν λελέχθαι ἐν τῇ γ΄. τῶν βασιλειῶν· καὶ ἐσοφίσατο Σαλομὼν ὑπὲρ Αἰθὰν τὸν Ἐζραΐτην, καὶ Αἰμὰν, καὶ τὸν Χαλκὰλ καὶ τὸν Δαρδάμ. Ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν ἱστορίαν εἰρήσθω. εἰ δέ τι συμβάλλονται τῇ τοῦ ψαλμοῦ θεωρίᾳ, αἱ τούτων τῶν ὀνομάτων ἑρμηνεῖαι, καὶ αὐτὸς ἐπιζητήσεις. ὕστατος δὲ ὢν ὁ παρὼν τῶν ἐπιγεγραμμένων υἱῶν Κορὲ, τὴν κάθοδον τὴν εἰς τὸν ᾅδην τοῦ σωτῆρος ἡμῶν περιείληφεν, ὥσπερ ἐξεπίτηδες ταμιευσαμένου τοῦ λόγου τὸ μυστή-
B ριον τοῦ θανάτου ἐπὶ τέλει τοῦ παντὸς παραδοῦναι. καί μοι δοκοῦσιν οἱ δ΄. οὗτοι τῶν υἱῶν Κορὲ, λέγω δὲ ὁ τέταρτος καὶ π΄. καὶ ὁ δ΄. καὶ π΄. ὅ, τε πς΄. καὶ ὁ πζ΄. ἔχειν τινὰ πρὸς ἀλλήλους ἀκολουθίαν. ὁ μὲν γὰρ πγ΄. σαφῶς θεοῦ παρουσίαν εἰς ἀνθρώπους καὶ Χριστοῦ προφητείαν ὀνομαστὶ περιεῖχεν. ὁ δὲ ἑξῆς αὐτῷ ἢ τάχος ἐπιστῆναι τὰ τεθεσπισμένα ηὔχετο. ὁ δὲ πρὸ τοῦ μετὰ χεῖρας, ἤδη τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ γένεσιν ᾐνίττετο. τούτοις δὲ πᾶσιν ἀκολούθως ὁ προκείμενος τὸν θάνατον, ὃν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀνεδέξατο, προαναφωνεῖ.
C

Ὅτι εἶπας, εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου. ἀντὶ τοῦ, ὅτι εἶπας, ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν, ὅτι εἶπα· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὅτι εἶπον· καὶ ὁ Θεοδοτίων ὁμοίως, ὅτι εἶπον. καὶ ἡ ε΄. ἔκδοσις, ὅτι εἶπα· ὡς ἐκ προσώπου τοῦ προφήτου λεγομένου τοῦ λόγου. οὗτος δὲ ἦν Αἰθὰν ὁ Ἐζραΐτης, ὡς ἡ προγραφὴ παρίστησιν. τοιαύτην δέ τινα διάνοιαν ὑποβάλλει ἂν ὁ προφήτης, φθάσας ἤδη πρότερον εἶπον, ὅτι τὰ ἐλέη τοῦ κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι. τοῦτο δὲ πῶς ποτ᾽ ἂν γένοιτο, ἢ τοῦ πρώτου ἐλέους τοῦ θεοῦ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀπὸ πρώτης κοσμογονίας καταβληθέντος εἰς ἀνθρώπους, ἐπίδοσιν κατὰ χρόνους λαμβάνοντος, καὶ δίκην οἰκοδομῆς αὔξοντος; αὔξει γὰρ ὁσημέραι τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ εἰς ἀνθρώπους, καὶ δίκην οἰκοδομῆς προκόπτει καὶ οἰκοδομεῖται κατὰ γενεὰν καὶ γενεάν. ἐπειδὴ τοίνυν εἶπον καὶ διεβεβαιωσάμην, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ οἰκοδομηθήσεται, καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἐλέη αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι, οὐ προσήκει ἀγνοεῖν, ὅτι τοῦ λόγου ἡ ἀλήθεια ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται. τὰ γὰρ περίγεια πράγματα, καὶ ἡ ἐν ἀνθρώποις κακία, δόξειεν ἂν μὴ πάνυ τι ἐμφαίνειν τὸ ἀκριβὲς τοῦ λόγου, τῷ πολλὴν ἀνωμαλίαν εἶναι δοκεῖν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον. ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ αἱ ἐπαγγελίαι τοῦ θεοῦ, αἱ πρὸς τὸν Δαυὶδ γεγενημέναι, θεῖαι καὶ οὐράνιοι τυγχάνουσι, καὶ οὐχ ὡς ἂν ὑπολάβοιεν Ἰουδαίων παῖδες γεώδεις καὶ σωματικαί· εἰκότως διὰ τοῦτο προδιαστέλλεται ὁ προφήτης, ὅτι μὴ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἡ ἀλήθεια τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ θεοῦ ἑτοιμασθήσεται. διόπερ ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἡρμήνευσεν εἰπών, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑδρασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου.

Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου· ὤμοσα Δαυὶδ τῷ δούλῳ μου, ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου, καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ

γενεὰν τὸν θρόνον σου. διάψαλμα. ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου κύριε, καὶ γὰρ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν ἐκκλησίᾳ ἁγίων. σαφῶς ταῦτα ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ εἴρηται· διὰ τοῦτο δοκεῖ μοι παρὰ τοῖς ο΄. ἀνωτέρω εἰρῆσθαι τὸ, ὅτι εἶπας, εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου· οἷς ἐπισυνῆπται τὸ, διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου· ἵνα καθ' ὑπερβατὸν εἴη οὕτως ἔχων ὁ νοῦς τῶν προκειμένων. ἐπειδὴ σὺ αὐτὸς ὦ κύριε ἐν ταῖς περὶ τοῦ Δαυὶδ ἐπαγγελίαις εἶπας, εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεός μου τὸ πρὸς τὸν Δαυὶδ, ἢ καὶ τὸ εἰς πάντας ἀνθρώπους οἰκοδομηθήσεται· καὶ προσεπέθηκας λέγων, διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου, ἤτοι ἐπιλεκτῷ μου, καὶ, ὤμοσα Δαυὶδ τῷ δούλῳ μου, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα· πέπεισμαι ὅτι οὔποτε διαψευσθήσονταί σου αἱ ἐπαγγελίαι, μένουσι δὲ ἀληθεῖς καὶ ἀδιάπτωτοι. ἀλλ' οὐχ ὥστε ἐπὶ τῆς γῆς συνίστασθαι αὐτάς· οὐδὲ γὰρ ἐπίγειοι καὶ αἰσθηταὶ, οὐδὲ ὠνηταὶ καὶ ὀλιγοχρόνιοι τυγχάνουσιν, οἷός ἐστιν ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, ἀλλ' ἀθάνατοι καὶ αἰώνιοι καὶ τῇ σῇ θεότητι πρέπουσαι. διὰ τοῦτο οὐκ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθεια τῶν σῶν πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελιῶν. ἀντὶ δὲ τοῦ, διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου, οἱ λοιποὶ πάντες ἑρμηνευταὶ, τῷ ἐπιλεκτῷ μου, εἰρήκασι. καὶ μᾶλλον ἁρμόζει τῇ διανοίᾳ ἡ τοιαύτη ἔκδοσις. οὐδὲ γὰρ περὶ πολλῶν ἐστιν ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ μόνου τοῦ Δαυίδ· αὐτῷ γάρ, φησι, καὶ ὤμοσα, ἅτε δούλῳ μου ὄντι καὶ ἐπιλεκτῷ μου. οὐ γὰρ ἤρκει ἁπλῶς διαθέσθαι αὐτῷ διαθήκην, ὥσπερ διεθέμην τῷ Νῶε, καὶ μετὰ ταῦτα τῷ Ἀβραάμ, καὶ πάλιν μετ' ἐκεῖνον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆς ἐρήμου διὰ Μωσέως· ἐκείνοις γὰρ δίχα ὁρκωμοσίας· τῷ δ' ἐπιλεκτῷ μου καὶ τῷ ἐμῷ θεράποντι καὶ δούλῳ Δαυὶδ διεθέμην μετὰ ὅρκου παραλήψεως. ὤμοσα γὰρ αὐτῷ περὶ τοῦ δεῖν τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ἑτοιμάσειν καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ οἰκοδομήσειν, καὶ οὐκ εἰς μίαν γενεάν, ἀλλ' εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. περὶ δὲ τοῦ ὀμνύναι τὸν θεὸν, ὁ ἱερὸς ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους φησίν· ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν. κατ' ἐπίτασιν γὰρ μείζονος διαβεβαιώσεως, καὶ ὅρκος παρείληπται τῷ θεῷ. κατὰ τίνος δὲ ὁ ὅρκος ἑξῆς προϊὼν διδάσκει λέγων· ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου. ἔνθα καὶ ἐπιστήσεις, τίς ποτε ἄρα οὗτος ἦν ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ καθ' οὗ ὄμνυσιν ὡς κατὰ υἱοῦ μονογενοῦς, εἰς τὸ ἐξ ἅπαντος τὰ τῆς ἐπαγγελίας κρατυνθῆναι. τὸν μὲν οὖν ἅγιον ὡμολόγουν καὶ οἱ δαίμονες ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, ὅτε μὴ φέροντες αὐτοῦ τὴν ἔνθεον δύναμιν κολαστικὴν οὖσαν αὐτῶν καὶ ἀπελαστικὴν, ἐβόων λέγοντες· ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ. κατὰ τούτου τοίνυν ὀμνὺς ὁ θεὸς, οἷα πατὴρ κατὰ μονογενοῦς, καὶ ἀγαπητοῦ υἱοῦ, τῷ Δαυὶδ τὴν ἐπαγγελίαν ἐποιεῖτο. ὃ δὴ καὶ διδάσκει.

A *generationem thronum tuum. Diapsalma. Confitebuntur cæli mirabilia tua, Domine, etenim* 6.
veritatem tuam in Ecclesia sanctorum. Hæc ex persona Dei manifeste dicta sunt: ac videtur mihi ideo apud LXX. superius dictum fuisse, *Quoniam dixisti, In æternum misericordia ædificabitur, in cælis præparabitur veritas tua;* quibus hæc subdiderunt, *Disposui testamentum electis meis;* ut per hyperbaton dicti sententia sic exprimatur: Quoniam tu ipse, Domine, in promissionibus Davidis dixisti, In æternum misericordia
B mea erga Davidem, sive erga omnes homines ædificabitur; & hæc adjecisti, *Disposui testamentum electis meis,* scilicet, electo meo, &, *juravi David servo meo, & cætera:* persuasum mihi est promissa tua numquam irrita fore, sed vera firmaque mansura esse; sed non ita, ut in terra consistant: neque enim terrena & sensilia sunt, neque venalia & brevi tempore duratura, qualis hominum vita est; sed immortalia, æterna & deitati tuæ congruentia. Quapropter non in terra, sed in cœlis præparabitur veritas eorum
C quæ Davidi pollicitus es. Pro illo autem, *Disposui testamentum electis meis,* reliqui omnes interpretes, *electo meo,* dixerunt. Quæ sane interpretatio veræ sententiæ magis congruit: non enim de multis sermo est, sed de uno Davide; ipsi quippe juravi, inquit, utpote servo meo & electo meo. Neque enim satis erat ipsi testamentum disponere, sicut Noë, postea vero Abrahamo, deindeque filiis Israël in deserto per Moysen disposui: nam cum iis sine juramento; at
D cum electo, servo & famulo meo Davide, adhibito jurejurando fœdus & testamentum inii. Juravi enim ipsi, futurum esse ut semen ejus in æternum præparetur, & thronus ejus ædificetur, non in unam generationem, sed in generationem & generationem. Cur autem Deus juraverit, S. Apostolus in epistola ad Hebræos testificatur, *Ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus.* Nam ad accessionem majoris certitudinis Deus juramentum adhibuit. Per quem autem jurave-
E rit, in sequentibus docet his verbis: *Semel juravi in sancto meo.* Ubi perpendas qui sit ille sanctus Dei, per quem quasi per filium unigenitum jurat, ad promissionem omnino confirmandam. Sane vero sanctum illum vel dæmones in Evangeliis confessi sunt, cum divinam ejus potestatem, qua se puniebat & ejiciebat non ferentes, hæc clamabant: *Sine, quid vobis & tibi Jesu Nazarene? Novimus te quis sis sanctus Dei.* Per hunc itaque jurans Deus, ut pater per unigenitum & dilectum filium, Davidi promissionem da-

Lectio reliquorum interpretum.

Heb. 6. 18.

Luc. 4. 34.

bat. Quod ipse ita docet: *Semel juravi in sancto meo, si David mentiar.* Cum autem mecum quærerem, cur nemini sanctorum, nisi Davidi, promissionem de semine ipsius cum juramento Deus ediderit; hanc me deprehendisse causam æstimo: comperi namque Davidem ante illam a Deo sibi datam promissionem juramento usum fuisse. Jurasse autem ipsum docet Spiritus divinus in CXXXI. dicens: *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus: sicut juravit Domino, vovit Deo Jacob: si introiero in tabernaculum domus meæ, si adscendero in lectum strati mei: si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.* Davidi hæc voventi & pollicenti, ac his de rebus juranti, parem Deus vicem reddens, juravit & ipse, & pro singulis pollicitationibus singulas retulit, juramentum juramento pensavit. Quapropter in eodem CXXXI. in quo dicitur jurasse Davidem, deinde adjicitur Spiritus sancti testimonium, quod sic habet: *Juravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum: De fructu ventris tui ponam super thronum tuum.* Prior itaque David juravit; deinde vicem rependens Deus, mutuo & ipse juravit: prior item David, pia motus cogitatione, quidpiam Deo pollicitus est; hinc Deus ceu gratiam gratiâ pensans, ipsi vice versâ promisit, secundum Salvatoris nostri voces quæ sic habent, *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, mensuram bonam agitatam, compressam, supereffluentem, dabunt in sinum vestrum.* Qua mensura igitur David mensus est, cum ex bona & religiosa cogitatione congruentem promissionem juratus dedit, eadem mensura repensum illi est, ac datæ sunt illi retributiones promissionesque cum juramento Dei.

Matth. 7. 2. Luc. 6. 38.

Quid sibi velit autem illa Davidis cum juramento pollicitatio, jam perpendere opportunum erit. Cum videret gentes per totum orbem diabolico multorum numinum errori subjectas, ac ubique terrarum templa, delubra, sacra malignis dæmonibus per urbes, regiones & vicos excitata, ac in montibus & collibus improbam illam & adversariam potestatem apud omnes homines honorari, Dei autem omnium opificis & conditoris ne minimam usquam memoriam servari; de re tali vulneratus animo, bonoque studio incensus, secundum eum qui dixit, *Zelo Zelatus sum Domino,* votum vovit & promissionem edidit, quam jurejurando adstrinxit; videlicet se primum, omnium regi Deo templum & sacrum in terra excitaturum, in quo Tabernaculum testimonii, & Arcam testamenti a Moyse in deserto jussu

3. Reg. 17. 14.

A λέγων· ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαυὶδ ψεύσομαι. ζητῶν δὲ παρ' ἐμαυτῷ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐδενὶ μὲν ἄλλῳ τῶν ἁγίων, μόνῳ δὲ τῷ Δαυὶδ δι' ὅρκου πεποίηται τὴν περὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἐπαγγελίαν ὁ θεός, δοκῶ μοι ταύτην εὑρηκέναι, καταλαβὼν καὶ αὐτὸν τὸν Δαυὶδ ὅρκῳ κεχρημένον πρὸ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπαγγελίας τοῦ θεοῦ. ὀμωμοκέναι δὲ αὐτὸν διδάσκει τὸ θεῖον πνεῦμα ἐν ρλα΄. λέγον· Μνήσθητι κύριε τοῦ Δαυὶδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ· ὡς ὤμοσε τῷ κυρίῳ, ηὔξατο τῷ θεῷ Ἰακώβ· εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι B ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου· εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ κυρίῳ, σκήνωμα τῷ θεῷ Ἰακώβ. τοιαῦτα εὐξαμένῳ καὶ ἐπαγγειλαμένῳ τῷ Δαυὶδ, καὶ ἐπὶ τούτοις ὀμωμοκότι, τὴν ἴσην ἀμοιβὴν ἀντιδιδοὺς ὁ θεὸς αὐτῷ, ἀντόμνυσι καὶ αὐτὸς καὶ ἀντεπαγγέλλεται ἓν ἀνθ' ἑνὸς διδοὺς, καὶ ὅρκῳ τὸν ὅρκον ἀμειβόμενος. διόπερ ἐν αὐτῷ τῷ ρλα΄. ἐν ᾧ λέγεται ὀμωμοκέναι ὁ Δαυὶδ, συνῆπται ἑξῆς ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος μαρτυρία, ὧδέ πη λέγουσα· ὤμοσε κύριος τῷ Δαυὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτήν· ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας C σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. ἐκ κοινοῦ πρότερος ὤμοσεν ὁ Δαυὶδ, εἶτα ἀμειβόμενος αὐτὸν ὁ θεὸς, ἀντωμοσίαν πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο. καὶ πρότερος ὁ Δαυὶδ εὐσεβεῖ λογισμῷ κινηθεὶς, ἐπηγγείλατό τι τῷ θεῷ· εἶτα πάλιν ὁ θεὸς, ὥσπερ ἀντιδιδοὺς αὐτῷ χάριν ἀντὶ χάριτος, καὶ αὐτὸς ἀντεπηγγείλατο ταῖς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀκολούθως φωναῖς, δι' ὧν φησιν, ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. μέτρον καλὸν, σεσαλευμένον, πεπιεσμένον, ὑπερεκχυνόμενον, δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. ᾧ μέτρῳ τοίνυν καὶ ὁ Δαυὶδ ἐμέτρησεν, ἐπ' ἀγαθῷ καὶ θεοσε-D βεῖ λογισμῷ πρέπουσαν ἐπαγγελίαν μεθ' ὅρκου ποιησάμενος, ἀντεμετρήθη αὐτῷ, καὶ δίδονται αὐτῷ ἀμοιβαὶ, αἱ ἐπαγγελίαι μεθ' ὁρκωμοσίας θεοῦ.

Τί δὲ βούλεται ἡ τοῦ Δαυὶδ μεθ' ὅρκου ἐπαγγελία, θεωρῆσαι καιρός. ὁρῶν τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη τῇ δαιμονικῇ καὶ πολυθέῳ πλάνῃ δεδουλωμένα, καὶ πανταχοῦ γῆς ναοὺς καὶ τεμένη καὶ ἱερὰ τοῖς πονηροῖς δαίμοσιν ἀνεγηγερμένα, ἔν τε πόλεσι καὶ χώραις καὶ κώμαις, ἐν ὄρεσί τε καὶ βουνοῖς τὴν πονηρὰν καὶ ἀντικειμένην E δύναμιν παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις τιμωμένην· θεοῦ δὲ τοῦ πάντων ποιητοῦ τε καὶ δημιουργοῦ μηδαμοῦ μνήμην παρά τισι γιγνομένην· ἀλγήσας τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῷ πράγματι, καὶ ζῆλον ἀγαθὸν ζηλώσας, κατὰ τὸν εἰπόντα, ζήλων ἐζήλωσα τῷ κυρίῳ. εὐχὴν ηὔξατο, καὶ ἐπαγγελίαν ἐπηγγείλατο, καὶ ταύτην ὅρκῳ κατεδήσατο, ἦ μὴν τῷ παμβασιλεῖ θεῷ πρῶτος νεὼν ἐπὶ γῆς καὶ ἱερὸν ἅγιον οἰκοδομήσειν, ἔνθα τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης τὴν ὑπὸ Μωσέως κατὰ τὴν ἔρημον ἐκ προστάγματος θεοῦ

κατασκευασθεῖσαν, ἀποκείμενος ἀναπαύσειν. περιήγετο γοῦν ὧδε κἀκεῖσε μέχρι τῶν τοῦ Δαυὶδ χρόνων τόπου μετακομιζομένη, ποτὲ μὲν ἐν Γαλγάλοις, ποτὲ δὲ ἐν Μασσηφά, ποτὲ δὲ ἐν Σηλώ, καὶ ἄλλοτε παρ' ἀλλοφύλοις, κἀκεῖθεν εἰς Βεσαμύς, ἔνθεν εἰς Καριαθιαρείμ· εἶτα εἰς οἶκον Ἀμιναδάβ· κἀκεῖθεν εἰς οἶκον Ἀβεδδαρά· ἔνθεν εἰς Σιὼν τὴν πόλιν ὁ Δαυὶδ μετεστήσατο. ὃ δὴ συνιδὼν γενόμενος, διενοήθη οἶκον ἱερὸν ἐγεῖραι καὶ ναὸν οἰκοδομῆσαι, ἐν ταύτῃ τε τὴν κιβωτὸν ἱδρῦσαι τοῦ θεοῦ. καὶ περὶ τούτου ὤμοσε Δαυὶδ τῷ κυρίῳ, καὶ ηὔξατο τῷ θεῷ Ἰακώβ, λέγων· εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου, εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμόν, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ κυρίῳ, σκήνωμα τῷ θεῷ Ἰακώβ. ταῦτα δὲ αὐτοῦ διανοηθέντος, τὴν μὲν προαίρεσιν τῆς εὐσεβείας ἀποδέχεται ὁ θεός· οὐ μὴν ἐπιτρέπει τὸν οἶκον γενέσθαι· μὴ γὰρ δεῖσθαι θεὸν ὄντα οἴκου αἰσθητοῦ, μηδ' ἐξ ἀψύχων λίθων οἰκοδομῆς συστησομένου· ἀλλ' εἰ ἄρα ἐχρῆν θεὸν οἰκεῖν ἐπὶ γῆς ἐκ σπέρματος αὐτοῦ τοῦ Δαυὶδ προελεύσεσθαι τὸν ὑποδεξόμενον αὐτοῦ τὴν θεότητα, ὃς καὶ οἰκοδομήσει τῷ θεῷ ἐπάξιον ἱερὸν οἶκον καὶ ναὸν ἅγιον, οὗ τὸν θρόνον εἰς τὸν σύμπαντα διαρκέσειν αἰῶνα. ἐδήλου δὲ ἄρα τὸν Χριστὸν αὐτοῦ τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα γενησόμενον, καὶ τὴν δι' αὐτοῦ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συστησομένην ἐκκλησίαν. ὅτι δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, ἡ τῶν Βασιλειῶν γραφὴ τοῦτον διδάσκει τὸν τρόπον· καὶ ἐγένετο ὅτε ἐκάθισε Δαυὶδ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ κύριος κατεκληρονόμησεν αὐτὸν κύκλῳ ἀπὸ πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς πρὸς Νάθαν τὸν προφήτην· ἰδοὺ δὴ ἐγὼ κατοικῶ ἐν οἴκῳ κεδρίνῳ, καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ κάθηται ἐν μέσῳ τῆς σκηνῆς· ἢ ἐν μέσῳ δέρρεως, ὡς ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις σημαίνει. καὶ εἶπε Νάθαν πρὸς τὸν βασιλέα· πάντα ὅσα ἂν ἐν τῇ καρδίᾳ σου βάδιζε καὶ ποίει, ὅτι κύριος μετὰ σοῦ. καὶ ἐγένετο τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, καὶ ἐγένετο ῥῆμα κυρίου πρὸς Νάθαν λέγων· πορεύου πρὸς τὸν δοῦλόν μου Δαυίδ, καὶ εἰπέ· τάδε λέγει κύριος, οὐ σὺ οἰκοδομήσεις μοι οἶκον τοῦ κατοικῆσαί με· ὅτι οὐ κατῴκησα ἐν οἴκῳ ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀνήγαγον τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης· καὶ ἤμην ἐμπεριπατῶν ἐν καταλύματι καὶ ἐν σκηνῇ ἐν πᾶσιν οἷς διῆλθον ἐν παντὶ Ἰσραήλ· εἰ λαλῶν ἐλάλησα πρὸς μίαν φυλὴν τοῦ Ἰσραήλ, ᾧ ἐνετειλάμην ποιμαίνειν τὸν λαόν μου Ἰσραὴλ λέγων· τί ὅτι οὐκ ᾠκοδομήκατέ μοι οἶκον κέδρινον. καὶ νῦν τάδε ἐρεῖς τῷ δούλῳ μου Δαυίδ· τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· ἔλαβόν σε ἐκ τῆς μάνδρας ἀπὸ ὄπισθεν τῶν προβάτων, τοῦ εἶναί σε εἰς ἡγούμενον ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ, καὶ ἤμην μετὰ σοῦ ἐν πᾶσιν οἷς ἐπορεύου. καὶ ἐξωλόθρευσα πάντας τοὺς ἐχθρούς σου ἀπὸ προσώπου σου· καὶ ἐποίησά σε ὀνομαστὸν κατὰ τὸ ὄνομα τῶν μεγάλων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ θήσομαι τόπον τῷ λαῷ μου

A Dei constructam, deponeret. Nam illa ad tempus usque Davidis circumquaque ferebatur, & a loco in locum, ac modo in Galgala, modo in Manasepha, mox in Silo, aliquando apud Allophylos, inde in Besamys, hinc in Cariathiarim, postea in domum Aminadab, inde in domum Abeddara, advecta fuit; unde eam in urbem Sion David transtulit. Quod ille conspicatus, domum sacram & templum excitare cogitavit, ubi arcam Dei deponeret & stabiliret. Qua de re David Domino juravit, & votum vovit Deo Jacob dicens: *Si introiero* (Psal. 131. 2.)
B *in tabernaculum domus meæ, si adscendero in lectum strati mei: si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.* Hæc illo cogitante, pium quidem propositum Deus adprobat: neque tamen permittit domum exstrui: non opus esse Deo dicens domo sensibili, vel ex inanimatis lapidibus construenda; sed si opus esset Deum in terra habitare, ex ipsius David semine proditurum esse, qui suam deitatem exciperet, quique sacram domum &
C templum sanctum Deo dignum exstrueret, cujus thronus per omne sæculum duraturus esset. Significabat autem Christum suum ex semine Davidis secundum carnem oriturum, & Ecclesiam ab eo per totum orbem constituendam. Quod autem hæc ita se haberent, Regnorum scriptura docet hoc pacto: *Factum est autem cum sederet David* (2. Reg. 7. 1.) *in domo sua, & Dominus possessionem ei dedisset in circuitu ab omnibus inimicis suis; dixit Rex ad Nathan prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina, & arca Dei sedet in me-*
D *dio tabernaculi;* aut, *in medio pellis,* ut Hebraïca lectio significat. (Lectio Hebraici exempl.) *Et dixit Nathan ad Regem, Omnia quæ sunt in corde tuo vade & fac, quia Dominus tecum est. Et factum est in nocte illa, & factum est verbum Domini ad Nathan dicens: Vade ad servum meum David, & dic: Hæc dicit Dominus, Non tu ædificabis mihi domum ad habitandum: quia non habitavi in domo a die illa qua eduxi filios Israël ex Ægypto, usque in diem hanc: & ambulabam in diversorio & in tabernaculo in cunctis locis per quæ transivi cum omni Israël; si*
E *loquens loquutus sum ad unam tribum Israel, cui præcepi pascere populum meum Israël dicens: Quare non ædificastis mihi domum cedrinam? Et nunc hæc dices servo meo David: Hæc dicit Dominus omnipotens, Ego tuli te ex ovili sequentem oves, ut esses in ducem Israël, & eram tecum in omnibus ubicumque ambulabas: & perdidi omnes inimicos tuos a facie tua, & feci te nominatum secundum nomen magnorum qui sunt in terra. Et ponam locum populo meo*

Israël, & plantabo eum & habitabit per se, & A *non sollicitus erit amplius: & non addet filius iniquitatis humiliare ipsum sicut a principio, a diebus quibus constitui judices super populum meum Israël: & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. Et annuntiabit tibi Dominus, ut domum ædifices ipsi. Et erit, cum impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, & suscitabo semen tuum post te, quod erit in ventre tuo, & præparabo regnum tuum. Ipse ædificabit mihi domum, & erigam regnum ejus usque in sæculum. Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium.* B *Et si venerit iniquitas ejus, & arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. Misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab iis quos abstuli a facie mea. Et fidelis erit domus ejus & regnum ejus usque in sæculum in conspectu meo: & thronus ejus erit erectus in sæculum secundum omnes sermones hos, & secundum universam visionem hanc.* Sic loquutus est Nathan Davidi. Hæc porro omnia in medium adtuli, ut declararem, cum David ædificaturum se domum arcæ Dei primus promisisset, Deum adprobata illius pietate, vicissim pollicitum ei esse, ex- C citaturum se semen ejus esse, cuius operâ sibi domum excitaret: & cum David prior jurasset, se nihil aliud ante facturum, quam invenisset Deo locum, Deum vicissim jurasse pollicendo, et humano sese mori adtemperasse in loquendo: nam infinita prope alia in divina Scriptura ex humana consuetudine & quadam cogitandi ratione de Deo dicuntur. Quibus ita commonstratis, jam restat ut psalmi dictum consideremus.

Quid sibi vult ergo promissio Dei? Hæc duo prænuntiat, primo se Davidis semen D in sæculum servaturum; secundò, thronum ejus ædificaturum in generationem & generationem. Deinde quia hæc non sensibili more in terra, neque in regno humana ratione considerato futura erant, promissorum complementum in cœlos remittit. Quapropter sicut superius dixit, *In cœlo præparabitur veritas tua;* sic post Dei promissionem jam infert, *Confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine.* Neque enim homines qui in terra sunt, inquit, intelligere poterunt, E quam mentem habeant, ô Domine, promissa tua, nec quænam sint propheticorum sermonum complementa; sed ipsi cœli videlicet, et quæ in cœlo sunt divinæ virtutes: quoniam cœlis competit mirabilia tua, quæ in promissionibus feruntur, enarrare & interpretari. Quemadmodum vicissim veritatem tuam, quæ in promissis Davidi datis celebratur, cogitare & enuntiare non aliorum erat, quam cœlorum tantum, & angelorum

A Ἰσραήλ, καὶ καταφυτεύσω αὐτὸν καὶ κατασκηνώσει καθ' ἑαυτὸν καὶ οὐ μεριμνήσει οὐκέτι, καὶ οὐ προσθήσει υἱὸς ἀδικίας τοῦ ταπεινῶσαι αὐτὸν καθὼς ἀπ' ἀρχῆς ἀπὸ τῶν ἡμερῶν, ὧν ἔταξα κριτὰς ἐπὶ τὸν λαόν μου Ἰσραήλ. καὶ ἀναπαύσω σε ἀπὸ πάντων τῶν ἐχθρῶν σου· καὶ ἀπαγγελεῖ σοι κύριος ὅτι οἶκον οἰκοδομήσεις αὐτῷ. καὶ ἔσται ἐὰν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι σου, καὶ κοιμηθήσῃ μετὰ τῶν πατέρων σου, καὶ ἀναστήσω τὸ σπέρμα σου μετὰ σέ, ὃς ἔσται * ἐν τῇ κοιλίᾳ σου, καὶ ἑτοιμάσω τὴν βασιλείαν σου. αὐτὸς οἰκοδομήσει μοι οἶκον τῷ ὀνόματί μου, καὶ ἀνορθώσω τὸν θρόνον αὐτοῦ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα. ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ B εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν. καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἀδικία αὐτοῦ, καὶ ἐλέγξω αὐτὸν ἐν ῥάβδῳ ἀνδρῶν, καὶ ἐν ἁφαῖς υἱῶν ἀνθρώπων. τὸ δὲ ἔλεός μου οὐκ ἀποστήσω ἀπ' αὐτοῦ, καθὼς ἀπέστησα ἀφ' ὧν ἀπέστησα ἐκ προσώπου μου. καὶ πιστωθήσεται ὁ οἶκος αὐτοῦ καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἕως αἰῶνος ἐνώπιόν μου. καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ἔσται ἀνωρθωμένος εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ πάντας τοὺς λόγους τούτους, καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν ὅρασιν ταύτην. οὕτως ἐλάλησε Νάθαν πρὸς τὸν Δαυίδ. ταῦτα δὴ πάντα παρεθέμην, παραστῆσαι βουλόμενος ὡς πρότερον ἐπηγγελμένου τοῦ Δαυὶδ οἶκον κατασκευάζειν τῇ κιβωτῷ τοῦ θεοῦ· ἀποδε- C ξάμενος αὐτὸν τῆς εὐσεβείας ὁ θεός, ἀντεπαγγέλλεται τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἀναστήσειν, καὶ διὰ τούτου κατασκευάζειν ἑαυτῷ οἶκον. καὶ ὡς τοῦ Δαυὶδ πρότερον ὀμωμοκότος, μὴ πρότερον ἄλλο τι ποιήσειν τοῦ τόπον εὑρεῖν τῷ θεῷ, ἀμοιβαίως καὶ ὁ θεὸς ἀντόμνυσιν διὰ τῆς ἐπαγγελίας, ἀνθρωπινώτερον συγκαταβαίνων τῷ λόγῳ. ἐπειδὴ καὶ ἄλλα μυρία ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ ἀνθρωποπαθῶς περὶ τοῦ θεοῦ λέλεκται κατά τινα νενομισμένην θεωρίαν. ὧν οὕτως ἀποδεδειγμένων, καιρὸς ἤδη καὶ τὴν ἐν τῷ ψαλμῷ λέξιν ἐπιθεωρῆσαι.

Τί ποτ' οὖν βούλεται ἡ ἐπαγγελία τοῦ θεοῦ; D δύο ταῦτα προαγορεύει· πρῶτον μὲν τὸ σπέρμα τοῦ Δαυὶδ ἕως τοῦ αἰῶνος φυλάξειν· δεύτερον δὲ τὸν θρόνον αὐτοῦ οἰκοδομήσειν εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. εἶτ' ἐπειδὴ γὰρ ἤμελλε ταῦτα μὴ ἐπὶ γῆς αἰσθητῶς συνίστασθαι, μηδὲ ἐν τῇ κατὰ ἄνθρωπον βασιλείᾳ, εἰς οὐρανοὺς ἑξῆς ἀναπέμπει τῶν ἐπαγγελιῶν τὰ ἀποτελέσματα. διὸ ὥσπερ ἀνωτέρω ἔφησεν, ἐν τῷ οὐρανῷ ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου, οὕτω καὶ νῦν μετὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ ἐπιφέρει τό, ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου κύριε. E οὐ γὰρ οἱ ἐπὶ γῆς ἄνθρωποι, φησίν, δυνήσονται συνιέναι, ὁποῖον νοῦν ἔχουσιν, ὦ κύριε, αἱ ἐπαγγελίαι, οὐδ' ὁποῖα τὰ ἀποτελέσματα τῶν προφητικῶν τυγχάνει λόγων· ἀλλ' οἱ οὐρανοὶ αὐτοὶ δηλαδή, καὶ αἱ κατ' οὐρανὸν θεῖαι δυνάμεις, διόπερ τοῖς οὐρανοῖς ἁρμόζει τὰ θαυμάσιά σου τὰ ἐμφερόμενα ταῖς ἐπαγγελίαις διηγεῖσθαι καὶ διερμηνεύειν. ὥσπερ πάλιν τὴν ἀλήθειάν σου τὴν ἐν ταῖς πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελίαις δεδοξασμένην, οὐκ ἄλλων ἦν νοεῖν καὶ διηγεῖσθαι, ἀλλ' ἢ μόνων τῶν οὐρανῶν καὶ τῶν ἐν

* F. ἐκ τῆς κοιλίας,

οὐρανοῖς ἀγγέλων· οὗτοι γὰρ καὶ τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὰ θαυμάσιά σου ἐν ἐκκλησίᾳ ἁγίων ἐξομολογήσονται. εἰ γάρ ποτε γένοιτο ἐκκλησία τις τοιαύτη ἐπὶ γῆς, ὡς ἁγίων ἐκκλησίαν αὐτὴν χρηματίζειν, παρὰ τούτοις οἱ οὐρανοί, εἴτε δυνάμεις θεῖαι, εἴτε καὶ οὐράνιοι ἄνδρες τὰ θαυμάσιά σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου τὴν ἐμφερομένην ἐν ταῖς προκειμέναις ἐπαγγελίαις ἐξομολογήσονται. εἰ δέ ἐστι καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς οὐρανοῖς ἐκκλησία τις πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς, κυριώτερον καὶ ἀληθέστερον λεχθείη ἂν ἐκείνη ἐκκλησία, ἁγίων εἶναι ἐκκλησία, ἐν ᾗ οἱ οὐράνιοι τὴν ἀλήθειαν τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ θεοῦ καὶ τὰ θαυμάσια τὰ ἐν αὐταῖς ἀποκείμενα διηγήσονται. θαυμάσια δὲ τίνα ἦν, ἀλλ' ἢ τὸ ἐκλεκτὸν τοῦ θεοῦ χρηματίσαι τὸν Δαυίδ, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ γενέσθαι σπέρμα θρόνον αἰώνιον καθέξον, καὶ τὸ διαθήκην αἰώνιον διατίθεσθαι πρὸς αὐτὸν τὸν θεόν, ἢ συνθήκην πρὸς αὐτὸν γενέσθαι; οὕτω γὰρ ὁ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος ἡρμηνεύκασι, συνθήκην ἀντὶ διαθήκης εἰρηκότες. θαυμάσιον ἦν καὶ τὸ
" ὀμνύναι τὸν θεὸν ἀνθρώπῳ καὶ τὸ φάσκειν πρὸς
" τὸν αὐτόν, ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα
" σου, κατὰ τὸν Σύμμαχον· καὶ οἰκοδομήσω εἰς
" ἑκάστην γενεὰν τὸν θρόνον σου, κατὰ τὸν αὐτόν.
τὸ δὲ μεῖζον ἁπάντων θαῦμα τοῦτο ἦν, τὸ τοιαῦτα ἐπαγγελλόμενον τὸν θεὸν ὅρκῳ ταῦτα ἐπισφραγίσασθαι. καὶ τὸ πάντων θαυμασιώτερον, τὸ μετὰ τὸν θεῖον ὅρκον δοκεῖν μὴ τέλος εἰληφέναι τοὺς τοῦ θεοῦ λόγους, τἀναντία δὲ τῇ ὁρκωμοσίᾳ συμβῆναι. ἐπιφέρει γοῦν ἑξῆς, ἐναντία ταῖς τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίαις δηλῶν συμβεβηκέναι· δι' ἃ καὶ μάλιστα ἐκπλήττεται καὶ θαυμάζει ὁ προφήτης, ἀποδυσπετεῖ
" γοῦν ἑξῆς λέγων· ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρ-
" χαῖα κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαυὶδ ἐν τῇ ἀλη-
" θείᾳ σου; ἀλλ' ἀποθεραπεύει τὴν ἑαυτοῦ ἀμη-
" χανίαν, ἀνωτέρω μὲν εἰρηκώς, ἐν τοῖς οὐρανοῖς
" ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου· ἐν δὲ τοῖς με-
" τὰ χεῖρας, ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυ-
" μάσιά σου, καὶ γὰρ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν ἐκ-
" κλησίᾳ ἁγίων. ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται
" τῷ κυρίῳ, ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ;
" ἀντὶ τοῦ, ἐν νεφέλαις, ὁ Σύμμαχός φησι· τίς
" γὰρ ἐν αἰθέρι; σφόδρα δὲ ἀκολούθως ἐπήγαγε τὰ προκείμενα τοῖς προλεχθεῖσι· τὴν γὰρ ἀλήθειάν σου, φησί, καὶ τὰ θαυμάσιά σου, εἰ καὶ μὴ ἄνθρωποι συνιέναι δύνανται· δι' ὃ μέλλω
" λέγειν μικρὸν ὕστερον· ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ
" ἀρχαῖα κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαυίδ; ἀλλ'
οὐρανοὶ διηγήσονται καὶ ἐκκλησία ἁγίων μαρτυρήσει ὅτι μηδὲν ὧν ὤμοσας τῷ Δαυὶδ διαπεσεῖται, οὐδὲ ψεύσονταί σου αἱ ἐπαγγελίαι· ἀδύνατον γάρ ἐστι τὸ σὲ ψεύσασθαι· τίς γάρ σοι ἐξισωθήσεται ἐν ἀληθείᾳ, ἢ τίς ὁμοιωθήσεται ἐν τῷ λέγειν καὶ πιστοῦσθαί σου τὰς ἐπαγγελίας; οὐδὲ γὰρ ἀντιστῆναί σου τῇ βουλῇ δύναταί τις, ὡς ἀνατρέπειν τὰ ἅπαξ ὑπὸ

A qui in cœlis sunt: hi namque veritatem tuam & mirabilia tua in Ecclesia sanctorum confitebuntur. Etenim si aliquando talis Ecclesia in terra exstet, quæ Ecclesia sanctorum vocetur; præter hos sanctos, ipsi cœli, sive divinæ virtutes, sive cœlestes homines, mirabilia tua & veritatem tuam, quæ in præsentibus promissis fertur, confitebuntur. Quod si in ipsis cœlis ecclesia quædam sit primitivorum, descriptorum in cœlis, ea verius & accuratius Ecclesia sanctorum esse dicatur: in qua cœli veritatem pro-
B missorum Dei, & mirabilia in promissis posita, enarrabunt. Mirabilia autem illa quæ fuerint, nisi Davidem electum Dei vocari, necnon semen ab ipso proditurum esse, quod thronum æternum nacturum sit; atque testamentum æternum, sive pactum ab illo cum Deo percussum fuisse? sic enim Aquila
& Symmachus interpretati sunt, qui *pactum* pro testamento dixerunt. Mirabile quoque erat jurare Deum homini, ipsique dicere, *Usque in æternum præparabo semen tuum*, secundum Symmachum: *& ædificabo in unam-*
C *quamque generationem thronum tuum*, secundum eumdem. At maximum omnium miraculum illud erat, videlicet hæc pollicitum Deum, juramento eadem obsignasse: verum quod omnium omnino mirabilissimum est, Dei sermones, quos juratus protulerat, non ad effectum deductos esse; sed juramentis contraria evenisse videri. Nam deinde pergit, divinis promissis opposita contigisse narrans: quorum maxime causa obstupescit miraturque Propheta, & quasi rem ægre ferens ait: *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ,*
D *Domine, quas jurasti David in veritate tua?* At angustiæ suæ medelam adhibuit, tum superius cum diceret, *In cœlis præparabitur veritas tua*; tum in his quæ tractamus dicens, *Confitebuntur cæli mirabilia tua, etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum. Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit* 7.
Domino in filiis Dei? Pro illo, *in nubibus*, Symmachus ait, *Quis enim in æthere?* Admodum congruenter hæc jam præmissis adjecit: veritatem enim tuam, inquit, & mirabilia tua etiamsi homines intelligere non
E valeant; qua de causa jamjam dicturus sum, *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti David?* at cœli enarrabunt, & Ecclesia sanctorum testificabitur, nihil eorum quæ Davidi jurasti lapsurum esse, neque irritas fore promissiones tuas: fieri enim nequit te mentiri. Quis enim æqualis tibi erit in veritate, aut quis similis erit tibi in eo, quod loquaris & promissiones tuæ firmæ & plenæ fidei evadant? Tuæ quippe voluntati nemo potest obsistere, ita ut ea, quæ a te se-

Aquilæ. Symmachi. Symmachi. Symmachi. Symmachi.

A mel definita sunt, evertat, nedum ea quæ cum juramento promissa sunt; ita ut etiamsi nobis nota non esset promissorum tuorum veritas, at illud probe sciamus, *quoniam potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.* Omnia igitur quæcumque volueris potes, & prædictorum de Davide verborum veritas circa te volvitur; ita ut omnibus, qui circa te positi sunt & deitatem stipant tuam, nota sit; ab iis vero qui procul te sunt, ignoretur.

B Ex his porro videtur mihi Propheta Spiritu sancto divine repletus, ac mentis oculis spirituali lumine illustratus, gloriam vidisse Unigeniti Dei, in medio Ecclesiæ sanctorum stantis, & sanctorum qui in regno ejus sunt multitudine stipati. Cum cœlos namque memorasset, & Spiritu divino sanctorum ecclesiam intueretur, videtur in medio eorum Filium Dei conspexisse: deinde autem ipso considerato, oculos vertere ad sanctorum Angelorum, Archangelorum, Spirituum divinorum, & virtutum circumpositum chorum: horum divinitatem mi-

C rari; eum vero qui omnes excedit, omnes superat, Unigenitum Dei, cum stupore considerare: deinde ex admiratione hæc effari, *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino?* sive secundum Symmachum, *Quis enim in æthere conferet se Domino in filiis Dei?* Hæc de Unigenito Dei dicta, piam servant sententiam; de Patre vero ac Deo universorum secus: impropria enim & impia comparatio esset. Nam filiis Dei omnium Causam conferre, & eum qui supra omnia est Deus aliis comparare, improbissimus omnium au-

D sus esset. At sine periculo Filius Dei unigenitus, filiis Dei comparatur, ac dicitur eum incomparabilem esse, cum nullo conferendum, atque admodum antecellere asseritur his verbis, *Quis in nubibus æquabitur Domino?* ac si dicatur, nemo. Etiamsi enim multi sancti, & millia Angelorum, & Ecclesia primitivorum, principatus, potestates, throni, dominationes, spiritus sancti, virtutes divinæ, in cœlestibus exercitibus versentur, cœlestem implentes Ecclesiam; at quis, ait, in æthere supra firmamentum posito æquabitur

E Domino? Quod si multi filii Dei sunt multique dii, secundum illud, *Deus stetit in synagoga deorum;* &, *Deus deorum Dominus loquutus est,* &, *Ego dixi, Dii estis, & filii Altissimi omnes:* sed *quis similis erit Domino in filiis Dei?* Nam cum innumeri ejus filii sint, nemo, inquit, huic similis erit, aut æquabitur, utpote qui electus sit, unigenitus & primogenitus omnis creaturæ, Verbum item & sapientia, virtus & sapientia Dei. Mihique videtur horum notitiam in præceden-

Symmachi.

Psal. 81. 1.

Psal. 49. 1.

Psal. 81. 6.

A σου ὡρισμένα, μήτι γε τὰ μεθ' ὅρκου ἐπηγγελμένα· ὥστε εἰ μὴ καὶ ἡμῖν ἐγνώσθαι ποτὲ ἡ τῶν ἐπαγγελιῶν σου ἀλήθεια, ἀλλ' ἐκεῖνο ἀκριβῶς ἴσμεν, ὅτι δυνατὸς εἶ κύριε, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου. πάντ' οὖν ὅσα καὶ βεβούλησαι δύνασαι, καὶ τῶν λόγων σου τῶν περὶ τοῦ Δαυὶδ προρρηθέντων ἡ ἀλήθεια ἀμφί σε εἴλειται. ὡς πᾶσι μὲν τοῖς περὶ σε οὖσι καὶ τὴν σὴν θεότητα δορυφοροῦσι γινώσκεσθαι· ἀγνοεῖσθαι δὲ τοῖς μακρὰν ἀφεστηκόσιν ἀπὸ σοῦ.

B Δοκεῖ δέ μοι διὰ τούτων ὁ προφήτης ἁγίῳ πνεύματι θεοφορηθεὶς, καὶ τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς φωτὶ νοερῷ καταυγασθεὶς, τὴν δόξαν ἑωρακέναι τοῦ μονογενοῦς τοῦ θεοῦ, ἐν μέσῳ τῆς ἐκκλησίας τῶν ἁγίων ἑστῶτος, καὶ δορυφορουμένου ὑπὸ τῶν ἁγίων τῶν ἐν βασιλείᾳ αὐτοῦ. μνημονεύσας γοῦν τῶν οὐρανῶν, καὶ τῷ θείῳ πνεύματι ἐνατενίσας τῇ τῶν ἁγίων ἐκκλησίᾳ, ἔοικεν ἑωρακέναι μέσον τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ. εἶτα μετὰ τὴν ἐκείνου κατανόησιν ἐπιστρέφειν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπὶ τῶν πέριξ ἁγίων ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων πνευμάτων τε θείων καὶ δυνάμεων χο-

C ρὸν· καὶ θαυμάζειν τὴν τούτων θεότητα, ὑπερεκπλήττεσθαι δὲ τὸν ἐπέκεινα πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντας τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ, εἶτ' ἐκ τοῦ θαύματος ἀναπεφωνηκέναι τὸ, ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον τίς γὰρ ἐν αἰθέρι ἀντιπαραθήσει τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ; ταῦτα δὲ περὶ μὲν τοῦ μονογενοῦς τοῦ θεοῦ λεγόμενα σώζοι ἂν εὐσεβῆ τὴν διάνοιαν, οὐ μὲν περὶ τοῦ πατρὸς καὶ θεοῦ τῶν ὅλων· ἀνοίκειος γὰρ καὶ ἀσεβὴς ἡ παράθεσις. τὸ γὰρ υἱοῖς θεοῦ παραβάλλειν τὸ πάντων αἴτιον, καὶ τὸ συγκρίνειν ἑτέροις τολμᾶν τὸν ἐπέκεινα τῶν

D ὅλων θεὸν, πάντων ἂν γένοιτο ἀνοσιώτατον. ἀκίνδυνος δ' ἂν εἴη ὁ λόγος υἱοῖς θεοῦ συγκρίνων υἱὸν θεοῦ μονογενῆ, καὶ τὸ παρὰ πάντας ἀσύγκριτον αὐτοῦ καὶ ἀπαράθετον, καθ' ὑπερβολήν τε ὑπερέχον σημαίνειν διὰ τοῦ, τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; ἀντὶ τοῦ, οὐδείς. εἰ γὰρ καὶ πολλοὶ ἅγιοι καὶ μυριάδες ἀγγέλων, καὶ ἐκκλησία πρωτοτόκων, ἀρχαί τε καὶ ἐξουσίαι καὶ θρόνοι καὶ κυριότητες, πνεύματά τε ἅγια, καὶ δυνάμεις θεῖαι ἐν ταῖς κατ' οὐρανὸν στρατιαῖς πολιτεύονται, τὴν ἐπουράνιον συμπληροῦντες ἐκκλησίαν· ἀλλὰ τίς φησὶν ἐν τῷ αἰ-

E θέρι τῷ ἐπέκεινα τοῦ στερεώματος ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; εἰ δὲ πολλοὶ υἱοὶ θεοῦ καὶ θεοὶ κατὰ τὸ, ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, καὶ, θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησε, καὶ, ἐγὼ εἶπον, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες, ἀλλὰ τίς ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ; μυρίων γὰρ ὄντων υἱῶν, οὐδεὶς φησὶ τούτῳ ὁμοιωθήσεται, οὐδὲ ἐξισωθήσεται, ἐκλεκτῷ ὄντι καὶ μονογενεῖ καὶ πρωτοτόκῳ πάσης κτίσεως, λόγῳ τε σοφίᾳ καὶ δυνάμει καὶ σοφίᾳ θεοῦ. καί μοι δοκεῖ τὴν τούτων γνῶσιν διὰ τῶν ἀνωτέρω σημαίνειν,

ἐν οἷς ἔφη, ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου. ἓν γὰρ τῶν θαυμασίων καὶ τοῦτο ἦν, ὅπερ ἤμελλεν ἑξῆς ἐπιλέγειν περὶ τοῦ μονογενοῦς τοῦ θεοῦ· ἀναγκαίως δέ· ἐπειδὴ ἤμελλε τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ γενησόμενον διὰ τῆς προφητείας σημαίνειν, τὴν θεότητα τοῦ κατοικήσοντος ἐν αὐτῷ προθεωρεῖ· ὡς ἂν ὁμοῦ μάθοιμεν, τίς ἡ μέλλουσα κατοικεῖν ἐν αὐτῷ δύναμις, καὶ ὡς ὁ μὲν υἱὸς ἦν Δαυὶδ, ὁ δὲ ἐν αὐτῷ κατοικήσων υἱὸς τοῦ θεοῦ.

Ὁ θεὸς ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων, μέγας καὶ φοβερὸς ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλῳ αὐτοῦ. τὸν μὴ ἔχοντα σύγκρισιν, μηδὲ παράθεσιν, μηδὲ ὁμοίωσιν πρός τινα τῶν ὠνομασμένων υἱῶν θεοῦ, ὁποῖός τίς ἐστι παρίστησι λέγων· οὗτός ἐστιν ὁ θεὸς ὁ ἐνδοξαζόμενος ἐν τῇ βουλῇ τῶν ἁγίων. βουλὴν δὲ ἁγίων προσεῖπε τὴν ἀνωτέρω λεχθεῖσαν ἐκκλησίαν ἁγίων, καὶ ἔοικε τὴν ἐκκλησίαν τῶν πρωτοτόκων τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς βουλὴν ὠνομακέναι, ἀναλόγως τοῖς κατὰ τόπον βουλευτηρίοις. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ βουλῇ τῶν ἁγίων ἐνδοξαζόμενός ἐστιν, ὁ μὴ ἔχων σύγκρισιν, μηδὲ ὁμοίωσιν πρὸς τοὺς ὀνομαζομένους υἱοὺς θεοῦ, καὶ οὐ μόνον ἐνδοξαζόμενός ἐστιν ἐν τῇ βουλῇ τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ φοβερὸς ὑπάρχει ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλῳ αὐτοῦ. τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ περικύκλῳ αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτοὶ θεοὶ χρηματίζοντες, δι' οὓς εἴρηται, ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν; καὶ γὰρ τὸ, ἐν βουλῇ ἁγίων, καὶ τὸ, ἐν ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων, καὶ τὸ, ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἓν καὶ ταυτὸν εἶναί μοι δοκεῖ. τούτων τοιγαροῦν ἐν μέσῳ ἑστὼς καὶ ὑπὸ τούτων δορυφορούμενος ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἐνδοξαζόμενος εἴρηται καὶ μέγας καὶ φοβερός. ὅ γε μὴν Σύμμαχος τὰ προκείμενα τοῦτον ἐξέδωκε τὸν τρόπον· θεὲ ἀήττητε ἐν ὁμιλίᾳ ἁγίων πολλῇ, καὶ ἐπίφοβος ἐν πᾶσι τοῖς περὶ σεαυτόν· ὁ δὲ Ἀκύλας φησίν, ἰσχυρὸς κατισχυρούμενος ἐν ἀπορρήτῳ ἁγίων πλῆθος, πλῆθος, καὶ ἐπίφοβος ἐπὶ πάντας κύκλῳ αὐτοῦ. ἡ δὲ τοῦ λόγου διάνοια τὴν ἀκολουθίαν παρίστησιν· ἐπειδὴ γὰρ δυνατὸς εἶ κύριε φησίν, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου, εἰκότως μέγας εἶ, καὶ φοβερὸς εἶ, καὶ ἐνδοξαζόμενος εἶ ἐν βουλῇ ἁγίων, καὶ ἐν τοῖς τὴν σὴν θεότητα περιπολοῦσιν, οἳ τῶν σῶν ἐπαγγελιῶν τὴν ἀλήθειαν συνορῶντες, τὰς πρεπούσας εὐχαριστίας μετὰ θαυμασμοῦ τῆς σῆς θεότητος ἀναπέμπουσιν. διὸ μικρῷ πρόσθεν ἔλεγον· ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν ἐκκλησίᾳ ἁγίων.

Κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων τίς ὅμοιός σοι, δυνατὸς εἶ κύριε καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου. σὺ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης, τὸν δὲ σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις. σὺ ἐταπεί-

A tibus tradere, cum ait: *Confitebuntur cœli mirabilia tua.* Siquidem ex mirabilibus unum hoc erat, quod deinceps de unigenito Dei additurus erat, & quidem necessario. Quia enim illum ex semine David nasciturum esse, in prophetia indicandum erat, deitatem ejus qui in ipso habitaturus erat antea contemplabatur; ut unà edisceremus quæ virtus in ipso habitatura esset, & sciremus ipsum quidem filium esse Davidis, eum vero qui in ipso habitaturus esset, filium Dei.

B *Deus qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus & terribilis super omnes qui in circuitu ejus sunt.* 8.
Quinam sit is, qui cum nemine comparari vel conferri possit, neminem similem admittat in iis qui filii Dei vocantur, hic declarat dicens: Hic est *Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum.* Consilium autem sanctorum jam supra dixit Ecclesiam sanctorum esse: videturque Ecclesiam primogenitorum, qui descripti sunt in cœlis, consilium nominare, quadam habita ratione ad senatus qui variis in locis existunt. In hoc C autem consilio sanctorum gloria ejus celebratur, qui nullam comparationem vel similitudinem admittit cum iis qui filii Dei vocantur: neque solum glorificatur in consilio sanctorum, sed etiam terribilis est super omnes qui in circuitu ejus sunt. Quinam autem in circuitu ejus fuerint, nisi filii Dei, qui & ipsi quoque dii nuncupantur: quorum causa dictum est, *Deus stetit in synagoga deorum?* (Psal. 81. 1.) Etenim illud, *in consilio sanctorum;* & illud, *In Ecclesia primogenitorum,* &, *in synagoga deorum;* unum & idem esse videtur D mihi. Horum itaque in medio stans, his stipatus filius Dei, glorificatus, magnus & terribilis dicitur. Hæc vero Symmachus sic edidit: *Deus invicte in conversatione sanctorum multa, & tremende in omnibus qui circum te sunt;* (Symmachi.) Aquila autem ait, *Fortis roboratus in secreto sanctorum, multitudo, multitudo, & tremendus super omnes qui in circuitu ejus sunt.* (Aquilæ.) Ipsa porro dicti sententia seriem aperit. Nam quia potens es, Domine, inquit, & veritas tua in circuitu tuo, jure magnus es & terribilis & glorificatus in consilio sanctorum, & E in iis qui deitatem stipant tuam, qui conspecta promissorum tuorum veritate debitas cum admiratione deitatis tuæ gratiarum actiones emittunt. Quare paulo antea dicebam: *Confitebuntur cœli mirabilia tua, & veritatem tuam in Ecclesia sanctorum.*

Domine Deus virtutum quis similis tibi? 9.
potens es Domine, & veritas tua in circuitu
tuo. Tu dominaris potestati maris, motum au- 10.
tem fluctuum ejus tu mitigas. Tu humiliasti 11.

sicut vulneratum superbum, in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. In his quoque nullam factarum rerum similem filio Dei, qui Deus prædicatur, admittit; ipsum namque & potentem & potentium Deum ac virtutum dominum dicit, ita ut nemo ipsi repugnare, neque ejus voluntati contradicere possit: quare, utpote solus potens, omnia dicit & facit; illud enim, *Quis similis tibi?* non raros esse, sed nullum esse declarat. Neminem itaque similem esse ait illi, qui Dominus prædicatur, cum eidem illos comparat, qui superius filii Dei dicti sunt. Hæc enim eidem hærent sententiæ, cui isthæc superius dicta: *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? similis erit Domino in filiis Dei?* Nunc item, Quis similis tibi? ait, quia potens es, & veritas sermonum tuorum, promissa quoque tua circa te & penes te sunt. Penes te quippe est, & penes eos qui te circumdant, veritas tua: nam si qui proxime te, & in circuitu tuo sunt, illi sane veritatem norunt tuam. Nos autem qui in terra & adhuc procul te versamur, ex iis quæ sive in terra sive in mari a providentia tua geruntur, magna tua opificia contemplantes, confitemur te potentem, & veritatem tuam in circuitu tuo esse. Nam tu solus mari & tantæ aquarum plenitudini dominaris, motum fluctuum ejus unus mitigas, ipsique claustra, portas & terminos fixisti, ne prætergressum pelagus inundet orbem. Quod sane vel unum maximum fuerit potestatis tuæ argumentum. Atenim tanta aquarum commotio, tibi ut Domino obsequens, dum tumens in altum evehitur, reformidat tamen, & in seipsa, terminis conclusa suis, colliditur. Quemadmodum autem fluctus marisque comminationes jussu tuo refrænasti, & elationes, minas iramque ejus sedasti; ita quoque si ex invisibilibus virtutibus quædam providentiæ tuæ consilio inimicæ & adversariæ fuerint, eas quoque, utpote qui solus potentissimus omnium sis, dissipasti, earumque principem & tyrannum, arrogantem illum & superbum principem hujus sæculi, virtute tua humiliasti, & vulnerasti, percussum nempe gladio illo tuo magno & terribili, ut in prophetia
Esai. 27. 1. fertur: *Inducet Dominus gladium grandem & fortem super draconem, serpentem tortuosum, fugientem: & occidet draconem qui est in mari.* Et quia alius propheta draconem hunc vulneratum in mari degere docuit his verbis, *Hoc mare magnum & spatiosum, illic reptilia quorum non est numerus. Draco iste quem formasti ad illudendum ei;* consideres velim, num illud ipsum mare præsens sermo subindicet dum ait: *Tu dominaris potestati maris,*

νώσας ὡς τραυματίαν ὑπερήφανον, ἐν τῷ βραχίονι τῆς δυνάμεώς σου διεσκόρπισας τοὺς ἐχθρούς σου. καὶ ἐν τούτοις οὐδὲν ἀφίησι τῶν γενητῶν εἶναι ὅμοιον τῷ θεολογουμένῳ υἱῷ τοῦ θεοῦ· αὐτὸν γὰρ εἶναι τὸν δυνατὸν, καὶ τὸν τῶν δυνατῶν θεὸν, καὶ αὐτὸν τῶν δυνάμεων κύριον, ὡς μηδένα αὐτῷ ἀντιλέγειν δύνασθαι, μηδὲ τῇ αὐτοῦ βουλῇ ἀνθίστασθαι· δι' ὃ λέγειν αὐτὸν καὶ ποιεῖν, ἅτε μόνον δυνατὸν, τὰ πάντα· τὸ γὰρ, τίς ὅμοιός σοι καὶ ἐνταῦθα, οὐκ ἐπὶ τοῦ σπανίου, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μηδενὸς παρείληπται. οὐδένα γοῦν ὅμοιον εἶναί φησι τῷ κυριολογουμένῳ, ἀντιπαραβάλλων αὐτῷ τοὺς ἀνωτέρω εἰρημένους υἱοὺς θεοῦ. τῆς γὰρ αὐτῆς ἔχεται διανοίας τὰ παρόντα καὶ τὰ πρότερα, ἐν οἷς εἴρητο, ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ, ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ; καὶ νῦν δ' οὖν, τίς ὅμοιός σοι φησὶν, ὅτι δυνατὸς εἶ, καὶ ἡ ἀλήθεια τῶν λόγων σου, αἵ τε ἐπαγγελίαι σου περὶ σὲ καὶ παρὰ σοὶ τυγχάνουσι. παρὰ σοὶ γὰρ ἐστὶ καὶ παρὰ τοῖς κυκλοῦσί σε ἡ ἀλήθειά σου. εἰ γάρ τινες σου πλησίον καὶ κύκλῳ περιεστῶτες εἶεν, οὗτοι αὐτοὶ τὴν ἀλήθειάν σου γινώσκουσιν. ἡμεῖς δὲ οἱ ἐπὶ γῆς ἔτι μακρὰν σου τυγχάνοντες, τὰς μεγαλουργίας σου ἀπὸ τῶν κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν ἐνεργουμένων ὑπὸ τῆς σῆς προνοίας θεωροῦντες, ὁμολογοῦμεν ὅτι δυνατὸς εἶ, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου. τοῦ τε γὰρ θαλάσσης καὶ τοῦ τοσούτου τῶν ὑδάτων κύτους σὺ μόνος δεσπόζεις, καὶ τὸν σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ μόνος καταπραΰνεις, περιθεὶς αὐτῇ κλεῖθρα καὶ πύλας, καὶ ὅρια αὐτῇ πηξάμενος· ὡς ἂν μὴ ὑπερβᾶσα κατακλύσειεν τὴν τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένην. ὃ δὴ καὶ αὐτὸ ἕν τι τυγχάνει μέγιστον τῆς σῆς δυνάμεως δεῖγμα. ὡς γὰρ δεσπότῃ δουλεύουσα ἡ τοσαύτη τῶν ὑδάτων κίνησις, κυρτουμένη εἰς ὕψος καὶ ἐπαιρομένη πλήσσει, καὶ εἰς ἑαυτὴν καταρράσσεται, εἴσω τῶν οἰκείων ὅρων ἀποκεκλεισμένη. ὥσπερ δὲ τὰ κύματα καὶ τὰς ἀπειλὰς τῆς θαλάσσης ἐχαλίνωσας τῷ σῷ προστάγματι, καὶ τὰ ὑψώματα αὐτῆς, τάς τε ὁρμὰς καὶ τοὺς θυμοὺς κατεπράϋνας· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀοράτων δυνάμεων, εἴ τινές ποτε εἶεν ἐχθραὶ καὶ ἐναντίαι τῇ βουλῇ τῆς σῆς προνοίας, καὶ ταύτας ἅτε μόνος καὶ ὑπὲρ πάντας ὢν δυνατώτατος διεσκόρπισας, τόν τε τούτων ἄρχοντα καὶ τύραννον καὶ ἀλαζονά τινα ὄντα καὶ ὑπερήφανον, ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, σὺ τῇ σαυτοῦ δυνάμει ἐταπείνωσας, καὶ τραυματίαν εἰργάσω, πατάξας αὐτὸν τῇ ῥομφαίᾳ τῇ μεγάλῃ καὶ τῇ φοβερᾷ, ἀκολούθως τῇ φασκούσῃ προφητείᾳ· ἐπάξει κύριος τὴν ῥομφαίαν τὴν μεγάλην καὶ τὴν ἰσχυρὰν ἐπὶ τὸν δράκοντα, ὄφιν τὸν σκολιὸν, φεύγοντα, καὶ ἀνελεῖ τὸν δράκοντα τὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ. καὶ ἐπειδήπερ ἄλλος προφήτης τὸν τραυματίαν τοῦτον δράκοντα ἐπὶ τῆς θαλάσσης ποιεῖσθαι τὰς διατριβὰς ἐδίδαξε, φήσας· αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος. ἐκεῖ ἑρπετὰ ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. δράκων οὗτος ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ, ἐπίστησον μήποτε ταύτην αὐτὴν ᾐνίξατο τὴν θάλασσαν καὶ ὁ παρὼν λόγος φήσας· σὺ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θα-

λάσσης, τὸν δὲ σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις· τούτοις γοῦν συνῆψε τό, σὺ ἐταπείνωσας ὡς τραυματίαν ὑπερήφανον· ἐν τῷ βραχίονι τῆς δυνάμεώς σου διεσκόρπισας τοὺς ἐχθρούς σου. τὸ γὰρ χωρίον τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων, τῶν τε δαιμόνων καὶ τῶν πνευμάτων πονηρῶν, θάλασσαν ἔοικεν ἀποκαλεῖν. διὸ καὶ ἐπήγαγε τοῖς περὶ τῆς θαλάσσης λόγοις τὰ περὶ τοῦ τραυματίου, καὶ τὰ περὶ τῶν ἐχθρῶν τοῦ θεοῦ, ἄντικρυς τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα σημαίνων. καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ εἴρηται ψαλμῷ· σὺ συνέθλασας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος. σὺ συνέθλασας τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος, ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψιν. καὶ ἐν τῷ Ἰώβ· ἄξεις δὲ δράκοντα ἐν ἀγκίστρῳ, περιθήσεις δὲ φορβαίαν περὶ τὴν ῥῖνα αὐτοῦ, ψελλίῳ δὲ τρυπήσεις τὸ χεῖλος αὐτοῦ. λαλήσει δέ σοι δεήσει καὶ ἱκετηρίᾳ μαλακῶς, λήψῃ δὲ αὐτὸν δοῦλον αἰώνιον. καὶ ἑξῆς ἐπάγει, αὐτὸς δὲ ἐστι βασιλεὺς πάντων τῶν ἐν τοῖς ὕδασι. κατὰ τὸ αὐτὸ εἴρηται περὶ τοῦ αὐτοῦ δράκοντος ἐκ προσώπου τοῦ κυρίου πρὸς τὸν Ἰώβ· οὐ δέδοικας ὅτι ἡτοίμασταί μοι* τὰ χειμῶν; καὶ διὰ τῶν προκειμένων ἀναγκαίως τούτων ἐμνημόνευσε τὸ θεῖον πνεῦμα, διδάσκον τοῦ μονογενοῦς τοῦ θεοῦ τὴν μέχρι τῆς δηλωθείσης θαλάσσης κάθοδον. προθεολογήσας γοῦν αὐτόν, καὶ τὴν προτέραν αὐτοῦ διατριβὴν τὴν ἐν τοῖς ἁγίοις εἰπών, τίς τε ἐστί, καὶ μεθ' ὁποίων καὶ ἐν ποίοις* προέρχεται, ἑξῆς καὶ παρίστησιν, ὅτι δὴ αὐτὸς ἐκεῖνος καὶ τῆς δηλωθείσης ἡμῖν θαλάσσης κρατήσει, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ τραυματίαν ταπεινώσει, καὶ ἐν τῷ βραχίονι τοῦ κράτους αὐτοῦ, πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ διασκορπίσει. λέγει δὲ ταῦτα ἀναγκαίως· προειπὼν γάρ, δυνατὸς εἶ κύριε, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου, παρίστησιν αὖθις ἔργοις πῶς ὑπάρχει δυνατὸς ὁ κύριος εἰς πίστωσιν τῆς ἀληθείας αὐτοῦ, ὑπὲρ τοῦ τὰς ἐπαγγελίας πρὸς τὸν Δαυὶδ γεγενημένας ἀληθεῖς ἀποδεῖξαι.

Σοί εἰσιν οἱ οὐρανοί, καὶ σή ἐστιν ἡ γῆ, τὴν οἰκουμένην καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς σὺ ἐθεμελίωσας, τὸν βορρᾶν καὶ τὴν θάλασσαν σὺ ἔκτισας. Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται. ἡ διάνοια τῶν προκειμένων τοιαύτη τίς ἐστι. πεποίησαι μὲν ὦ κύριε πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελίας περὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ καὶ τοῦ εἰς αἰῶνα διαρκέσοντος θρόνου αὐτοῦ, καὶ ταύτας ὤμοσας τῷ Δαυὶδ ἐπιτελέσειν. ὁρῶμεν δὲ ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι μὴ πληρουμένας αὐτάς, ὅσον ἐπὶ τοῖς αἰσθητοῖς καὶ ὁρωμένοις· διὸ φαμέν, ποῦ εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα κύριε; πλὴν ἀλλὰ πεπείσμεθά σε ἐξ ἅπαντος ἀληθεύειν, ὅτι δυνατὸς εἶ καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου. καὶ μάρτυρές γε τῆς ἀληθείας σου πάντες οἱ περὶ σὲ· αἱ γοῦν οὐράνιαι δυνάμεις ἐξομολογήσονται τὰ θαυμάσιά σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν ἐκκλησίᾳ ὁσίων. καὶ εἰκότως αἱ οὐράνιαι δυνάμεις τὴν ἀλήθειάν σου ἐξομολογήσονται, ἐπειδὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου. ὡς μηκέτι δεῖν τὰς ἐπαγγελίας σου, τὰς πρὸς τὸν Δαυίδ, ἐπιγείους εἶναι καὶ σωματικάς

*ἑτοίμω.

A *motum autem fluctuum ejus tu mitigas:* his enim subnectit illud, *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.* Nam adversariarum potestatum, dæmonum, & spirituum malignorum locum, mare videtur nuncupare. Quare iis quæ de mari dixerat, subdidit ea quæ ad vulneratum spectant, & ad inimicos Dei, queis adversarias potestates & earum principem clare indicat. In alio quoque psalmo dictum est: *Tu confregisti capita draconum in aquis. Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Æthiopibus.* In Job item: Job. 40. 20.
B *Duces autem draconem hamo, pones circulum circa nares ejus, & armilla perforabis labium ejus. Loquetur autem tibi cum supplicatione ac deprecatione molliter, accipiesque ipsum in servum sempiternum.* Hinc vero infert, *Ipse autem est rex omnium quæ in aquis sunt.* Job. 41. 25. Ibidem autem de ipso dracone dicitur ad Job ex persona Domini: *Non times quia præparatus mihi est?* Job. 41. 1. Vulgata sicut habet. In præsenti etiam eadem adposite meminit Spiritus divinus, Unigeniti Dei usque ad dictum mare descensum declarans. Postquam igitur Deum illum esse prædicasset,
C ac priorem illius in sanctis conversationem indicasset, ac dixisset quinam ille sit, ac cum qualibus & inter quales prodeat; declarat postea eumdem ipsum memorato mari imperaturum, vulneratum illum in mari degentem humiliaturum, omnesque inimicos suos in brachio virtutis suæ dissipaturum esse. Hæc porro necessario dicit: nam sic antea loquutus, *Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo*, jam ad dicti veritatem comprobandam, ipsa re denotat qua ratione Dominus potens sit; ut hinc promissa
D Davidi facta vera esse declaret.

Tui sunt cœli & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem ejus tu fundasti, Aquilonem & mare tu creasti. Thabor & Hermon in nomine tuo exsultabunt. 12. Horum talis sententia est: Davidi, Domine, promissa dedisti de semine ejus, ac de throno ejus usque in æternum duraturo: atque ipsi Davidi jurasti te ea perfecturum esse. Nos autem homines videmus hæc, non quantum ad ea quæ sub sensum & adspectum cadunt, impleri: quare dicimus, *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ,*
E *Domine?* persuasum tamen habemus te prorsus veracem esse, quia *potens es, & veritas tua in circuitu tuo.* Testes porro veritatis tuæ sunt quotquot circa te consistunt: nam cœlestes virtutes *confitebuntur mirabilia tua, & veritatem tuam in Ecclesia sanctorum.* Et sane jure cœlestes illæ virtutes veritatem tuam confitebuntur, quia in cœlo præparabitur veritas tua; ita ut promissa tua ad Davidem facta, non utique terrena & corporea ha-

benda sint: nam in cœlo præparabitur veritas tua. Hæc vero a Spiritu sancto edoctus dico: *Misericordias tuas in æternum cantabo. In generationem & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.* Te porro, utpote Deum & Dominum universorum, veracem credere convenit, quia nullus est tibi virtute similis: siquidem incorporearum & divinarum virtutum dominus es, solusque ac super omnes potens es, ita ut veritatem tuam credibilem facere possis. Quod si quis in rerum natura superbus exsistat, nempe diabolus tibi semper adversarius, ac veritatem oppugnans tuam; tu sane hunc humiliasti: si vero huic superiores quædam inimicæ & adversæ tibi virtutes sint, eas quoque dissipasti. Tu ubique imperas, & universorum substantiæ dominaris, quia universorum opifex es. Ipsum quippe mare, tantumque humidæ substantiæ elementum, tuum est opificium, teque dominum adscribit suum. Quid si cœli quidam ipso firmamento superiores cogitentur, qui scilicet divinorum spirituum, sanctarum virtutum, Angelorum & Archangelorum deitatem tuam stipantium, domicilia sint; hi quoque cum omnibus incolis suis tui sunt. Aliud etiam elementum non exiguum, arida nempe substantia & terra cœlis subjecta, tua item est. Cum itaque omnia tuo nutui serviant, & tu omnibus imperes, utpote omnium dominus, rex & deus, quis resistet tibi? Et quid impedimento fuerit, quominus tua electo tuo Davidi data promissa, quæ juratus edidisti, credibilia reddantur?

Admodum congruenter supra dictis jam subjicit illud, *Tui sunt cœli, & tua est terra: orbem terræ & plenitudinem ejus tu fundasti.* Non modo enim cœlum, ait, & virtutes ibi versantes; sed etiam terram fundasti: cui accinit illa Proverbiorum sententia: *Deus*
Prov. 3. 19. *sapientiâ fundavit terram: præparavit autem cœlos in prudentia.* Hic vero habitatam terræ partem, quasi præstantiorem, οἰκουμένην nominavit, ad discrimen inter desertam & cultam. Imo etiam plenitudinem orbis terræ adjecit, his significans humanum genus, quod orbem terræ implet. Neque tamen aberres, si alio explicandi more dicas, plenitudinem esse Salvatoris Ecclesiam, quam ipsum Dei Verbum fundavit supra petram.
Psal. 92. 1. Quapropter alibi dictum est: *Dominus regnavit, decorem indutus est. Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur.* Quomodo autem fundaverit orbem terræ deinde adjicit, *Aquilonem & mare tu creasti:* Quinta ve-
Quintæ. ro editio, *Aquilonem & notum tu creasti.* Videturque mihi per duo latera & extrema orbis, totum mundum significare, quem reple-

A νομίζειν· ἐν γὰρ τῷ οὐρανῷ ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου. ταῦτα δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος μεμαθηκὼς φημί· τὰ ἐλέη σου εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι. εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῷ στόματί μου. ἀληθεύειν δὲ σε θεὸν ὄντα καὶ κύριον τῶν ὅλων πεπεῖσθαι χρή, διὰ τὸ μηδένα εἶναι ὅμοιον τῇ σῇ δυνάμει· καὶ γὰρ καὶ τῶν ἀσωμάτων καὶ θείων δυνάμεων κύριος εἶ, καὶ δυνατὸς εἶ μόνος καὶ ὑπὲρ πάντας, ὡς τὴν ἀλήθειάν σου πιστοῦσθαι. εἰ δὲ καὶ ἔστι τις ἐν τοῖς οὖσιν ὑπερήφανος, ὁ καλούμενος διάβολος ἀντικείμενος ἀεί, καὶ πο-
B λεμῶν τῇ σῇ ἀληθείᾳ, ἀλλὰ σὺ τοῦτον ἐταπείνωσας· εἴτε τινές εἰσιν ὑπὲρ τοῦτον ἐχθραὶ καὶ ἀντικείμεναι δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ ταύτας διεσκόρπισας. πάντοτε σὺ κρατεῖς, καὶ τῆς τῶν ὅλων οὐσίας σὺ δεσπόζεις, ἐπεὶ καὶ ποιητὴς τῶν ὅλων τυγχάνεις. αὐτὴ γὰρ ἡ θάλασσα καὶ τὸ τοσοῦτον τῆς ὑγρᾶς οὐσίας στοιχεῖον, ἔργον ὑπάρχει σόν, καὶ σὲ κύριον ἐπιγράφεται. εἰ δὲ καὶ οὐρανοί τινες ἀνώτεροι τοῦ στερεώματος νοοῦνται, θείων πνευμάτων καὶ δυνάμεων ἁγίων, τῶν τε τὴν σὴν θεότητα περιπολούντων ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων οἰκητήρια, καὶ οὗτοι σοί εἰσιν
C ἅμα πᾶσι τοῖς οἰκήτορσιν αὐτῶν. καὶ ἄλλο δὲ στοιχεῖον οὐ μικρὸν ἡ ξηρὰ οὐσία, καὶ ἡ τοῖς οὐρανοῖς ὑποκειμένη γῆ, σή ἐστι καὶ αὐτή. ὅτε τοίνυν τὰ σύμπαντα τοῖς σοῖς νεύμασι δουλεύει, καὶ σὺ πάντων κρατεῖς, κύριος ὢν ἁπάντων καὶ βασιλεὺς καὶ θεός, τίς ἀντιστήσεταί σοι; ἢ τί τὸ ἐμποδὼν ἔσται τοῦ μὴ πιστώσασθαι τὰς σὰς πρὸς τὸν ἐκλεκτόν σου Δαυὶδ ἐπαγγελίας, ἃς μεθ' ὅρκου πρὸς αὐτὸν ἐποιήσω;

Σφόδρα τοίνυν καὶ ἀκολούθως τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις διὰ τῶν προκειμένων ἐ-
D πήγαγε τό, σοί εἰσιν οἱ οὐρανοί, καὶ σή ἐστιν ἡ γῆ· τὴν οἰκουμένην καὶ πλήρωμα αὐτῆς σὺ ἐθεμελίωσας. οὐ γὰρ μόνον τὸν οὐρανόν φησι καὶ τὰς ἐν αὐτῷ δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν σὺ ἐθεμελίωσας συμφώνως τῇ ἐν ταῖς παροιμίαις λεγούσῃ φωνῇ, ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν ἡτοίμασεν δὲ οὐρανοὺς ἐν φρονήσει. κατ' ἐξαίρετον δὲ ἐνταῦθα τὸ οἰκούμενον μέρος τῆς γῆς οἰκουμένην ὠνόμασεν, ἀποδιαστείλας τῆς ἐρήμου καὶ τῆς οἰκήτου. ἀλλὰ καὶ τὸ πλήρωμα τῆς οἰκουμένης προσέθηκεν, οὕτω σημήνας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, τῶν τὴν οἰκουμένην
E πληρούντων. πλήρωμα δὲ καὶ ἄλλως τῆς οἰκουμένης οὐκ ἂν ἁμάρτοις λέγων τὴν τοῦ σωτῆρος ἐκκλησίαν, ἣν αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἐθεμελίωσεν ἐπὶ τὴν πέτραν. διὸ καὶ ἐν ἑτέροις εἴρηται· κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. πῶς δὲ ἐθεμελίωσε τὴν οἰκουμένην, ἐπιλέγει ἑξῆς, τὸν βορρᾶν καὶ τὴν θάλασσαν σὺ ἔκτισας αὐτά· ἡ δὲ ε΄ ἔκδοσις, βορρᾶν καὶ νότον σὺ ἔκτισας. δοκεῖ δέ μοι διὰ τῶν δύο πλευρῶν τε καὶ ἄκρων τῆς οἰκουμένης τὸν σύμπαντα κόσμον δηλοῦν, ὃν ἐ-

πλήρωσεν ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν δύναμις. θέα δὲ τίνα τρόπον διὰ τούτων παρέστησε πρόσωπον τοῦ σύμπαντος κόσμου τὸ ἀνατολικὸν μέρος· ἀριστερὸν δὲ τὸ βόρειον, δεξιὸν δὲ τὸ μεσημβρινὸν καὶ νότιον. ἐν τῷ γὰρ φάναι, βορρᾶν καὶ τὰ δεξιὰ σὺ ἔκτισας, τὸ βόρειον κλίμα ἀριστερὸν εἶναι ἐδίδαξεν· εἴ γε δεξιὸν τὸ νότιον. εἰ δὴ οὕτως ἑστῶτες ἔχοιμεν ἐν δεξιᾷ μὲν ἑαυτῶν τὸν νότον, ἐν δὲ τοῖς ἀριστεροῖς τὸν βορρᾶν, ἀντιπρόσωπον ἕξομεν τὴν ἀνατολὴν, κατὰ νώτου δὲ τὴν δύσιν, ὥστε κατά τινα φυσικὴν θεωρίαν εἰρῆσθαι ταῦτα, τὴν θέσιν τοῦ παντὸς κόσμου παριστῶντα. ἃ καὶ αὐτὰ ἀναγκαῖον ἐπισημήνασθαι εἰς παράστασιν τοῦ μηδὲ τὴν τούτων γνῶσιν παραλελοιπέναι τὴν τῶν θείων γραφῶν διδασκαλίαν. τὰ πάντα γάρ, φησι, σὺ ἔκτισας, τά τε δεξιὰ τοῦ κόσμου μέρη, καὶ τὰ ἀριστερά. ἀλλὰ τὰ μὲν δεξιὰ ὀνομαστὶ προσεῖπεν, ἐφυλάξατο δὲ χρήσασθαι τῷ τοῦ ἀριστεροῦ ὀνόματι. διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Σύμμαχον, εἰς βορρᾶν καὶ δεξιὰν σὺ ἔκτισας· καὶ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, βορρᾶν καὶ δεξιὰν σὺ ἔκτισας. ἡ δὲ ε΄. ἔκδοσις σαφέστερον ἡρμήνευσε τίνα τὰ δεξιὰ φήσασα, βορρᾶν καὶ νότον σὺ ἔκτισας. τὸ δ' ἀριστερὸν πάντη σεσιώπηται παρὰ τοῖς πᾶσιν, διὰ τὸ νομίζεσθαι σκαιὸν εἶναι καὶ ἐναντίον τῷ δεξιῷ· οὐδὲν δὲ ἐν τῷ παντὶ σκαιὸν, οὐδὲ τῷ καλῷ ἐναντίον. πάντα μὲν οὖν φησι σὺ ἔκτισας. ὄρη δὲ δύο, τὸ Θαβὼρ καὶ τὸ Ἑρμὼν ἐξαίρετόν τι κέκληται παρὰ πάντα. τῷ γὰρ ὀνόματί σου ταῦτα ἀγαλλιάσονται. κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου αἰνέσουσι· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, Θαβὼρ καὶ τὸ Ἑρμὼν τὸ ὄνομά σου εὐφημήσουσι. τούτων δὲ τῶν ὀρέων μέμνηται διαφόρως ἡ τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἱστορία. καὶ οἶμαί γε ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι τὰς παραδόξους τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γεγενῆσθαι μεταμορφώσεις, καὶ τὰς πλείους διατριβάς, ὅτε σὺν ἀνθρώποις ἐπολιτεύετο. εἰ δὲ καὶ τῶν ὀνομάτων ἡ ἑρμηνεία συμβάλλεταί τι ἡμῖν εἰς τὴν τῶν προκειμένων διάνοιαν καὶ αὐτὸς ἐπιστήσεις.

Σὸς ὁ βραχίων μετὰ δυναστείας· κραταιωθήτω ἡ χείρ σου, ὑψωθήτω ἡ δεξιά σου. δικαιοσύνη καὶ κρίμα ἑτοιμασία τοῦ θρόνου σου. ἔλεος καὶ ἀλήθεια προπορεύσεται πρὸ προσώπου σου. καὶ ταῦτα εἰς τὴν τοῦ μονογενοῦς τοῦ θεοῦ δοξολογίαν παρείληπται, ἅπερ σαφέστερον ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσε, τοῦτον ἀποδοὺς τὸν τρόπον, σὸς ὁ βραχίων μετὰ δυναστείας· ἀήττητος ἡ χείρ σου, ὑψηλὴ ἡ δεξιά σου· δικαιοσύνη καὶ κρίμα βάσις τοῦ θρόνου σου. καὶ ταύτας δὲ ἀναγκαίως τὰς θεοπρεπεῖς ἀρετὰς ἐν τῇ θεολογίᾳ παρείληφε, διὰ τὰς τοῦ θεοῦ πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελίας. οὐδὲν γάρ φησιν ἀντιστήσεται σου τῇ βουλῇ· μετὰ γὰρ τοῦ θέλειν καὶ τὸ δύνασθαί σοι οἷα θεῷ καὶ δεσπότῃ τῶν ὅλων πάρεστι. καὶ

A vit Salvatoris nostri virtus. Animadvertas porro velim, quo pacto hic pro facie totius mundi, orientem ponat; pro sinistra, borealem plagam; pro dextera meridionalem & australem. Nam cum ait, *Aquilonem & dextera tu creasti*, Borealem plagam sinistrum esse latus declarat; siquidem dextrum est Australe. Si itaque stantes Notum in dextera, Aquilonem in sinistra habeamus, adversum habebimus Orientem, a tergo autem occidentem: ita ut secundum physicam considerationem hæc dicta sint, B ad totius mundi positionem declarandam. Quæ indicare necessarium fuit ad significandum, divinarum Scripturarum doctrinam neque horum quidem notitiam prætermisisse. Nam omnia, inquit, tu creasti, sive dextras mundi partes sive sinistras. Verum dextras solum nominatim memoravit, atque a sinistri nomine consultò abstinuit. Quare secundum Symmachum dicitur, *In Aquilonem & dexteram tu creasti*; secundum Aquilam vero, *Aquilonem & dexteram tu creasti*. Quinta autem editio accuratius ex- C plicavit quænam dextera essent dicens, *Aquilonem & Notum tu creasti*. Sinistra porro apud omnes interpretes silentio mittitur, quia putatur quid infaustum esse, & dextro oppositum: nihil autem in universo infaustum & bono oppositum est. Omnia enim, inquit, tu creasti. Duo autem montes, Thabor & Hermon, per excellentiam præter omnes alios memorati sunt: etenim hi in nomine tuo exsultabunt. Secundum Aquilam vero, *Thabor & Hermon in nomine tuo laudabunt*; secundum Symmachum autem, *Tha-* D *bor & Hermon nomen tuum celebrabunt*. Horum porro montium variis in locis meminit veteris testamenti historia: arbitrorque his in montibus mirabiles illas Salvatoris nostri transfigurationes, frequentesque moras exstitisse, quando cum hominibus versabatur. An vero ipsa nominum significatio aliquid nobis ad horum intelligentiam conferat, tu ipse consideres velim.

Symmachi. Aquilæ. Quintæ. Aquilæ. Symmachi.

Tuum brachium cum potentia: firmetur manus tua, exaltetur dextera tua: justitia & judicium praeparatio throni tui. Misericordia & 14. 15.
E *veritas precedent faciem tuam.* Hæc item ad unigeniti Dei gloriam celebrandam usurpantur: quæ Aquila clarius interpretatur hoc pacto, *Tuum brachium cum potentia: invicta manus tua, excelsa dextera tua: justitia & judicium basis throni tui.* Opportune autem divinas hasce virtutes, de Deo loquens, memoravit, ob promissa Dei Davidi facta. Etenim, inquit, nihil voluntati obsistet tuæ: cum voluntate quippe tibi, utpote Deo & Domino universorum, adest potestas. Nam

Aquilæ vel potius Symmachi. vide infra.

A magnum tibi brachium est, & potestas & imperium in omnia, manus firmata, excelsissima dextera: thronusque regni tui, ut throni regnantium in terra ex pretiosa materia confecti sunt, ita & ipse ex iis quæ te Deum decent concinnatus est. Divinæ itaque virtutes, justitia & judicium, thronum exornant tuum. Quapropter, ô Deus, cum tot tantæque penes te potestates sint, veritas planâ viâ & sine obice promissionibus tuis præcurrit: cum nemo possit obsistere decretis tuis, quibus jurasti Davidi, ex misericordia & gratia tua jam memoratas edens pollicitationes. Pro illo autem, *Justitia & judicium præparatio throni tui*; secundum Aquilam, *Justitia & judicium fundamentum throni ejus*, dicitur; Symmachus vero *basin* dixit esse justitiam & judicium. Justitiæ autem & judicio, quod cum justitia effertur, præcurrit misericordia & veritas. Justitiam enim misericordiâ temperans, mitiores contra eos qui peccaverunt profert comminationes: nam alias justitiam ejus non temperatam nullus hominum sustineret.

Aquilæ.
Symmachi.

16. *Beatus populus qui scit jubilationem. Do-*
17. *mine in lumine vultus tui ambulabunt, & in*
nomine tuo exsultabunt tota die, & in justitia
18. *tua exaltabuntur. Quoniam gloria virtutis*
eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur
19. *cornu nostrum. Quia Domini est assumtio no-*
stra, & sancti Israël regis nostri. Jubilationis modum alia ratione intelligas, ex militum in tempore belli jubilatione, ut hostes majore edito clamore, additaque symphonia, perterrefaciant. Divinus autem Apostolus tales esse docet orationes in Spiritu sancto, nec alta voce, sed in virtute Spiritus emissas, cum ait: *Ipse Spiritus postulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus.* Tanta porro tamque rara est jubilatio illa, passim a divinis Scripturis memorata, ut beatus prædicetur qui gnarus illius est, perinde atque alii ex præclaris secundum Deum gestis beati dicuntur. Ideo hic dicitur, *Beatus populus qui scit jubilationem.* Alibi vero divinus sermo hujusmodi jubilationem hostiam esse docet his verbis: *Circuivi & immolavi in tabernaculo ejus hostiam jubilationis.* Hic porro videtur mihi Spiritus sanctus populum Christi aperte beatum prædicare: ipse namque cum in notitiam venerit victoriæ a Salvatore nostro de inimicis partæ, adversus hostes jubilat & clamat, ac pro rege suo jubilationem edit. Imo etiam unus ille populus incruentam & rationabilem hostiam per jubilationem offerre Deo solet: quia in spiritualibus sacrificiis, atque in cultu quem in novo testamento persolvimus,

Rom. 8. 26.
Psal. 26. 6.

A γὰρ βραχίων σοι ἐστὶ μέγας καὶ δυναστεία καὶ ἀρχὴ τῶν πάντων, κεκραταιωμένη τε χεὶρ καὶ ὑψηλοτάτη δεξιά, ὅ,τε θρόνος τῆς σῆς βασιλείας, ὥσπερ οἱ τῶν ἐπὶ γῆς βασιλευόντων θρόνοι ἐξ ὕλης τιμίας πεποίηνται, καὶ αὐτὸς οὕτως ἐκ τῶν πρεπόντων σοι τῷ θεῷ κατεσκεύασαι. ἀρεταὶ γοῦν θεοπρεπεῖς, δικαιοσύνη καὶ κρίμα τὸν σὸν κατακοσμοῦσι θρόνον. διόπερ τοσούτων οὐσῶν παρὰ σοὶ τῷ θεῷ δυνάμεων, ὁμαλῶς καὶ ἀκωλύτως ἡ ἀλήθεια τῶν σῶν ἐπαγγελιῶν προτρέχει μηδενὸς παραποδίζειν δυναμένου τὰς σὰς B ἀποφάσεις, ἃς ὤμοσας τῷ Δαυὶδ ἐλέῳ καὶ χάριτι τὰς ἐκτεθείσας ἐπαγγελίας πρὸς αὐτὸν πεποιημένος. ἀντὶ δὲ τοῦ, δικαιοσύνη καὶ κρίμα ἑτοιμασία τοῦ θρόνου σου, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, δικαιοσύνη καὶ κρίμα τὸ ἕδρασμα τοῦ θρόνου αὐτοῦ εἴρηται. ὁ δὲ Σύμμαχος τὴν βάσιν αὐτὴν εἶναί φησι τὴν δικαιοσύνην καὶ τὸ κρίμα. τῆς γε μὴν δικαιοσύνης καὶ τοῦ κρίματος μετὰ δικαιοσύνης ἐκφερομένου, προτρέχει ἔλεος καὶ ἡ ἀλήθεια. τῷ γοῦν ἐλέῳ τὴν δικαιοσύνην ἀνακίρνας, πραοτέρας ποιεῖται τὰς κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων ἀπειλάς· ἄλλως γὰρ ἄκρατον αὐτοῦ τὴν δικαιοσύνην οὐκ ἄν τις ἀν- C θρώπων ὑπομείνειεν.

Μακάριος ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν. κύριε ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου πορεύσονται, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ὑψωθήσονται. ὅτι καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν σὺ εἶ, καὶ ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν. ὅτι τοῦ κυρίου ἡ ἀντίληψις ἡμῶν, καὶ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ βασιλέως ἡμῶν. νοήσεις τε καὶ ἄλλως τὸν ἀλαλαγμὸν ἀπὸ τῶν κατὰ τοὺς καιροὺς τῶν πολέμων ἀλαλαζόντων στρατιωτῶν καὶ φόβον ἐμποιούντων τοῖς ἐχθροῖς διὰ τῆς μείζονος βοῆς καὶ τῆς D κατὰ ταύτην συμφωνίας. ὁ δὲ θεῖος ἀπόστολος τὰς ἐν ἁγίῳ πνεύματι εὐχάς, τὰς μὴ διὰ γεγωνοῦ βοῆς, ἀλλὰ ἐν δυνάμει πνεύματος ἀναπεμπομένας, τοιαύτας εἶναι διδάσκει λέγων· αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. οὕτως δὲ μέγας τίς ἐστι καὶ σπάνιος ὁ πολλάκις ὑπὸ τῶν θείων γραφῶν ὀνομαζόμενος ἀλαλαγμός, ὡς μακαρίζεσθαι τὸν ἐπιστήμονα τούτου, ὁμοίως τοῖς μακαριζομένοις ἐπὶ τοῖς ἄλλοις κατὰ θεὸν κατορθώμασι. διὸ ἐνταῦθα λέλεκται, μακάριος ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγ- E μόν. ἐν ἑτέροις δὲ ὁ θεῖος λόγος θυσίαν εἶναι τὸν τοιοῦτον ἀλαλαγμὸν διδάσκει λέγων· ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ. δοκεῖ δή οὖν μοι ἐνταῦθα τὸ θεῖον πνεῦμα σαφῶς μακαρίζειν τὸν χριστοῦ λαόν· οὗτος γὰρ γνῶσιν εἰληφὼς τῆς κατὰ τῶν πολεμίων τοῦ σωτῆρος ἡμῶν νίκης, ἀλαλάζει κατὰ τῶν ἐχθρῶν, ὑπὲρ τοῦ οἰκείου βασιλέως τὸν ἀλαλαγμὸν ποιούμενος. ἀλλὰ καὶ τὴν θυσίαν τὴν ἄναιμον λογικὴν μόνος οὗτος ὁ λαὸς δι' ἀλαλαγμοῦ εἴωθε προσφέρειν τῷ θεῷ, διὰ τὸ σύμφωνον ἀναπέμπειν τῷ θεῷ εὐχαριστίαν ἐν ταῖς πνευματικαῖς ἱερουργίαις καὶ ταῖς

κατὰ τὴν καινὴν διαθήκην ἐπιτελουμέναις ἡμῖν λατρείαις, ταῖς τε ἀναίμοις καὶ ἀΰλοις καὶ πνευματικαῖς θυσίαις. ἀντὶ δὲ τοῦ, ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν, ὁ γινώσκων σημασίαν ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε. διὰ τί δὲ μακάριός ἐστιν οὗτος ὁ Χριστοῦ λαὸς ὁ τὸν εἰρημένον ἀλαλαγμὸν ἐπιστάμενος, ἀλλ' ἢ ἐπειδήπερ τὴν θεότητα τοῦ σωτῆρος ἐπιγινώσκων, ἥτις ὠνόμασται πρόσωπον αὐτοῦ, τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ καταυγαζόμενος, τὴν ἑαυτοῦ ποιεῖται πορείαν λέγων, ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε; καὶ, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα τὸ φῶς; καὶ διὰ τοῦτο γοῦν μακάριός ἐστιν οὗτος ὁ λαός. καὶ τρίτον ἐπεὶ μὴ ἀρκούμενος τῷ διὰ τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ φωτίζεσθαι, ἔτι καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ σεμνυνόμενος, καὶ Χριστιανὸς ἐξ αὐτοῦ καλούμενος, χαίρει καὶ ἀγαλλιᾷ ὅλην τὴν ἡμέραν· μᾶλλον δὲ πᾶσαν ἡμέραν· οὕτως γὰρ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε· καὶ διὰ τοῦτο γοῦν ἐστι μακάριος. καὶ τέταρτον, ἐπειδὴ εἰς μέγεθος καὶ ὕψος ἐπιδιδοὺς τῇ τοῦ θεοῦ δικαιοσύνῃ ὑψοῦται, δίκαιον εἶναι κρίναντος τοῦ θεοῦ εἰς ὕψος ἄγειν καὶ ἐπὶ μέγα δόξης τὸν ἐπιστήμονα τοῦ εἰρημένου ἀλαλαγμοῦ λαόν, καὶ τὸν ὑπὸ τοῦ προσώπου τοῦ σωτῆρος φωτιζόμενον, καὶ τὸν ἐν ὀνόματι αὐτοῦ ἀγαλλόμενον, καὶ τὸν ἐγκαυχώμενον, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις κατορθώμασιν.

Ἀναγκαίως δὲ καὶ τοῦ δηλωθέντος μνήμην ὁ λόγος ἐποιήσατο, θεσπίζων τὸ κατόρθωμα τῆς εἰς ἀνθρώπους τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. μέλλων γοῦν τὴν γένεσιν διδάσκειν τοῦ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ προελευσομένου, καὶ τὴν καταστροφὴν τῶν παρὰ Ἰουδαίων σεμνῶν προαγορεύειν, δι' ἣν καὶ ἀπορῶν ἐπιλέγει, ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα κύριε; ἀναγκαίως περὶ μὲν τῆς ἐπαληθεύσεως ἐξ ἀπτώτος τὰς πρὸς τὸν Δαυὶδ τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίας, τὰς προειρημένας ἐποιήσατο διδασκαλίας. ἐπεὶ δὲ ἐχρῆν προμαθεῖν ἡμᾶς καὶ ποίῳ λαῷ ἡ χάρις τῆς τοῦ σωτῆρος εὐεργεσίας ἐταμιεύετο, ἀκολούθως ἐμνημόνευσεν, οὐ τοῦ Ἰσραήλ, οὐδὲ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἀλλὰ τοῦ λαοῦ τοῦ γινώσκοντος ἀλαλαγμόν· καὶ τοῦτον εἰκότως τὸν λαὸν ἐμακάρισε, πλεῖστα αὐτῷ ἀγαθὰ ἐπαγγειλάμενος. διὰ γὰρ τὸ εἰδέναι ἀλαλαγμόν, πρῶτον μὲν ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου τοῦ θεοῦ πορεύσονται, ἔπειτα ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἀγαλλιάσονται καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τρίτον ἐν τῇ δικαιοσύνῃ αὐτοῦ ὑψωθήσονται, καὶ τέταρτον, καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἔσται αὐτὸς ὁ κύριος. ἐπειδὴ γὰρ κραταιὸς καὶ δυνατὸς τυγχάνει ὁ λαὸς οὗτος, ἅτε ἐπὶ τὴν πέτραν ᾠκοδομημένος, ὡς μήτε πύλας ᾅδου κατισχύειν αὐτοῦ, εἰκότως καυχήσεται, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τεθεμελιωκότι αὐτὸν ἐπὶ τὴν πέτραν κυρίῳ. διὰ δὴ ταῦτα πάντα μακάριος ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν. καὶ ἡμῶν δὲ αὐτῶν τῶν ταῦτα θεσπιζόντων διὰ τοῦ πνεύματος προφητῶν, τὸ κέρας ὑψωθήσεται. ποῖον δὲ κέρας, ἢ τὸ μέλλον ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ τὴν σήν, ὦ κύριε, ἐπαγγελίαν προελεύσεσθαι; καὶ τοῦτο γὰρ τὸ κέ-

A necnon in sacrificiis incruentis & materiæ expertibus, una voce Deo gratiarum actionem emittimus. Pro illo autem, *Qui scit jubilationem*, Symmachus, *Qui scit significationem*, interpretatus est. Cur autem beatus est populus qui memoratam jubilationem novit, nisi quia Salvatoris Deitatem agnoscens, quæ vultus ejus vocatur, vultûs ejusdem lumine perfusus, sic iter agit suum dicens, *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine*; &, *In lumine tuo videbimus lumen?* Ea de causa igitur beatus est hic populus. Tertio, quia cum non satis habeat quod cognitione Christi illustretur; sed etiam in nomine ejus glorietur, & ab eo Christianus nuncupetur, lætatur & exsultat tota die, imo potius omnibus diebus; ita enim Symmachus interpretatus est; ideoque beatus est. Quarto, quia magnitudine & sublimitate crescens justitiâ Dei exaltatur: Deo æquum esse censente, populum illum in sublimitatem & in gloriæ magnitudinem agere, qui memoratam illam jubilationem novit, ac qui a facie Salvatoris illustratur, & in nomine ejus exsultat, gloriaturque; sed non in recte factis suis.

Symmachi. | Psal. 4. 7 | Psal. 35. 10 | Symmachi.

Necessario autem prædicti Domini mentionem sermo fecit, Christi ad homines adventûs præclarum facinus vaticinans. Antequam enim ortum ejus doceret, qui ex semine David proditurus erat; ac prænuntiaret omnium apud Judæos venerabilium eversionem, qua de causa dubius infit, *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine?* opportune quidem de veritate promissorum Dei ad Davidem factorum præmissam doctrinam edidit. Quoniam vero nos prius edidicisse opus erat, cui populo gratia beneficii a Servatore collati reservaretur, congruenter memoravit, non Israëlem, neque Judaïcam gentem; sed populum qui scit jubilationem: quem populum jure beatum prædicavit, multa ipsi bona pollicitus. Nam quia sciunt illi jubilationem, primo quidem in lumine vultûs Dei ambulabunt, deinde in nomine ejus exsultabunt singulis diebus; tertio in justitia ejus exaltabuntur; quarto gloria virtutis eorum erit ipse Dominus. Quia enim hic populus fortis & potens est, utpote qui supra petram ædificatus sit, ita ut portæ inferi non prævaleant adversus eum; jure gloriabitur, non in propria virtute, sed in Domino qui fundavit eum supra petram. Propter hæc omnia *beatus populus qui scit jubilationem*. Nostrûm item prophetarum qui hæc per Spiritum vaticinamur, cornu exaltabitur. Quod autem cornu, nisi id quod ex semine David secundum tuam, Domine, promissionem proditurum est? Nam illud cornu

nostrum, quo inimicos nostros ventilabimus, In beneplacito tuo exaltabitur: te sancto Israël, rege nostro, hujus cornu ortum procurante. Hæ porro voces prophetarum fuerint, ex propria persona hæc quæ jam tractamus proferentium, ac confitentium cornu suum esse Christum Dei, qui secundum carnem proditurus in lucem est.

20. *Tunc loquutus es in visione filiis tuis &*
dixisti, Posui adjutorium in potente; exaltavi
21. *electum ex populo meo. Inveni David servum*
22. *meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim*
mea auxiliabitur ei, & brachium meum con-
23. *fortabit eum. Non proficiet inimicus in eo, &*
24. *filius iniquitatis non nocebit ei. Et concidam*
a facie ipsius inimicos ejus, & odientes eum in
25. *fugam convertam. Et veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.* Cum semel antea sermo cornu memoraverit, cum diceret: *In beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum;* necessario docet in sequentibus quodnam illud cornu, unde venturum & quomodo exaltandum sit. Quamobrem dicit, *Quia Domini est adsumtio,* illius cornu videlicet. Domini autem cujusnam, nisi sancti Israël regis nostri? Ipse namque Dominus & sanctus Israël rex, Dei Verbum, assumtio erit cornu nostri, uti pollicitus est, cum per prophetas sermonem faceret de illo qui ex semine David proditurus erat. Cum enim, inquit, loquutus es in visione sanctis tuis, & hæc tu Deus per filios tuos prophetas promisisti, quibus futurorum visiones revelasti, per eos namque promissiones Davidi edebas; tunc his usus verbis es, *Posui adjutorium in potente: exaltavi electum de plebe mea.* Pro quo Symmachus hoc pacto interpretatus est, *Posui adjutorium virorum, exaltavi electum a populo meo. Inveni David servum meum,* & reliqua LXX. interpretationi similia: quorum hæc est sententia. Cum in hominibus diu multumque quæsiissem virum me dignum, vix tandem inveni David servum meum, qui ingenti pietate motus, solus ex iis qui a sæculo fuerunt domum mihi orationis exstruere cogitavit. Quare boni piique consilii vicem ipsi rependens, pro domo quam excitare voluit, mihi ex semine ejus templum sanctissimum adornabo. Nam qui ex semine David factus est homo, Dei Verbi in ipso habitantis templum erat. Quod etiam Salvator ipse docebat de corpore suo dicens: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Atque admodum congruenter promissioni ad Davidem factæ, Deus ipsi vicem rependit. Quia igitur, inquit, idoneum & dignum promissionum mearum virum reperi, Davidem scilicet; ideo ipsum

Symmachi.

Joan. 2. 19.

A κέρας ἡμῶν, ἐν ᾧ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν, ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσεται, σοῦ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ τοῦ βασιλέως ἡμῶν ἀντιλαμβανομένου τῆς τούτου τοῦ κέρως ἀφέσεως. εἶεν δ' ἂν αὗται φωναὶ προφητικαὶ ἐξ οἰκείου προσώπου τὰ προκείμενα ἀναφωνοῦσαι, κέρας τε αὐτῶν ὁμολογοῦσαι εἶναι τὸν κατὰ σάρκα φανησόμενον Χριστὸν τοῦ θεοῦ.

Τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς υἱοῖς σου, καὶ εἶπας· ἔθηκα βοήθειαν ἐπὶ δυνατόν· ὕψωσα ἐκλεκτὸν ἐκ τοῦ λαοῦ μου. εὗρον Δαυὶδ τὸν δοῦλόν μου, ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ μου ἔχρισα αὐτόν. ἡ γὰρ χείρ B μου συναντιλήψεται αὐτῷ, καὶ ὁ βραχίων μου κατισχύσει αὐτόν. οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ κακώσει αὐτόν. καὶ συγκόψω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι. καὶ ἡ ἀλήθειά μου καὶ τὸ ἔλεός μου μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ. ἅπαξ διὰ τῶν ἔμπροσθεν μνημονεύσας ὁ λόγος τοῦ κέρως ἐν οἷς ἔφη ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν, ἀναγκαίως προϊὼν διδάσκει τί ποτε ἦν τοῦτο τὸ κέρας, καὶ πόθεν ἥξει, καὶ πῶς ὑψωθήσεται. διό φησιν, ὅτι τοῦ κυρίου ἐστὶν ἡ ἀντίληψις, ἡ τοῦ κέ- C ρως δηλονότι. κυρίου δὲ ποίου, ἢ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ τοῦ βασιλέως ἡμῶν; αὐτὸς γὰρ ὁ κύριος καὶ ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ βασιλεὺς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ἀντίληψις ἔσται τοῦ κέρως ἡμῶν καθ' ἃς πεποίηται ἐπαγγελίας, ὁπηνίκα λαλεῖ διὰ τῶν προφητῶν περὶ τοῦ μέλλοντος ἐκ σπέρματος Δαυὶδ προελεύσεσθαι. ὅτε γάρ, φησιν ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς ἁγίοις σου, τά τε προκείμενα ἐπηγγείλω σὺ ὦ θεὸς διὰ τῶν σεαυτοῦ υἱῶν τῶν προφητῶν, οἷς τὰς ὁράσεις τῶν μελλόντων ἀπεκάλυπτες· δι' αὐτῶν γὰρ καὶ ποιούμενος τὰς ἐπαγγελίας τὰς πρὸς τὸν Δαυὶδ, τούτοις ἐχρήσω τοῖς D λόγοις· ἔθηκα βοήθειαν ἐπὶ δυνατόν, ὕψωσα ἐκλεκτὸν ἐκ τοῦ λαοῦ μου. ἀνθ' ὧν ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον, ἐπέθηκα ἀντίληψιν ἀνδρῶν, ὕψωσα ἐπίλεκτον ἀπὸ τοῦ λαοῦ μου· εὗρον Δαυὶδ τὸν δοῦλόν μου, καὶ τὰ ἑξῆς τοῖς ο΄. παραπλησίως· ὧν ἡ διάνοια τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· πολλὰ ζητήσας ἐν ἀνθρώποις ἄξιον εὑρεῖν ἐμαυτοῦ, μόλις ποτὲ εὗρον τὸν δοῦλόν μου Δαυὶδ, τὸν δι' ὑπερβολὴν εὐσεβείας οἶκον ἐπὶ γῆς εὐκτήριον ἐμοὶ δείμασθαι μόνον τῶν ἐξ αἰῶνος διανενοημένον. διόπερ ἀμοιβὴν αὐτῷ τῆς ἀγαθῆς καὶ εὐσεβοῦς προαιρέσεως E δωρούμενος, ἀνθ' οὗ διενενόηται οἴκου, αὐτὸς ἐμαυτῷ νεὼν πανάγιον ἐκ σπέρματος αὐτοῦ κατασκευάσω. νεὼς γὰρ ἦν ὁ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ γεγονὼς ἄνθρωπος τοῦ κατασκηνώσαντος ἐν αὐτῷ θεοῦ λόγου. ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐδίδασκε περὶ τοῦ ἰδίου σώματος λέγων· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. καὶ σφόδρα γε καταλλήλως τῇ τοῦ Δαυὶδ ἐπαγγελίᾳ καὶ ὁ θεὸς τὴν πρὸς αὐτὸν ἀμοιβὴν ἐποιήσατο. ἐπειδὴ τοίνυν φησὶν ἐπιτήδειον εὗρον καὶ ἄξιον τῶν ἐμῶν ἐπαγγελιῶν τὸν Δαυὶδ, διὰ τοῦτο

κατη-

κατηξίωσα αὐτὸν τῆς ἐμῆς βοηθείας, ἐκλεκτὸν αὐτὸν ἀποφήνας, καὶ ὑπὲρ πάντα τὸν λαὸν ἀνυψώσας. καὶ ἔτι πρὸς τούτοις ἐπειδὴ πολλὰ ζητήσας, μόνον αὐτὸν εὗρον ἄξιον τῶν ἐμῶν ἐπαγγελιῶν, καὶ εὑρὼν κατηξίωσα χρίσεως τοῦ ἁγίου μου ἐλαίου, δι' οὗ καὶ χριστὸν αὐτὸν ἀπειργασάμην, καὶ ταῦτα αὐτῷ δωρήσασθαι ἐπαγγέλλομαι· ἡ δεξιά μου βεβαίως συνέσται αὐτῷ, καὶ ὁ βραχίων μου στερεώσει αὐτόν. οὐκ ἐξαπατήσει αὐτὸν ἐχθρὸς, οὐδὲ υἱὸς ἀδικίας κακώσει αὐτόν. ἀλλὰ καὶ συγκόψω ἀπὸ ἔμπροσθεν αὐτοῦ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν, καὶ τοὺς κακοποιοῦντας αὐτὸν πατάξω· ἡ δὲ βεβαίωσις καὶ ἡ χάρις μου συνέσται αὐτῷ. καὶ ταῦτα μὲν αὐτῷ πάντα ἔσται κατὰ τὴν τοῦ Συμμάχου ἑρμηνείαν· κατὰ δὲ τοὺς ο΄. ἡ χείρ μου φησὶ συναντιλήψεται αὐτῷ, καὶ ὁ βραχίων μου κατισχύσει αὐτόν. οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ κακώσει αὐτόν. καὶ συγκόψω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι. καὶ ἡ ἀλήθειά μου καὶ τὸ ἔλεός μου μετ' αὐτοῦ. καὶ τέλος μετὰ ταῦτα πάντα, ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ.

Τοῦτο δὲ τὸ κέρας αὐτοῦ τὸ μέλλον ἐξ αὐτοῦ προελεύσεσθαι, καὶ ὁ νεὼς ὁ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ μέλλων μοι κατασκευάζεσθαι· ὅπερ κέρας αὐτοῦ ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται· καταξιωθήσεται γὰρ τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος καὶ τῆς ἐμῆς προσηγορίας. χρηματίσει γοῦν καὶ αὐτὸ τοῖς ἐμοῖς χρηματισμοῖς, καὶ διὰ τῶν ἐμῶν προσηγοριῶν παρὰ τοῖς πᾶσιν ὑψωθήσεται. διὸ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγετο, καὶ ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν. ἀλλ' ὁ μὲν τῶν προφητῶν χορὸς πρὸς τὸν θεὸν ἀνεφώνει πρότερον λέγων, καὶ ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν· αὐτὸς δὲ νῦν ὁ θεὸς τὰς ἐπαγγελίας περὶ τοῦ Δαυὶδ ποιούμενος, ἐπισφραγιζόμενα πάντων προστίθησι καὶ τό, ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ, τὸν ἐξ αὐτοῦ προελευσόμενον χριστὸν δηλώσας, κέρας οὐ μόνον καὶ προφητῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ Δαυὶδ ὠνομασμένον· περὶ οὗ ἑξῆς ἐπιλέγει· καὶ θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ. αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με, πατήρ μου εἶ σύ, θεός μου καὶ ἀντιλήπτωρ τῆς σωτηρίας μου. κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτόν, ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξω αὐτῷ τὸ ἔλεός μου, καὶ ἡ διαθήκη μου πιστὴ αὐτῷ. εἴ τις ἀκριβῶς ἐπιστήσειε τῇ τῶν λεγομένων διανοίᾳ, εὕροι ἂν ταῦτα οὐ περὶ τοῦ Δαυίδ, ἀλλὰ περὶ τοῦ προελευσομένου ἐξ αὐτοῦ κέρως προφητευόμενα. εἰπὼν γὰρ ὁ λόγος, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ, ἐπισυνάπτει περὶ τοῦ κέρως, καὶ λέγει· θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ κέρως, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἁρμόζει γε ἐντεῦθεν πάντα ἐπὶ τὸν χριστὸν τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ γενησόμενον ἀναφέρεσθαι. εἰ γοῦν τις μὴ τοῦτον ἐκλάβοι τὸν τρόπον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Δαυὶδ ἀνάγοι τὰ προκεί-

A auxilio meo dignatus sum, electum declaravi, & super totum populum exaltavi. Ad hæc vero, quia post multam perquisitionem, ipsum solum pollicitationum mearum dignum inveni; talem deprehensum, dignum item habui qui oleo sancto meo ungeretur, quo ipsum effeci Christum, & hæc illi me beneficia collaturum polliceor: *Dextera mea firmiter ipsi aderit, & brachium meum confortabit eum: inimicus eum non decipiet, neque filius iniquitatis adfliget eum. Imo etiam concidam in conspectu ejus odientes eum, & adB fligentes eum percutiam: confirmatio & gratia mea aderit ipsi.* Et hæc quidem omnia ipsi aderunt, secundum Symmachi interpretationem. Secundum LXX. vero, *Manus mea*, inquit, *auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum: non proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non adfliget ipsum. Et concidam a facie ipsius inimicos ejus, & odientes eum in fugam convertam. Et veritas mea & misericordia mea cum ipso;* ac demum post hæc omnia, *in nomine meo exaltabitur cornu ejus.*

Symmachi.

C

Hoc autem cornu ejus ex ipso proditurum, & templum ex semine ipsius mihi excitandum est: ipsumque cornu ejus in nomine meo exaltabitur; nomine quippe & appellatione mea dignabitur. Denominationibus enim meis nuncupabitur, & appellationibus quoque meis apud omnes exaltabitur. Quamobrem superius dicebatur, *Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.* Sed prophetarum quidem chorus sic superius Deum alloquebatur, *Et in beneplacito* D *tuo exaltabitur cornu nostrum;* jam vero ipse Deus, promissa Davidi data efferens, cætera omnia his obsignat, *In nomine meo exaltabitur cornu ejus,* Christum ex eo prodi-turum significans; qui non modo prophetarum, sed etiam Davidis cornu vocatur:
de quo sub hæc adjicit: *Et ponam in mari* 26.
manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus.
Ipse invocabit me, Pater meus es tu, Deus meus 27.
& susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum 28.
ponam illum, excelsum præ regibus terræ. In 29.
E *æternum servabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi.* Si quis horum sententiam accuratius perpendat, hæc non de Davide, sed de cornu, quod ex Davide proditurum erat, prænuntiata esse deprehendet. Nam cum dixisset, *Et in nomine meo exaltabitur cornu ejus;* de cornu illo statim subjunxit, *Ponam in mari manum ejus,* scilicet cornu illius, & cætera: quæ omnia ad Christum ex semine David nasciturum referre convenit. Nam si quis isthæc non eo modo intelligat, sed ad Davidem referat,

ipsius sane sententia non consistet: quomodo enim Deus Davidis manum in mari posuerit & in fluminibus dexteram ejus, explicet qui voluerit. Neque enim David maritimæ regioni imperavit. Aut cur de Davide dicatur, *Ipse invocabit me, Pater meus es tu: & ego primogenitum ponam illum?* Qua de causa enim potius, quam Abraham, aut Isaac, aut Israël, aut ipse Moyses, aut Helias, aut alii justi & prophetæ, primogenitus Dei David esse putetur? Qui vere dixerit Deus, *Ponam illum excelsum præ regibus terræ?* Quandonam David præ regibus v. g. Persarum, Scytharum, Indorum, Æthiopum, Maurorum, Hispanorum, Britannorum, aut reliquarum gentium exaltatus est? Quod si hæc acceperis de eo qui ex semine ejus nasciturus erat, firmissime & accuratissime dicta congruere deprehendes.

Prophetiæ autem exitum testificatur Evangelium: ubi secundum Lucam, Zacharias etiam Joannis pater prophetica virtute ipsum Christum cornu vocavit. Ait enim
Luc. 1. 67. Evangelista: *Et Zacharias repletus est Spiritu sancto, & prophetavit dicens, Benedictus Deus Israël, quia visitavit & fecit redemtionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui. Sicut loquutus est per os sanctorum qui a sæculo sunt prophetarum ejus.* Cornu vero proprie vocatur Christus Dei. Quare unicornis etiam dicitur in Scriptu-
Psal. 28. 6. ra, quæ sic habet: *Et dilectus quemadmodum filius unicornium:* quia per ipsum omnis adversaria & inimica Deo virtus eversa est, cornu impetita & depulsa. Solus itaque ex successoribus Davidis, Jesus Christus Salvator & Dominus noster, ex semine ejus natus, deitatis in ipso habitantis cornu, omnem dæmonum & idolorum errorem vere ac funditus destruxit. Quamobrem cornu & unicornis in sacris literis merito vocatur. Ipsius vero, & non alius, manus & dextera toti mundo dominata est in fluminibus & maribus. Siquidem gentium insulas replevit doctrina ejus, & ubique terrarum universum humanum genus Dominum illum, Deum & Regem appellat. Simile porro est hoc dictum, *Ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus,* ei quod de eo-
Psal. 71. 8. dem ipso in LXXI. psalmo dicitur, *Et dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum.* Cum cœpisset enim Servator a baptismate ad Jordanem fluvium suscepto regnum Dei prædicare, totum replevit orbem. In Zacharia
Zach. 9. 9. vero propheta dicitur: *Gaude & lætare filia Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & insidens subjugali, & pullo juveni. Et dominabitur a mari usque ad mare, & a fluminibus*

A μένα, ἀσύστατος εἴη ἂν αὐτῷ ὁ λόγος. πῶς γὰρ τοῦ Δαυὶδ ἐν θαλάσσῃ ἔταξεν ὁ θεὸς τὴν χεῖρα καὶ ἐν ποταμοῖς τὴν δεξιὰν, ὁ βουλόμενος ἑρμηνευέτω. οὐδὲ γὰρ ἐκράτησεν ὁ Δαυὶδ τῆς παράλου χώρας. ἢ πῶς περὶ τοῦ Δαυὶδ λέγοιτ' ἂν τὸ, αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με, πατήρ μου εἶ σύ. κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτόν. ἀντὶ τίνος γὰρ μᾶλλον τοῦ Ἀβραὰμ, ἢ τοῦ Ἰσαὰκ, ἢ τοῦ Ἰσραὴλ, ἢ αὐτοῦ Μωσέως, ἢ τοῦ Ἡλία, ἢ τῶν ἄλλων δικαίων τε καὶ προφητῶν, πρωτότοκος τοῦ θεοῦ νομισθείη ἂν ὁ Δαυίδ; πῶς δὲ ἀληθεύσει περὶ αὐτοῦ φάσκων ὁ θεὸς, θήσομαι αὐτὸν ὑψηλὸν
B παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς; πότ' οὖν ὁ Δαυὶδ παρὰ Πέρσαις φέρε, ἢ Σκύθαις, ἢ Ἰνδοῖς, ἢ Αἰθίοψιν, ἢ Μαύροις, ἢ Σπανοῖς, ἢ Βρεττανοῖς, ἢ παρὰ τοῖς λοιποῖς τῶν ἐθνῶν βασιλεῦσιν ὑψώθη; εἰ δὲ ἐκλάβοις ταῦτα ἐπὶ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γεγονότα, βεβαιότατα καὶ κυριώτατα εὕροις ἂν ἐφαρμόζοντα αὐτῷ τὰ λεγόμενα.

Μαρτυρεῖ δὲ τῇ τῆς προφητείας ἐκβάσει καὶ τὸ εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ κατὰ τὸν Λουκᾶν Ζαχαρίας ὁ τοῦ Ἰωάννου πατὴρ, προφητικῇ δυνάμει καὶ αὐτὸς, κέρας αὐτὸν ὠνόμασε. λέγει δ' οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς, καὶ Ζαχαρίας ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου
C καὶ προεφήτευσε λέγων· εὐλογητὸς ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν οἴκῳ Δαυὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ. καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ. κέρας δὲ κυρίως ὠνόμασται ὁ χριστὸς τοῦ θεοῦ. διὸ καὶ μονόκερως εἴρηται κατὰ τὴν φάσκουσαν γραφήν· καὶ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων. ἐπειδήπερ δι' αὐτοῦ πᾶσα ἡ ἀντικειμένη καὶ ἐχθρὰ τοῦ θεοῦ δύναμις ἐνετράπη κερατισθεῖσα καὶ κερατισθεῖσα. μόνος γοῦν ὡς ἀληθῶς τῶν γενομένων τοῦ Δαυὶδ διαδόχων, Ἰησοῦς χριστὸς ὁ σω-
D τὴρ καὶ κύριος ἡμῶν ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελθὼν τῷ κέρατι τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος, πᾶσαν τὴν δαιμονικὴν καὶ εἰδωλικὴν ἀνατρέψας, καθεῖλε πλάνην. διὸ καὶ κέρας εἰκότως καὶ μονόκερως ἐν τοῖς ἱεροῖς ὠνόμασται λόγοις. αὐτοῦ δὲ, καὶ οὐδὲ ἄλλου, ἡ χεὶρ καὶ ἡ δεξιὰ κατεκυρίευσε τῆς οἰκουμένης πάσης, ἐν ποταμοῖς καὶ θαλάσσαις· ἐπεὶ καὶ τὰς νήσους τῶν ἐθνῶν ἐπλήρωσεν ἡ διδασκαλία αὐτοῦ, καὶ πανταχοῦ γῆς κύριον αὐτὸν καὶ θεὸν καὶ βασιλέα, πᾶν γένος ἀνθρώπων ἀναγορεύει. ὅμοιον δέ ἐστι τὸ ἐνταῦθα φάσκον,
E θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ, τῷ ἐν οα'. ψαλμῷ αὖθις περὶ αὐτοῦ λέγοντι· καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης. ἀρξάμενος οὖν ὁ σωτὴρ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος τοῦ κατὰ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ κηρύττειν, τὴν πᾶσαν ἐπλήρωσεν οἰκουμένην. καὶ ἐν Ζαχαρίᾳ δὲ τῷ προφήτῃ λέλεκται· χαῖρε καὶ εὐφραίνου θύγατερ Σιών· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραῢς καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον. καὶ κατάρξει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ

ποταμῶν διεκβολὰς γῆς. ἀνθ' οὗ τὸ Ἑβραϊκὸν περιέχει, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως τῶν περάτων τῆς γῆς. εἴποι δ' ἄν τις ἀπορρητότερον καὶ ἄλλως διὰ τούτων, τὴν μὲν δεξιὰν αὐτοῦ ἐν ποταμοῖς λέγεσθαι, διὰ τὸ πάντας τοὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καθαίρεσθαι, καὶ τῆς ἐνθέου ἀναγεννήσεως διὰ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιρροῆς καταξιοῦσθαι· δεξιοὺς αὐτοῦ νοεῖν ἐδιδάχθημεν ἐκείνους, οἷς ἐπηγγείλατο φήσας· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. ἐπείνασα γὰρ καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς. τούτους γὰρ οὓς πρόβατα ἑαυτοῦ ὠνόμασε τοῖς δεξιοῖς στήσειν ἐπηγγείλατο. διόπερ κατὰ βαθύτερον λόγον καὶ ἀπορρητότερον, ἡ δεξιὰ αὐτοῦ λέλεκται ἐν ποταμοῖς ἔσεσθαι. ποταμοὶ δὲ αὐτοῦ εἴρηνται καὶ οἱ λαοὶ αὐτοῦ κατὰ τὸ, ποταμοὶ κροτήσουσι χειρὶ ἐπὶ τὸ αὐτό. καὶ πάλιν· ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ κύριε, ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὴν αὐτῶν· ἀροῦσιν οἱ ποταμοὶ ἐπιτρίψεις αὐτῶν. καὶ ἐπὶ τούτοις γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ ποταμοῖς τὴν δεξιὰν αὐτοῦ θήσειν ἐπαγγέλλεται.

Τὴν δὲ ἑτέραν αὐτοῦ χεῖρα, ἣν καταλέλοιπεν ἡμῖν νοεῖν ἀριστεράν, οὖσαν θήσειν ἐν θαλάσσῃ φησὶν ἐν τοῖς ἁλμυροῖς τοῦ βίου κύμασιν· ἔνθα καὶ ὁ δράκων τὰς ἑαυτοῦ ποιεῖται διατριβάς, κατὰ τὸ, αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος, ἐκεῖ ἑρπετὰ ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· δράκων οὗτος ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ. ἐπὶ τούτων γὰρ τῶν δρακόντων, καὶ τῆς οὕτω νοηθείσης θαλάσσης, οὐχ ἡ δεξιά, ἀλλ' ἡ ἑτέρα παρὰ τὴν δεξιὰν ἐπιτεθήσεται χείρ, κολάζουσα καὶ τιμωροῦσα τοὺς ἐχθρούς, καὶ ταπεινοῦσα αὐτούς. αὐτὸς δὲ οὗτος ὁ δηλούμενος, δῆλον δ' ὅτι κέρας Δαυίδ, ὁ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γεννηθησόμενος, πατέρα ἐπικαλέσεται τὸν θεόν· ἅτε κατηξιωμένος τῆς ἐν αὐτῷ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ κατοικήσεως, συναφείας τε καὶ ἑνώσεως τῆς πρὸς αὐτόν. διὸ καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος, ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως προεπαγγειλάμενος καὶ εἰπών, ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ, τῆς οἰκείας ὀνομασίας, καὶ τοῦ οἰκείου ἀξιώματος μεταδοὺς τῷ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ προελευσομένῳ, πρωτότοκον αὐτὸν θήσεται, ὅπως καὶ αὐτὸς ὁ κατὰ σάρκα ἐκ σπέρματος Δαυὶδ γεννηθεὶς, χρηματίσῃ υἱὸς θεοῦ, καὶ ὀνομασθείη πρωτότοκος διὰ τὴν συνάφειαν τὴν πρὸς τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ. ταῦτα γὰρ ἦν, δι' ὧν ὑψωθήσεσθαι αὐτὸν ἐπηγγείλατο εἰπών· ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ. τὸ γὰρ ἴδιον ὄνομα ὁ τοῦ θεοῦ μονογενὴς υἱὸς τῷ κατὰ σάρκα υἱῷ Δαυὶδ ἐπιτέθεικε, πρωτότοκον καὶ θεοῦ υἱὸν καὶ αὐτὸν ἀναγορεύσας. τοῦτον δὲ καὶ ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς θήσεσθαι ἐπηγγείλατο· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἀνώτατον τῶν βασιλέων τῆς γῆς. πάντων γὰρ τῶν μελλόντων αὐτὸν καταπολεμεῖν, ἀνώτερος καὶ κρείττων γεγένηται· θραύων μὲν τὰς κατὰ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ ἐπαναστάσεις καὶ τοὺς διωγμούς, δοξάζων δὲ καὶ ἰσχυροποιῶν τὸν τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ λόγον. ἀλλὰ

A *usque ad exitus terræ.* Pro quo Hebraïcum habet, *Et a fluminibus usque ad terminos terræ.* Dixerit porro quispiam, profundiore intelligendi ritu hic ejus dexteram in fluminibus dici, quia omnes qui a dextris ejus sunt, per lavacrum regenerationis purgantur, & divina regeneratione per influxum Spiritus sancti dignantur. Dextros sane illos ei esse didicimus, quibus pollicendo dixit: *Venite benedicti Patris mei, possidete regnum vobis paratum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare,* & cætera. Illos enim, quos oves suas vocavit, à dextris se constituturum promisit; quamobrem profundiore & secretiore ratione dexteram ejus in fluminibus futuram esse dictum est. Flumina porro illius dicantur populi ejus, secundum illud, *Flumina plaudent manu simul*; ac rursum, *Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina vocem suam. Elevabunt flumina fluctus suos.* In hisce fluminibus suis se manum suam positurum esse declarat.

Lectio Hebraïci exempl.

Matth. 25. 34.

Psal. 97. 8.

Psal. 92. 3.

Altera vero manus est, quam esse sinistram cogitandum nobis reliquit, quamque se in mari positurum esse dixit, id est, in salsis vitæ fluctibus, ubi commoratur ille draco, secundum illud: *Hoc mare magnum & spatiosum: illic reptilia quorum non est numerus: draco iste quem formasti ad illudendum ei.* His vero draconibus, & mari hac ratione intellecto, non dextera, sed alia quam dextera manus imponetur, vindicans & ulciscens inimicos ac deprimens eos. Hic vero ipse jam memoratus (videlicet cornu illud Davidis,) qui ex semine ejus nasciturus est, patrem vocabit Deum, utpote qui dignus habitus sit in quo habitaret unigenitus filius Dei, & qui ipsi copularetur & jungeretur. Quapropter ipse Deus Verbum, primogenitus omnis creaturæ, qui ante promiserat & dixerat, *In nomine meo exaltabitur cornu ejus*, proprium nomen & propriam dignitatem tradens ei, qui ex semine David nasciturus est, primogenitum ponet illum; ut etiam ille secundum carnem ex semine David natus, filius Dei vocetur, & ob suam cum unigenito Dei conjunctionem, primogenitus nuncupetur. Hæc enim in causa erant quod exaltandum cum esse promitteret dicens, *In nomine meo exaltabitur cornu ejus.* Nomen quippe suum filius Dei unigenitus filio David secundum carnem dedit. Hunc item excelsum præ regibus terræ positurum se pollicitus est; sive ex Symmacho, *Supremum regum terræ.* Omnibus enim se impugnaturis superior & fortior evasurus erat, insultus & persequutiones in Ecclesiam suam concitatas atterens; doctrinæ vero suæ sermonem gloria & vi muniens. Item ait se in

Psal. 103. 25.

Symmachi.

æternum misericordiam suam ipsi servaturum, & testamentum suum fidele & firmum effecturum esse; haud dubie novum testamentum, quod omnibus per universum orbem gentibus prædicavit, Mosaici testamenti loco Evangelium tradens, quod se fidele effecturum & firmaturum pollicitus est.

30. *Et ponam in sæculum sæculi semen ejus, &*
31. *thronum ejus sicut dies cœli. Si dereliquerint*
filii ejus legem meam, & in judiciis meis non
32. *ambulaverint; si justitias meas profanave-*
33. *rint, & mandata mea non custodierint; visita-*
bo in virga iniquitates eorum, & in verberibus
34. *peccata eorum. Misericordiam autem meam non*
dissipabo ab eo, neque nocebo in veritate mea:
35. *neque profanabo testamentum meum, & quæ*
procedunt de labiis meis non faciam irrita.
Quæ de cornu dicta fuerant in præcedentibus, impleta feruntur. Cornu porro significabatur non aliud a Christo, qui secundum carnem ex semine David natus est. Consequenter autem ad illa quæ de ipso vaticinatus erat, quænam ejus successio futura sit declarat dicens, Non in unum præsens sæculum dumtaxat, sed in subsequens sæculum sæculi memorati cornu semen ponam: & thronum ejus, non ad paucos dies, neque ad breves annorum periodos, custodiam; sed efficiam ut diebus cœli coæquetur. Symmachus autem his verbis interpretatus est, *Et faciam perpetuum semen ejus, & thronum ejus, in quantum dies cœli.* Semen autem Christi quid esse putandum est, nisi Ecclesias per totum orbem ab illo constitutas, & eos qui in omnibus gentibus regenerati in ipso populi sunt? Thronus vero ejus est, qui in Ecclesia ipsius per totum orbem præsulum, qui a tempore ejus fuerunt, successione firmatus est: quem thronum perseveraturum ait sicut dies cœli; non perinde atque Judæorum regium thronum, qui postquam modico tempore durasset, (scilicet annis circiter quadringentis, a Davide usque ad captivitatem in Babylone,) extinctus est. At hic thronus præsulum Ecclesiæ, qui in præsenti vaticinio fertur, permanebit ac conservabitur sicut dies cœli. Quod si quando contigerit populum & filios, scilicet successores, ejus qui in prophetia enuntiatur, scelerate agere, ipsos ait persequutionibus agitatos, rerum conversionem experturos, neque tamen thronos suos amissuros umquam, neque misericordia Dei privandos esse. Nam si talia & talia peregerint filii ejus, nempe Christi, hæc illis eventura denuntiat: *Visitabo in virga iniquitates eorum,* videlicet filiorum, *& in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non*

Symmachi.

A καὶ εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξειν αὐτῷ φησὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ τὴν διαθήκην αὐτοῦ πιστοποιήσειν αὐτῷ· πάντως που τὴν καινὴν διαθήκην, ἣν πᾶσι τοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνεσιν ἐκήρυξεν, ἀντὶ τῆς παρὰ Μωσεῖ διαθήκης τὸ εὐαγγέλιον παρασχών, ὅπερ πιστώσεσθαι καὶ βεβαιώσειν ἐπηγγείλατο.

Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. ἐὰν ἐγκαταλίπωσιν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὸν νόμον μου, καὶ τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευθῶσι, B καὶ τὰ δικαιώματά μου βεβηλώσωσι, καὶ τὰς ἐντολάς μου μὴ φυλάξωσιν, ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν. τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτοῦ, οὐδὲ μὴ ἀδικήσω ἐν τῇ ἀληθείᾳ μου. οὐδὲ μὴ βεβηλώσω τὴν διαθήκην μου, καὶ τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω. Τὰ μὲν εἰρημένα περὶ τοῦ κέρως διὰ τῶν ἔμπροσθεν πεπλήρωται. ἐδείκνυτο δὲ κέρας οὐκ ἀλλότριον τοῦ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα γεννηθέντος χριστοῦ. τούτου δ' οὖν ἀκολούθως μετὰ τὰ περὶ αὐτοῦ τεC θεσπισμένα, τὴν διαδοχὴν διὰ τῶν προκειμένων, ὁποία τίς ἐστι παρίστησι φάσκων, οὐχ ἁπλῶς εἰς ἕνα μόνον τὸν παρόντα αἰῶνα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν μετέπειτα αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα δηλωθέντος κέρως θήσομαι, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, οὐ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, οὐδὲ εἰς ἐτῶν περιόδους βραχείας φυλάξω, ἀλλὰ ταῖς ἡμέραις τοῦ οὐρανοῦ συμπαρεκτείνεσθαι ποιήσω. καὶ ὁ Σύμμαχος δὲ οὕτως ἡρμήνευσεν εἰπών· καὶ ποιήσω διηνεκὲς τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐφ' ὅσον αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ. σπέρμα δὲ τοῦ χριστοῦ τί χρὴ νοεῖν, ἢ τὰς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συνεστώσας D ἐξ αὐτοῦ ἐκκλησίας, καὶ τοὺς ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἀναγεννηθέντας αὐτῷ λαούς; θρόνος δὲ αὐτοῦ τυγχάνει ὁ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης διὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ κατὰ διαδοχὴν προέδρων ἱδρυμένος, ὅν τινα θρόνον διαμένειν φησὶν ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. οὐχ ὁμοίως τῷ Ἰουδαίων βασιλικῷ θρόνῳ, ὃς ἐπ' ὀλίγῳ διαρκέσας, ἀπεσβέσθη, ἐγγύς που φυλαχθεὶς τετρακοσίοις μόνοις ἔτεσι, τοῖς ἀπὸ τοῦ Δαυὶδ καὶ ἐπὶ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν. οὗτος δὲ ὁ παρὼν θρόνος ὁ διὰ τῶν προκειμένων θεσπιζόμενος τῶν τῆς ἐκκλησίας προέδρων, διαμενεῖ καὶ φυλαχE θήσεται ὁμοίως ταῖς ἡμέραις τοῦ οὐρανοῦ. εἰ δὲ συμβαίη ποτὲ πλημμελεῖν τὸν λαὸν καὶ τοὺς υἱοὺς τοῦ προφητευομένου, λέγω δὲ τοὺς διαδόχους αὐτοῦ, πειραθήσεσθαι μὲν αὐτοὺς ἐπιστροφῆς τῆς διὰ τῶν διωγμῶν φησι, μὴ μὴν ἐκπεσεῖσθαί ποτε τῶν θρόνων, μηδὲ στερηθήσεσθαι τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ. ἐὰν γὰρ τάδε καὶ τάδε πράξωσιν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ χριστοῦ, τάδε ἔσεσθαι αὐτοῖς φησιν· ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, δηλαδὴ τῶν υἱῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν· τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ

διασκεδάσω ἀπ' αὐτοῦ. καὶ παρέσχες ὅτι μὴ εἴρηται ἀπ' αὐτῶν, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ, δῆλον ὅτι τοῦ προφητευομένου, καίτοι τῶν ἀνωτέρω πληθυντικῶς εἰρημένων, κατὰ τὸ, ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν. τίνων δὲ αὐτῶν, ἢ δηλονότι τῶν τοῦ κέρως υἱῶν; ἐν δὲ τῷ, τὸ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτοῦ, περὶ ἑνὸς λέλεκται, ἤτοι τοῦ θρόνου ἢ τοῦ κέρως τοῦ προφητευομένου· καὶ ἐπιλέγει ἑξῆς, οὐδὲ μὴ βεβηλώσω τὴν διαθήκην μου, δῆλον ὅτι τὴν νέαν καὶ καινήν, περὶ ἧς ἀνωτέρω ἔφησε τὸ, καὶ ἡ διαθήκη μου πιστὴ αὐτῷ. καὶ πάλιν ἐπισφραγίζεται τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν εἰπών· οὐδὲ μὴ ἀδικήσω ἐν τῇ ἀληθείᾳ μου, οὐδὲ τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω· ἀλλὰ πιστὰ καὶ ἀληθῆ φησι ποιήσω τὰ ἐπηγγελμένα, ἐπιθεὶς τοῖς λόγοις ἔργα δι' αὐτῶν τῶν ἀποτελεσμάτων.

Καὶ τὰ μὲν τῶν πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελιῶν τὰ περὶ τοῦ κέρως, καὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, περί τε τῶν ἐξ αὐτοῦ γενησομένων καὶ τῆς καινῆς διαθήκης αὐτοῦ τοσαῦτα. ἐπεὶ δὲ ἐχρῆν τὰς τοιαύτας ἐπαγγελίας μὴ ἁπλῷ τινι καὶ ψιλῷ λόγῳ προενηνοχέναι νομίζειν, αὖθις ἐπαναλαμβάνει καὶ ἐπιδευτεροῖ τὸν λόγον, ὅρκῳ ἐπισφραγιζόμενος τὰ εἰρημένα εἰς βεβαίωσιν τῶν ἐπηγγελμένων. διό φησιν· ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαυὶδ ψεύσομαι, τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. διάψαλμα. ἀψευδὴς μὲν ἐστιν ὁ θεός, καὶ ἀνωμότῳ χρώμενος τῇ ἐπαγγελίᾳ· ἐπεὶ δὲ ἐχρῆν ὡς πρὸς ἀνθρώπους διαλεγόμενον ἀνθρωπίνῃ χρήσασθαι συμπεριφορᾷ κατὰ τοὺς ἐν ἀνθρώποις εὐορκοῦντας, καὶ θεοῦ μαρτυρίᾳ χρωμένους εἰς πίστωσιν τῶν οἰκείων λόγων, καὶ αὐτός φησιν ὀμωμοκέναι καὶ μὴ διαψεύσασθαι τοὺς ὅρκους, ἵνα διὰ δύο, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος, πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν θεόν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν. εἴρηται δὲ καὶ ἄλλη αἰτία, δι' ἣν ὀμνὺς ὁ θεὸς εἰσῆκται, κατὰ ἀμοιβὴν τῆς τοῦ Δαυὶδ μεθ' ὅρκου ἐπαγγελίας. ὀμνύει δὲ ὁ θεὸς κατὰ τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, ὡς ἂν καὶ πατὴρ εὐορκῶν κατὰ σωτηρίας υἱοῦ γνησίου καὶ ἀγαπητοῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον κἀγώ φησιν, ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, τουτέστι κατὰ τοῦ ἁγίου μου, εἰ τῷ Δαυὶδ ψεύσομαι. τί δὲ περιεῖχεν ὁ ὅρκος; τὸ σπέρμα αὐτοῦ, φησίν, εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ. τοῦτο πρῶτον, καὶ αὕτη μὲν πρώτη ἐπαγγελία ἡ περὶ τοῦ σπέρματος, περὶ οὗ καὶ ἀνωτέρω ἐλέγετο· καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ· ἐδήλου δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν διαδοχήν. δευτέρα δὲ ἐπαγγελία, περὶ τοῦ θρόνου τοῦ προλεχθέντος, διὸ καὶ ἐπιλέγει· καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα. τὸ μὲν οὖν σπέρμα, τουτέστι τὸν τοῦ Χριστοῦ κατασπαρέντα λόγον,

A *dissipabo ab eo.* Et adtendas velim non dictum esse, *ab eis*; sed, *ab eo*, id est, qui in prophetia fertur; etiamsi superius pluraliter dicatur illud, *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.* quorumnam eorum, nisi cornu illius filiorum? In illo autem, *Misericordiam meam non dissipabo ab eo*, de uno tantum dicitur, scilicet de throno, aut de cornu ejus qui in prophetia memoratur. Infert postea, *Neque profanabo testamentum meum*, novum scilicet illud & recens, ut palam est, de quo superius dicebat, *Et testamentum meum fidele ipsi.* Ac rursum
B sermonis veritatem obsignat dicens: *Neque nocebo in veritate mea, nec quæ procedunt de labiis meis faciam irrita;* sed fidelia, inquit, & vera faciam promissa mea, addens sermonibus opera rerumque complementa.

Et hæc quidem taliaque sunt Davidi data promissa de cornu & de throno ejus, ac de iis qui ab eo proditur sunt, necnon de novo testamento ejus. Quia vero tales pollicitationes, non simplici quodam & nudo
C sermone prolatas æstimare oportebat, iterum resumit ac verba repetit, & ad promissorum confirmationem ea jurejurando consignat, cum ait: *Semel juravi in sancto meo,*
si David mentiar, semen ejus in æternum manebit, & thronus ejus sicut sol in conspectu 36.
meo, & sicut luna perfecta in æternum: & te- 37.
stis in cœlo fidelis. Diapsalma. Mendacii qui- 38.
dem expers Deus est, etiamsi promissionem juramento non muniat: quia vero homines alloquens, opus erat ut humano ritu uteretur, secundum morem hominum jurantium, & ad confirmationem verborum testimoni-
D um Dei usurpantium; & ipse ait se jurasse, nec pejeraturum esse; *Ut per duas res immobiles*, ait divinus Apostolus, *quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus.* Alia quoque allata est causa, cur jurasse Deus feratur; ut videlicet Davidis promissioni cum juramento datæ vicem rependeret. Jurat porro Deus per sanctum suum, quemadmodum pater jurat per salutem legitimi ac dilecti filii sui: eodem, inquit, modo & ego *juravi in sancto meo*, id est, per sanctum meum, *si David mentiar.*
E Quid autem continet juramentum illud? *Semen ejus*, inquit, *in æternum manebit.* Hoc primum est, & hæc prima promissio de semine; de quo superius dicebatur, *Et ponam in sæculum sæculi semen ejus;* indicabat vero Christi successionem. Secunda autem promissio de memorato throno est: quare dicit, *Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum.* Semen itaque, id est, disseminatum Christi sermonem,

Hebr. 6. 18.

sive populum & Ecclesiam ejus, numquam periturum esse ait, neque defecturum; thronum autem ejus permansurum in sæculum; sive secundum Symmachum, *Sicut luna firma in æternum manebit;* sic erit Ecclesiasticus Christi thronus. Num forte cum prius dixerit, *Semel juravi in sancto meo,* & subdiderit, *Semen ejus in æternum manebit,* sancti sui semen in sæculum imperaturum esse vaticinatur? ita ut semen sancti Dei, id est, unigeniti Dei sit doctrina ejus quam in terra seminavit, ipse sator ejus effectus, secundum parabolam ab eo prolatam, qua dicit: *Exiit qui seminat seminare,* & cætera. Et hæc quidem ait, ita erunt, ita fient, & credibilia reddentur. Nam horum testis fidelis, est Deus in cœlo habitans. Veritatem porro sermonis confirmat rerum eventus & consummatio: nam illius cornu Davidis, id est, Salvatoris nostri Jesu Christi, semen & successionem ipsis oculis videmus: imo etiam sancti Dei, unigeniti ipsius Verbi sparsum in terra cœleste semen Evangelicæ doctrinæ æternùm perseverans: itemque thronum ejus per totum orbem in singulis gentibus, urbibus, vicis & agris stabilitum, orbemque totum implentem videmus. Quod si quis non hac ratione, sed Judaïco more thronum accipiat, ratus corporeum Davidis regnum ita vocari, falsæ deprehendentur prophetiæ. Nam post Judaïcæ gentis in Babylone captivitatem, nemo in throno Davidis sedit: sed ex illo ad hoc usque tempus anni sunt circiter mille, a quo tempore, ejus destructo regno, ac ipsius successione cessante, Davidis thronus solutus est. Quamobrem posteriora psalmi dicta hæc ipsa deplorant, aperteque corporei & materialis throni ruinam significant, ac declarant promissis contraria accidisse, quantum ad sensibilem thronum & corpoream regni Davidis successionem pertinet. Quæ sane non silentio mitti, sed in prophetia de Christo memorari oportuit; ut ediscamus, instante rerum in vaticinio memoratarum tempore, sensibilium illorum, de quibus agi putant Judæi, solutionem futuram esse; alia vero, quæ divino more intelliguntur, Dei promissionis complementa & consummationem fore.

Symmachi.

Luc. 8. 5.

39. *Tu vero repulisti & despexisti, abjecisti*
40. *Christum tuum. Evertisti testamentum servi*
41. *tui, profanasti in terra sanctuarium ejus: destruxisti omnes sepes ejus, posuisti munimenta*
42. *ejus formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.*
43. *Exaltasti dexteram tribulantium eum, letificasti omnes inimicos ejus. Avertisti adjutorium*
44. *gladii ejus, & non es auxiliatus ei in bello.*

A ἢ τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐκκλησίαν, οὔ ποτε διαφθαρήσεσθαί φησιν, οὐδὲ διαλείψειν· τὸν δὲ θρόνον αὐτοῦ διαμένειν εἰς τὸν αἰῶνα, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ὡς ἡ σελήνη ἑδραία αἰωνίως μενεῖ. οὕτως ἔσται καὶ ὁ ἐκκλησιαστικὸς τοῦ Χριστοῦ θρόνος. μήποτε δὲ προειπὼν ὁ λόγος, ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, καὶ ἐπισυνάψας ἑξῆς, τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ, τοῦ ἁγίου αὐτοῦ τὸ σπέρμα κρατήσειν εἰς αἰῶνα θεσπίζει; ὡς εἶναι σπέρμα τοῦ ἁγίου τοῦ θεοῦ, δηλαδὴ τοῦ μονογενοῦς τοῦ θεοῦ, ἣν ἔσπειρεν ἐπὶ γῆς διδασκαλίαν, αὐτὸς γενόμενος αὐτῆς σπορεὺς, κατὰ τὴν λεχθεῖ-

B σαν ὑπ' αὐτοῦ παραβολὴν, δι' ἧς εἴρηται· ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ταῦτα μὲν φησιν, οὕτως ἔσται καὶ γενήσεται καὶ πιστωθήσεται. ὁ γὰρ τούτων μάρτυς πιστὸς, ἐστὶν ὁ ἐν οὐρανῷ κατοικῶν θεός. συνίστησι δὲ τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν τὸ διὰ τῶν ἔργων ἀποτέλεσμα· ὀφθαλμοῖς γὰρ ὁρῶμεν τοῦ κέρως Δαυὶδ, τουτέστι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ σπέρμα καὶ τὴν διαδοχήν· ἀλλὰ καὶ τοῦ ἁγίου τοῦ θεοῦ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ λόγου τὸ καταβληθὲν ἐπὶ γῆς οὐράνιον σπέρμα τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας διαιωνίζον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰ-

C κουμένης, ἐν πᾶσιν ἔθνεσι, πόλεσί τε καὶ κώμαις καὶ χώραις ὁρῶμεν τὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἱδρυμένον θρόνον πληροῦντα τὸν σύμπαντα κόσμον. εἰ δέ τις μὴ οὕτως, ἀλλὰ Ἰουδαϊκῶς ἐκλάβοι τὸν θρόνον, τὴν σωματικὴν βασιλείαν τοῦ Δαυὶδ λέγεσθαι νομίζων, ψευδεῖς ἐλεγχθήσονται αἱ προφητεῖαι. μετὰ γὰρ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, οὐδεὶς εἰς τὸν θρόνον ἐκαθέσθη Δαυίδ· ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ εἰς δεῦρο, ἐγγύς που ἔτη τυγχάνει χίλια, ἐξ οὗ καθαιρεθείσης τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τῆς διαδοχῆς αὐτοῦ παυσαμένης, λέλυται τοῦ Δαυὶδ ὁ θρόνος.

D διὸ δὴ τὰ ἑξῆς τοῦ ψαλμοῦ, αὐτὰ ταῦτα ἀποδύρεται, σαφῶς τοῦ σωματικοῦ θρόνου τὴν καταστροφὴν σημαίνοντα, καὶ τἀναντία παριστῶντα συμβεβηκέναι ταῖς ἐπαγγελίαις, ὅσον ἐπὶ τῷ αἰσθητῷ θρόνῳ καὶ τῇ σωματικῇ διαδοχῇ τῆς τοῦ Δαυὶδ βασιλείας· ἃ δὴ καὶ αὐτὰ ἐχρῆν μὴ ἀποσιωπηθῆναι, ἀναγκαίως δὲ ἐν τῇ περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείᾳ παραληφθῆναι, ὡς ἂν μάθοιμεν, ὅτι τοῦ καιροῦ τῶν προφητευομένων ἐπιστάντος, τῶν μὲν αἰσθητῶν παρὰ Ἰουδαίων νομιζομένων παντελῶς ἔσται λύσις· ἑτέρων δὲ θεοπρεπῶς νοουμένων ἀποτελεσμάτων, τῆς τοῦ θεοῦ ἐ-

E παγγελίας συμπλήρωσις.

Σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, ἀνεβάλου τὸν χριστόν σου. κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου, ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ. καθεῖλες πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ, ἔθου τὰ ὀχυρώματα αὐτοῦ δειλίαν. διήρπαζον αὐτὸν πάντες οἱ παραπορευόμενοι ὁδόν· ἐγενήθη ὄνειδος τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ. ὕψωσας τὴν δεξιὰν τῶν θλιβόντων αὐτὸν, εὔφρανας πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. ἀπέστρεψας τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀντελάβου αὐτοῦ ἐν τῷ πολέμῳ.

κατέλυσας ἀπὸ καθαρισμοῦ αὐτὸν, τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς γῆν κατέρραξας· ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου αὐτοῦ, κατέχεας αὐτοῦ αἰσχύνην. διάψαλμα. ἀποδίδεικται ταῦτα τῇ σωματικωτέρᾳ τοῦ Δαυὶδ διαδοχῇ καὶ τῇ σωματικῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ, ἥτις καθῃρέθη κατὰ τοὺς χρόνους τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ. ἐξ ἐκείνου γὰρ καὶ ὁ χριστὸς, τουτέστιν ὁ αἰσθητὸς βασιλεὺς, ὁ ἀπὸ γένους Δαυὶδ διαλέλοιπεν, καὶ ὁ θρόνος τῆς βασιλείας αὐτοῦ κατέρραγη, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰ προπεφητευμένα πεπλήρωται· ἐφ' οἷς ἐκ προσώπου τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀπολοφύρεται ὁ λόγος, ὡς ἕτερα μὲν τοῦ θεοῦ ἐπηγγελμένου, ἑτέρων δὲ ἀποβάντων. προσήκει δὲ ἡμᾶς ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν, ὡς τοῦ θεοῦ ἀψευδοῦς ὄντος, ἀνάγκη πᾶσα ἐπαληθεύεσθαι τοὺς αὐτοῦ λόγους· εἰ δὲ μὴ ἀληθεύοιντο ἐπὶ τῆς αἰσθητῆς τοῦ Δαυὶδ βασιλείας, ὥρα ἑτέρῳ τρόπῳ νοεῖν τὰ ἐπηγγελμένα. τίς οὖν ὁ τρόπος, αὐτὸ τὸ θεῖον ἐδίδαξε πνεῦμα διὰ τῶν ἔμπροσθεν, ἐν οἷς εἴρητο, ἐν οὐρανῷ ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου· καὶ πάλιν, ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου κύριε, καὶ γὰρ καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν ἐκκλησίᾳ ἁγίων· καὶ πάλιν, δυνατὸς εἶ κύριε, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου· καὶ αὖθις, ἔλεος καὶ ἀλήθεια προπορεύσονται πρὸ προσώπου σου. ταῦτα γὰρ πάντα παραστατικὰ τυγχάνει τοῦ μὴ διαψεύσασθαι τὰς τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίας, πληροῦσθαι δὲ αὐτὰς, καθ' οὓς οἶδε λόγους. ἐν γὰρ τῷ οὐρανῷ φησὶν ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου· σαφῶς δηλῶν ἐπουρανίους εἶναι καὶ θείας τὰς τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίας. καὶ παρέστησε τῶν λόγων τὰ ἀποτελέσματα διὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ πεπληρωμένα. τούτου γὰρ ἡ βασιλεία καὶ θρόνος οὐκ ἀνθρώπινος ἦν, οὐδὲ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. διὸ ἔλεγεν ἐπὶ τοῦ Πιλάτου· ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. ἐρωτηθείς τε ὑπ' αὐτοῦ εἰ βασιλεὺς εἴη, ἀπεκρίνατο, εἰς τοῦτο καὶ γεγέννημαι. οὐκοῦν εἰ γεγέννηται, μενεῖ εἰς τοῦτο. καὶ μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ ὁ τὴν γένεσιν αὐτοῦ τῇ παρθένῳ διαγγελισάμενος ἄγγελος ὁ Γαβριὴλ εἰπὼν πρὸς αὐτήν· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται. καὶ δώσει αὐτῷ ὁ θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. γεγέννηται τοίνυν εἰς τοῦτο, ἀλλ' οὐκ ἦν ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· ἡ μὲν γὰρ τοῦ κόσμου τούτου βασιλεία οὐχ οἵα τέ ἐστι διαρκεῖν εἰς τὸν αἰῶνα, οὐδ' ἔστιν ἀτελεύτητος, οὐδ' εἰς τὸ ἄπειρον ἐκτεινομένη· ἡ δὲ τῷ σπέρματι Δαυὶδ ἐπηγγελμένη βασιλεία, αἰώνιός τις ἦν καὶ ἀθάνατος· καὶ ὁ θρόνος γάρ φησιν ἔσται αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐνώπιόν μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός.

Τοιαῦτα δὲ τυγχάνει τὰ καὶ τῇ παρθένῳ ἐπηγγελμένα περὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς γεννηθησομένου. χρηματίζων γοῦν αὐτῇ ὁ ἄγγελος ἐπηγγείλατο λέ-

Solvisti eum ab emundatione, thronum ejus
in terram confregisti. Minorasti dies temporis 45.
ejus, perfudisti eum confusione. Diapsalma. 46.
Hæc de corporea Davidis successione, & de regno ejus sensibili, quod tempore abductæ Judæorum in Babylonem captivitatis destructum fuit, intelligi comprobantur. Ex illo namque tempore Christus, id est, rex sensibilis ex genere Davidis defecit, thronus regni ejus confractus est, & reliqua omnia quæ in vaticinio feruntur impleta sunt. Quibus de causis ex persona Judæorum hic sermo lamenta edit; quasi scilicet alia Deus promiserit, alia evenerint. Nos vero animadvertere convenit, cum Deus mendacii expers sit, necessario veros esse sermones ejus: si autem erga sensibile Davidis regnum veri non reperiantur, restat ut alio modo promissa intelligamus. Quis ille modus sit, docet superius divinus Spiritus, cum dicitur, *In cælo præparabitur veritas tua;* ac rursum, *Confitebuntur cæli mirabilia tua, Domine, etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum;* iterumque, *Potens es, Domine, & veritas tua in circuitu tuo;* & rursum, *Misericordia & veritas præcedent faciem tuam.* Hæc quippe omnia declarant, Dei promissa numquam irrita esse, sed qua ipse novit ratione impleri. Nam *in cælo,* inquit, *præparabitur veritas tua:* aperte significans cœlestes ac divinas esse Dei promissiones. Ac verborum complementa declaravit per Salvatorem nostrum Jesum Christum, ex semine Davidis ortum, perfecta esse: nam hujus regnum & thronus, non humanus, neque ex hoc mundo erat. Idcirco dicebat Pilato: *Regnum meum non est ex hoc mundo.* Joan. 18. 36. Sciscitante autem illo, num rex esset, respondit, *In hoc natus sum.* Igitur si in hoc natus est, in hoc manebit. Huic porro sermoni testimonium adfert qui ortum ejus Virgini promisit Angelus Gabriel, qui dixit ei: *Et ecce concipies* Luc. 1. 31. *in utero, & paries, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Deus thronum David patris sui, & regnabit in æternum, & regni ejus non erit finis.* In hoc itaque natus est; sed regnum ejus non erat ex hoc mundo: nam hujus mundi regnum non potest in æternum durare, neque fine caret, neque in infinitum extenditur; regnum vero semini Davidis promissum æternum erat & immortale: ait enim, *Et thronus ejus erit sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis.*

Talia porro sunt quæ Virgini de filio ex se nascituro promissa sunt. Oracula enim ipsi fundens Angelus, hæc pollicitus est: *Et*

dabit illi Deus thronum David patris ejus. Qualis vero ille & cujusmodi esset, sub hæc explicat dicens, *Et regnabit in æternum, & regni ejus non erit finis.* Talis ille thronus erat, quem Davidi Deus cum juramento pollicitus est. Quod declarans Angelus, oraculum suum interpretatus est; primo quidem dicens, *Et dabit illi Deus thronum David patris ejus;* postea vero adjiciens, *Et regnabit in æternum, & regni ejus non erit finis.* Hæc opere completa sunt in Salvatore nostro Jesu, Christo Dei, qui ex semine David ortus, imperat, legem dat, & regnat in universo orbe; non humano quidem modo, sed divina virtute: & semen ejus vere in sæculum manet; id est, successio ejus, quæ per Apostolos & discipulos ipsius totum implet mundum; sive rationabile cœlestis doctrinæ ejus semen. Sed etiam thronus ejus solis instar resplendet, hominum animas illuminans & radiis illustrans. Hæc porro omnia jam ad effectum deducta sunt, & in dies hactenus implentur, secundum ea quæ Davidi juravit Deus. Verum quoniam non humano ritu, neque secundum morem regum mundanorum, hæc promissa in successoribus Davidis impleta sunt; neque in ipso Salvatore nostro, corporeo more finem acceperunt, quia regnum ejus non fuit ex hoc mundo, neque ille in sensibili Davidis throno sedit; imo vero contrarium accidit, adveniente passione ejus; hæc ipsa divinus & propheticus Spiritus jure ac merito declaravit, ad perquisitionem consummationis divini sermonis nos excitans; quare ait: *Nunc autem repulisti & despexisti, Domine, abjecisti Christum tuum: evertisti testamentum servi tui,* & cætera: queis clare Christum memorans, indicat, nihil eorum quæ ad successionem Davidis, & corporeum ejus regnum, necnon eorum quæ in passione Christo Dei acciderunt, latere sibi. Hæc igitur docuit de successione ejus & regno, ac de eo qui ex semine David proditurus erat exspectanda esse. Licet enim superius quamplurima de illo gloriosa dicta fuerint, quod scilicet exaltandus sit, quod in mare & in flumina manum extensurus sit, quod Deum invocaturus sit patrem, & ab illo rursum primogenitus declarandus sit, præstantior futurus sit omnibus regibus, testamentum fidele habiturus sit, & semen in sæculum sæculi permanens, thronum item durantem sicut dies cœli & sicut lunam ac solem; attamen hæc tristia ipsi eventura esse prænuntiat: hæcque necessario prædicit, ac docere antevertit Spiritus divinus; ut si quando secundum sermonem ejus hæc Christo & Davidis successioni acciderint, ne turbentur ii,

Luc. 1. 32.

A γων· καὶ δώσει αὐτῷ ὁ θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. ποῖος δὲ οὗτος καὶ ποταπὸς ἦν, ἑξῆς διερμηνεύσει φάσκων, καὶ βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. τοιοῦτος δ᾽ ἦν ὁ τῷ Δαβὶδ μεθ᾽ ὁρκωμοσίας ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἐπηγγελμένος. ὃ δὴ παριστὰς ἄγγελος, διηρμήνευε τὸν ἑαυτοῦ χρησμὸν πρότερον μὲν εἰπών, καὶ δώσει αὐτῷ ὁ θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· εἶθ᾽ ἑξῆς ἐπαγαγών, καὶ βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. ταῦτα δὲ τοῖς ἔργοις ἐπληροῦτο, εἰς τὸν ἡμέτερον σωτῆρα Ἰησοῦν τὸν χρι-
B στὸν τοῦ θεοῦ, ὃς ἐκ σπέρματος Δαβὶδ γεγονὼς κρατεῖ καὶ νομοθετεῖ καὶ βασιλεύει καθ᾽ ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, οὐκ ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ θεϊκῇ δυνάμει, καὶ τό, τε σπέρμα αὐτοῦ ἀληθῶς εἰς τὸν αἰῶνα μένει, ἤτοι τὸ τῆς διαδοχῆς αὐτοῦ τῆς διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ καὶ μαθητῶν τὸν σύμπαντα κόσμον πληρούσης· ἢ τὸ λογικὸν σπέρμα τῆς οὐρανίου διδασκαλίας αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐκλάμπει, φωτίζων καὶ καταυγάζων τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς. ταῦτα δὲ πάντα τέλους ἠξίωτο, καὶ εἰς ἔτι νῦν πληροῦται ἀκολούθως οἷς ὤμοσεν ὁ θεὸς τῷ Δαβίδ. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ μὴ ἀν-
C θρωπίνως, μηδὲ συνήθως τοῖς κατὰ ἀνθρώπους βασιλεῦσιν εἰς τοὺς διαδόχους τοῦ Δαβὶδ ἐπληροῦτο τὰ ἐπηγγελμένα, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐπ᾽ αὐτὸν τὸν ἡμέτερον σωτῆρα σωματικῶς τέλους ἐτύγχανεν, ἐπεὶ μὴ γέγονεν αὐτοῦ ἡ βασιλεία ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, μηδ᾽ ἐπὶ τὸν αἰσθητὸν θρόνον ἐκαθέσθη Δαβίδ· τουναντίον δ᾽ ἀπέβη διὰ τὸ συμβεβηκὸς περὶ αὐτὸν πάθος, εἰκότως καὶ ταῦτα αὐτὰ τὸ θεῖο. καὶ προφητικὸν πνεῦμα παρίστη, διεγεῖρον ἡμᾶς ἐπὶ ζήτησιν τῶν ἀποτελεσμάτων τῶν τοῦ θεοῦ λογίων· διὸ φησί· νυνὶ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας κύριε, ἀπεβάλου τὸν χριστόν σου. κατέστρεψας τὴν διαθήκην
D τοῦ δούλου σου, καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς, δι᾽ ὧν σαφῶς ὀνομαστὶ μνημονεύσας τοῦ χριστοῦ ὁ λόγος, παρίστη ὅτι μηδὲν αὐτὸν ἔλαθε τῶν καὶ περὶ τὴν διαδοχὴν τοῦ Δαβίδ, καὶ τὴν σωματικὴν αὐτοῦ βασιλείαν, τῶν τε περὶ τὸ πάθος τῷ χριστῷ τοῦ θεοῦ συμβεβηκότων. ταῦτα γοῦν ἐδίδασκε προσδοκᾶν ἔσεσθαι καὶ περὶ τὴν διαδοχὴν αὐτοῦ, καὶ περὶ τὴν βασιλείαν, περί τε τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ προελευσόμενον. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα πλεῖστα ὅσα διὰ τῶν ἀνωτέρω ἔνδοξα περὶ αὐτοῦ λέλεκτο, ὅτι τε ὑψωθήσεται, καὶ ἐν θαλάσσῃ καὶ ἐν ποταμοῖς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐκτενεῖ. ἐπικαλέσεταί τε τὸν
E θεὸν πατέρα, καὶ πρὸς αὐτοῦ πάλιν πρωτότοκος ἀναγορευθήσεται, ἔσται τε ἀνώτατος τῶν βασιλέων, καὶ διαθήκην ἕξει πιστήν, καὶ σπέρμα διαμένον εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, καὶ θρόνον διαρκοῦντα κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατὰ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην· ἀλλ᾽ ὅμως καὶ τάδε τὰ σκυθρωπὰ περὶ αὐτὸν συμβήσεσθαι προλέγει, προφητεύει τε καὶ ταῦτα καὶ προδιδάσκει ἀναγκαίως τὸ θεῖον πνεῦμα, ἵν᾽ εἴ ποτε τοῖς λόγοις ἀκολούθως ἀπαντήσειε τὰ ἔργα περί τε τὸν χριστὸν τοῦ θεοῦ, καὶ περὶ τὴν τοῦ Δαβὶδ διαδοχήν, μὴ ταράττοιντο οἱ

πάλαι

πάλαι ταῦτα καὶ ἐκ προγόνων μέλλειν ἔσεσθαι παρειληφότες· εὖ εἰδότες ὅτι ταῦτα γενήσεσθαι περὶ αὐτὸν προεφητεύσατο, τά τε σκυθρωπὰ καὶ χρηστότερα· οἷς γοῦν καὶ ὁ αὐτὸς λόγος τἀναντία περὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἔσεσθαι θεσπίζει, ἃ δὴ καὶ ἔργοις αὐτοῖς παρειλήφαμεν. κατὰ μὲν γὰρ τὸν χρόνον τοῦ πάθους τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπληροῦτο εἰς αὐτὸν τὰ σκυθρωπότερα· κατὰ δὲ τὸν μετὰ ταῦτα, αἱ τῶν κρειττόνων ἐπαγγελίαι, ἔργοις πάλιν εἰς αὐτὸν ἐτελειοῦντο.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τὸ πάθος αὐτῷ συμβάντα
» ἀκριβῶς ἐδηλοῦτο διὰ τοῦ, σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξου-
» δένωσας, ἀνεβάλου τὸν χριστόν σου· ἀνθ᾽ οὗ ὁ μὲν
» Ἀκύλας φησίν, ὑπερεθέτησας μετὰ ἠλειμμένου
» σου· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐχολώθης πρὸς τὸν χριστόν
» σου. ἠτίμαστο δὲ καὶ τὰ τῆς διαθήκης αὐτοῦ τῆς πρὸς τοὺς ἀποστόλους διεσκεδάσθη, ὅτε καὶ ἠρνήσαντο αὐτόν, καὶ τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ, τουτέστι τὸ σῶμα τὸ ἀπὸ τῆς ἁγίας παρθένου, εἰς τὴν γῆν ἐβεβηλώθη· ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ τότε περιεῖλεν ὁ θεός· δηλαδὴ τοὺς περιφράττοντας, ὥσπερ καὶ δορυφοροῦντας αὐτὸν καὶ περιέποντας ἀγγέλους· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ ὀχυρώματα αὐτοῦ. ἦσαν δὲ οὗτοι οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ οἳ ἐτράποντο εἰς δειλίαν, ὡς καὶ ἀρνήσασθαι αὐτὸν καὶ καταλιπόντας φυγεῖν. τότε δὲ καὶ ἐγενήθη εἰς ὄνειδος τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ, καὶ ὑψώθη ἡ δεξιὰ τῶν θλιβόντων αὐτόν· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ πάντα τότε εἰς τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἐπληροῦτο. ἄλλως γὰρ οὐκ ἄν τις ἔχοι ταῦτα ἐπ᾽ αὐτὸν τὸν Δαυὶδ ἐφαρμόζειν, οὐδ᾽ ἐπιδεῖξαι εἰς ἐκεῖνον πεπληρωμένα τὰ προκείμενα, ὡς οὐδὲ τὰ σεμνότερα καὶ χρηστότερα ἐμφερόμενα ταῖς τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίαις. οὐ γὰρ δὴ τοῦ Δαυὶδ ὁ θρόνος κατηύγασε τὴν σύμπασαν οἰκουμένην, δίκην ἡλίου φωτίσας, οὐδ᾽ ὡς ἡ σελήνη διαρκὴς γέγονε, οὐδὲ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος διεφυλάχθη· οὐδ᾽ ἔχει λόγον τὸν Δαυὶδ ἐκεῖνον πρωτότοκον χρηματίσαι τοῦ θεοῦ· ἐπεὶ καὶ πρὸ αὐτοῦ μυρίοι καλλίους αὐτοῦ καὶ μετ᾽ αὐτὸν γεγόνασιν. ἀλλ᾽ οὐδὲ φαίνεται ὁ Δαυὶδ τὴν δεξιὰν ἐπὶ ποταμοὺς ἐκτείνας, καὶ τὴν ἀριστερὰν ἐπὶ θάλασσαν, οὐδὲ κατακυριεύσας ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, οὐδὲ βασιλείαν κτησάμενος τὴν παρεκταθεῖσαν ἕως τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐπὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ γενόμενον Σολομῶντα ταῦτα πάντα ἐφαρμοσθήσεται· οὐ πλέον γὰρ τῆς Ἰουδαίας, οὐδ᾽ οὗτος κρατήσας ὁμοίως τῷ ἑαυτοῦ ἰσορροπεῖ πατρί· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὑπερβὰς χρόνον ἐτῶν μ΄. τῆς βασιλείας, ὁμοίως τῷ ἑαυτοῦ πατρί· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀνεπίληπτον βίον διατελέσας. τοιαῦτα γοῦν ἦν τὰ περὶ αὐτὸν ὡς καὶ γυναικομανίαν καὶ εἰδωλολατρείαν διαβάλλεσθαι, ὧν ἕνεκα καὶ σατανᾶν αὐτῷ ἐπιπέμψαι λέγεται ὁ θεός. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐφ᾽ ἕτερον τὸν μετὰ Σολομῶντα τῶν Ἰουδαίων ἔθνους ἐκ σπέρματος καὶ διαδοχῆς Δαυὶδ βασιλευσάντων ἀναφέρεσθαι δύναται τὰ ἐπηγγελμένα· πάντα δὲ ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ τά τε χρηστότερα καὶ τὰ σκυθρωπά, εἰς ἕνα μόνον τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ

A qui jam olim & a majoribus hæc futura esse existimabant, gnari scilicet in prophetia isthæc futura prænuntiari, sive tristia, sive mitiora: quæ sane idem sermo, licet contraria, in eodem ipso eventura vaticinatur, quæque ipsis operibus completa accepimus. Nam tempore passionis Servatoris nostri tristia illa in ipso sunt impleta; postea vero, præstantiora illa promissa in eodem operibus ipsis perfecta sunt.

Quæ igitur in passione ejus acciderunt, accurate prænuntiata sunt his verbis: *Tu vero repulisti & despexisti, abjecisti Christum tuum.* B Pro quo Aquila ait, *Distulisti cum uncto tuo;* Symmachus autem, *Iratus es contra Christum tuum.* Aquilæ. Symmachi. Tunc porro quæ ad testamentum Apostolis datum spectabant, dissipata sunt, quando ipsum abnegarunt, & sanctuarium ejus, id est corpus ex sancta Virgine acceptum, in terra profanatum est. Imo etiam omnes sepes ejus tunc abstulit Deus, videlicet Angelos stipantes eum, ac satellitium agentes & ministrantes. Itemque munimenta ejus ablata. Ea autem C erant Apostoli ejus & discipuli, qui tanta formidine repleti sunt, ut abnegarent eum, ipsoque relicto fugerent. Tunc autem factus est in opprobrium vicinis suis, & exaltata est dextera tribulantium eum: ac cætera omnia in eo, qui ex semine Davidis prodierat, tunc impleta sunt. Alias enim nemo possit isthæc ipsi Davidi coaptare, neque ostendere hæc quæ tractamus impleta in ipso esse; ut neque præstantiora & mitiora quæ in promissis Dei feruntur. Neque enim Davidis thronus radios instar solis emittendo totum illuminavit orbem, neque ut luna D perpetuus fuit, neque in sæculum sæculi conservatus est. Neque ulla ratione potest ille David primogenitus Dei vocari: quandoquidem ante & post illum sexcenti illo præstantiores fuere. Neque videtur David dexteram in flumina, sinistram in mare extendisse, neque dominatus est a mari usque ad mare, neque regnum obtinuit, quod pertingeret usque ad terminos terræ. Neque etiam filio ejus Salomoni hæc adaptari possunt: nam hic perinde atque pater ejus, non E ultra Judæam imperavit, neque ut pater ejus, plus quadraginta annis regnavit: neque crimine vacuam vitam emensus est. Tali namque modo se gessit, ut propter insanum mulierum amorem & idololatriam male audierit, qua de causa satanam ipsi suscitasse dicitur Deus. Verum neque post Salomonem ad alterum regum Judæorum ex semine & successione David possunt promissiones illæ referri: sed omnia simul, sive mitiora, sive tristia, in uno solo, ex semine David

orto, qui dicitur Jesus Christus Salvator noster, impleta fuisse constat: quæ scilicet divinus Spiritus prænuntiavit, præmittens quidem divinas pollicitationes, docens autem exspectandum esse, ut in uno & eodem hæc tristiora contingerent: cum maxime sensibilem illum totius ex Davide successionis thronum evertendum esse prospiceret. Nam reges ex semine Davidis orti ad usque captivitatem populi in Babylone perdurarunt: neque toti Judæorum genti, sed tribus solum tribubus ac ne quidem integris imperabant: atque totum imperii eorum tempus ad quadringentos circiter annos solum pertingit: quibus exactis Jechonia ex successione Davidis postremo regnante, nullus alius Judæorum rex ex semine David memoratur; ita ut hoc item modo impleta sint isthæc divini Spiritus oracula, quibus dicitur: *Nunc autem repulisti & despexisti, abjecisti Christum tuum. Evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctuarium ejus,* & cætera.

Deinde quia Dei ad Davidem promissiones bonam & ingentem Davidis semini spem adscribebant; & tamen quæ successioni ejus acciderant, omnino contraria videbantur; nam thronus regni ejus humano more sumti a tempore Jechoniæ solutus cessaverat: hæc prospiciens Spiritus propheticus, jure ad veritatis sermonum Dei perquisitionem nos invitat, nosque instituit ut id a Deo quæramus & ediscamus, sciscitantes ipsum ac dicentes, *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti David?* Nam regni ejus sensibilis & humano more sumti successio soluta, & a longo jam tempore sublata fuerat, cum ex semine ejus ortus Jesus Christus, qui promissionum Davidi factarum hæres futurus exspectabatur, non sensibile neque humanum regnum possedit; sed prorsus contraria iis, quæ homines exspectabant passus est, ad mortem usque progressus, omniaque perpessus, quæ divinus Spiritus præscientiæ virtute prænuntiarat. Qua de causa jure percontandum & interrogandum esse docet his verbis: *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine?* & cætera. Sub
47. hæc infert: *Usquequo, Domine, avertes in fi-*
48. *nem, exardescet sicut ignis ira tua? Memorare quæ mea substantia: numquid enim vane crea-*
49. *sti omnes filios hominum? Quis est homo qui vivet, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? Diapsalma.* Pro illo, *avertes*, Aquila, *Usquequo, Domine, absconderis in contentionem?* Symmachus vero, *Usquequo, Domine, absconderis in finem?* Videturque mihi sermo arcanum iræ, regnum Davidis corporeo more sumtum & totam Judaïcam

Aquilæ.
Symmachi.

A λεγόμενον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἡμέτερον σωτῆρα συνίσταται πεπληρωμένα· ἃ δὴ καὶ περιείληφε τὸ θεῖον πνεῦμα, προτάξαν μὲν τὰς ἐνθέους ἐπαγγελίας, διδάξαν δὲ χρῆναι προσδοκᾶν περὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν συμβήσεσθαι τὰ σκυθρωπότερα· μάλιστα ὅτε καὶ πάσης τῆς τοῦ Δαυὶδ διαδοχῆς, τὸν αἰσθητὸν τῆς βασιλείας θρόνον καταλυθησόμενον θεωρεῖ. μέχρις γοῦν τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας τοῦ λαοῦ διήρκεσαν οἱ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ βεβασιλευκότες, καὶ οὐδὲ ὅλου τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους βασιλεύσαντες, ἀλλὰ μόνων τριῶν φυλῶν, καὶ οὐδὲ τούτων ὅλων· ἀλλὰ B καὶ σύμπας ὁ χρόνος τῆς τούτων ἀρχῆς ἀμφὶ τὰ τετρακόσια ἔτη μόνα συντείνει, μεθ' ἃ Ἰεχονίου ὑστάτου τῆς τοῦ Δαυὶδ διαδοχῆς γενομένου, οὐδέτερος βασιλεὺς Ἰουδαίων ἐκ σπέρματος Δαυὶδ γεγονὼς μνημονεύεται, ὡς καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον πεπληρῶσθαι τὰ προκείμενα τοῦ θείου πνεύματος λόγια, δι' ὧν εἴρηται· νυνὶ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας καὶ ἀνεβάλου τὸν χριστόν σου. κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου, ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ· καὶ τὰ τούτοις ἐπιφερόμενα.

Εἶτ' ἐπειδήπερ τὰς μὲν τοῦ θεοῦ πρὸς τὸν Δαυὶδ C ἐπαγγελιῶν ἀγαθάς τινας καὶ μεγάλας ἐλπίδας τῷ σπέρματι Δαυὶδ ὑπέγραφεν, τὰ δὲ περὶ τὴν διαδοχὴν αὐτοῦ συμβεβηκότα τἀναντία πάντα περιεῖχεν, ὅ, τε θρόνος τῆς κατὰ ἄνθρωπον βασιλείας αὐτοῦ λέλυτο πεπαυμένος ἀπὸ τῶν Ἰεχονίου χρόνων· εἰκότως ταῦτα προθεωρῆσαν τὸ προφητικὸν πνεῦμα, ἐπὶ ζήτησιν ἡμᾶς παρορμᾷ τῆς τῶν λόγων τοῦ θεοῦ ἀληθείας, καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ ζητεῖν καὶ μανθάνειν διδάσκει ἐρωτῶντας αὐτὸν καὶ λέγοντας· ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαυίδ; ἥ τε γὰρ D τῆς βασιλείας αὐτοῦ τῆς αἰσθητῆς καὶ κατὰ ἄνθρωπον διαδοχὴ λέλυτο, ἐκ μακροῦ καθῃρημένη, ὅ, τε ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γεγονὼς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς προσδοκηθεὶς αὐτὸς εἶναι ὁ τῶν πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελιῶν κληρονόμος, αἰσθητὴν μὲν οὐκ ἐκτήσατο, οὐδ' ἀνθρωπίνην βασιλείαν· τἀναντία δὲ πάντα καὶ αὐτὸς οἷς προσεδόκησαν ἄνθρωποι πέπονθε, μέχρι καὶ θανάτου φθάσας, καὶ πάντα ὑπομείνας, ἃ δὴ προγνωστικῇ δυνάμει τὸ θεῖον ἀνεφθέγξατο πνεῦμα. ὧν ἕνεκα εἰκότως ἀνερωτᾶν καὶ πυνθάνεσθαι διδάσκει λέγοντας· ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα κύριε, καὶ τὰ ἑξῆς. E μεθ' ἃ ἐπιλέγει· ἕως πότε κύριε ἀποστρέψεις εἰς τέλος, ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ἡ ὀργή σου; μνήσθητι τίς μου ἡ ὑπόστασις· μὴ γὰρ ματαίως ἔκτισας πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσεται, καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον, ῥύσεται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ χειρὸς ᾅδου; διάψαλμα. ἀντὶ τοῦ, ἀποστρέψεις, ὁ μὲν Ἀκύλας φησίν, ἕως πότε κύριε ἀποκρυβήσῃ εἰς νῖκος; ὁ δὲ Σύμμαχος, ἕως τίνος κύριε ἀποκρυβήσῃ εἰς τέλος; καί μοι δοκεῖ ὁ λόγος τὸ ἀπόρρητον τῆς ἐπελθούσης ὀργῆς τῇ σωματικωτέρᾳ βασιλείᾳ Δαυίδ, καὶ παντὶ τῷ Ἰουδαίων

ἔθνει ἐπιτίθεσθαι. ἐναντίων γοῦν ἀποβαινόντων ταῖς ἐπαγγελίαις, ὅσον ἐπὶ τῇ προχείρῳ προσδοκίᾳ, ὁ τὰς ἀγαθὰς ἐπαγγελίας πρὸς τὸν Δαβὶδ πεποιημένος θεὸς ἀνεκρύπτετο. διὸ ἱκετεύει ὁ λόγος, μὴ εἰς μακρὸν παρεκτεῖναι τὴν γενομένην κατ' αὐτῶν ὀργήν, ταχὺ δὲ παρελθεῖν μὲν τὰ σκυθρωπά, ἐπιστῆναι δὲ τὰς ἐπαγγελίας τοῦ θεοῦ. εἶτα ἐκ προσώπου τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας λέγει,
» μνήσθητι τίς μου ἡ ὑπόστασις, καὶ τὰ ἑξῆς. διδάσκει
» δὲ τὸν λαὸν ταῦτα λέγειν ὁ προφητικὸς λόγος, εἰς τὸ παρακαλεῖν τὸν θεὸν καὶ δυσωπεῖν, καταπαῦσαι μὲν τὴν ὀργήν, τὴν κατὰ τοῦ ἔθνους, παύσασθαι δὲ καὶ αὐτὸν ἀποκρυπτόμενον, καταξιῶσαι δὲ ἤδη ποτὲ παρασχεῖν ἀνθρώποις τὰ τῷ Δαβὶδ ἐπηγγελμένα. ἐπειδὴ γάρ φησιν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ἀσθενὴς μέν ἐστι καὶ πτωχή, πλὴν ἀλλὰ πλείστης ἠξίωται παρὰ σοὶ τιμῆς· οὐ γὰρ ματαίως ἔκτισας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, οὓς κατ' εἰκόνα τὴν σὴν ἐδημιούργησας· διὸ ἵνα μὴ τὸ σὸν κτίσμα καὶ ἡ σὴ εἰκὼν παραπόληται διὰ τῆς ἐπελθούσης ὀργῆς, καὶ τῆς τῶν ἐπηγγελμένων ὑπερθέσεως, τάχιον ἀνακτήσασθαι τὰ σκυθρωπά, καὶ θεραπεῦσαι τὰ νοσήσαντα διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐπαγγελιῶν ἐκβάσεως. εἰ μὲν γὰρ ἦσαν οἱ ἄνθρωποι εἰς μάταιον ἐκτισμένοι ὁμοίως τοῖς ἐπὶ γῆς ἀλόγοις ζώοις, οὐκ ἂν οὐδὲ αὐτοῖς χρῆν μέγα ἐπαγγέλλεσθαι· ὅτε δὲ τοιαῦτα φθάνουσιν ἀνθρώποις εὐαγγελιζόμεναι αἱ πρὸς τὸν Δαβὶδ ὁρκωμοσίαι, πάντως που δῆλον ποιοῦσιν, ὅτι μὴ ἐπὶ ματαίῳ ἔκτισας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ἐπεὶ τοίνυν τοιαύτης ἠξίωται παρὰ σοὶ τι-
» μῆς ἡ ἀνθρωπεία φύσις, εἰκότως φημί, μνήσθη-
» τι τίς μου ὑπόστασις· καί, μνήσθητι ὅτι μὴ ματαίως ἔκτισας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ἀλλὰ καὶ τοῦτο μνησθῆναι ἀξιῶ, ὅτι οὐδείς ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς ἄγευστος τυγχάνει θανάτου, οὐδ' οἷός τε τίς ἐστιν αὐτὸς ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν ἐκ θανάτου ῥύσασθαι, οὐδὲ καὶ τοῦτο τυγχάνει τῆς εὐεργεσίας. ὥστε εἰ καὶ τοιαῦτα ἡμάρτομεν οἱ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ὡς τὰς * ἐπαναστάσεις τὰς πρὸς τὸν Δαβὶδ εἰς τοὐναντίον αὐτοῖς περιτραπῆναι, καὶ τὴν ἐκ σπέρματος αὐτοῦ διαδοχὴν σὺν τῷ τῆς βασιλείας θρόνῳ καταλυθῆναι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν χριστόν σου τοιαῦτα παθεῖν ὑπὸ τῶν αὐτῶν, ὁποῖα προλαβόντες οἱ σοὶ λόγοι περὶ αὐτοῦ γενήσεσθαι προεφήτευσαν· ἀλλὰ μὴ εἰς τέλος ἀποστραφῆναι ἀξιοῦμεν, μηδὲ ὡς πῦρ ἐκκαυθῆναι τὴν ὀργήν σου, μνησθῆναι δὲ τίς μου ἐστὶν ἡ ὑπόστασις, τοῦ ταῦτα ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβεύοντος, καὶ τίς ἡ τῶν ἀνθρώπων ἀσθένεια, τῶν θνητὴν φύσιν καὶ θανάτῳ δεδουλωμένην εἰληχότων· μνησθῆναι δὲ καὶ σαυτοῦ μὴ ἐπὶ ματαίῳ κτίσαντος τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐπὶ μεγάλαις ἐλπίσι ταῖς παρὰ σοί. καὶ τούτων εἰς μνήμην ἐλθόντων ἱκετεύομεν ἤδη ποτὲ τὸν καὶ ἐκ θανάτου ῥυόμενον, καὶ ἐξ ᾅδου ἀνακαλούμενον καταπέμψαι ἡμῖν, καὶ παύσασθαι μὲν ἀποστρέφοντα ἑαυτὸν ἐξ ἡμῶν, καταπαῦσαι δὲ καὶ τὴν πυρὸς δίκην ἐπελθοῦσαν ἐπὶ τὸν λαόν σου ὀργήν, ἔργοις δὲ ἐπιτελέσαι ἃς ὤμοσας πρὸς Δαβὶδ ἐπαγγελίας.

* L. ἐπαγγελίας,

A gentem invasuræ, subindicare. Cum itaque, quantum ad vulgarem exspectationem, promissis contraria evenirent, Deus qui bonas pollicitationes Davidi dederat evocabatur. Quamobrem hic rogatur, ne iram in illos accensam diutius producat: sed quamprimum tristia prætereant, & promissa a Deo adveniant. Deinde ex persona humanæ infirmitatis ait: *Memorare quæ mea substantia*, & cætera. Populum autem ad hæc dicenda instituit propheticus sermo, ut Deum precibus ac supplicationibus inducat ad sedandam iram adversus gentem suam, &
B roget ut finem faciat sese occultandi: roget item ut vel sero tandem quæ Davidi promisit hominibus conferat. Quia, inquit, humana natura infirma & inops est, sed tamen multo apud te honore dignata est; non enim vane creasti filios hominum, quos secundum imaginem tuam condidisti; eapropter ne opificium tuum & imago tua per ingruentem iram & promissorum dilationem pereat, mature tristia illa repares, infirmisque medearis per promissionum exi-
C tum & complementum. Nam si homines perinde atque bruta animalia in vanum creati essent, nihil ipsis magnum promittendum esset: cum autem juramenta Davidi data, talia bona hominibus annuntient; ea sane palam faciunt te non in vanum creasse filios hominum. Quia igitur humana natura tali abs te honore donata est, jure dico, *Memorare quæ mea substantia*; &, Recordare te non in vanum creasse filios hominum. Sed etiam id recordari te precor, nullum esse hominum qui mortem non degustet, nec
D posse quemquam animam suam ex morte liberare; neque enim id beneficii accepit. Itaque etiamsi talia fuerint Judaïcæ gentis scelera, ut promissa Davidi data in contrarium ipsis cederent, & successio seminis ejus una cum regni throno solveretur; imo etiam ipse Christus tuus talia ab ipsis pateretur, qualia prius sermones tui ipsi futura prænuntiabant: attamen precamur ne in finem usque avertaris, neque ira tua sicut ignis accendatur; sed recorderis quæ substantia mea, qui hæc pro illis postulo, & quæ
E sit hominum infirmitas, qui mortalem & interitui obnoxiam naturam sortiti sunt: recorderis item tui, qui non in vanum creasti filios hominum, sed ad magnam spem penes te repositam. Supplicamus autem ut hæc in memoriam revocans, vel sero tandem mittas nobis eum, qui & a morte eruatur, & ab inferno revocetur; & ut finem facias te a nobis avertendi, iramque tuam sedes, ignis instar populo tuo ingruentem, ac quæ juratus promissa Davidi dedisti, operibus perficias.

50\. *Ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, Domine,* A *quas juraſti David in veritate tua?* Quia non in vanum, inquit, creaſti omnes filios hominum, & apud te illi in honore habentur, neque ſeſe poſſunt a morte eruere; ideo precor & ſupplico ut matures bonarum promiſſionum complementa exhibere nobis, quæ a Chriſto tuo, poſt ſublatum Davidis regnum, conferenda ſunt. Feſtinare autem rogo antequam hominum genus funditus pereat. Quis enim hominum poteſt ſe de manu inferi eruere; niſi unus ille qui primo ſeipſum, deinde omnes in ſe ſperantes, a B portis mortis liberavit? Is etiamſi ea paſſurus ſit quæ in prophetia feruntur his verbis, *Nunc autem repuliſti & deſpexiſti, abjeciſti Chriſtum tuum;* attamen tua ad Davidem facta promiſſa conſequetur. Nam miſericordiæ tuæ, Domine, & veritas tua in ſæculum manent, ac ne vel unum promiſſionum tuarum verbum excidet. Licet autem nunc triſtium illorum quæ eventura ſunt memoriam repetens, dicam, *Ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas juraſti David in veritate tua?* at non ignoro te in veritate juraſſe: quare in ipſo ſermonis exordio bonum illum finem reſpiciens, dicebam, *Miſericordias Domini in æternum cantabo: in generationem & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo;* ac rurſum hæc loquebar, *In æternum miſericordia ædificabitur, in cælo præparabitur veritas tua.* Hæ ergo miſericordiæ tuæ, Domine, ubinam ſint; ediſcere flagito, & ubi occultæ lateant, & quando venturæ ſint. Atenim ſupplico ut jam feſtinent & veniant ac infirmitatem noſtram ſuſcipiant. Niſi enim miſericordias tuas antiquas oſtenderis, quas non modo promiſiſti, ſed etiam juraſti David in veritate tua, nulla hominibus ſpes ſalutis relinquitur. Ut autem ſermo tuus de triſtibus futuris verax fuit, omniaque illa contigerunt & completa ſunt; ita conſentaneum eſt ut meliorum pollicitationes non irritæ ſint: quibus ſcilicet nobis annuntiatum eſt, æternum fore ſemen Davidis, & thronum ejus inſtar ſolaris luminis univerſum orbem illuſtraturum eſſe. Hæc itaque illis olim antiquis in voto fuere, & ab iis qui propheticarum vocum meditationi dediti erant exſpectabantur: a nobis vero ipſis operibus completa videntur, per conſummationem rerum quæ in Salvatore & Domino noſtro Jeſu Chriſto perfectæ ſunt.

51\. *Memor eſto, Domine, opprobrii ſervorum*
tuorum, quod continui in ſinu meo multarum
52\. *gentium: quod exprobraverunt inimici tui,*
Domine, quod exprobraverunt commutationem
53\. *Chriſti tui. Benedictus Dominus in æternum,*

Ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαυὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; ὅτι μὴ ματαίως φησὶν ἔκτισας πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τετίμηνται δὲ παρὰ σοι, οὐχ οἷοί τε δέ εἰσιν ἑαυτοὺς ῥύσασθαι ἐκ θανάτου· τούτου χάριν δέομαι καὶ ἀντιβολῶ σπεῦσαι καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν σου τῶν ἀγαθῶν δεῖξαι ἡμῖν τὰ ἀποτελέσματα, συνενεχθέντα * κατὰ τὸν χριστόν σου καὶ μετὰ τὴν τῆς βασιλείας τοῦ Δαυὶδ καθαίρεσιν. δέομαι δὲ ἐπιταχῦναι πρὶν καταπέπτωσιν παντελῆ τὸ τῶν ἀνθρώπων ἀποστῆναι γένος. τίς γάρ ἐστιν ἀνθρώπων ὁ δυνά- B μενος αὐτὸς ἑαυτὸν ἐκ χειρὸς ᾅδου ῥύσασθαι, εἰ μὴ εἷς μόνος ὁ πρῶτος μὲν αὐτὸς ἑαυτὸν, εἶτα δὲ καὶ πάντας τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας ἐκ τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν ῥυσάμενος; εἰ καὶ τοιαῦτα πείσεται, οἷα διείληφε ἡ προφητεία τὰ ἀπὸ τοῦ, νυνὶ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, ἀνεβάλλου τὸν χριστόν σου φήσασα· ὅμως καὶ τῶν σῶν πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελιῶν τεύξεται. τὰ γὰρ ἐλέη σου κύριε καὶ ἡ ἀλήθειά σου εἰς τὸν αἰῶνα μένει, καὶ οὐδὲ εἷς λόγος τῶν σῶν ἐπαγγελιῶν διαπεσεῖται. εἰ δὲ καί φημι νῦν εἰς ὑπόμνησιν ἐλθὼν τῶν συμβησομένων σκυ- C θρωπῶν, ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαυὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; ἀλλ' οὐκ ἀγνοῶ ὅτι ἐν τῇ ἀληθείᾳ ὤμοσας· διόπερ καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ παντὸς λόγου εἰς τὸ χρηστὸν τέλος ἀποβλέπων ἔλεγον· τὰ ἐλέη τοῦ κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι, εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῷ στόματί μου· καὶ πάλιν ἔλεγον, εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται, ἐν τῷ οὐρανῷ ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου. αὐτὰ δὴ οὖν ἐκεῖνα τὰ ἐλέη σου, κύριε, ποῦ ἐστι μαθεῖν ἀξιῶ, καὶ ποῦ λανθάνει κρυπτόμενα, καὶ πότε ἥξει. ἀλλὰ γὰρ ἱκε- D τεύω, σπευσάτω νῦν καὶ ἡκέτω, καὶ καταλαβέτω τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν. εἰ γὰρ μὴ ἐπιδείξαις σου τὰ ἐλέη τὰ ἀρχαῖα, ἅπερ οὐχ ἁπλῶς ἐπηγγείλω, ἀλλὰ καὶ ὤμοσας τῷ Δαυὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, οὐδεμία λείπεται ἀνθρώποις ἐλπὶς σωτηρίας. ὡς οὖν ἐπηλήθευσεν ὁ λόγος ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν, καὶ γέγονεν καὶ ἀπήντησεν ἅπαντα, οὕτως ἀκόλουθόν ἐστι καὶ τὰ κρείττονα τῶν ἐπαγγελιῶν μὴ διαψεύσασθαι, δι' ὧν ὁ λόγος ἡμῖν εὐηγγελίσατο αἰώνιον σπέρμα Δαυὶδ καὶ θρόνον αὐτοῦ δίκην ἡλίου φωτὸς καταλάμψοντα πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων οἰ- E κουμένην. ταῦτα μὲν οὖν ἐν εὐχαῖς ἔκειτο τοῖς παλαιοῖς, καὶ προσεδοκᾶτο τοῖς τὰς προφητικὰς φωνὰς μεμελετηκόσιν· ἡμῖν δὲ αὐτοῖς ἔργοις ὁρᾶται πεπληρωμένα, διὰ τῶν εἰς τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν ἀποτελεσμάτων.

Μνήσθητι κύριε τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου, οὗ ὑπέσχον ἐν τῷ κόλπῳ μου πολλῶν ἐθνῶν· οὗ ὠνείδισαν οἱ ἐχθροί σου κύριε, οὗ ὠνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ χριστοῦ σου. εὐλογητὸς κύριος εἰς τὸν αἰῶνα· γένοιτο,

* παρὰ

γένοιτο. ἀπὸ τοῦ προτεταγμένου διαψάλματος δοκεῖ μοι μεταβολὴ γεγονέναι τῆς διανοίας. τὸ γοῦν θεῖον πνεῦμα εὐξάμενον ὑπὲρ τοῦ λαοῦ διὰ τῶν ἔμπροσθεν τὰς ἐπαγγελίας τοῦ θεοῦ παρακαλεῖται, ἀπὸ τοῦ, ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα κύριε; ἀξιοῖ δὲ ἤδη ποτὲ ἐπιστῆναι τῶν χρηστοτέρων τὰ ἀποτελέσματα, ἃ ὤμοσεν ὁ θεὸς τῷ Δαυὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ. εἶτα παρακαλεῖ μνησθῆναι τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων αὐτοῦ. ὡς γὰρ ἤδη λοιπὸν κατὰ τὸ σεσιωπημένον χωρησάντων εἰς ἔργα τῶν προηγορευμένων σκυθρωπῶν, πολλῶν τε ἐχθρῶν καὶ ἐθνῶν ἐπικειμένων καὶ ὀνειδιζόντων τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ B διὰ τὰ συμβεβηκότα, τὴν ὑπὲρ τούτων εὐχὴν ἀναπέμπει λέγων· μνήσθητι κύριε τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου· ἀντὶ τοῦ, οὗ ὑπέσχον ἐν τῷ κόλπῳ μου πολλῶν ἐθνῶν, σαφέστερον ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκεν εἰπών, αἴροντός μου ἐν κόλπῳ πάσας ἀδικίας λαῶν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐβάστασα ἐν τῷ κόλπῳ μου πάντων τῶν ἐθνῶν. οἱ μὲν οὖν ὀνειδιζόμενοι οἱ δοῦλοί εἰσι τοῦ θεοῦ· διὸ ἔφασκε, μνήσθητι κύριε τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου· οἱ δὲ ὀνειδίζοντες, οἱ ἐχθροὶ τοῦ θεοῦ· διὸ ἐπιλέγει ἑξῆς, οὗ ὠνείδισαν οἱ ἐχθροί σου κύριε, οὗ ὠνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ χριστοῦ σου. ὁ δὲ ταῦτα πρὸς C τὸν θεὸν λέγων, εἴη ἂν ὁ σωτήριος λόγος ὁ αἴρων ἐν τῷ ἑαυτοῦ κόλπῳ τὰς ἀδικίας τῶν λαῶν. ἀντάλλαγμα δὲ τοῦ χριστοῦ ὅπως εἴρηται, νοήσεις ἀπὸ τῆς τοῦ Συμμάχου ἑρμηνείας, δι' ἧς εἴρηται, οὗ ὠνείδισαν τὰ ἴχνη τοῦ χριστοῦ σου. τὴν γὰρ πορείαν τοῦ χριστοῦ τοῦ θεοῦ καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ τὴν κατὰ τὸ πάθος, τά τε ἴχνη τῆς κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον οἰκονομίας, τοῦτον ᾐνίξατο τὸν τρόπον. ταῦτα γὰρ εἰώθασιν ὀνειδίζειν ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ τοῦ θεοῦ. ἀλλὰ γὰρ ὡς ἐπακουσθεὶς καὶ πιστεύσας τεύξεσθαι τῆς εὐχῆς, ἐλπίσας τε ἢ τάχος ἐπιστήσεσθαι τὰς πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελίας D τοῦ θεοῦ, τὸ τέλος τοῦ παντὸς λόγου διὰ τῆς εὐχαριστίας καὶ εὐλογίας ἐπισφραγίζεται λέγων· εὐλογητὸς κύριος εἰς τὸν αἰῶνα· ἡμᾶς τε διδάσκει προσυπακούειν τό, γένοιτο, γένοιτο, ὅπερ ἐστὶν Ἑβραϊκὴ φωνή, ἀμήν, ἀμήν. περὶ δὲ τοῦ διαψάλματος πολλάκις μεταξὺ παρεμβεβλημένου, ταῦτα λεκτέον. ἡ περὶ τῆς ἐπαγγελίας τοῦ θεοῦ ἐν ἀρχῇ λεχθεῖσα περιεῖχε, διεθέμην διαθήκην, καὶ ὤμοσα Δαυίδ, καὶ τὰ ἑξῆς. εἶτα τοῦ διαψάλματος παρατεθέντος, μεταβαλὼν ὁ λόγος τὸ πρόσωπον, ἐπιλέγει· ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου· καὶ πάλιν, ἐπαγγελίας E λεχθείσης ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ τῆς ἀπὸ τοῦ, ἐθέμην βοήθειαν ἐπὶ δυνατόν, μέχρις τοῦ, καὶ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. πάλιν τοῦ διαψάλματος παρεμβληθέντος μεταβάλλει τὴν διάνοιαν ὁ λόγος, καὶ φησίν· σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, ἀνεβάλου τὸν χριστόν σου. εἶτα διεξελθὼν τὰ σκυθρωπότερα πάλιν ἐντίθησι τὸ διάψαλμα, καὶ ἐναλλάττει τὴν διδασκαλίαν φάσκων· ἕως πότε κύριε ἀποστρέψεις εἰς τέλος; καὶ τὴν εὐχὴν ἀναπέμψας, πάλιν τῷ

A *fiat, fiat.* A præmisso diapsalmate videtur mihi sententiæ mutationem invectam esse. Nam Spiritus divinus pro populo precatus in superioribus, promissa Dei ut eveniant hoc dicto postulat, *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine?* rogat autem ut jam eveniant meliorum illorum complementa, quæ juravit Deus David in veritate sua. Deinde precatur ut memor sit opprobrii servorum suorum. Nam quasi jam, ut tacite indicat, tristia illa prius enuntiata, opere perfecta sint, cum inimici multi & populi in- B stent, & servos Dei propter ea quæ acciderant opprobriis onerent, pro illis Dei famulis orationem emittit dicens: *Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum.* Pro illo autem, *Quod continui in sinu meo multarum gentium*, clarius Aquila edidit dicens, *Me ferente in sinu omnes iniquitates populorum;* (Aquilæ) Symmachus autem, *Tuli in sinu meo omnium gentium.* (Symmachi) Qui itaque opprobriis adficiuntur, servi Dei sunt: quare dicebat, *Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum.* Qui autem opprobria inferunt, sunt inimici Dei: C quamobrem subjungit postea, *Quod exprobraverunt inimici tui, Domine, quod exprobraverunt commutationem Christi tui.* Qui autem hæc Deo dicit, salutare Verbum fuerit, quod in sinu suo iniquitates populorum tollit. Commutatio autem Christi quo sensu dicta fuerit, ex Symmachi interpretatione intelliges, qua dicitur, *Quod exprobraverunt vestigia Christi tui.* (Symmachi) Incessum enim Christi Dei & viam ejus in passione, vestigia item in humanæ vitæ suæ œconomia, hac ratione subindicavit. Hæc enim exprobrare nobis D solent inimici Dei. Verum ille quasi exauditus, certusque se vota consequuturum, ac sperans quamprimum implendas esse Dei ad Davidem factas promissiones, sermonis totius finem gratiarum actione & benedictione obsignat dicens, *Benedictus Dominus in æternum:* nosque edocet respondendum esse, *Fiat, fiat*, quod Hebraïca voce est, *Amen, amen.* (Lectio Hebraici exempl.) De diapsalmate vero quod plerumque inseritur, hæc dicenda sunt. Prima Dei promissio initio prolata, erat, *Disposui testamentum, &, juravi David, &* cætera. Dein- E de, adposito diapsalmate, mutatâ personâ subjungitur, *Confitebuntur cæli mirabilia tua:* ac rursum, promissione ex persona Dei facta, ab his verbis, *Posui adjutorium in potente*, usque ad illud, *& testis in cælo fidelis*, rursum interposito diapsalmate, sententia mutatur ac dicitur, *Tu vero repulisti & despexisti, rejecisti Christum tuum.* Sub hæc enarratis tristioribus, rursum diapsalma inserit, doctrinamque mutat dicens, *Usquequo Domine avertes in finem?* & emissa oratione, iterum

diapsalmate interposito utitur, ac subdit, *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine?* mutata sententia, & revocatis prioribus initio prolatis Dei pollicitationibus; ita ut diapsalmata rationem quamdam servent ac mutatam sententiam vel personam significent. Hoc porro dicas de omnibus psalmis in quibus diapsalma fertur: nam aut personæ aut sententiæ mutationem declarat: aliquando vero Hebraïcæ melodiæ conversionem notat. Aquilæ. Aquila autem nusquam diapsalmate utitur; sed omnibus in locis vice illius, interpretari solet, *semper*. Quod nobis ignorandum non erat. In illo autem totius sermonis ceu sigillo, *Benedictus Dominus in æternum, fiat, fiat;* Aquilæ. secundum Aquilam, pro illo *Fiat, fiat*, legitur *Fideliter, fideliter;* Symmachi. secundum Symmachum vero, perinde atque in Hebraïco exemplari, *Amen, amen.*

A διαψάλματι μεταξὺ κέχρηται καὶ ἐπιλέγει, ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα κύριε; μεταβαλὼν τὴν διάνοιαν καὶ ἀνακαλούμενος τὰς πρώτας τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίας, τὰς ἐν ἀρχῇ λεχθείσας· ὥστε λόγον ἔχειν τινὰ καὶ τὰ διαψάλματα μεταβολῆς διανοίας, ἢ προσώπου ἐναλλαγῆς, δι' αὐτῶν σημαινομένης. τοῦτο δὲ ἐπὶ πάντων ἐρεῖς τῶν ψαλμῶν ἐν οἷς φέρεται τὸ διάψαλμα· ἢ γὰρ τοῦ προσώπου παρίστησιν ἐναλλαγὴν, ἢ τῆς διανοίας· ἔστι δ' ὅτε καὶ μεταβολὴ τῆς κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν μελῳδίας. ὅ γε μὴν B Ἀκύλας οὐδαμοῦ κέχρηται τῷ διαψάλματι· ἀντὶ δὲ τούτου ἐν πᾶσι τοῖς τόποις εἴωθεν ἑρμηνεύειν τὸ, ἀεί. ὅπερ ἐχρῆν ἡμᾶς μὴ ἀγνοεῖν. τὸ δὲ ἐπισφράγισμα παντὸς τοῦ λόγου τὸ, εὐλογητὸς κύριος εἰς τὸν αἰῶνα, γένοιτο, γένοιτο, κατὰ μὲν τὸν Ἀκύλαν ἀντὶ τοῦ, γένοιτο, γένοιτο, πεπιστωμένως, πεπιστωμένως, περιέχει· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ὁμοίως τῷ Ἑβραϊκῷ, ἀμὴν καὶ ἀμήν.

---

1. *Oratio Moysis. LXXXIX.*

Προσευχὴ Μωσῆ. πθ'.

2. *DOmine refugium factus es nobis in generatione & generatione. Priusquam montes firmarentur, aut formaretur terra & orbis, & a sæculo usque in sæculum tu es Deus.* His edocemur divinum quidem numen perpetuum & sempiternum esse. Nam qui dixit, *Deus ego sum, qui semper sum, & idem sum, & in infinita sæcula permaneo*, numquam naturam mutat suam. Nos autem, qui in tempore ad vitam accedimus, torrentis instar effluimus: Eccle. 1. 4. quoniam secundum Salomonem, *Generatio abscedit, & generatio venit*, & res humanæ numquam eodem in statu manent; sed diversimode mutantur. Dominus autem, qui in singulis generationibus manet, in se sperantium refugium factus est. Nam ante diluvium Enoch, & si quis alius ejusdem generationis, in refugium ipsum habuit: pereunte autem in diluvio hominum genere, rursus Noë ipsum & non alium in refugium obtinuit. Et postea Lot ex Sodomitarum generatione; Abraham, Isaac & Jacob, singuli in sua; imo etiam Joseph in generatione sua, ac Moyses rursum in alia; in summa per singulas generationes, Dominum, qui semper est, in refugium habuerunt qui in ipso sperarunt. His porro nos Scriptura hortatur, ut ne in alium quam in Deum speremus; sed in omni tempore, in singulis diebus & horis, in singulis item actionibus, maximeque in tempore calamitatis ad ipsum confugiamus. Et quoniam qui frigore vexantur, tegumento; qui in mari tempestatibus jactantur, portu; qui ab inimicis & hostibus,

C ΚΥριε καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ. πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην, καὶ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ ὁ θεός. δόγμα παιδεύει ὁ λόγος, διδάσκων τὸ μὲν θεῖον διαρκὲς ὑπάρχειν καὶ ἀΐδιον. ὁ γὰρ εἰπὼν, θεὸς ἐγώ εἰμι ὁ ὢν ἀεὶ ὢν, καὶ ὁ αὐτὸς ὢν καὶ εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας διαμένων, οὔποτε μεταβάλλει τὴν αὐτοῦ φύσιν. ἡμεῖς δὲ κατὰ καιροὺς παρελθόντες εἰς τὸν βίον, χειμάρρου τρόπον ἀπορρεόμεθα· ἐπεὶ καὶ κατὰ τὸν Σολομῶντα, γενεὰ πορεύεται καὶ γενεὰ ἔρχεται, καὶ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα δὲ οὐδέποτε D ἐν ταὐτῷ μένει, ἄλλοτε δ' ἄλλως μεταβάλλει. ὁ δὲ διαρκὴς καθ' ἑκάστην γενεὰν κύριος, τῶν εἰς αὐτὸν ἐλπιζόντων καταφυγὴ γίνεται. πρὸ μὲν γὰρ τοῦ κατακλυσμοῦ Ἐνὼχ καὶ εἴ τις ἄλλος τῆς τότε γενεᾶς, καταφυγὴν αὐτὸν ἐσχήκει. ἀπολλυμένου δὲ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἐν τῷ κατακλυσμῷ, πάλιν Νῶε καταφυγὴν αὐτὸν, ἀλλ' οὔ τινα ἕτερον ἐκτήσατο. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ὁ Λὼτ ἐκ τῆς Σοδομιτῶν γενεᾶς, Ἀβραάμ τε καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν ἕκαστος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἰωσὴφ ἐπὶ τῆς κατ' αὐτὸν γενεᾶς, καὶ Μωσῆς πάλιν ἐπὶ ἄλλης, καὶ E ἁπαξαπλῶς καθ' ἑκάστην γενεὰν τὸν ἀεὶ ὄντα κύριον καταφυγὴν ἐσχήκασιν οἱ εἰς αὐτὸν ἠλπικότες. προτρέπει δὲ διὰ τούτων καὶ ἡμᾶς ὁ λόγος μὴ ἐπί τινα ἕτερον παρὰ τὸν θεὸν ἐλπίζειν, παντὶ δὲ καιρῷ καὶ ἡμέρᾳ πάσῃ καὶ ὥρᾳ, ἐν ἑκάστῃ τε πράξει, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς περιστατικοῖς καιροῖς, ἐπ' αὐτὸν καταφυγεῖν. καὶ ἐπειδήπερ οἱ μὲν χειμαζόμενοι στέγης, οἱ δὲ κατὰ τὴν θάλασσαν κλυδωνιζόμενοι λιμένος, οἱ δὲ ὑπὸ ἐχθρῶν καὶ πολεμίων, ἢ καὶ θη-

ρῶν ἀγρίων διωκόμενοι, τείχους εἰς καταφυγὴν δέονται· πᾶσι δὲ τούτοις ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος κατὰ τὸν παρόντα βίον παλαίει· ἀναγκαίως διδάσκεται καταφυγὴν ἑαυτοῦ καὶ τεῖχος, λιμένα τε σωτήριον ἡγεῖσθαι τὸν ἑαυτοῦ κύριον, ἵν' εἴτε ἐν καιροῖς διωγμῶν ὑπὸ ἐχθρῶν ἐλαυνώμεθα, εἴτε ὑπὸ ἀοράτων πολεμίων πολεμούμεθα, εἴτε ὑπὸ τῶν συσκευάζεσθαι ἡμᾶς πειρωμένων ἐπιβουλευοίμεθα, νηφόντως ἐπὶ τὸν κύριον ἡμῶν καὶ τὸν θεὸν καταφύγοιμεν, τὸν κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν ὑπέρμαχον γινόμενον καὶ ὑπερασπιστὴν τῶν ἐπικαλουμένων αὐτόν. ἀντὶ δὲ τοῦ ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ, σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν εἰπών, ἐν ἑκάστῃ γενεᾷ· καὶ πάλιν, πρὸ τοῦ ὄρη γεννηθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ οἰκουμένην, συμφώνως ὁμοῦ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος φασί· πρὶν ὄρη τεχθῆναι καὶ ὠδινηθῆναι γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην. καί μοι δοκεῖ ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις φυσικὸν ἀποδεδωκέναι λόγον, ἐν αὐτοῖς διδάσκουσα μὴ ἀρχῆθεν συνυπάρξαι τῇ γῇ τὰ ἐν αὐτῇ ὄρη, ἀλλ' ἀναφυῆναι δίκην τῶν τικτομένων. διὸ εἴρηται, πρὸ τοῦ ὄρη γεννηθῆναι, ἢ πρὶν ὄρη τεχθῆναι· καὶ εἰκὸς ἅμα τῷ τεχθῆναι τὰ ὄρη καὶ προβληθῆναι ἀπὸ τῆς γῆς καταλλήλως τοῖς βρέφεσι μὴ ὁποῖα νῦν τὸ μέγεθος ὑποστῆναι, ἀλλ' ἄρτι μὲν γεννηθέντα καὶ τεχθέντα, ὥσπερ ἀρτιγενῆ τῶν βρεφῶν, μικρὰ καὶ ἐλάχιστα ὑπάρξαι, τῷ δὲ μακρῷ αἰῶνι αὔξην καὶ μέγεθος ἐπιδοῦναι. φασὶ γοῦν εἰς ἔτι δεῦρο τινὲς τῶν φυσιολόγων αὔξειν τὰ ὄρη, καὶ τὰς πέτρας, μείζους ἑαυτῶν γίνεσθαι κατά τινας λανθανούσας ἡμᾶς διὰ μακρῶν περιόδων βραχυτάτας προσθήκας. ἐπεὶ δὲ καὶ ὠδινηθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην εἰρήκασιν οἱ ἑρμηνεύσαντες, ἐξακολουθήσαντες τῷ Ἑβραϊκῷ, μήποτε καὶ ἐπὶ τῆς γῆς τὸ παραπλήσιον τοῖς ὄρεσι νοῆσαι προσήκει, ὡς ἐξ ἑτέρου στοιχείου προελθούσης αὐτῆς, καὶ πρότερον μὲν ὠδινηθείσης δίκην τῶν κυοφορουσῶν, καὶ ἐν τῷ τίκτειν ὑπομενουσῶν ὠδῖνας;

Εἰ δ' οὖν συνέστηκεν ὁ τῶν φυσικῶν λόγος ὁ φάσκων, πρῶτον στοιχεῖον γεγονέναι τὸ ὕδωρ, εἶτα ἐξ ὕδατος καὶ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ὑποστῆναι τὰ λοιπὰ στοιχεῖα, εἴποι ἄν τις τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης γραφῆς σημαίνεσθαι δηλούσης, ὅτι ἦν ὅτε ἐν ἑτέρῳ οὖσα ἡ γῆ στοιχείῳ ἀφανὴς ἦν, κυουμένη καὶ συλλαμβανομένη ἐν τῇ φύσει τῆς ὑγρᾶς οὐσίας· διὸ καὶ ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ εἴρηται· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος· καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου· ἀλλ' ὕστερον ὥσπερ ἀπογεννηθεῖσα προῆλθεν ἐκ τῆς τῶν ὑδάτων οὐσίας, οὐκ ἄνευ θείας δυνάμεως καὶ κρείττονος ἀνάγκης ἐπιτεθείσης αὐτῇ· αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ δημιουργοῦ βούλησις. ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν κυοφορουσῶν γυναικῶν, βίας καὶ ἀνάγκης ἐπελθούσης αὐταῖς, τὸ κατὰ γαστρὸς προάγεται, τοῦ ὡρισμένου χρόνου τῆς ἀποτέξεως ἐπιστάντος, καθ' ὃν ὠδίνουσαι τίκτουσι, τὸν αὐτὸν τρόπον δυνάμει καὶ σοφίᾳ τοῦ τῶν ὅλων

A aut a feris agrestibus pelluntur, muris ad refugium opus habent; cum his autem omnibus homo Dei in præsenti vita concertat; necessario docetur ut refugium, murum, portumque salutare sibi putet esse Dominum; ut sive persequutionis tempore ab inimicis pellamur, sive ab invisibilibus hostibus oppugnemur, sive hominum in nos conspirantium insidiis tentemur, vigilanter ad Dominum nostrum & Deum confugiamus, qui in generatione & generatione invocantium se propugnator & protector est. Pro illo autem, *In generatione & generatione*, clarius

B Symmachus edidit his verbis, *In singulis generationibus*; ac rursum hæc, *Antequam montes fierent, & formaretur terra & orbis*; Aquila & Symmachus similiter sic edunt: *Antequam montes parerentur, & parturiretur terra & orbis*. Videturque mihi Hebraïca lectio physicam rationem reddidisse, docens non ab initio montes unà cum terra exstitisse, sed partuum instar ortos esse: quare dictum est, *Priusquam montes fierent*; aut, *Priusquam*

C *montes parerentur*: ac verisimile est, montes cum parerentur, ac velut infantes e terra emitterentur, non ea qua nunc sunt celsitudine fuisse; sed recens natos, ut infantes nuper ortos, exiguos minimosque exstitisse; diuturnoque ævo incrementum & magnitudinem accepisse. Nam quidam ex physiologis hodieque aiunt, montes crescere, ac petras acceptis longo temporum curriculo modicis, quæ nobis latent, incrementis, majores sensim evadere. Quia vero interpretes, Hebraïcum sequentes, terram & orbem parturi-

D isse dixerunt; num etiam de terra paria iis quæ de montibus cogitare par fuerit, quasi ipsa quoque ex alio elemento procedat, ita ut etiam illa prius, quasi a prægnantibus & in partu dolores patientibus, parturiretur?

Si itaque physicorum sermo constet, qui ait primum elementum fuisse aquam; deinde vero ex aqua & humida substantia, reliqua elementa substitisse; dixerit fortasse quispiam, hoc in præsenti Scriptura significari, ac declarari, fuisse tempus cum terra

E in alio elemento posita, sub adspectum non caderet, quasi utero gestata & concepta in humidæ substantiæ natura. Quare in mundi creatione dicitur: *Terra autem erat invisibilis & incomposita, & tenebræ super abyssum*; sed postremo quasi genita ex aquarum substantia prodiit, non sine divina virtute, sed majori coacta vi & necessitate: hæc vero erat creatoris voluntas. Quemadmodum enim a prægnantibus mulieribus, imminente vi ac necessitate, definito partûs tempore instante, quod in utero erat emittitur, atque illæ cum dolore pariunt; eodem prorsus

Symmachi.

Aquilæ. Symmachi.

Lectio Hebraici exempl.

Gen. 1. 2.

modo universorum opificis vi & sapientia, terram & orbem aquæ protulerunt. Et hoc implebatur quando dixit Deus: *Congregentur aquæ sub cælo in collectionem unam, & appareat arida. Et factum est ita.* Et consideres, quæso, terram in aquis olim absconditam, atque instar luti solutam, & aquarum multitudini commixtam fuisse; ita ut invisibilis & occulta maneret: quapropter dicitur, *Terra autem erat invisibilis & incomposita;* deinde vero ex Dei voluntate compactam & coagulatam fuisse, & postea confertim in lucem editam, in purum aërem emersisse: & animadverte, nihil fere tum intercessisse discriminis inter illam & ea quæ ex utero gignuntur. Cum igitur ex aquis emersa prodiret, tunc gigni & nasci videbatur: ante ortum vero intus in aquis in lutum compacta, & instar limi in propria gravitate subsistens & considens, tunc concipiebatur; demumque quasi ex utero enata, terrenorumque animalium habitaculum effecta est. Verum antequam hæc fierent, & ante mundi constitutionem, tu ipse, inquit, Deus es. Et pulcre quidem non, *tu eras,* ait; sed, *tu es:* nam tu ipse, inquit, eras, es & eris; imo potius idem semper es, & idem es secundum hanc theologiam: *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Non enim fas est de illo dicere, *eras,* aut, *erat,* aut, *erit:* nam illud, præteritum; hoc, futurum tempus significat: quorum nullum Dei nomini convenit; nam ipsi soli competit semper esse. Quamobrem hic accuratissime dictum est, *A sæculo usque in sæculum tu es Deus;* alibi vero, *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient* Observandum autem est hoc in loco, *Domine refugium factus es nobis,* illud, *Domine,* non quatuor literarum vocabulo apud Hebræos exprimi; sed vulgaribus & consuetis elementis, qui etiam in humana appellatione usurpantur, si quando herum quempiam in hominibus dominum vocemus. Nam in præsenti illud, *Adonai,* explicatur *Dominus,* cum quatuor literarum nomen, quod arcanam Dei theologiam significat, in præsenti lectione non compareat; sed Dominus opportune appelletur, ut indicetur curam sollicitudinemque gerere domesticorum suorum, quorum refugium est. Et perpende, num forte ad Deum Verbum hæc doctrina referatur: non enim multum huic sententiæ repugnat hæc lectio, *Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, tu es Deus;* cum hoc Salomonis dictum ex persona Sapientiæ proferatur, *Antequam montes firmarentur, & ante omnes colles gignit me,* queis subindicare videtur incorporeas & Angelicas virtutes, quibus Dei

Gen. 1. 9.

Ibid. 2.

Psal. 101. 28.

Lectio Hebraici exempl.

Prov. 8. 25.

A δημιουργοῦ γῆν καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένην τὰ ὕδατα προηνέγκατο. καὶ τοῦτ᾽ ἐπληροῦτο, ὁπηνίκα εἶπεν ὁ θεός· συναχθήτω τὰ ὕδατα τὰ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. καὶ ἐγένετο οὕτως. θέα γάρ μοι τῇ διανοίᾳ τὴν γῆν ἔνδον ἐν τοῖς ὕδασι πάλαι πρότερον ἐγκεκρυμμένην, τρόπον τε ἰλύος ἀναλελυμένην, καὶ τῷ πλήθει τῶν ὑδάτων ἀνακεκραμένην, ὡς ἀφανῆ εἶναι καὶ ἀόρατον. διὸ λέγεσθαι ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. εἶθ᾽ ὕστερον βουλήσει θεοῦ αὐτὴν συναγομένην πιλοῦσθαι πρότερον καὶ συμπήγνυσθαι, καὶ μετὰ
B ταῦτα ἀθρόως ἀναδοθεῖσαν εἰς φῶς προελθεῖν, καὶ ἀνακύψαι εἰς καθαρὸν ἀέρα. καὶ ἴδε ὡς οὐδὲν τῶν γεννωμένων ἀπὸ γαστρὸς διαφέρειν ἐδόκει τότε. ὅτε μὲν οὖν προβέβλητο τῶν ὑδάτων ἀνακύψασα, τικτομένη καὶ γεννωμένη ἐοίκει· πρὸ δὲ τῆς γεννήσεως ἔνδον ἐν τοῖς ὕδασι συμπηλουμένη πηγνυμένη τε, καὶ δίκην ἰλύος ἐπὶ τὸ οἰκεῖον βάρος ὑφισταμένη καὶ συνιζάνουσα, τὸ τηνικαῦτα συνελαμβάνετο· ὡς ὕστερον δὲ καὶ ὠδινηθεῖσα ἀπετέχθη, καὶ γέγονεν οἰκητήριον τῶν ἐπὶ γῆς ζώων. ἀλλὰ πρὸ τοῦ ταῦθ᾽ οὕτω γενέσθαι, καὶ πρό γε τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως, σὺ φησὶν αὐτὸς εἶ ὁ
C θεός. καὶ καλῶς γε, οὐ σὺ ἦσθα, φησίν, ἀλλά, σὺ εἶ. ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ ἦς, καὶ εἶ, καὶ ἔσῃ· μᾶλλον δὲ ὁ αὐτὸς ἀεὶ ὢν τυγχάνεις, καὶ αὐτὸς εἶ κατὰ τὴν φάσκουσαν θεολογίαν· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. οὐδὲ γὰρ θέμις ἐπ᾽ αὐτοῦ φάναι τὸ, ἦς, ἢ τὸ, ἦν, ἢ τὸ, ἔσται· τὰ μὲν γὰρ τοῦ παρῳχηκότος, τὰ δὲ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι χρόνου δηλωτικὰ τυγχάνει, ὧν οὐδὲν ἁρμόζει τῇ θείᾳ προσηγορίᾳ· μόνον γὰρ αὐτῇ τὸ ἀεὶ εἶναι ἁρμόττει. διὸ σφόδρα ἀκριβῶς ἐνταῦθά τε εἴρηται, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ ὁ θεός· καὶ ἐν ἑτέροις τὸ, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ
D ἐκλείψουσιν. τηρητέον δὲ ὅτι ἐν τῷ, κύριε καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν, τὸ, κύριε, οὐ διὰ τοῦ τετραγράμμου φέρεται παρ᾽ Ἑβραίοις, ἀλλὰ διὰ τῶν κοινῶν καὶ συνήθων γραφομένων στοιχείων, τῶν καὶ ἐπὶ τῆς ἀνθρωπίνης προσηγορίας ταττομένων, εἴποτε τὸν ἐν ἀνθρώποις δεσπότην, κύριον καλοῖμεν. κατὰ τὰ αὐτὰ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸ Ἀδωναῒ ἡρμήνευται εἰς τὸν κύριον, τοῦ τετραγράμμου ὀνόματος, ὃ τὴν ἀπόρρητον τοῦ θεοῦ θεολογίαν σημαίνει, μὴ κειμένου κατὰ τὴν παροῦσαν λέξιν, ἀλλὰ τοῦ δεσπότου μάλιστα εὐκαίρως ὠνομασμένου, εἰς πα-
E ράστασιν τοῦ κήδεσθαι αὐτὸν καὶ φροντίζειν τῶν αὐτοῦ οἰκετῶν, ὧν καὶ καταφυγὴ τυγχάνει. καὶ ὅρα μή ποτε ἐπὶ τὸν θεὸν λόγον ἀναφέρεται ἡ παροῦσα διδασκαλία. οὐδὲ γὰρ μακρὰν ἀπᾴδει ἡ ἐνταῦθα φήσασα λέξις· πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην σὺ εἶ ὁ θεός· τῆς παρὰ Σολομῶνι ἐκ προσώπου τῆς σοφίας φασκούσης, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. δι᾽ ὧν ἔοικεν αἰνίττεσθαι τὰς ἀσωμάτους καὶ ἀγγελικὰς δυνάμεις, ὧν προϋπάρχειν τὸν τοῦ θεοῦ

θεοῦ λόγον καὶ τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ, αὕτη ἡ σοφία διδάσκει.

Μὴ ἀποστρέψῃς ἄνθρωπον εἰς ταπείνωσιν· καὶ εἶπας, ἐπιστρέψατε οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου, ὡς ἡ ἡμέρα ἡ ἐχθὲς, ἥτις διῆλθεν, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτί· τὰ ἐξουδενώματα αὐτῶν, ἔτη ἔσονται. τὸ πρωῒ ὡς ἡ χλόη παρέλθοι, τὸ πρωῒ ἀνθήσαι καὶ παρέλθοι, τὸ ἑσπέρας ἀποπέσοι, σκληρυνθείη καὶ ξηρανθείη· ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου, καὶ ἐν τῷ θυμῷ σου ἐταράχθημεν. ἐπειδὴ Μωσέως ὑπάρχειν τὰς παρούσας φωνὰς ἡ προγραφὴ διδάσκει, πειρώμενος αὐτὰς ἐφαρμόσαι τῷ Μωσέως προσώπῳ, ἐφίστημι, μήποτε λανθάνουσαν διὰ τούτων ὁ λόγος παραδίδωσι προφητείαν Μωσέως. οὐδὲ γὰρ ψαλμὸς εἶναί μοι δοκεῖ, ἀλλ' ὡς ἡ προγραφὴ διδάσκει, προσευχὴ τοῦ Μωσῆ. ζητῶ δὲ κατὰ ποῖον ἄρα καιρὸν ταύτῃ κέχρηται τῇ προσευχῇ Μωσῆς, καὶ εἰ αὐτῷ, ἢ μᾶλλον τῷ λαῷ καταλλήλως τυγχάνει, πότερον τῇ γενεᾷ τῇ κατ' αὐτὸν, καὶ τῷ συνόντι αὐτῷ λαῷ, ἢ τῇ μετ' ἐκείνους διαδοχῇ ἐφαρμοστέον αὐτήν. ὅτι μὲν οὖν οὐκ εἰς αὐτὸν προσήκει τὰ προκείμενα ἀναφέρειν, οἶμαι πάνθ' ὅντιν' οὖν ὁμολογήσειν. πῶς γὰρ δύναται Μωσῆς ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ περὶ αὐτοῦ λέγειν, ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ὅτι ἀνηλώθημεν ἐν τῇ ὀργῇ σου, καὶ ἐν τῷ θυμῷ σου ἐταράχθημεν. ἔθου τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐναντίον σου· καὶ πάλιν, αἱ ἡμέραι ἡμῶν ἐξέλιπον ἐν τῇ ὀργῇ σου· καὶ πάλιν, τίς γινώσκει τὸ κράτος τῆς ὀργῆς σου, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου σου τὸν θυμόν σου; ἀλλ' ὅτι μὲν ταῦτα οὐκ ἂν εἰς τὸν Μωσέα ἀναφέροιτο, οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ πάντα περὶ ὀργῆς θεοῦ εἰρῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ πληθυντικῶς προσενηνέχθαι τὰ εἰρημένα, δῆλόν ἐστιν. εἰκὸς οὖν τινα ἐπὶ τὸν συνόντα αὐτῷ κατὰ τὴν ἔρημον λαὸν ταῦτα ἀναφέρειν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο συγχωρεῖ νοεῖν ὁ λόγος. τί γὰρ καί φησι, τὸ πρωῒ ὡς ἡ χλόη παρέλθοι, τὸ πρωῒ ἀνθήσαι καὶ παρέλθοι· τὸ ἑσπέρας ἀποπέσοι, σκληρυνθείη καὶ ξηρανθείη, ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου. οὐκοῦν οὐ τὸ πρωῒ φησὶν ἐκλελοιπέναι, ἀλλὰ τὸ μὲν πρωῒ ὡς ἡ χλόη παρέλθοι καὶ πάλιν, οὐ κατὰ τὸ πρωῒ ἀποπέσοι οὐδὲ κατὰ τὸ πρωῒ σκληρυνθείη καὶ ξηρανθείη, ἀλλ' ἀνθῆσαι. φησὶν ὁ λόγος, κατὰ τὸ πρωῒ καὶ παρελθεῖν· τὸ δὲ ἀποπεσεῖν καὶ σκληρυνθῆναι καὶ ξηρανθῆναι, ἑσπέρας ἔσεσθαί φησι, λέγων τὸ, ἑσπέρας ἀποπέσοι, σκληρυνθείη καὶ ξηρανθείη· καὶ τὸ, ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου, κατὰ τὸ ἑσπέρας ἔσεσθαι εἴρηται· ἐν τούτῳ γάρ φασιν, ἐξελίπομεν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ πρωῒ ἄνθης γενομένης, καὶ χλόης καὶ προσκαίρου τινὸς ὡραιότητος, κατὰ τὴν ἑσπέραν σκληρυνθεῖσα ἡ χλόη καὶ ἀποξηρανθεῖσα ἡ ἄνθη ἐξέλιπεν. καὶ τὰ μὲν τῆς λέξεως τῆς παρούσης προσευχῆς τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· τὰ δὲ τῆς διανοίας οὐκ ἐπιτρέπει ἐπὶ τοὺς Μωσέως χρόνους καὶ τὴν κατ' αὐτὸν γενεὰν συνάγειν τὰ εἰρημένα. οὐ γὰρ ἑσπέρα ἦν τότε, οὐδὲ τὰ ἔσχατα τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ· ἀρχαὶ δὲ ἦσαν αὐτῶν, καὶ τότε πρῶτον αὐτοῖς

A Verbum & Dei Sapientiam præexsistere docet ipsa Sapientia.

Ne avertas hominem in humilitatem: & 3.
dixisti, Convertimini filii hominum. Quo- 4.
niam mille anni in oculis tuis, tamquam dies
hesterna, quæ præteriit, & custodia in nocte, 5.
quæ pro nihilo habentur eorum, anni erunt. Ma- 6.
ne sicut herba transeat, mane floreat & transeat;
vespere decidat, induret, & arescat. Quia de- 7.
fecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. B Quia has voces Moysis esse docet titulus, dum eas Moysis personæ aptare conor, mecum reputo num his latentem Moysis prophetiam sermo tradat. Neque enim psalmus esse mihi videtur; sed, ut docet inscriptio, oratio Moysis. Quæro autem quo tempore Moyses hac usus oratione sit; & num ipsi, vel potius populo conveniat: num generationi suæ & populo secum versanti, aut subsequenti successioni coaptanda sit. Quod autem hæc ipsi referre non conveniat, apud omnes arbitror in confesso futurum esse. C Qui enim possit Moyses homo Dei de se dicere, *Quia defecimus in ira tua*; vel secundum Symmachum, *Quia consumti sumus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo*; ac rursum, *Dies nostri defecerunt in ira tua*; iterumque, *Quis novit vim iræ tuæ, & a timore tuo iram tuam?* Verum quod hæc ad Moysem non referantur, non solum quia omnia iram Dei exprimunt, sed etiam quia hæc pluraliter proferuntur, manifestum est. Hinc igitur verisimile est, hæc quempiam populo qui cum D ipso in deserto erat, adscripturum esse. At id ne vel cogitare concedit series. Cur enim diceret, *Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat; vespere decidat, induret & arescat; quia defecimus in ira tua.* Itaque non dicit mane defecisse; sed, *Mane sicut herba transeat*; neque rursum ait, *Mane decidat*, neque, *mane induret & arescat*; sed dicitur, *Mane floreat & transeat*; ut autem decidat, induret & arescat, vespere futurum esse ait his verbis, *Vespere decidat, induret, & arescat*; illud quoque, *Quia defecimus in ira tua*, vespere futurum esse dictum est: nam E hoc, inquiunt, tempore defecimus. Quoniam cum mane flores, herba & temporanea quædam species exstitisset, vespere emarcuit herba, & flores exsiccati defecerunt. Et hæc quidem oratio quoad literam ita se habet; sensus vero ad Moysis tempora & ad sui ævi generationem conferri nequit. Neque enim tunc vespera erat, neque extrema populi ex circumcisione tempora venerant; sed tunc exordia ejus erant, & tunc primum ex

Symmachus.

Deo lux orta erat. Quamobrem temporis illius conditio, & Dei inspectio concessa, mane vocata est. Tunc autem vespera fuit illis, cum in consummatione sæculi Verbum, quod hinc ortum erat, occidit illis. Verum tunc quidem ortum est, & matutinum ipsis effecit, cum res ipsorum florerent. Neque sane in veritate permanserunt; sed cum floruissent, transierunt, & umbræ instar aufugerunt: quamobrem dictum est, *Mane sicut herba transeat.* Post Moysis autem obitum, in sequentibus etiam temporibus, in meliorem statum aucti & provecti, non ita remanserunt, sed transierunt: quocirca etiam secundo dictum est, *Mane floreat & transeat.* Postrema vero eorum sub hæc ita significantur, *Vespere decidat, induret & arescat:* nam quod senescit & inveteratur, proxime interitum est. Quod sane illis contigit occidente justitiæ sole, secundum prophetiam quæ ait: *Et occidet sol super prophetas, qui errare faciunt populum meum.* Quemadmodum enim de justis dictum est, *Orietur timentibus Deum sol justitiæ;* sic etiam de impiis dictum est, *Occidet sol super illos;* ac rursum alibi, *Et occidet sol in meridie, & luna non dabit lucem suam.* In consummatione igitur sæculi post Servatoris nostri adventum, cum vespera ipsis advenisset, ac lux veritatis plane occidisset, in ruinam & abjectionem penitus devenerunt, atque hoc oraculum impletum est, *Vespere decidat, induret & arescat. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.* Hisque videtur mihi Moyses orationem concinnare, populi post Salvatoris nostri adventum conditioni consentaneam. Nam propheta cum esset, & divinâ præscientiâ abjectionem eorum ultimam & extremam ruinam prospiceret, salutare ipsis pharmacum ad medelam suggerebat, hanc videlicet orationem, quam in arcanis, ut verisimile est, & extra aliam scripturam suam, iis qui arcana penes se retinere possent tradidit; videturque apud illos diu & privatim eam latuisse, ac demum libro psalmorum necessario insertam fuisse, ne diuturno tempore multis latens & neglecta excideret. Ut igitur servaretur, omnibusque nota maneret, libro psalmorum inserta fuit, etsi psalmus non sit. Neque enim psalmi quidpiam complectitur: psalmus quippe ad lætitiam animi spectat; hæc autem oratio iram & furorem Dei, aliaque tristia commemorat: divinumque numen iis placat, qui lapsi sunt. Moyses quippe hunc propitiandi modum tradit populo, qui post Salvatoris nostri adventum in peccata decidit.

Mich. 3. 6.

Malach. 4. 2.

Amos. 8. 9.

Videturque mihi hanc Moysis orationem, post LXXXVIII. psalmum, & ea quæ ibi de

A ἀνατετάλκει τὸ ἐκ θεοῦ φέγγος. διὸ καὶ τὸ πρωῒ ὠνομάσθη ἡ τοῦτό τε καιροῦ κατάστασις, καὶ ἡ τοῦ θεοῦ εἰς αὐτοὺς ἐπισκοπή. ἑσπέρα δὲ τότε αὐτοῖς γέγονεν, ἡ ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, καθ' ἣν ἔδυ αὐτοῖς ὁ τότε ἀνατείλας λόγος. ἀλλὰ τότε μὲν ἀνατέταλκε καὶ πρωΐαν αὐτοῖς εἰργάζετο, ὅτε καὶ ἤνθει τὰ κατ' αὐτοὺς πράγματα. οὐ παρέμενεν δὲ ἐν τῇ ἀληθείᾳ· ἀλλὰ γὰρ ἀνθήσαντα παρῆλθε, καὶ σκιᾶς δίκην παρέδραμεν. διὸ λέλεκται, τὸ πρωῒ ὡς ἡ χλόη παρέλθοι. μετὰ δὲ τὴν Μωσέως τελευτὴν πάλιν ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἐπιδόντες εἰς αὔξησιν καὶ μείζονα φιλῶ, οὐδὲ οὕτως διέμειναν, ἀλλὰ παρῆλθον. διὸ καὶ δεύτερον λέ- B λεκται, τὸ πρωῒ ἀνθήσαι καὶ παρέλθοι. τὰ δέ γε τελευταῖα αὐτῶν, μετὰ ταῦτα σημαίνεται διὰ τοῦτο, ἑσπέρας ἀποπέσοι καὶ σκληρυνθείη καὶ ξηρανθείη. τὸ γὰρ παλαιούμενον καὶ γηράσκον ἐγγὺς ἀφανισμοῦ. ὃ δὴ καὶ περὶ αὐτοὺς γέγονεν ἐπιδύντος αὐτοῖς τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου, κατὰ τὴν φήσασαν προφητείαν· καὶ δύσεται ὁ ἥλιος ἐπὶ τοὺς προφήτας τοὺς πλανῶντας τὸν λαόν μου. ὥσπερ γὰρ περὶ τῶν δικαίων ἐλέχθη τὸ, ἀνατελεῖ τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν ἥλιος δικαιοσύνης, οὕτω καὶ περὶ τῶν ἀσεβῶν εἴρηται τὸ, δύσεται ὁ ἥλιος ἐπὶ τοῖσδε· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, καὶ δύσεται ὁ ἥλιος με- C σημβρίας, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς. ἐπὶ συντελείᾳ τοίνυν τοῦ αἰῶνος μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν, ὅτε αὐτοῖς ἡ ἑσπέρα ἐπῆλθεν, δύντος αὐτοῖς ὡς ἀληθῶς τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς, ἡ ἔκπτωσις αὐτῶν καὶ ἡ ἀποβολὴ τέλεος ἔτυχεν, καὶ τὸ παρὸν ἐπληρώθη λόγιον φῆσαν, τὸ ἑσπέρας ἀποπέσοι, σκληρυνθείη καὶ ξηρανθείη. ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου, καὶ ἐν τῷ θυμῷ σου ἐταράχθημεν. καί μοι δοκεῖ διὰ τούτων ὁ Μωσῆς προσευχὴν συντάξαι ἁρμόζουσαν τῇ καταστάσει τοῦ λαοῦ, τῇ μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. προφήτης οὖν ὤν, προγνώσει τε D θείᾳ τὸ τέλος αὐτῶν τῆς ἀποβολῆς καὶ τὴν ἐσχάτην ἀπόπτωσιν συνορῶν, φάρμακον αὐτοῖς σωτήριον καὶ θεραπευτικὸν ὑπετίθετο, τὴν παροῦσαν προσευχὴν ἐν ἀπορρήτοις, ὡς εἰκὸς, παραδοὺς αὐτὴν ἔξωθεν τῆς ἄλλης αὐτοῦ γραφῆς τοῖς δυναμένοις τὰ ἀπόρρητα παρ' ἑαυτοῖς κατέχειν, παρ' οἷς καὶ εἰκὸς φυλάττεσθαι αὐτὴν ἰδιαζόντως καὶ λεληθότως μέχρι πολλοῦ· ὕστερον γε μὴν ἐγκαταλεχθῆναι ἀναγκαίως τῇ βίβλῳ τῶν ψαλμῶν, ὡς ἂν μὴ τῷ μακρῷ χρόνῳ διαπέσοι λανθάνουσα τοὺς πολλοὺς καὶ ἀμεληθεῖσα. ἵν' οὖν σώζηται, καὶ παραμένοι γινωσκομένη ὑπὸ πάντων, τῇ βίβλῳ τῶν E ψαλμῶν παρενεβλήθη, μὴ οὖσα ψαλμός. οὐδὲ γὰρ ψαλμοῦ τι περιέχει· θυμηδίας γὰρ ὁ ψαλμὸς, ἡ δὲ παροῦσα προσευχὴ ὀργῆς μνημονεύει καὶ θυμοῦ θεοῦ καὶ ἑτέρων σκυθρωπῶν, ἱλάσκεταί τε τὸ θεῖον ὑπὲρ τῶν ἀποπεπτωκότων· τὸν ἱλασμὸν τοῦτον Μωσέως διὰ τῆς προσευχῆς διδάσκοντος λέγειν τὸν ἀποπεσοῦντα τοῦ θεοῦ λαὸν μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν.

Καί μοι δοκεῖ, οὐκ ἀσκόπως μετὰ τὸν πη'. ψαλμὸν καὶ τὰ δι' αὐτοῦ περὶ τοῦ σπέρματος

Δαυὶδ καὶ τοῦ ἐπηγγελμένου αὐτῷ θρόνου τεθέντος ἡ παροῦσα προσευχὴ Μωσέως συνῆφθαι· μετά τινος δὲ βαθυτέρας θεωρίας αἰνιττομένου τοῦ λόγου ἀπόπτωσιν ἔσεσθαι καὶ ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ προελευσομένου· ὃ δὴ καὶ ἐπισφραγίζεται ἡ τῶν πραγμάτων ἔκβασις. ἀλλὰ γὰρ προσευχὴν αὐτοῖς παραδίδωσιν ὁ Μωσῆς, προφητικῇ δυνάμει ἐφαρμόσας τοὺς ἐν τῇ προσευχῇ λόγους τῷ προσώπῳ τοῦ ἐκπεσόντος καὶ ἀποβληθέντος λαοῦ. ἐπ' αὐτῶν λέγῃ, μὴ ἀποστρέψῃς ἄνθρωπον εἰς ταπείνωσιν· καὶ εἶπας, ἐπιστρέψατε οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, τοῦτόν μοι δοκεῖ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν νοῦν, προσευχομένους λέγειν· ὦ κύριε σὺ κατὰ χρόνους ἡμῖν γέγονας καταφυγὴ καὶ καθ' ἑκάστην γενεάν· πρότερον μὲν γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ τυγχάνουσιν ἡμῖν, καὶ ὑπὸ τοῦ Φαραὼ καὶ τῶν Αἰγυπτίων καταπονουμένοις καταφυγὴ γέγονας. πάλιν δὲ ἐπὶ τῆς ἐρήμου πολεμούμενοι ποτὲ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἀμαλὴκ, ποτὲ δὲ ὑπὸ τοῦ Χαναναίου, σὲ καταφυγὴν ἐσχήκαμεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ὑπὸ ἀλλοφύλοις τε γενόμενοι, πολλάκις τε καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῶν βασιλέων ἡμῶν, καὶ τέλος ἐπὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας, σὲ καταφυγὴν ἔχομεν. καὶ νυνὶ τοιγαροῦν ἱκετεύομεν τῶν ὁμοίων παρά σου τυχεῖν, καὶ σὲ κτήσασθαι καταφυγήν. διὸ δεόμεθα, μὴ ἀποστρέψῃς ἄνθρωπον εἰς ταπείνωσιν· τουτέστι, μὴ ἀποστρέψῃς ἡμᾶς εἰς τελείαν ἀπώλειαν καὶ ταπείνωσιν. σὺ γὰρ τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ εἶπας, καὶ κηρύγματα πᾶσιν ἀνθρώποις ἐξενήνοχας λέγων· ἐπιστρέψατε οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. εἰ δὴ οὖν πάντα τὰ ἔθνη καὶ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων προσκέκληταί σου ἡ φιλανθρωπία, καὶ τοὺς πάλαι ἀποστραφέντας ἀπό σου, καὶ δαίμοσι καὶ πνεύμασι πονηροῖς καταδουλωθέντας ἐπιστραφῆναι ἐπὶ σὲ κελεύεις, μηδὲ ἡμᾶς ἀποστραφῇς, μηδὲ εἰς παντελῆ ἐρήμωσιν καταλείπῃς ἐλθεῖν τοὺς πάλαι σου γενομένους οἰκείους, οἵτινες πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες χειμάρρου δίκην παρεδράμομεν. τὰ γοῦν χίλια ἡμῶν ἔτη ἐν οἷς ἠκμάσαμεν, ταῦτα παρῆλθεν ὡς ἡ ἐχθὲς, ἥτις διῆλθε. γενόμενος δὲ ἐν τούτοις ἐφίσταμαι πῶς εἴρηται τὰ χίλια ταῦτα ἔτη. εἰ μὲν γὰρ ἕνεκεν δοξολογίας τοῦ θεοῦ καὶ εἰς παράστασιν τῆς ἀϊδίου ζωῆς τοῦ θεοῦ, οὐδὲ οἶμαι τὸν λόγον μεγαλοπρεπὲς παρέχειν. οὐδὲ γὰρ τὸν σύμπαντα αἰῶνα, οὐδὲ τὸν ἀπὸ πρώτης κτίσεως τοῦ κόσμου καὶ μέχρι τῆς συντελείας παρατείνοντα χρόνον, ὃ ἀκαρὲς ἡγοῦμαι εἶναι, οὐχ ὅτι τῆς ἡμέρας, ἀλλ' οὐδὲ τῆς βραχυτάτης ὥρας παραθέντι τῆς ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου ζωῆς τοῦ θεοῦ, πρὸ πάντων ὑπάρχοντος αἰώνων, καὶ παρὰ πάντας ἐπινοουμένου καὶ εἰς ἄπειρον ἐκτεινομένου λογισμοῦ, ὑπέρ τε τοὺς μετὰ ταῦτα ἀπεράντους καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας διαρκοῦντος. διόπερ ἕτερον μοι δοκεῖ νῦν ὑποβάλλειν ἡ

A semine David, deque throno illi promisso prænuntiantur, non sine consilio positam fuisse: ac sermonem profundiore quodam speculandi more, futuram Judaïci populi, post adventum ejus qui ex semine David proditurus erat, ruinam & abjectionem subindicare: quod sane rerum eventus obsignat. Atenim orationem ipsis tradit Moyses, prophetica virtute orationis verba personæ populi lapsi & abjecti accommodans. Cum igitur ait, *Ne avertas hominem in humilitatem: Et dixisti, Convertimini filii hominum,* B hanc ipsis doctrinam tradere mihi videtur; ut scilicet precando dicant: O Domine, tu variis temporibus refugium nobis factus es per singulas generationes: nam primo cum in Ægypto versaremur, atque a Pharaone & Ægyptiis opprimeremur, refugium nobis fuisti; iterumque in deserto oppugnati cum ab Amalecitis tum a Chananæis, te in subsidium ac refugium habuimus; imo etiam cum ingressi in terram promissionis Allophylis subacti essemus, ac plerumque postea sub regibus nostris, demum in Baby- C lonica captivitate, refugio nobis fuisti. Et nunc itaque supplicamus paria abs te consequi, teque in refugium nostrum obtinere: quare rogamus, *Ne avertas hominem in humilitatem;* hoc est, Ne avertas nos ad extremam ruinam & humilitatem. Tu namque vi tui erga homines amoris hæc dixisti, atque omnibus hominibus hanc prædicationem adtulisti dicens, *Convertimini, filii hominum.* Si itaque clementia tua omnes gentes, omnesque filios hominum evocavit, & si eos qui olim abs te aversi, ac dæmonibus D spiritibusque malignis subditi erant, ad te converti jubes; ne nos averseris, neque in extremam ruere vastitatem sinas, qui olim tui fuimus, ac cum tantillum temporis floruissemus, torrentis instar transivimus. Nam mille anni nostri, quis bene rem gessimus, transierunt sicut dies hesterna, quæ præteriit. Hic vero perpendere libet, cur hi mille anni memorentur. Si enim dicatur hæc ad gloriam Dei esse, & ad sempiternam Dei vitam declarandam, nihil magni hoc puto sermone proferri. Etenim nec omne sæculum, E neque etiam totum illud tempus quod a prima mundi creatione usque ad ejus consummationem, vel pro tantillo, non dicam unius diei, sed unius brevissimæ horæ spatio, habendum esse puto, si comparetur cum illa sine principio & generatione vita Dei, qui ante omnia sæcula exsistit, necnon ante omnem cogitationem vel in infinitum extensam; quique omnia futura, infinita & interminata sæcula duratione excedit. Quamobrem aliam mihi sententiam videtur hæc

oratio suggerere, cum populum ad hæc dicenda instituit: *Quoniam mille anni in oculis tuis, tamquam dies hesterna, quæ præteriit, & custodia in nocte.* Veneranda ergo illa quæ in Jerusalem erant, quibus tota gens illa florebat & multo dierum curriculo bene rem gerebat, quasi in luce degens; hæc, inquam, pro mille annis habenda. Nam annis mille dumtaxat cultus hoc in loco statutus, duravit & constitit: qui anni hoc pacto numerantur. A prima Templi fundatione & temporibus Salomonis, ad usque Babyloniorum obsidionem, anni computantur quadringenti triginta duo. Post hæc autem cum locus in solitudinem versus esset, rursum Jesus & Zorobabel filius Salathiel, anno secundo Darii Persæ, domum restaurarunt. Ab illo autem tempore usque ad quintum-decimum annum Tiberii Cæsaris, colliguntur anni quingenti quadraginta & octo; ita ut omnes ad summam nongentorum & octoginta supputentur. Post insidias vero ab iis contra Salvatorem nostrum structas, tumultibus & seditionibus agitata civitas, adhuc quadraginta annis permansit: quibus elapsis, accessit extrema eorum pernicies, & ultima obsidio, Tito & Vespasiano Imperatoribus, a Romanis facta.

Hi itaque mille anni erant, de quibus dicitur, *Tamquam dies hesterna quæ præteriit.* Nam illos annos ceu præteritos & elapsos deplorant, qui in oratione Deum placare conantur; imo etiam quasi nocturnam custodiam, annos illos effluxisse dicunt. Nam Moysis lex lucerna erat in nocte splendens ipsis; prophetæ item qui post Moysem fuerunt, lucernæ erant, sive stellæ in nocte fulgentes, cum nondum lux solaris, id est, salutaris Verbi, propriam diem ac meridiem omnibus gentibus lucere fecisset. Custodia vero nocturna, quoddam noctis tempus vocatur. Hoc porro intelligas ex Evangelio,

Matth. 14. 25. in quo dictum est: *Quarta autem custodia noctis venit Jesus ambulans supra mare;* ac

Matth. 24. 43. rursum, *Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret.* Hi ergo mille anni non modo diei, quæ præteriit nec ultra exsistit, conferuntur; sed etiam modicæ noctis parti; ita ut non integra nox, sed ejus pars declaretur, in qua custodiam corporei legis cultus observabant. Sub hæc dicitur: *Quæ pro nihilo habentur eorum, anni erunt.* Horum mihi hæc videtur sententia esse: anni eorum pro nihilo erunt. Non enim ulterius anni illi in honore erunt, non curandi, non necessarii habebuntur; sed despecti ac pro nihilo reputati erunt. Quomodo autem anni eorum pro nihilo reputandi sint, deinceps declarat dicens: *Mane sicut herba transeat, mane flo-*

A παρῳδοῦσα προσευχὴ, διδάσκουσα τὸν λαὸν λέγειν· ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου, ὡς ἡ ἡμέρα ἡ ἐχθὲς, ἥτις διῆλθε, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτί. τὰ γοῦν σεμνὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐν οἷς τὸ πᾶν ἔθνος αὐτῶν ἤκμασέ τε καὶ ἤνθησεν ἐν ἡμέραις, ὥσπερ καὶ φωτὶ γέγονεν, ταῦτ᾽ ἦν τὰ χίλια ἔτη. ἐπὶ μόνοις γὰρ χιλίοις ἔτεσι συνέστηκε καὶ διήρκεσε τὰ τῆς ἐν τόπῳ λατρείας, ἃ δὴ καὶ ἀριθμεῖται τοῦτον τὸν τρόπον. ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης τοῦ ἱεροῦ κατασκευῆς καὶ τῶν Σολομῶνος χρόνων μέχρι τῆς ὑπὸ Βαβυλω-

B νίων πολιορκίας, ἔτη συνάγεται υλβʹ. μετὰ δὲ ταῦτα εἰς ἔρημον περιστάντος τοῦ τόπου, αὖθις Ἰησοῦς καὶ Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου τοῦ Πέρσου ἀνανεοῦσιν τὸν οἶκον. ἐξ ἐκείνου τε καὶ ἐπὶ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου Καίσαρος, ἔτη συνάγεται φμηʹ. ὥστε εἶναι τὰ πάντα ϡπʹ. διέμεινέ τε χειμαζομένη καὶ ἀστατοῦσα ἡ πόλις μετὰ τὴν κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλὴν αὐτῶν ἑτέροις ἔτεσι μʹ. μεθ᾽ ἃ ὁ παμπελὴς αὐτοὺς μετῆλθεν ὄλεθρος καὶ ἡ ὑστάτη πολιορκία, ἡ ὑπὸ Ῥωμαίων γενομένη κατὰ Τίτον καὶ Οὐεσπασιανὸν αὐτοκράτορας.

C

Ταῦτ᾽ οὖν ἦν τὰ χίλια ἔτη περὶ ὧν εἴρηται, ὡς ἡ ἡμέρα ἡ ἐχθὲς ἥτις διῆλθε. διελθόντα γὰρ ταῦτα καὶ μηκέτι ὄντα ἀποκλαίονται οἱ διὰ τῆς προσευχῆς τὸν θεὸν ἱλεούμενοι· ἀλλὰ καὶ ὡς φυλακὴν νυκτερινὴν, ταῦτά φασιν τὰ χίλια ἔτη παρεληλυθέναι. λύχνος γὰρ ἦν, ὁ Μωσέως νόμος ἐν νυκτὶ φαίνων αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ οἱ προφῆται, οἱ μετὰ Μωσέα, λύχνοι ἦσαν ἢ καὶ ἀστέρες ἐν νυκτὶ φαί-

D νοντες, οὔπω τοῦ φωτὸς τοῦ ἡλιακοῦ, τουτέστι τοῦ σωτηρίου λόγου, τὴν οἰκείαν ἡμέραν τε καὶ μεσημβρίαν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐπιλάμψαντος. φυλακὴ δὲ νυκτερινὴ καιρός ὠνόμασται τῆς νυκτός. τοῦτο δὲ νοήσεις ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου, ἐν ᾧ εἴρηται, τετάρτη δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης. καὶ πάλιν, εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται. δηλοῦται τοίνυν τὰ χίλια ἔτη, οὐχ ὡς ἡμέρα ἡ παρελθοῦσα, καὶ μηκέτ᾽ οὖσα μόνον· ἀλλὰ καὶ ὡς βραχύ τι μόριον νυκτὸς, ὡς μηδὲ ὅλην νύκτα νοῆ-

E σαι, ἀλλὰ μέρος τι ταύτης, ἐν ᾧ τὴν φυλακὴν τῆς σωματικῆς τοῦ νόμου λατρείας περιέσῳζον. τούτοις ἑξῆς εἴρηται· τὰ ἐξουδενώματα αὐτῶν, ἔτη ἔσονται. δοκεῖ μοι καὶ ἡ τούτων διάνοια τοιαύτη τις εἶναι· τὰ ἔτη αὐτῶν ἐξουδενώματα ἔσονται. οὐκ ἔτι γὰρ ἔντιμα ἔτι, οὐδὲ σπουδαῖα καὶ ἀναγκαῖα, ἀλλ᾽ ἐξουθενημένα καὶ εἰς τὸ μηδὲν λελογισμένα γενήσεται. πῶς δὲ εἰς οὐδὲν λελογισμένα γενήσεται αὐτῶν τὰ ἔτη, διασαφεῖ λέγων ἑξῆς· τὸ πρωῒ ὡς ἡ χλόη παρέλθοι, τὸ πρωῒ ἀνθήσαι καὶ

παρέλθοι· τὸ ἑσπέρας ἀποπέσοι, σκληρυνθείη καὶ ξηρανθείη, ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου. πάλαι μὲν οὖν φησίν, ὅτε ἀρχὰς εἶχεν τὰ καθ' ἡμᾶς καὶ ἐν πρωΐᾳ ἦμεν, γεγόναμεν ὡς ἡ χλόη· ἀλλὰ παρελθούσης ἐκείνης τῆς γενεᾶς, παρῆλθεν ἡ χλόη. μετὰ ταῦτα δὲ ἐξηνθήσαμεν, μεῖζόν τε καὶ πλέον τῆς χλόης ἐσχήκαμεν, ὥστε καὶ ἄνθος ἐν ἡμῖν εὑρεθῆναι· καὶ τοῦτο δὲ παρῆλθε τὸ ἄνθος. ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν καιρῶν, δύντος ἡμῖν παντελῶς τοῦ φωτός, καὶ ἑσπέρας ἡμᾶς καταλαβούσης, ἀποπεπτώκαμεν σκληρυνθέντες καὶ ξηρανθέντες, καὶ ταῦτα πεπόνθαμεν ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου, καὶ ἐν τῷ θυμῷ σου ἐταράχθημεν. δύναται δὲ καὶ καθ' ἑτέραν διάνοιαν φυσικὸν λόγον ἀποδιδόναι διὰ τούτων ἡ λέξις, ὡς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἐν μὲν τῇ νεότητι δίκην ἁπαλῆς χλόης βλαστούσης· μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς ἡλικίας ἀνθούσης· εἶθ' ὕστερον ἐπὶ γήρως οὐδῷ ἀποπιπτούσης, οὐκ ἄλλως ἢ πρότερον σκληρυνομένης κατὰ τὸ γῆρας, ἔπειτα παντελῶς ξηραινομένης. ἑσπέραν δὲ σημαίνεσθαι τὰ τελευταῖα τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς.

Ἔθου τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐναντίον σου· ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου. ὅτι πᾶσαι αἱ ἡμέραι ἡμῶν ἐξέλιπον, καὶ ἐν τῇ ὀργῇ σου ἐξελίπομεν· ὁ Σύμμαχος, προσέθηκας τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἄντικρύς σου, τὰς ἀμελείας ἡμῶν φαίνεσθαι τῷ προσώπῳ σου. πᾶσαι γὰρ αἱ ἡμέραι ἡμῶν διέδρασαν, ἐν τῷ χόλῳ σου ἀνηλώθημεν. καὶ ταῦτα λέγειν ἁρμόζει τῇ παρούσῃ καταστάσει τοῦ λαοῦ τοῦ ἐκ περιτομῆς. νῦν γὰρ ὡς ἀληθῶς πᾶσαι αἱ πρότεραι ἡμέραι αὐτῶν ἐξέλιπον, ὅτε ἡ ἑσπέρα αὐτοὺς κατέλαβε, καὶ ὅτε ἐξέλιπον ἐν τῇ ὀργῇ τοῦ θεοῦ. ἐπειδὴ πάλαι μὲν παρῄει καὶ ὑπερέβαινεν τὰς ἀνομίας αὐτῶν, μετὰ δὲ τὴν κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐπιβουλὴν ἐπληροῦτο εἰς αὐτοὺς τό, οὐκ ἔτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. διό φησιν· ἔθου τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐναντίον σου, καὶ ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου. ἀνθ' οὗ σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἀπέδωκεν εἰπών· τὰς ἀμελείας ἡμῶν φαίνεσθαι τῷ προσώπῳ σου. τὰ ἔτη ἡμῶν ὡσεὶ ἀράχνη ἐμελέτων. αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ο΄ ἔτη. ἐὰν δὲ ἐν δυναστείαις ὀγδοήκοντα ἔτη, καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος. ἐνταῦθα κατὰ καιρὸν παραθετέον τὴν Ἡσαΐου προφητείαν, δι' ἧς φησιν· ᾠὰ ἀσπίδων ἔρρηξαν καὶ ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι. ταῦτα δὲ ἐθέσπιζεν ὁ προφήτης, ἀναπέμπων τὸν λόγον ἐπὶ τὴν κατάστασιν τοῦ λαοῦ τὴν μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, καθ' ἣν οἱ ἄρχοντες αὐτῶν δίκην ὄρνιθος τικτούσης τὰ ἑαυτῶν ἀπογεννώμενα τοσαῦτα προεβάλλοντο, ὡς ἀσπίδος ὁμοιοῦσθαι γεννήμασι, διὰ τὸν ἐνιέμενον ὑπ' αὐτῶν τῆς κατὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν βλασφημίας ἰὸν καὶ τῆς ἄλλης εἰς αὐτὸν ἀπιστίας. πάλαι μὲν οὖν ὕφαινον χιτῶνας τῷ ἀρχιερεῖ καὶ στολὰς ἁγίας· νῦν δὲ πᾶσαν τὴν ὕφην αὐτῶν καὶ τὴν διὰ τοῦ λόγου κατασκευαζομένην διδασκαλίαν,

reat & transeat; vespere decidat, induret & arescat, quia defecimus in ira tua. Olim quidem, ait, quando res nostræ exordium ducebant, & in matutino eramus, quasi herba fuimus: sed cum illa generatio præteriisset, herba transiit. Sub hæc autem floruimus, & amplius quid ac majus quam herbam nacti sumus, ita ut flos in nobis reperiretur: at hic quoque flos præteriit. Extremis vero temporibus, occidente prorsus nobis lumine, cum nos vespera occupasset, excidimus prorsus exsiccati & arefacti; idque perpessi sumus, *quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.* Secundum aliam vero sententiam potest dicti hujus physica ratio adferri; quod scilicet humana natura in juventute instar herbæ teneræ pullulet: postea vero in ætatis vigore floreat; postremo autem in senectutis limine decidat, nec alio modo, quam quia primum præ senectute indurata fuerat, ac postea penitus exsiccata; & quod vesperá significentur extrema vitæ humanæ.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui. 8.
Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. Symmachus, *Adposuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, negligentias nostras ut appareant vultui tuo. Omnes enim dies nostri aufugerunt, in ira tua absumti sumus.* Hæc in præsenti conditione populi ex circumcisione dicere convenit. Nunc enim omnes eorum pristini dies vere defecerunt, cum vespera illos occupavit, & cum defecerunt in ira Dei. Quoniam olim quidem iniquitates eorum prætermittebat & prætergrediebatur; sed post eorum in Servatorem conspirationem implebatur illud, *Non ultra feram peccata vestra*; ideo ait, *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo*, & *seculum nostrum in illuminatione vultus tui.* Pro quo clarius Symmachus edidit, *Negligentias nostras ut apparerent vultui tuo. Anni nostri sicut aranea meditabantur. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.* Hic opportune adjiciatur Hesaiæ prophetia, qua ait, *Ova aspidum eruperunt, & telam araneæ texunt.* Hæc porro vaticinatus est propheta, sermonem ad populi post adventum Salvatoris nostri statum referens, quo principes eorum ceu gallina pariens, eam emittebant prolem, quæ ob immissum ab illis virus blasphemiæ in Christum, & ob reliquam circa illum incredulitatem, posset aspidum fœtui comparari. Olim quidem sacerdoti texebant vestes, & stolas sanctas; nunc autem totam eorum texturam, & totam apparatam illam verbi doctrinam,

Margin notes: 9. — Symmachi. — Symmachi. — 10. — Hesai. 59. 5.

quam per divinarum scripturarum complicationem & texturam producunt, araneæ telis confert propheticus sermo. Quapropter ait, *Telam araneæ texunt.* Præsens quoque psalmus ex eorum persona confessionem emittens, ait, *Anni nostri sicut aranea meditabantur.* Aperte namque meditationes Scripturarum in quibus ætatem conterunt, & deuteroses, sive secundas traditiones eorum, quibus telas quasdam doctrinæ videntur adornare, araneæ opificio comparat. Imo etiam vitam suam, temporaneam solum esse dicunt, septuaginta vel octoginta annis circumscriptam. Id porro aiunt de æterna & futura vita, quæ religiosis viris promittitur, desperantes.

11. *Quoniam supervenit mansuetudo, & eru-*
12. *diemur. Quis novit potestatem iræ tuæ, & præ*
timore tuo furorem tuum dinumerare? dexte-
ram tuam sic notam fac, & eruditos corde in
sapientia. Pro illo, *Quoniam supervenit man-*
Symmachi. *suetudo, & erudiemur,* Symmachus ait, *Suc-*
cisi enim, repente avolamus. Superius memoratæ sententiæ hic sermo insistit. Nam ait, anni nostri hujus temporaneæ vitæ in septuaginta vel octoginta annorum numerum producuntur: & hæc nostra spes est, post quam nulla alia nos excipiet. Succisi enim repente in tempore obitus, avolamus: postea vero quid nos excepturum sit quis novit? Quis enim explicare potest, aut quis accurate nosse potest ac dicere, quæ sit ira illa, quæ post hanc vitam peccatores invasura est? Ideo ait, *Quis novit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam?* Quis dinumerare potest dexteram tuam? Sed tu Deus hic nobis dexteram tuam notam fac, ut possimus illam intelligere, & virtutes ejus dinumerare. Dexteram porro Dei, Christum ejus esse plerumque docuerunt sacræ literæ. Illi itaque jam memorati instituuntur, ut post confessionem conferri sibi precentur, primo Dei mansuetudinem, ut ab illa erudiantur; deinde dexteram ejus, scilicet cognitionem Christi ipsius, & mirabilium ejus virtutum, ut horum notitiâ meliores evadant, & ut mente eruditi, Dei sapientiæ consortes sint: Christus autem est Dei
1. Cor. 1. 24. virtus & Dei Sapientia.

13. *Convertere Domine usquequo, & depre-*
14. *cabilis esto super servos tuos. Repleti sumus*
mane misericordia tua, & exsultavimus &
15. *delectati sumus omnibus diebus nostris. Lætati*
sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis
16. *quibus vidimus mala. Et respice in servos tuos*
17. *& in opera tua, & dirige filios eorum: & sit*
splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige. Post confessionem

A ἣν διὰ τῆς τῶν θείων γραφῶν συμπλοκῆς τε καὶ ὑφάνσεως προβάλλονται, ἀράχνης ὑφάσματι παρείκασεν ὁ προφητικὸς λόγος. διό φησιν, ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι. καὶ ὁ παρὼν δὲ ψαλμὸς τὴν ἐκ προσώπου αὐτῶν περιέχων ἐξομολόγησιν, φησὶ, τὰ ἔτη ἡμῶν ὡς ἀράχνη ἐμελέτων. ἄντικρυς γὰρ τὰς μελέτας τῶν γραφῶν ἐν αἷς κατατρίβονται, καὶ τὰς δευτερώσεις, δι' ὧν ὑφάσματά τινα διδασκαλίας δοκοῦσιν ἀπεργάζεσθαι, ἀράχνης ἀπείκασεν ἔργοις. ἀλλὰ καὶ τὴν ζωὴν αὐτῶν μόνην φασὶν εἶναι τὴν πρόσκαιρον ἐν ο΄. καὶ π΄. ἔτεσι συμπεραιουμένην. B τοῦτο δέ φασι τὴν αἰώνιον καὶ μέλλουσαν ζωὴν τὴν τοῖς θεοφιλέσιν ἐπηγγελμένην ἀπεγνωκότες.

Ὅτι ἐπῆλθε πραΰτης καὶ παιδευθησόμεθα. τίς γινώσκει τὸ κράτος τῆς ὀργῆς σου, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου σου τὸν θυμόν σου ἐξαριθμήσασθαι; τὴν δεξιάν σου οὕτως γνώρισον, καὶ τοὺς πεπαιδευμένους τῇ καρδίᾳ ἐν σοφίᾳ. ἀντὶ τοῦ, ὅτι ἐπῆλθε πραΰτης καὶ παιδευθησόμεθα, ὁ Σύμμαχος φησί· τμηθέντες γὰρ ἄφνω ἐκπεταννύμεθα. ἔχεται δὲ τῆς προδηλωθείσης διανοίας καὶ ὁ παρὼν λόγος. τὰ γὰρ ἔτη ἡμῶν φησι τὰ τῆς προσ- C καίρου ζωῆς εἰς ο΄. καὶ π΄. ἀριθμὸν ἐτῶν συντείνει· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμῶν ἐλπὶς, μεθ' ἣν οὐδεμία ἄλλη ἡμᾶς διαδέξεται· τμηθέντες γὰρ ἄφνω κατὰ τὴν τελευτὴν, ἐκπεταννύμεθα· μετὰ δὲ ταῦτα τί ποτε ἡμᾶς διαδέξεται, τίς οἶδεν; τίς γὰρ ἑρμηνεῦσαι δύναται, ἢ καὶ ἀκριβῶς γνῶναι καὶ ἐξειπεῖν, ὁποία τίς ἐστιν ἡ μετὰ ταῦτα τοῖς ἁμαρτωλοῖς καταληψομένη ὀργή; διό φησι, τίς γινώσκει τὸ κράτος τῆς ὀργῆς σου, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου σου τὸν θυμόν σου; τίς δὲ οἷός τε ἐστὶν ἐξαριθμήσασθαι τὴν δεξιάν σου; ἀλλὰ σύ γε ἡμῖν ὁ θεὸς ἐντεῦθεν ἤδη γνώρισον τὴν δεξιάν σου, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς νοεῖν τε αὐτὴν καὶ D τὰς δυνάμεις αὐτῆς ἀπαριθμεῖσθαι. δεξιὰν δὲ θεοῦ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ πολλάκις ἐδίδαξαν οἱ ἱεροὶ λόγοι. παιδεύονται τοίνυν οἱ δηλούμενοι μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν εὔχεσθαι καταξιωθῆναι, πρῶτον μὲν τῆς τοῦ θεοῦ πραΰτητος, ὡς ἂν παιδευθεῖεν δι' αὐτῆς· ἔπειτα τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, δηλαδὴ τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, τῶν τε παραδόξων αὐτοῦ δυνάμεων, ὡς ἂν βελτίους αὐτοὶ γένωντο ἀπὸ τῆς τούτων γνώσεως· καὶ ὡς ἂν παιδευθέντες τὴν διάνοιαν, μετάσχοιεν τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας. Χριστὸς δὲ θεοῦ δύναμις, καὶ θεοῦ σοφία.

E Ἐπίστρεψον κύριε ἕως πότε, καὶ παρακλήθητι ἐπὶ τοῖς δούλοις σου. ἐνεπλήσθημεν τὸ πρωῒ τοῦ ἐλέους σου καὶ ἠγαλλιασάμεθα καὶ εὐφράνθημεν ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ἡμῶν. εὐφράνθημεν, ἀνθ' ὧν ἡμερῶν ἐταπείνωσας ἡμᾶς, ἐτῶν ὧν ἴδομεν κακά. καὶ ἴδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου καὶ ἐπὶ τὰ ἔργα σου, καὶ ὁδήγησον τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ ἔστω ἡ λαμπρότης κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ τὸ ἔργον τῶν χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον. ἀκολούθως μετὰ τὴν

ἐξομολόγησιν τὴν διὰ τῶν προτεταγμένων παραδοθεῖσαν, ἐπὶ τὴν προσευχὴν ὁ Μωσῆς διδάσκει τοὺς μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν ἀποπεπτωκότας τοῦ Ἰσραήλ, εἰς τὸ λέγειν αὐτοὺς προσευχομένους, μετὰ τῶν ἀποδοθέντων, καὶ τὰ προκείμενα· ὧν τὴν διάνοιαν σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, τοῦτον ἀποδοὺς τὸν τρόπον· Ἐπιστράφηθι κύριε ἕως πότε, παρακλήθητι ὑπὲρ τῶν δούλων σου. χόρτασον ἡμᾶς ὀρθρινοῦ ἐλέους σου, ἵνα ὑπνώσωμεν καὶ εὐφρανώμεθα ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ἡμῶν. εὔφρανον ἡμᾶς πάσας ἡμέρας ἃς ἐκάκωσας ἡμᾶς, ἔτη ἐν οἷς ἴδομεν κακά. Φανήτω παρὰ τοῖς δούλοις σου τὰ ἔργα σου, καὶ τὸ ἀξιοπρεπὲς ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν· καὶ ἔστω τὸ κάλλος κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐπάνω ἡμῶν, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ἡμῶν ἑδραῖα ποίησον ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τὴν πρᾶξιν τῶν χειρῶν ἡμῶν ἐπιτέλεσον. διδάσκει δὲ διὰ τούτων αἰτεῖσθαι τυχεῖν τοῦ ὀρθρινοῦ ἐλέους, ὡς ἂν καταξιωθεῖεν τῆς ἀνατολῆς τοῦ σωτῆρος. τὸ ὀρθρινὸν γὰρ ἔλεος Χριστοῦ τὸ ἐπὶ πάντας ἀνατεῖλαν ἀνθρώπους. ὡς γὰρ πάλαι γέγονε πρωΐα τῷ προτέρῳ λαῷ κατὰ τὴν ἐπισκοπὴν ἧς κατηξιώθησαν ἐν Αἰγύπτῳ διατελοῦντες, οὕτως ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τὸ ὀρθρινὸν ἔλεος τοῖς πᾶσιν ἐξέλαμψε τοῖς ἔθνεσι διὰ τῆς σωτηρίου ἀνατολῆς, ἧς καταξιωθῆναι διδάσκονται οἱ δηλωθέντες διὰ τῆς προσευχῆς αἰτεῖν· ἀλλὰ καὶ λέγειν μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ ἔστω ἡ λαμπρότης κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ φανήτω παρὰ τοῖς δούλοις σου τὰ ἔργα σου καὶ τὸ ἀξιοπρεπές σου, καὶ τὸ κάλλος κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν· ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ καταξιωθεῖεν τῆς σωτηρίου θεοφανείας, καὶ τῆς ἐνθέου δόξης αὐτοῦ, τοῦ τε κάλλους, περὶ οὗ εἴρηται, ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων τῶν κατὰ τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ ἐπινοουμένων ἀγαθῶν.

A in præcedentibus traditam, congruenter Moyses orandi modum tradit iis ex Israële, qui post Salvatoris nostri adventum lapsi sunt, ut post præmissa, hæc, quæ jam traduntur, precando dicant: quorum sententiam clarius interpretatus Symmachus est hoc pacto: *Convertere, Domine, usquequo: deprecabilis esto super servos tuos. Satia nos matutina misericordia tua, ut dormiamus & lætemur omnibus diebus nostris. Lætifica nos omnibus diebus, quibus nos adflixisti, annis in quibus vidimus mala. Appareant apud servos tuos* B *opera tua, & dignitas super filios nostros: & sit pulcritudo Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum firma fac super nos, & actionem manuum nostrarum perfice.* His porro docet, ut matutinam misericordiam consequi postulent, ut ortu Salvatoris dignentur. Matutinam quippe misericordiam Christi eam dicit esse, quæ ad omnes homines oritur. Nam ut olim priori populo matutinum tempus fuit, quo in Ægypto degens inspectione donatus est; sic in novissimo dierum matutina misericordia omnibus genti- C bus effulsit per salutarem orientem, quam memorati illi homines postulare docentur in oratione; imo etiam inter alia dicere, *Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & appareant apud servos tuos opera tua, & dignitas tua, & pulcritudo Domini Dei nostri*; ut & ipsi divina Salvatoris præsentia dignentur, necnon divina ejus gloria ac pulcritudine, de quo dictum est, *Speciosus forma præ filiis hominum*, ac insuper cæteris omnibus bonis quæ in Christo Dei intelligi possunt.

Symmachi.

Psal. 44. 3

Ϟ'. D XC.

Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου, ἐν σκέπῃ τοῦ θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται. ἀνεπίγραφος ὁ ψαλμός. μή ποτε δὲ οὔτε ψαλμὸς τυγχάνει, ἀλλά τις προφητεία βαθυτέρους περιέχουσα λόγους περὶ Χριστοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τελουμένων. πολλὴν δὲ ἀσυμφωνίαν ἔχει τὰ προκείμενα πρὸς τὴν ἀνωτέρω ψαλμοῦ τὴν ἀκολουθίαν. ὁ μὲν γὰρ τὴν ἐσχάτην ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους διὰ τῆς Μωσέως προσευχῆς ἐθέσπιζεν· ὁ δὲ παρὼν τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰ πειρατήρια τοῦ κατὰ κύριον τελουμένου περιέχει· ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ πειρασμὸν προφητεύει, ὅτε ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ πνεύματος εἰς τὴν ἔρημον πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ τὴν ἐπὶ πᾶσι νίκην αὐτοῦ. τί δὴ οὖν φησὶν ὁ προφητικὸς λόγος; ὁ μὲν πρότερος λαὸς ὁ διὰ τῆς προηγουμένης

Qui habitat in adjutorio Altissimi, in tegumento Dei cæli commorabitur. Hic psalmus inscriptione caret. An forte neque psalmus est, sed prophetia quædam profundiores de Christo ac de iis, quæ in ipso consummata sunt, sermones complectens? Hæc porro quæ jam tractamus multam habent cum præcedenti psalmo discrepantiam. Nam ille quidem per Moysis orationem, extremam E Judaïcæ gentis abjectionem vaticinabatur; hic vero certamina & tentationes ejus qui secundum Dominum consummatur, complectitur; imo etiam Salvatoris nostri in deserto tentationem prænuntiat, quando adsumtus est a Spiritu in desertum, ut tentaretur a diabolo, prædicitque ejus in omnibus victoriam. Quid itaque ait propheticus sermo? Prior quidem populus, qui in præ- 1.

cedenti Moysis oratione plorabat, hæc confitebatur, *Quia defecimus in ira tua*, & cætera, quæ ibidem declarantur; populus vero qui post illum a Deo per Christum constituendus erat, adjutorio Altissimi confisus, in ipsoque semper habitans, perturbatione & commotione vacuus manet; utpote qui sub tegumento Dei sedes habeat: tentationumque nullam aversabitur, sed in sin-
2. gulis *dicet Domino, Susceptor meus es tu & refugium meum, Deus meus, sperabo in eum.* Pro illo autem, *Qui habitat in adjutorio Al-*
Symmachi. *tissimi*, Symmachus, *Qui habitat sub tegu-*
Aquilæ. Quintæ. *mento Altissimi*; Aquila vero & Quinta editio, *Qui sedet in abscondito Altissimi*, ediderunt. Quo significatur ejus, qui secundum Deum in Christo concertat, firmitas & imperterritus animus, & quomodo in recessu animæ ejus habitet sedeatque adjutor ejus Altissimus. Rursumque, pro illo, *In tegu-*
Aquilæ. *mento Dei cæli commorabitur*, Aquila, *In tegumento fortis commorabitur*; Symmachus
Symmachi. autem, *Sub umbra fortis pernoctans*, interpretati sunt. Sed hæc quidem quasi in proœmiis Spiritus sanctus loquutus est: quæ sequuntur autem ad eum dirigit, totumque sermonem ad ejus personam refert, qui pro Christo concertat ac superat; sive etiam ad hominem qui in Salvatore esse intelligitur, quo ceu instrumento usum est Dei Verbum quod præexsistebat. Etenim ille in adjutorio Altissimi habitans, sub tegumento inhabitantis in se Dei Verbi commorabatur, qui deitate sua ipsum inumbrabat; atque is in susceptorem, refugium & spem habebat ipsam Dei Verbi virtutem, qua replebatur. Quemadmodum autem Christi corpus, humanum illius instrumentum erat; sic & populus ejus, Christi corpus a S. Apostolo vocatur his
1. Cor. 12. 27. verbis: *Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte.*

Merito igitur quæ hic quasi de corpore Christi dicuntur, etiam ad humanitatem Salvatoris nostri referantur, atque ad eum qui in ipso consummatus est. Quæ cum hac ratione dicta sint, deinceps enarratur, quanta a Deo conferenda sint in eum, qui habitat in adjutorio Altissimi, & sub tegumento Dei com-
2. moratur, ac dicit Domino, *Susceptor meus es, & refugium meum, Deus meus, sperabo in eum.* Quænam autem illi conferenda sint
3. in sequentibus narrat: *Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, & a verbo tur-*
4. *bulento. In scapulis suis obumbrabit tibi, &*
5. *sub pennis ejus sperabis. Scuto circumdabit te*
6. *veritas ejus, non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, a ruina & dæmonio meridiano.*
7. *Cadent a latere tuo mille, & decem millia a*

A Μωσέως προσευχῆς ἀποκλαιόμενος, ὡμολόγει φάσκων, ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου, καὶ τὰ λοιπά, ὅσα ἐδηλοῦτο διὰ τῶν ἐμφερομένων. ὁ δὲ μέλλων συνίστασθαι μετ' ἐκεῖνον τῷ θεῷ διὰ τοῦ χριστοῦ λαός, ἐπὶ τῇ βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου πεποιθώς, καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῇ κατοικῶν, ἀτάραχος καὶ ἀσάλευτος διαμένει· ὡς ἂν ὑπὸ τὴν σκέπην τοῦ θεοῦ αὐλιζόμενος, οὐδένα τε τῶν πειρασμῶν ἐπιστραφήσεται, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῳ ἐρεῖ τῷ κυρίῳ, ἀντιλήπτωρ μου εἶ, καὶ καταφυγή μου, ὁ θεός μου ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν. ἀντὶ δὲ τοῦ, ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου, ὁ μὲν Σύμμαχος, ὁ κατοικῶν ὑπὸ σκέπην τοῦ ὑψίστου. ὁ δὲ Ἀκύλας, καὶ ἡ ε΄. ἔκδοσις, ὁ καθή-
B μενος ἐν ἀποκρύφῳ ὑψίστου, ἐκδεδώκασιν. σημαίνοντος τοῦ λόγου τοῦ κατὰ θεὸν ἐν χριστῷ ἀγωνιζομένου τὸ ἑδραῖον καὶ ἀπτόητον τῆς διανοίας, καὶ ὡς ἐν ἀποκρύφῳ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἔνοικος ἐγκαθέζεται καὶ βοηθὸς αὐτοῦ ὁ ὕψιστος. πάλιν δὲ ἀντὶ τοῦ, ἐν σκέπῃ τοῦ θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται, ὁ μὲν Ἀκύλας, ἐν σκέπῃ ἱκανοῦ αὐλισθήσεται· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὑπὸ σκιὰν τοῦ ἱκανοῦ νυκτερεύων, εἰρήκασιν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἐν προοιμίοις τὸ ἅγιον πνεῦμα διείλεκται· τὰ δ' ἑξῆς αὐτῷ προσφωνεῖ, καὶ τὸν πάντα λόγον εἰς αὐτοῦ πρόσ-
C ωπον ἀποτείνεται, ἤτοι τοῦ περὶ χριστῷ ἀγωνιζομένου καὶ νικῶντος, ἢ καὶ τοῦ κατὰ τὸν σωτῆρα νοουμένου ἀνθρώπου, ᾧ δίκην ὀργάνου κέχρητο ὁ προὼν τοῦ θεοῦ λόγος· καὶ γὰρ οὗτος ἐν βοηθείᾳ κατοικῶν τοῦ ὑψίστου, ὑπὸ τὴν σκέπην ηὐλίζετο τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ θεοῦ λόγου· ἐπισκιάζοντος αὐτῷ τῇ αὐτοῦ θεότητι, εἶχέν τε ἀντιλήπτορα καὶ καταφυγὴν καὶ ἐλπίδας αὐτοῦ τὴν πληροῦσαν αὐτὸν τοῦ θεοῦ λόγου δύναμιν. ὥσπερ δὲ σῶμα χριστοῦ τὸ ἀνθρώπειον αὐτοῦ ὄργανον ἐχρημάτισεν, οὕτω καὶ ὁ λαὸς αὐτοῦ χριστοῦ σῶμα προσαγορεύεται ὑπὸ
D τοῦ ἱεροῦ ἀποστόλου λέγοντος· ὑμεῖς δὲ ἐστε σῶμα χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέρους.

Εἰκότως τοιγαροῦν τὰ ἐν τοῖς προκειμένοις λεγόμενα, ὡς περὶ τοῦ σώματος χριστοῦ, ἀναφέροιτ' ἂν καὶ εἰς τὸ ἀνθρώπινον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ εἰς τὸν ἐν αὐτῷ τελειούμενον. ὧν οὕτως εἰρημένων, ἑξῆς ὁ λόγος διεξέρχεται ὅσα παρὰ τοῦ θεοῦ ὑπάρξει τῷ κατοικοῦντι ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου καὶ αὐλιζομένῳ ὑπὸ τὴν σκέπην τοῦ θεοῦ, λέγοντί τε τῷ κυρίῳ, ἀντιλήπτωρ μου εἶ καὶ καταφυγή μου, ὁ θεός μου καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν. τί-
E να δὲ ἐστι τὰ περὶ αὐτὸν χορηγησόμενα, καταλέγει διὰ τῶν ἑπομένων· ὅτι αὐτὸς ῥύσεταί με ἐκ παγίδος θηρευτῶν, ἀπὸ λόγου ταραχώδους. ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι, καὶ ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς. ὅπλῳ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ, οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ. πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιάς, καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν

» δεξιῶν σου, πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐγγιεῖ. πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις, καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν ὄψει. ὅτι σὺ ἡ ἐλπίς μου, τὸν ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου. πολλὰς ἐπαναστάσεις ὁ λόγος προαγορεύει γενήσεσθαι τῷ προφητευομένῳ. οὗτος δὲ ἦν σπάνιός τις καὶ θαυμαστὸς, ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ ὑψίστου καθήμενος, ὑπὸ τὴν σκιὰν τοῦ ἰσχυροῦ αὐλιζόμενος, καὶ λέγων τῷ κυρίῳ, ἀντιλήπτωρ μου καὶ καταφυγή μου, ὁ θεός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ὁ θεός μου πεποιθήσω ἐν αὐτῷ, ἤ, ὁ θεός μου καὶ εὐθαρσήσω ἐν αὐτῷ, κατὰ τὸν Σύμμαχον. τούτῳ δὴ οὖν τῷ τὸν εἰρημένον τρόπον ἀνακειμένῳ τῇ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ, B ἐπιβουλαί τινες καὶ συσκευαὶ μυρίων κατ' αὐτοῦ στρατευομένων ἐπανέστησαν. παγίδες γοῦν θηρευτῶν ὠνομάσθησαν, καὶ λόγοι ταραχώδεις, καὶ φόβος νυκτερινὸς, καὶ βέλος πετόμενον ἡμέρας, καὶ πρᾶγμα ἐν σκότει διαπορευόμενον, καὶ σύμπτωμα δαιμονίου μεσημβρινοῦ. καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν χιλιάδες καὶ μυριάδες· αἱ μὲν χιλιάδες τὰ ἀριστερὰ αὐτοῦ ἀπολαμβάνουσαι, αἱ δὲ τὰ δεξιὰ μυριάδες. αὗται γὰρ τοῖς δεξιοῖς ὡς ἂν κραταιοτέροις καὶ ἰσχυροτέροις μέρεσιν ἐπεβούλευον. τούτων δὲ C πάντων οὐδὲν προσψαύειν τοῦ περὶ οὗ ὁ λόγος προφητεύει. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐπιβήσεσθαι λέγεται, * ὅτι καὶ ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων· μικρὰ γὰρ ἦν ταῦτα· ἀλλ' ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον, καταπατήσειν τε λέοντα καὶ δράκοντα· ἃ δὴ βασιλικώτατα καὶ ἀρχικώτατα τῶν ἐν θηρίοις καὶ ἑρπετοῖς τυγχάνει. οἶμαι δ' οὖν διὰ τούτων τοὺς ἄρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου σημαίνεσθαι, καὶ τὰς ἀοράτους καὶ ἀρχοντικὰς δυνάμεις. πλὴν ὅμως ὁ προφητευόμενος καταπατήσειν ἀθρόως λέγεται τὰς πάσας. ἐπι-

» βήσῃ γάρ φησιν ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον, D

» καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα.

Τίς οὖν γένοιτ' ἂν πώποτε, ὡς ἐφαρμόζειν αὐτῷ δύνασθαι τὰ τοιαῦτα, * καὶ ὃς ὁ λαὸς μὲν ἐχθρῶν μὲν μυριάδας ἐπιστρατεύεται αὐτοῦ τοῖς δεξιοῖς, τοῖς δὲ κατὰ θάτερον μέρος χιλιάδας, μὴ τολμᾶν δὲ αὐτοῦ προσψαύειν, καταπίπτειν δὲ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, φέρε κατανοήσωμεν. φημὶ δὲ καθ' ἕνα τρόπον ἀναφέρεσθαι ταῦτα ἐπὶ τὸν ἐν χριστῷ τετελειωμένον ἄνθρωπον, οἷος ἦν ὁ Παῦ-

» λος λέγων, οἶδα ἄνθρωπον ἐν χριστῷ· ἐπὶ

» πάντα τε τὸν ὁμοίως ἐκείνῳ λέγειν δυνάμενον,

» τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ; θλῖ- E

» ψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνό-

» της, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; καὶ πάλιν, πέπεισ-

» μαι γὰρ ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἐνεστῶ-

» τα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ὕψωμα,

» οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡ-

» μᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τῆς ἐν

» χριστῷ Ἰησοῦ. ὁ δὲ πρὸς τούτοις οἷός τε ὢν λέγειν,

» ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν, ἄξιος ἂν γένοιτο τοῦ καὶ ἐπ' αὐτοῦ λεχθῆναι τὰς προκειμένας φωνάς. ὁ γὰρ τοιοῦτος, κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ

In ps.

A *dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu spes* 8.
mea, Altissimum posuisti refugium tuum. 9.
Insultus plurimos in eum fore prænuntiat, qui in vaticinio enuntiatur. Hic vero pertarus erat & mirabilis, in abscondito Altissimi sedens, sub umbra fortis commorans & Domino dicens, *Susceptor meus es tu & refugium meum, Deus meus, & sperabo in eum*; sive secundum Aquilam, *Deus meus, confidam in illo*; aut secundum Symmachum, *Deus meus,* Aquilæ. Symmachus.
clesiæ Christi ubique terrarum fundatæ, concreditæ sunt. Quod cum non intelligeret diabolus: quomodo enim aut unde divini Spiritûs voces intelligere possit? cum Salvatorem tentaret, ipsum ad pinnaculum templi ductum sic alloquebatur: *Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia Angelis suis mandabit de te, & in manibus tollent te, ne umquam offendas ad lapidem pedem tuum.* (Matth. 4. 6.) Nam cum ex ipsis operibus perspiceret, prophetiam his verbis traditam in Salvatore impleri, ac stupendum in hominis natura spectaculum cerneret; ita ut omnis exercitus suus de medio sublatus, omnesque virtutes suæ ab eo qui apparuerat superatæ, millia vero & decem millia in conspectu illius lapsa essent, ille autem sine formidine & obice super aspidem & basiliscum ambularet, leonem & draconem, principes ejus virtutes, conculcaret; hoc item experiri volebat, num ipsum ex pinnaculo se projicientem, accedentes Angeli gestaturi essent. Hujusmodi itaque falsæ suspicioni ita respondit Servator: *Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.* (Ibid. 7.) Nam e sublimi sese præcipitare ac dejicere, idque animo experiundi an Angelorum auxilium adfuturum esset, necne; hoc sane tentare Deum fuisset: quod experiri tentator optabat. Nam ipsi Salvatorem tentanti, proprium erat vel ipsum Deum tentare audere. At Servator tentare noluit: gnarus quippe erat ac persuasum habebat Patris virtutem sibi opitulari. Quare imperantis more diabolo dixit: *Non tentabis Dominum Deum tuum,* divinæ Scripturæ dictum ex lege sumtum hujus Scripturæ voci opponens, quam non intelligens diabolus ipsi proferebat, ignorans Servatorem Angelorum ope non egere, etiamsi proprio nutu voluisset sese deorsum projicere. Quandoquidem in sua ad cœlos adscensione, (quod sane majus erat, quam ille a pinnaculo templi ad terram per aërem transitus,) non Angelica manu opus habuit. Animadverte porro, quo pacto diabolus his commemoratis, *In manibus tollent te, ne umquam offendas ad lapidem pedem tuum;* quod sequebatur non addiderit, videlicet illud, *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem,* quod Salvatoris de diabolo & angelis ejus reportatam victoriam manifeste declarabat. Nolebat enim sui confutationem adjicere; alioquin ratiocinio colligendum & comprobandum ipsi erat, eumdem ipsum qui super tales principes virtutes ambularet, ipsasque conculcaret, non posse non offendere ad lapidem pede suo; ita ut ad hoc Angelorum tutela & auxilio egeret. Verum hæc non capiens ille

hujus prophetiæ voce est usus, quod cætera in illo impleta esse cerneret. Servator autem non negat de se prolatum oraculum fuisse; sed diabolum qui ejus sensum non caperet, congruenti usus responsione, rejicit. Quomodo autem nos gratiâ Salvatoris nostri singula propriis in locis commentati simus, legentibus explorare supra licebit.

13. *Super aspidem & basiliscum ambulabis, &*
14. *conculcabis leonem & draconem. Quoniam in*
me speravit, & liberabo eum; protegam eum, quo-
15. *niam cognovit nomen meum. Clamabit ad me,*
& exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatio-
16. *ne: eripiam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.* Quæ ad tabernaculum spectabant Angelis committebat, ut supra diximus, explicantes quo pacto Angeli tueantur & custodiant virum in Christo perfectum, seu etiam Ecclesiam ejus; aut carnem ejus, qua instrumenti instar pro hominum salute usus est. Hæc quippe, utpote minora vilioraque, Angelis commissa sunt; eadem, arbitror, ratione, qua quispiam famulis calceorum aut vilium perinde rerum curam & ministerium tradit; sic quæcumque modica & corporea per Salvatoris nostri carnem efficiebantur, ea Angelorum curæ committebantur, qui ministrabant ipsi: de quibus Angelis hæc testificatur Evangelii Scriptura dicens, *Accesserunt Angeli, & ministrabant ei.* (Matth. 4. 11.) Præstabiliora autem, majora & altiora, non Angelis, sed ipsi Salvatori adscribit. Quænam illa sint, superius commonstratum est; inter hæc autem illud erat, *Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis.* In fine vero omnium Salvatoris nostri victoria de omnibus reportata postrema recensetur his verbis, *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* His porro significari æstimo principatus, potestates, mundi rectores & spiritualia nequitiæ. Super hæc autem ambulare, & tot feras divinis virtutis suæ gressibus conculcare dicitur ipse Servator. Quod vero in nullo offendat, nec quidpiam corporeis ejus operationibus impedimento sit, id Angelorum ministerio concreditum est. Sed quemadmodum de corporeo ejus tabernaculo dicebatur, *Flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo,* & ejus rei causa hæc adjiciebatur, *Quoniam Angelis suis mandabit de te;* ita & nunc post illud, *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem,* causa rursum additur, quæ rem non ad Angelos referat, sed ad ipsum Altissimum, ex cujus persona dicitur, *Quoniam in me speravit, liberabo eum.* Quomodo in ipso speraverit, jam Scriptura edocere occupavit his verbis, *Qui habitat in adjutorio*

A προφητείας φωνῇ, διὰ τὸ τὰ λοιπὰ συνεωρακέναι πεπληρωμένα εἰς αὐτόν. ὁ δὲ σωτὴρ οὐκ ἀπαρνεῖται μὲν τὸ περὶ αὐτοῦ εἰρῆσθαι τὸ λόγιον. μὴ συνιέντα δὲ αὐτὸν τὸν διάβολον, ἀφίησι καταλλήλῳ χρησάμενος τῇ πρὸς αὐτὸν ἀποκρίσει. ἡμεῖς δὲ τῇ αὐτοῦ χάριτι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ὅπως τὰ κατὰ τοὺς τόπους τεθεωρήκαμεν, πρόκειται τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐκ τῶν εἰρημένων διαγινώσκειν.

Ἐπ᾽ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. ὅτι ἐπ᾽ ἐμὲ ἤλπισε, καὶ ῥύσομαι αὐτόν, σκεπάσω αὐτόν, ὅτι ἔγνω τὸ ὄνομά μου. κεκράξεται πρός με, καὶ ἐπακούσομαι B αὐτοῦ, μετ᾽ αὐτοῦ εἰμι ἐν θλίψει· ἐξελοῦμαι αὐτόν, καὶ δοξάσω αὐτόν. μακρότητα ἡμερῶν ἐμπλήσω αὐτόν, καὶ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου. Τὰ μὲν περὶ τοῦ σκηνώματος, ἀγγέλοις ἐνετέλλετο, κατὰ τὰ προαποδοθέντα, ὅπως ἄγγελοι τημελῶσι καὶ φυλάττωσι τοῦ ἐν Χριστῷ τετελειωμένου ἀνδρός, ἢ καὶ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ, ἢ καὶ τῆς σαρκός, ᾗ κέχρητο δίκην ὀργάνου ὑπὲρ τῆς ἀνθρώπων σωτηρίας. ταῦτα γὰρ ὡς βραχύτερα καὶ εὐτελέστερα ἀγγέλοις ἐπετέτραπτο. καὶ οἶμαι ὅτι ὡς ἄν τις οἰκέταις ἐπιτρέψειεν ὑποδημάτων διακονίαν, ἢ ἄλλων τινῶν εὐτελεστέρων ὑπηρε-C σίαν, οὕτως ὅσα μικρὰ καὶ σωματικὰ διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐνηργεῖτο σαρκός, τούτων ὑπηρέται καθίσταντο ἄγγελοι καὶ διηκόνουν αὐτῷ. περὶ ὧν καὶ ἡ τοῦ εὐαγγελίου γραφὴ μαρτυρεῖ λέγουσα, ὅτι προσῆλθον ἄγγελοι, καὶ διηκόνουν αὐτῷ. τὰ δὲ προὐργιαίτερα καὶ μείζονα καὶ ὑψηλότερα, οὐκέτι ἀγγέλοις, ἀλλ᾽ αὐτῷ τῷ σωτῆρι ἀνατίθησι. τίνα δὲ ἦν ταῦτα, δεδήλωται διὰ τῶν ἔμπροσθεν. ἐν οἷς ἦν καὶ τό, πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς καὶ μυριὰς ἐκ τῶν δεξιῶν σου. τέλος δὲ D πάντων καὶ ὑστάτη κατὰ πάντων τοῦ σωτῆρος ἡμῶν νίκη παρίσταται διὰ τοῦ, ἐπ᾽ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ καὶ καταπατήσεις δράκοντα καὶ λέοντα. δηλοῦσθαι δὲ διὰ τούτων ἡγοῦμαι ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας καὶ κοσμοκράτορας, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. ταύταις μὲν οὖν ἐπιβαίνειν, καὶ τὰ τοσαῦτα θηρία καταπατεῖν, τοῖς θειοτέροις τῆς ἐνθέου δυνάμεως αὐτοῦ βαδίσμασιν, αὐτὸς ὁ σωτὴρ λέγεται. τὸ δὲ ἐν μηδενὶ προσκόπτειν, μηδ᾽ ἐμποδὼν γίνεσθαί τινα ταῖς σωματικωτέραις ἐνεργείαις αὐτοῦ, ἄγγελοι τὴν διακονίαν εἰ-E λήφεσαν. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ σωματικοῦ σκηνώματος αὐτοῦ ἐλέγετο, μάστιξ οὐκ ἐγγιεῖ ἐν τῷ σκηνώματί σου, καὶ τὸ αἴτιον ἐπήγετο διὰ τοῦ, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, οὕτω καὶ νῦν μετὰ τό, ἐπ᾽ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ καὶ καταπατήσεις δράκοντα καὶ λέοντα, πάλιν ἡ αἰτία ἐπιλέγεται, οὐκ ἐπ᾽ ἀγγέλους ἀναφέρουσα, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ αὐτὸν τὸν ὕψιστον, οὗ ἐκ προσώπου λέλεκται, ὅτι ἐπ᾽ ἐμὲ ἤλπισε, καὶ ῥύσομαι αὐτόν. πῶς δὲ ἐπ᾽ αὐτὸν ἤλπισε, προλαβὼν ἐδίδαξεν ὁ λόγος εἰπών, ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ

ὑψίστου· καὶ ἐρεῖ τῷ κυρίῳ, ἀντιλήπτωρ μου εἶ, καὶ καταφυγή μου, ὁ θεός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ᾽ αὐτόν. ἡ τοίνυν ἐπινίκιος καὶ τελευταία πρᾶξις μετὰ πάσας τὰς προκαταλεχθείσας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἢ καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ τελειουμένου ἀνδρός, ἢ καὶ τοῦ αὐτοῦ τελείου σώματος τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ, δηλωθεῖσα διὰ τοῦ, ἐπ᾽ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις δράκοντα καὶ λέοντα, τὴν πᾶσαν ἀναφορὰν καὶ τῆς νίκης τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν ὕψιστον ἀνατίθησι. διὸ λέλεκται ὅτι ἐπ᾽ ἐμὲ ἤλπισε, καὶ ῥύσομαι αὐτόν, ὅτι ἔγνω τὸ ὄνομά μου. μετ᾽ αὐτοῦ εἰμι ἐν θλίψει, ἐξελοῦμαι καὶ δοξάσω αὐτόν. καί μοι δοκεῖ καθ᾽ ἑτέραν διάνοιαν ἡ προφητεία θεσπίζειν πάντα τὸν τρόπον τοῦ κατὰ ἄνθρωπον βίου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν· λέγω δὲ τὸν πρῶτον πειρασμόν, καὶ τὸν κατὰ τὸ πάθος, τήν τε μετὰ τὴν λύσιν τοῦ σώματος ἐπὶ τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις ἔφοδον. καὶ τὰ μὲν πρῶτα τοῦ ψαλμοῦ· κοινότερον δὲ οὕτω λεγέσθω ἡ παροῦσα προφητεία τὸν πειρασμὸν αἰνίττεσθαι τὸν ἐπὶ τῆς ἐρήμου, ὃν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις εἴσηται πειρασθεὶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου· τὰ δὲ δεύτερα ἐν οἷς ἀγγέλους διακονεῖσθαι τῷ αὐτοῦ σώματι παρέστησεν ὁ λόγος, τὴν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον διατριβὴν αὐτοῦ· τὰ δὲ τρίτα, δι᾽ ὧν λέγεται ἐπ᾽ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβεβηκέναι, καὶ καταπεπατηκέναι δράκοντα καὶ λέοντα, τὴν μετὰ τὸν θάνατον κατὰ τῶν ἀρχοντικῶν πνευμάτων νίκην· μεθ᾽ ἃ πάντα ἐπιλέγεται· ἐξελοῦμαι αὐτὸν καὶ δοξάσω αὐτόν· μακρότητα ἡμερῶν ἐμπλήσω αὐτόν, καὶ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου. τῆς μετὰ τὸν θάνατον ἐκ νεκρῶν σωτηρίας, καὶ τῆς μακραίωνος καὶ ἀθανάτου ζωῆς, τῆς τε ἐνθέου δόξης καὶ τῆς παρὰ τῷ πατρὶ τιμῆς τε καὶ βασιλείας διὰ τούτων παρισταμένης.

A *Altissimi*, &, *Dicet Domino, Susceptor meus es tu & refugium meum, Deus meus, & sperabo in eum.* Triumphalis itaque & postrema actio, quæ post alia memorata Salvatoris, aut viri in eo consummati, aut ejus perfecti corporis, sive Ecclesiæ, gesta significata in illo, *Super aspidem & basiliscum ambulabis; & conculcabis leonem & draconem;* tota, cum victoriæ causa, Altissimo adscribitur. Quamobrem dicitur, *Quoniam in me speravit, & liberabo eum, quoniam cognovit nomen meum.* B *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.* Alio item sensu prophetia videtur mihi vaticinari omnem humanæ Salvatoris nostri vitæ modum; dico autem primam tentationem; illam item, quam in passione sustinuit; ac etiam eam, quam post solutionem corporis fecit contra adversarias potestates irruptionem. Et hæc quidem prima & præcipua in psalmo sunt: vulgariori autem more dicatur hæc prophetia tentationem in deserto significare, qua tentatus esse a diabolo narratur in Evangelio; secunda vero, quibus Angelos ejus corpori ministrasse declaratur, C ejus in humana vita conversationem indicant; tertia autem, quibus dicitur, eum super aspidem & basiliscum ambulasse, & conculcasse leonem & draconem, ipsum post mortem de principibus spiritibus victoriam reportasse narrant: post quæ omnia adjicitur, *Eripiam eum & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum.* quibus declarat ejus post obitum resurrectionem ex mortuis & salutem, longævam & immortalem vitam, divinam gloriam, & honorem regnumque apud Patrem susceptum.

Ψαλμὸς ᾠδῆς, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Σαββάτου. D

ϟαʹ.

Psalmus cantici, in die Sabbati. 1.

XCI.

Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ, καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε· τοῦ ἀναγγέλλειν τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου κατὰ νύκτα, ἐν δεκαχόρδῳ ψαλτηρίῳ μετ᾽ ᾠδῆς ἐν κιθάρᾳ. τὰς τῶν σαββάτων ἡμέρας οἱ πρὸ Μωσέως δίκαιοι καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες οὔτ᾽ ᾔδεσαν, οὔτ᾽ ἐφύλαττον. οὔτ᾽ οὖν αὐτὸς Ἀβραάμ, οὔτε Ἰσαάκ, οὔτε Ἰακώβ, οὔτε οἱ τούτου παῖδες, ἀλλ᾽ οὐδὲ οἱ ἔτι τούτων τῷ χρόνῳ παλαιότεροι, φαίνονται γινώσκοντες ἡμέραν σαββάτου. E ἐπεὶ τοίνυν οἱ ἐκ περιτομῆς, ὡς μέγα τι κατορθοῦντες, τὰ σάββατα φυλάττειν ἡγοῦνται, ἃ οὐ φυλάττουσι κατὰ τὸ βούλημα τοῦ νόμου, παραθετέον αὐτοῖς τὰ εἰρημένα. καὶ ἐπειδὴ κατάπαυσιν σημαίνει τὸ σάββατον, γέγραπται γοῦν· καὶ κατέπαυσεν ὁ θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ζʹ. ἀπὸ

Bonum est confiteri Domino, & psallere 2.
nomini tuo, Altissime, ad annuntiandum
mane misericordiam tuam, & veritatem tuam 3.
per noctem, in decachordo psalterio cum cantico in cithara. Qui ante Moysem erant justi ac religiosi viri, dies Sabbatorum non norant nec custodiebant. Nec enim Abraham, neque Isaac, neque Jacob, neque ejus filii, neque etiam qui iis antiquiores erant, diem Sabbati novisse videntur. Quia igitur qui ex circumcisione sunt, quasi magni quidpiam præstent, se Sabbata servare putant, quæ tamen secundum legis mentem non custodiunt, psalmi dicta ipsis sunt exponenda. Et quia Sabbatum requiem significat; nam scriptum est, *Et requievit Deus die septimo ab* Gen. 2. 2.

omnibus operibus suis quæ fecerat, & sanctificavit illum; dicas sane Dei requiem considerandam, verumque Sabbatum pro dignitate Dei accipiendum esse. At enim declarat ille, impios homines non ingressuros esse in requiem ipsius, in psalmis talia fatus: *Semper errant corde. Ipsi vero non cognoverunt vias meas, sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Necesse igitur est Sabbata Dei secundum mentem accipere, & Deo congruentem requiem cogitare, qua impii non donantur, sed soli justi ac Dei amici. Ita enim dixerimus Abraham, Isaac, Jacob & omnes quotquot ante & post illos Dei cultores fuere, intelligendi more solum novisse ac custodisse Sabbata Dei; & ingressos esse in requiem ejus. Quid igitur significet Sabbatum, perpendere necessarium est. Sabbatum esse requiem Dei Scriptura declarat, quam post sensibilium creationem inducit. Dei vero requies quæ alia fuerit, nisi conversatio in intelligibilibus & cœlestibus. Nam cum sensibilibus prospicit, & circa opera providentiæ mundi versatur, tunc dicitur operari; atque sic intelligendum hoc Salvatoris nostri dictum, *Pater meus usque modo operatur, & ego operor:* cum autem circa opera incorporea & cœlestia, &, ut quis dixerit, circa eam quæ ibi geritur rerum considerationem versatur, tunc requiem habere, & Sabbatum suum agere intelligitur. Eadem ratione igitur viri quoque Dei, quando operibus animam defatigantibus (talia vero sunt omnia corporea, & terrenæ carnis amica,) liberati, Deo prorsus vacant, ac divinorum spiritualiumque contemplationi dediti sunt, tunc accepta Deo Sabbata, & requiem Domino Deo agunt. De his vero Sabbatis hoc ait, *Num relinquitur Sabbatismus populo Dei?* & rursum, *Festinemus igitur ingredi in illam requiem.* Nam perfectum Sabbatum & perfecta beatissimaque requies in regno Dei, supra sex dierum opificium, exsistit, & extra omnia sensibilia in incorporeis & cœlestibus versatur, unde aufugit dolor, tristitia & gemitus; ubi a mortali & corruptioni obnoxia vita erepti, atque otium Deo gratum ac beatum agentes, & a corporeis actionibus atque a servitute carnis liberati, cum ipso Deo & apud ipsum versantes, Sabbatum & requiem agemus. Quamobrem ait Apostolus: *Festinemus igitur ingredi in illam requiem.* Imaginem porro illius Sabbati ac perfectæ beatissimæque requiei in terra gestantes viri Dei, ferias agebant & cessationem ab iis, quæ a Deo procul amovent; toti autem divinorum contemplationi dediti, die nocteque in sacrorum sermonum meditatione perseverantes, sancta Sabbata &

Psal. 94. 10.

Joan. 5. 17.

Hebr. 4. 9.

Ibid. 11.

πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε, καὶ ἡγίασεν αὐτήν· ἐρεῖς ὅτι προσήκει νοῆσαι θεοῦ κατάπαυσιν, καὶ τὸ ἀληθινὸν σάββατον ἐκδέξασθαι ἐπαξίως τοῦ θεοῦ. τοὺς γὰρ ἀσεβεῖς ἀνθρώπους φησὶ μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ λέγων ἐν ψαλμοῖς, ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. οὐκοῦν ἀναγκαῖον κατὰ διάνοιαν ἐκλαβεῖν σάββατα θεοῦ, καὶ ἀνάπαυσιν θεῷ πρέπουσαν, ἧς ἀσεβεῖς μὲν οὐκ ἀξιοῦνται· μόνοι δὲ οἱ δίκαιοι καὶ τοῦ θεοῦ φίλοι. οὕτω γοῦν εἴποιμεν ἂν καὶ τὸν Ἀβραάμ, καὶ τὸν Ἰσαάκ, καὶ τὸν Ἰακώβ, τούς τε πρὸ αὐτῶν καὶ μετ' αὐτοὺς θεοφιλεῖς πάντας, κατὰ διάνοιαν ἐγνωκέναι καὶ πεφυλαχέναι τὰ σάββατα τοῦ θεοῦ, καὶ εἰσεληλυθέναι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ· τί δὴ οὖν σημαίνει τὸ σάββατον, ἀναγκαῖον ἐπιστῆσαι. ὁ λόγος ἀνάπαυσιν δηλοῖ θεοῦ· εἰσάγει τε ταύτην μετὰ τὴν τῶν αἰσθητῶν κοσμοποιίαν. θεοῦ δὲ ἀνάπαυσις τίς ἂν γένοιτο ἑτέρα τῆς πρὸς τοῖς νοητοῖς καὶ ὑπερκοσμίοις διαγωγῆς. ὅτε μὲν γὰρ περὶ τὰ αἰσθητὰ περισκοπεῖ καὶ περὶ τὰ ἔργα τῆς τοῦ κόσμου προνοίας καταγίνεται, ἐργάζεσθαι λέγεται· καὶ οὕτως ἀκουστέον λέγοντος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. ὅτι δὲ πρὸς τοῖς ἀσωμάτοις καὶ ὑπερκοσμίοις ἐστὶ καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐν τῇ αὐτόσε αὐτοῦ περιωπῇ, τὸ τηνικάδε ἀνάπαυσιν ἄγειν, καὶ τὸ αὐτοῦ σάββατον ἐπιτελεῖν νοεῖται. κατὰ τὰ αὐτὰ τοιγαροῦν, καὶ οἱ τοῦ θεοῦ ἄνδρες, ἐπειδὰν τῶν κοπιώντων (sic) τὴν ψυχὴν ἔργων, τοιαῦτα δὲ πάντα τὰ σωματικὰ καὶ φίλα τῆς γεώδους σαρκός, ἀπαλλαγέντες, ὅλοι γένωνται πρὸς τῷ θεῷ καὶ πρὸς τῇ τῶν θείων καὶ νοητῶν σχολῇ τε καὶ θεωρίᾳ, τότε τὰ φίλα τῷ θεῷ σάββατα καὶ ἀνάπαυσιν κυρίῳ τῷ θεῷ ἄγουσι. καὶ περὶ τῶν τοιούτων σαββάτων διδάσκει λέγων· ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ; καὶ πάλιν, σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν. τὸ γὰρ τέλειον σάββατον, καὶ ἡ τελεία καὶ ἡ τρισμακαρία κατάπαυσις ἐν τῇ τοῦ θεοῦ βασιλείᾳ τυγχάνει, ὑπὲρ τὴν ἑξαήμερον δημιουργίαν καὶ τῶν αἰσθητῶν ἁπάντων ἐκτὸς ἐν ἀσωμάτοις καὶ ὑπερκοσμίοις, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη, καὶ στεναγμός. ἔνθα τῆς θνητῆς καὶ φθαρτῆς ζωῆς ἀπαλλαγέντες, καὶ ἀργίαν ἀργήσαντες τὴν θεοφιλῆ καὶ μακαρίαν, τῶν τε σωματικῶν πράξεων καὶ τῆς δουλείας τῆς σαρκὸς ἐλευθερωθέντες, σὺν αὐτῷ τῷ θεῷ καὶ παρ' αὐτῷ γενόμενοι, σαββατιοῦμέν τε καὶ ἀναπαυσόμεθα. διό φησιν ὁ ἀπόστολος· σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν. εἰκόνα δ' ἐκείνου τοῦ σαββάτου καὶ τῆς τελείας ἐκείνης καὶ τρισμακαρίας ἀναπαύσεως φέροντες ἐπὶ γῆς τοῦ θεοῦ ἄνδρες, σχολὴν μὲν ἐποιοῦντο καὶ ἀργίαν τῶν μακρὰν ἀφιστώντων τοῦ θεοῦ· ὅλοι δὲ πρὸς τῇ τῶν θείων θεωρίᾳ γενόμενοι, δι' ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς τῇ τῶν ἱερῶν λόγων μελέτῃ προσκαρτεροῦντες, ἅγια σάββατα καὶ ἀνα-

παυσιν φίλην τῷ θεῷ διανέπαυον τότε καὶ ἐσαββάτιζον. ὅθεν εἰκότως καὶ ὁ Μωσέως νόμος σκιὰς τῶν εἰρημένων καὶ σύμβολα παραδιδοὺς, ἡμέραν τινὰ τοῖς πλήθεσιν ἀφώρισε, ὅπως κἂν ταύτῃ ἀπέχωνται μὲν τῶν συνηθῶν ἔργων, σχολάζωσι δὲ τῇ τοῦ θείου νόμου μελέτῃ. ὅ γε μὴν παρὼν ψαλμὸς διαῤῥήδην διδάσκει ἐπὶ τοῦτο δεῖν τὴν τοῦ σαββάτου σχολὴν ποιεῖσθαι καὶ τὴν τῶν ἀνωφελῶν ἀργίαν ἐπὶ τὸ κατὰ ταυτὸν συνερχομένους ἐργάζεσθαι τὰ διὰ τοῦ ψαλμοῦ δηλούμενα. ἦν δὲ πρῶτον ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ· δεύτερον ψάλλειν διὰ τῶν μουσικῶν ὀργάνων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· τρίτον ἀναγγέλλειν κατὰ τὰς ἑωθινὰς ὥρας τὸ ἔλεος αὐτοῦ· τέταρτον διηγεῖσθαι τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ κατὰ τοὺς νυκτερινοὺς καιροὺς, καὶ ταῦτα πράττειν μὴ μόνον χείλεσιν καὶ φωνῇ, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς τῶν μουσικῶν ὀργάνων ἀνακρούσεως. « ἐν δεκαχόρδῳ γὰρ, φησι, ψαλτηρίῳ, καὶ μετ᾽ ᾠδῆς « ἐν κιθάρᾳ.

A Deo acceptam requiem agebant; ac tunc vere Sabbatum celebrabant. Quare opportune Moysis lex, jam dictorum umbras & symbola tradens, multitudini diem quamdam assignavit, ut saltem in ea a consuetis operibus abstinerent, divinæ autem legis meditationi vacarent. Præsens certe psalmus diserte docet ea de causa Sabbati otium agi debere, & inutilem cessationem depellendam esse, ut in unum congregati ea quæ psalmus indicat peragantur. Eorum autem primum est, confiteri Domino; secun- B dum, cum musicis instrumentis psallere nomini ejus; tertium, matutinis horis annuntiare misericordiam ejus; quartum, nocturnis temporibus enarrare veritatem ejus: & hæc non modo labiis & voce, sed etiam per musicorum instrumentorum pulsationem agere: nam ait, *In decachordo psalterio, cum cantico in cithara.* 4.

« Ὁρᾷς οὖν ὅσα πράττειν ὁ παρὼν λόγος παραινεῖ κατὰ τὴν τῆς ἀναστάσεως ἡμέραν; ἐπιγέγραπται γοῦν ὁ ψαλμὸς, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου. ἀλλὰ καὶ οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὸ σάββατον ἕτερα πλεῖστα ἔπραττον κατὰ τὸν νόμον. οὐκ ἄρα ὁλοσχερῶς ἀργεῖν παρεσταλ, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς ἱερεῦσιν ἡ τοῦ σαββάτου ἡμέρα νενομοθέτητο· μόνοις δὲ τοῖς μὴ οἵοις τε οὖσι τὸν πάντα χρόνον τῆς αὐτῶν ζωῆς, καὶ πάσας αὐτῶν τὰς ἡμέρας τῇ τοῦ θεοῦ λατρείᾳ καὶ τοῖς τῷ θεῷ φίλοις ἔργοις σχολάζειν· τούτοις γὰρ ἐκ διαστημάτων ταῦτα πράττειν ἐνομοθετεῖτο. τοῖς γε μὴν πλησμονῇ γαστρὸς καὶ μέθῃ, καὶ πάσῃ ἀσχημοσύνῃ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου ἑαυτοὺς παρέχουσιν, ὁ θεὸς « διὰ τοῦ προφήτου ἐπιδυσωπεῖται λέγων· οἱ ἐφα- « πτόμενοι ψευδῶν σαββάτων· καὶ πάλιν, τὰς νεο- « μηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα καὶ ἡμέραν μεγά- « λην οὐκ ἀνέχομαι. διὸ δὴ παρῃτημένων ἐκείνων, διὰ τῆς καινῆς διαθήκης λόγος μετῆγαγε καὶ μετατέθεικε τὴν τοῦ σαββάτου ἑορτὴν ἐπὶ τὴν τοῦ φωτὸς ἀνατολὴν, καὶ παρέδωκεν ἡμῖν ἀληθινῆς ἀναπαύσεως εἰκόνα, τὴν σωτήριον καὶ κυριακὴν καὶ πρώτην τοῦ φωτὸς ἡμέραν, καθ᾽ ἣν ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου μετὰ πάσας αὐτοῦ τὰς ἐν ἀνθρώποις πράξεις, τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην ἀράμενος, τὰς οὐρανίους πύλας ὑπερέβαινεν ὑπὲρ τὴν ἑξαήμερον κοσμοποιΐαν γιγνόμενος, τό, τε θεοπρεπὲς σάββατον καὶ τὴν τρισμακαρίαν ἀνάπαυσιν ὑπο- « λαμβάνων, τοῦ πατρὸς εἰρηκότος αὐτῷ, κάθου ἐκ « δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον « τῶν ποδῶν σου. ἐν ᾗ φωτὸς οὔσῃ καὶ πρώτῃ καὶ τοῦ ἀληθοῦς ἡλίου ἡμέρᾳ, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ συνερχόμενοι διὰ μέσου ἓξ ἡμερῶν, ἅγιά τε σάββατα καὶ πνευματικὰ ἑορτάζοντες οἱ ἐξ ἐθνῶν δι᾽ αὐτοῦ λελυτρωμένοι καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης, τὰ τῷ σαββάτῳ πράττειν τοῖς ἱερεῦσι νενομοθετημένα κατὰ τὸν πνευματικὸν νόμον ἐπιτελοῦμεν. θυσίας τε γὰρ καὶ ἀναφορὰς ποιούμεθα πνευματικὰς, τὰς καλουμένας θυσίας αἰνέσεως, καὶ θυσίας ἀλαλαγμοῦ·

Vides igitur ad quæ in die resurrectionis agenda hortetur hic psalmus. Inscriptus enim psalmus est, *in diem Sabbati*. Sed & C sacerdotes in templo die Sabbati alia plurima secundum legem agebant. Non ergo præcipit ut omnino vacetur. Neque verò sacerdotibus dies Sabbati præscribebatur; sed solum iis qui nec toto vitæ suæ tempore, nec singulis diebus suis possent Dei cultui & Deo acceptis operibus vacare: nam iis, ut intermisso dierum spatio id agerent, lege statutum erat. Eos porro qui crapulæ, ebrietati, aliisque omnibus indecoris gestis die Sabbati se dedunt, Deus per prophetam sic aspere alloquitur: *Qui contingunt falsa Sab-* Amos 6. 3. D *bata*; ac rursum, *Neomenias vestras, & Sab-* Hosæ. 1. 1. *bata & diem magnam non fero.* Quare Verbum, ipsis repugnantibus, per novum testamentum Sabbati festum in lucis ortum transtulit, nobisque veræ requiei imaginem tradidit, salutarem nempe Dominicam, & primam lucis diem, qua Salvator mundi post omnia sua in hominibus edita opera, victoriâ de morte reportatâ, cœlestes portas transgressus, sex dierum opificium transcendit: tuncque Deo condecens Sabbatum & beatissimam requiem accepit dicente Patre, *Se-* Psal. 109. 1. E *de a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Ea die, quæ veræ lucis & veri solis dies est, nos ipsi congregati, sex diebus interpositis, sancta & spiritualia Sabbata celebrantes, quotquot ex gentibus in orbe toto per eum liberati sumus, quæ sacerdotes in die Sabbati agere in lege statutum erat, ea nos secundum legem spiritualem perficimus. Nam sacrificia & oblationes spirituales, quæ hostiæ laudis & hostiæ jubilationis vocantur, persolvimus:

incensum boni odoris emittimus, de quo dictum est, *Fiat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Imo etiam panes propositionis offerimus, salutarem memoriam refricantes; adspersionem item sanguinis agni Dei, qui tollit peccatum mundi, piaculum animarum nostrarum, facimus: lumina quoque cognitionis vultûs Dei accendimus. Verum etiam ea, quæ in psalmo præsenti recensentur, illa die perficere satagimus, & opere & verbis confitentes Domino, & psallentes nomini Altissimi: mane quoque ad orientem lucis nostræ misericordiam a Deo nobis præstitam annuntiamus, & veritatem ejus in noctibus per sobriam & castam conversationem exhibemus; in summa quotquot alia in Sabbato peragere sancitum erat, ea nos in Dominicam transtulimus, utpote quæ magis idonea & propria, ac prima item sit & agmen ducat, & Judaïco Sabbato pretiosior. Nam illa die in mundi opificio cum dixisset Deus, *Fiat lux*, facta est lux: in illa quoque animabus nostris ortus est sol justitiæ. Quare ut ea die conveniamus traditum nobis est, & ea quæ in psalmo jubentur nobis exsequi præceptum est; quorum primum est, confiteri: nam principium bonorum est pristinorum malorum depositio per veram pœnitentiam & confessionem, quæ ad bonum finem, scilicet ad Deum ipsum deducit. Etenim si nemo bonus nisi Deus, optimæ viæ ad Deum ducentis principium, confessio fuerit. Ideo dictum est, *Bonum est confiteri Domino.* Par quippe est non hominibus confessionem edere, sed ipsi Domino corda scrutanti. Quia vero confessio pro gratiarum actione item accipitur, ut jam sæpius diximus, jure Dominica die gratiarum actiones Domino reddimus, ubique terrarum in Ecclesiis ejus congregati. Cum autem per confessionem progressum & augmentum acceperimus, tum jubemur psallere ad meliorem animæ statum provecti: aucti vero ac meliores effecti, hæc aliis annuntiare, ac eos qui ad nos proxime accedunt misericordias Dei edocere præcipimur: atque id agere matutinis horis, quasi primitias diurnarum actionum doctrinæ de Dei misericordia dicantes.

Psal. 140. 2.

Hæc porro jubet Scriptura peragere primo diluculo, postquam animas & corpora nostra nocturno tempore sancta & a sordibus quibusque pura servaverimus, pietatisque veritatem, repetitâ nocturnis horis cultûs Dei memoriâ susceperimus. Olim quidem cum populi ex circumcisione per symbola & figuras Deum colerent, non incongruum erat per psalteria & citharas

A τό τε θυμίαμα τὸ εὐῶδες ἀναπέμπομεν, περὶ οὗ εἴρηται, γενηθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως προσφέρομεν, τὴν σωτήριον μνήμην ἀναζωπυροῦντες, τό, τε τοῦ ῥαντισμοῦ αἷμα, τοῦ ἀμνοῦ τοῦ θεοῦ, τοῦ περιελόντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καθάρσιον τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ποιούμεθα· τε τὰ φῶτα τῆς γνώσεως προσώπου τοῦ θεοῦ ἐξαπτόμεθα. ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ φιλοτίμως ἐκτελεῖν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν σπουδάζομεν, ἔργοις τούτοις καὶ λόγοις ἐξομολογούμενοι κυρίῳ καὶ ψάλλοντες τῷ ὀνόματι τοῦ B ὑψίστου. ὄρθρου τε πρὸς αὐταῖς ἀνατολαῖς τοῦ ἡμετέρου φωτὸς τὸ γενόμενον ἔλεος ἐφ' ἡμᾶς τοῦ θεοῦ διαγγέλλοντες, καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ κατὰ τὰς νύκτας διὰ σώφρονος καὶ ἁγνῆς ἀναστροφῆς ἐνδεικνύμενοι, καὶ πάντα δὴ ὅσα ἄλλα ἐχρῆν ἐν σαββάτῳ τελεῖν, ταῦτα ἡμεῖς ἐν τῇ κυριακῇ μετατεθείκαμεν, ὡς ἂν κυριωτέρας οὔσης αὐτῆς, καὶ ἡγουμένης καὶ πρώτης, καὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ σαββάτου τιμιωτέρας. κατὰ ταύτην γὰρ ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ εἰρηκότος τοῦ θεοῦ, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς· καὶ κατ' αὐτὴν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνατέταλκεν ἥλιος. C διὸ δὴ καὶ ἡμῖν συνέρχεσθαι κατὰ ταύτην παραδέδοται, καὶ τὰ διὰ τοῦ ψαλμοῦ παρηγγελμένα καὶ ἡμῖν ἐπιτελεῖν προστέτακται· ὧν πρῶτον ἐστὶ τὸ ἐξομολογεῖσθαι. ἀρχὴ γὰρ ἀγαθῶν ἡ τῶν προτέρων κακῶν ἀπόλεσις διὰ γνησίας μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως ἐγγινομένη, ἄγουσά τε ἐπὶ τέλος ἀγαθὸν αὐτὸν τὸν θεόν. εἰ γὰρ οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ ὁ θεός, ἀγαθῆς πορείας τῆς ἐπὶ τὸν θεὸν ἀγούσης, ἀγαθὴ γένοιτ' ἂν ἀρχὴ ἡ ἐξομολόγησις. διὸ λέλεκται, ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ. καὶ γὰρ προσήκει μὴ ἀνθρώποις ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἐξομολόγησιν, ἀλλ' αὐτῷ τῷ τὰς D καρδίας ἐρευνῶντι κυρίῳ. ἐπεὶ δὲ λαμβάνεται ἡ ἐξομολόγησις καὶ ἐπὶ τῆς εὐχαριστίας, ὡς πολλάκις ἡμῖν εἴρηται, εἰκότως κατὰ τὴν κυριακὴν ἡμέραν καὶ τὰς εὐχαριστίας ἡμῶν ἀποδίδομεν τῷ κυρίῳ, πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτοῦ συνερχόμενοι· προκόψαντες δὲ διὰ τῆς ἐξομολογήσεως, ἤδη καὶ ψάλλειν κελευόμεθα ἐπὶ κρείττονα ψυχῆς κατάστασιν προελθόντες. ἐπιδόντες δὲ ἔτι καὶ βελτίους γενόμενοι ἑαυτῶν, ἤδη καὶ εἰς ἑτέρους ἀπαγγέλλειν, διδάσκειν τε τοὺς ἡμῖν πλησιάζοντας τὰ τοῦ κυρίου ἐλέη προστασσόμεθα· καὶ τοῦτο πράττειν κατὰ τὰς πρωϊνὰς ὥρας ὥσπερ E ἀπαρχὰς τῶν δι' ἡμέρας πράξεων ἀνατιθέντες τῇ περὶ τοῦ ἐλέους τοῦ θεοῦ διδασκαλίᾳ.

Ταῦτα δὲ πράττειν ὁ λόγος παρακελεύεται ἅμα τῇ ἕω, προφυλάξαντας δηλαδὴ ἑαυτῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα κατὰ τοὺς τῆς νυκτὸς καιρούς, ἅγια καὶ παντὸς μολυσμοῦ καθαρεύοντα, ἀλήθειάν τε εὐσεβείας ἐπιδεδειγμένους, διὰ τοῦ καὶ ταῖς νυκτεριναῖς ὥραις τῆς τοῦ θεοῦ θεραπείας μεμνῆσθαι. πάλαι μὲν οὖν ὁπηνίκα διὰ συμβόλων καὶ τύπων ἐλάτρευον οἱ ἐκ περιτομῆς, οὐκ ἀπεικὸς ἦν διὰ ψαλτηρίων καὶ κιθάρας ἀναπέμπειν τινὰς

τὸ

τῷ θεῷ τοὺς ὕμνους, καὶ τοῦτο ποιεῖν ταῖς ἡμέραις τοῦ σαββάτου, παραλύοντας δηλαδὴ τὴν ἀργίαν, καὶ παραβαίνοντας τὸν νόμον τὸν περὶ τοῦ σαββάτου. ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον ἀποσώζοντες κατὰ τὸν φάσκοντα ἀπόστολον· οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ, Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ, περιτομὴ, ἀλλ᾽ ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ ἡ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, ζῶντι ψαλτηρίῳ καὶ κιθάρᾳ ἐμψύχῳ, πνευματικαῖς τε ᾠδαῖς τὸν ὕμνον ἀποδίδομεν. παντὸς δὲ οὖν ὀργάνου μουσικοῦ χρῆμ᾽ ἂν τῷ θεῷ προσηνεστέρα ἡ τῶν Χριστοῦ λαῶν συμφωνία, καθ᾽ ἣν ἐν πάσαις ταῖς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις, ὁμογνώμονι ψυχῇ καὶ μιᾷ διαθέσει, ὁμοφροσύνῃ τε καὶ ὁμοδοξίᾳ πίστεως καὶ εὐσεβείας, ὁμόφωνον μέλος ἐν ταῖς ψαλμολογίαις ἀναπέμπομεν. τοιαύταις οὖν ψαλμῳδίαις καὶ κιθάραις πνευματικαῖς χρῆσθαι εἰώθαμεν, ἐπεὶ καὶ τοῦτο διδάσκει ὁ ἀπόστολος λέγων· ψαλμοῖς καὶ ᾠδαῖς καὶ ὕμνοις πνευματικοῖς. εἴη δ᾽ ἂν ἄλλως κιθάρα μὲν, τὸ πᾶν σῶμα, οὗ διὰ τῶν κινήσεων καὶ τῶν πράξεων ἡ ψυχὴ τὸν πρέποντα τῷ θεῷ ὕμνον ἀποδίδωσι. ψαλτήριον δὲ δεκάχορδον, ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τῶν αἰσθητηρίων, πέντε μὲν τοῦ σώματος, ἰσαρίθμων δὲ τῶν ψυχῆς δυνάμεων, ἐπιτελουμένη λατρεία, ἃ δὴ παριστὰς ὁ αὐτὸς ἀπόστολος, φησί που· προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ· ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ. ὡς καὶ τοῦ νοὸς ἰδίας ἔχοντος κινήσεις, δι᾽ ὧν ἀνακρούεται τὸ σῶμα, καὶ τοῦ πνεύματος πάλιν οἰκείας, δι᾽ ὧν τὴν ψυχὴν ἐνεργεῖ.

Ὅτι εὔφρανάς με κύριε ἐν τῷ ποιήματί σου, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου ἀγαλλιάσομαι. ὁ νοήσας τὴν ὑπὸ τοῦ θεοῦ πεποιημένην ἡμέραν, περὶ ἧς εἴρηται, αὕτη ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ, οὗτος ἐρεῖ, ὅτι εὔφρανάς με κύριε ἐν τῷ ποιήματί σου. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ περὶ τῆς ἡμέρας τοῦ σαββάτου ὁ παρὼν ψαλμὸς προσγέγραπται, ζητήσεις πῶς ἐν ἡμέρᾳ σαββάτου ηὐφρᾶνθαι λέγει, οὐκ ἐπὶ τῇ καταπαύσει τοῦ θεοῦ, οὐδ᾽ ἐπὶ τῇ ἀργίᾳ αὐτοῦ, ὡς ἂν ὑπολάβοιεν Ἰουδαῖοι, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ καταπαῦσαι ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησεν. καὶ μὴν ἐχρῆν εἴπερ ἄρα εἰς τὸ Ἰουδαϊκὸν σάββατον ἀνεφέρετο τὰ διὰ τοῦ ψαλμοῦ δηλούμενα, ἐπὶ τῇ σχολῇ τοῦ θεοῦ, καὶ τῇ ὡς ἂν εἴποιεν ἀναπαύσει καὶ ἀργίᾳ αὐτοῦ ηὐφρᾶνθαι λέγεσθαι· νυνὶ δὲ οὐχ οὕτω φησὶν, ἀλλ᾽ εὔφρανάς με κύριε ἐν τῷ ποιήματί σου, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου ἀγαλλιάσομαι, αὐτίκα γε παριστὰς, ἰδίως μὲν νοεῖσθαι τὸ ποίημα, καὶ πάλιν ἰδίως τὰ ἔργα τῶν χειρῶν τοῦ θεοῦ, ἐφ᾽ οἷς ηὐφρᾶνθαι ὁμολογεῖ, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ τῇ ἀργίᾳ. εἴη δ᾽ ἂν ποίημα μὲν καθ᾽ ἕνα τρόπον αὕτη ἡ ἡμέρα, περὶ ἧς εἴρηται· αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. δηλοῖ δὲ τὴν ἀναστάσιμον καὶ κυριακὴν ἡμέραν, ὡς ἐν ἑτέροις ἀποδεικτικῶς παρεστήσαμεν, τὰ ἀπὸ τῆς κοσμοποιΐας παραθέμενοι, καθ᾽ ἣν ὁ Μωσῆς ἐν ἀρχῇ, φησὶν, ἐποίησεν

A hymnos Deo emittere, idque die Sabbati præstare, otium nempe solventes, & in hoc legem Sabbati transgredientes. Nos vero Judæum in abscondito servantes secundum illud Apostoli dictum, *Non enim qui in manifesto, Judæus est, neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio; sed qui in abscondito, Judæus est, & circumcisio cordis in spiritu, non litera;* viventi psalterio & cithara animata, spiritualibusque canticis hymnum effundimus. Omni quippe instrumento musico acceptior & suavior Deo fuerit Christi popu-
B lorum concentus, quo in omnibus Dei ecclesiis una mente, uno adfectu, pari consensu & una sententia fidei & pietatis, una voce, melos in psalmodiis emittimus. Hujusmodi igitur psalmodiis & citharis spiritualibus uti consuevimus: quia id docet Apostolus his verbis, *Psalmis & canticis & hymnis spiritualibus.* Alia item ratione cithara fuerit totum corpus, cujus motibus & operibus anima condecentem hymnum Deo emittit. Psalterium autem decem chordarum, Spiritûs sancti cultus est, per quinque
C corporis sensus, & per totidem animæ virtutes exhibitus: quæ his declarat idem Apostolus, *Orabo spiritu, orabo autem & mente; psallam spiritu, psallam & mente.* Quasi scilicet mens etiam motus suos habeat, quibus pulsat corpus; & spiritus item proprios obtineat motus, quibus animam movet.

Rom. 2. 28.
Ephes. 5. 19.
1. Cor. 14. 15.

5. *Quia delectasti me, Domine, in factura tua, & in operibus manuum tuarum exsultabo.* Qui diem a Domino factam intellexit, de qua dictum est, *Hac dies, quam fecit Dominus, exsultemus & lætemur in ea,* hic dicet, *Quia*
D *delectasti me, Domine, in factura tua.* Sed quoniam de die Sabbati hic psalmus inscriptus est, quæras cur in die Sabbati se delectatum esse dicat, non de Dei requie, neque de ejus cessatione, ut Judæi opinentur, quia in ipso cessavit ab omnibus operibus suis, quæ fecit. Et vero si ea quæ in psalmo feruntur Judaïcum Sabbatum respicerent, oporteret dixisse illum, se de otio Dei, atque, ut ita dicant, de cessatione ab operibus delectatum esse: at non ita loquitur, sed ait, *Delectasti*
E *me, Domine, in factura tua, & in operibus manuum tuarum exsultabo,* aperte declarans seorsim facturam, ac seorsim opera manuum Dei indicari, in quibus se delectatum esse confitetur, sed non in cessatione. Factura autem aliquo modo fuerit ipsa dies, de qua dictum est, *Hac dies, quam fecit Dominus, exsultemus & lætemur in ea.* Significat vero Resurrectionis diem Dominicam, ut aliis in locis aperte comprobavimus, dum quæ ad mundi creationem spectant explicaremus: de qua dixit Moyses, *In principio fecit*

Psal. 117. 24.
Psal. 117. 24.
Gen. 1. 1.

Gen. 1. 3. *Deus cælum & terram*; ac subjicit, *Fiat lux, & facta est lux: & appellavit Deus lucem, diem.* Vides enim nullum aliud opificium ea die effici, nisi solam diem, ita ut illi hoc dictum probe conveniat, *Hæc dies, quam fecit Dominus.* Nihil quippe aliud præter ipsam diem condidit, quæ erat prima Dominica, de qua nunc dicitur, *Quia delectasti me, Domine, in factura tua:* opera autem manuum ejus ea sunt, quæ sequentibus diebus facta scribuntur. Alio item modo factura dicantur intellectu prædita, rationabilia & incorporea Dei opificia, qua ratione anima ad imaginem Dei facta esse scripto traditur; opera vero manuum ejus, sensibilia & corporea ejus opera, de quibus dictum est, Psal. 8. 4. *Quoniam videbo cælos, opera digitorum tuorum, lunam & stellas, quæ tu fundasti.* Docet igitur hæc Scriptura, in otio divinarum exercitationum, inque cessatione a corporeis & mortalibus operibus, quam Sabbatum & requiem Scriptura vocat, eos qui contemplationi spiritualium simul & sensibilium Dei operum vacant, dicere, *Quia delectasti me, Domine, in factura tua, & in operibus manuum tuarum exsultabo: nam ex magnitudine & pulcritudine creaturarum, proportione quadam opifex earum conspicitur:* ac spiritualia, incorporea & cœlestia, necnon visibilia ejus, a creatione mundi operibus intellecta conspiciuntur, secundum sanctum Apostolum.

A ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. καὶ ἐπιλέγει· γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν. ὁρᾷς γὰρ ὡς οὐδὲν ἕτερον ἐν ταύτῃ γένεται δημιούργημα, ἀλλ᾽ αὐτὴ μόνη ἡ ἡμέρα, ὡς ἐφαρμόζειν αὐτῇ τὸ φάσκον λόγιον, αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι ἀλλ᾽ αὐτὴν τὴν ἡμέραν ἐποίησεν, ἥτις ἦν ἡ πρώτη κυριακή, περὶ ἧς καὶ νῦν λέγεσθαι τὸ, ὅτι ηὔφρανάς με κύριε ἐν τῷ ποιήματί σου. ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ τὰ ἐν ταῖς μετὰ ταῦτα ἡμέραις γεγενῆσθαι ἀναγεγραμμένα. κατὰ δὲ ἕτερον τρόπον λεχθείη ἂν ποίημα μὲν τὰ νοητὰ B καὶ λογικὰ καὶ ἀσώματα τοῦ θεοῦ κτίσματα, καθ᾽ ὃ καὶ ἡ κατ᾽ εἰκόνα τοῦ θεοῦ γεγενημένη ψυχὴ πεποιῆσθαι ἀναγέγραπται· ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ τὰ αἰσθητὰ καὶ σωματικὰ αὐτοῦ δημιουργήματα, περὶ ὧν εἴρηται, ὅτι ὄψομαι τοὺς οὐρανούς, ἔργα τῶν δακτύλων σου, σελήνην καὶ ἀστέρας, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας. διδάσκει τοίνυν ἡ μετὰ χεῖρας γραφή, ἐν τῇ σχολῇ τῶν θείων ἀσκήσεων, καὶ τῇ τῶν σωματικῶν καὶ θνητῶν ἔργων ἀσχολίᾳ τε καὶ ἀργίᾳ, ἣν τινα σάββατον καὶ ἀνάπαυσιν ὁ λόγος ἀποκαλεῖ, ἐν τῇ θεωρίᾳ τῶν τε νοητῶν ὁμοῦ καὶ τῶν αἰσθητῶν ἔργων τοῦ θεοῦ σχολάζοντας C λέγειν, ὅτι ηὔφρανάς με κύριε ἐν τῷ ποιήματί σου, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου ἀγαλλιάσομαι· ἐκ μεγέθους γὰρ καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται· καὶ τὰ νοητὰ δὲ καὶ ἀσώματα καὶ ὑπερκόσμια, τά τε ὁρατὰ αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, κατὰ τὸν ἱερὸν ἀπόστολον.

6. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine,*
7. *nimis profunda facta sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.* Me, inquit, delectasti, Domine, in factura tua, & in operibus manuum tuarum; sed non quivis homo pari atque ego modo adfectus est. Multi namque insipientes & imprudentes sunt, qui nec norunt nec intelligunt ea, in quibus me delectari & exsultare confiteor. Quamobrem qui vere insipiens & stultus est, Dei providentia & verbo universum constitisse negat; sed fato & necessitati, insanoque cuidam cursui ac fortunæ tanta Dei opificia adscribit. Verum etiam, ut insanus, in universi administratione ruit & labitur opinione, quod ipsi videatur multum inesse in mortali vita inæqualitatis. Insipiens igitur ille & insanus rem ægre ferens, statim ad blasphemum & impium ratiocinium vertitur, horum causam dictitans esse, quod nullus sit Deus, nulla providentia; sed omnia temere & casu ferantur. Ego vero etiam in illis obscuris occultisque rebus, pia imbutus sententia, persuasum habeo judicii & administrationis tuæ rationem, parvitatem meam longe superare. Quamobrem dico, *Quam magnificata sunt*

Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε, σφόδρα ἐβαθύνθησαν οἱ διαλογισμοί σου. ἀνὴρ D ἄφρων οὐ γνώσεται, καὶ ἀσύνετος οὐ συνήσει ταῦτα. ἐμὲ φησίν, ηὔφρανας ὦ κύριε ἐν τῷ ποιήματί σου, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου· ἀλλ᾽ οὐ καὶ πᾶς ἀνὴρ τὴν αὐτὴν ἐμοὶ φέρει διάθεσιν. πολλοὶ γάρ εἰσιν ἄφρονες καὶ ἀσύνετοι, οὐ γινώσκοντες οὐδὲ συνιέντες αὐτὰ δὴ ταῦτα, ἐφ᾽ οἷς αὐτὸς εὐφραίνεσθαι καὶ ἀγαλλιᾶν ὁμολογῶ. διόπερ ὁ ὡς ἀληθῶς ἄφρων καὶ ἀσύνετος ἀναιρεῖ μὲν τὸ προνοίᾳ καὶ λόγῳ θεοῦ συνεστάναι τὸ πᾶν, εἱμαρμένῃ δὲ καὶ ἀνάγκῃ, ἀλόγῳ τε φορᾷ καὶ τύχῃ περιγράφει τὰ τηλικαῦτα τοῦ θεοῦ δημιουργήματα. ἀλλὰ καὶ ὡς E ἀσύνετος προσκόπτει τῇ διοικήσει τοῦ παντός, διὰ τὸ δοκεῖν πολλὰς ἀνωμαλίας ἐν τῷ θνητῷ βίῳ θεωρεῖν. ὁ μὲν οὖν ἄφρων καὶ ἀσύνετος δυσχεραίνων, εὐθὺς ἐπὶ βλάσφημον καὶ ἀσεβῆ λογισμὸν τρέπεται, ἀθεότητά τε καὶ ἀπρονοησίαν, καὶ τὸ εἰκῆ, καὶ ὡς ἔτυχεν, τούτων εἶναι φάσκων αἴτια. ἐγὼ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν προειρημένων ἀδήλων εὐσεβεῖ δεδιδαγμένος, πέπεισμαι ὅτι ὑπὲρ τὴν ἐμὴν σμικρότητα τυγχάνουσιν οἱ τῆς σῆς κρίσεως καὶ διοικήσεως λόγοι. διό φημι, ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα

σου κύριε, σφόδρα ὑπερυψώθησαν οἱ διαλογισμοί σου. καὶ πόθεν γὰρ θνητοῖς λογισμοῖς ἐρευνᾶν τὰ βάθη τοῦ θεοῦ, καὶ γινώσκειν τοὺς διαλογισμοὺς αὐτοῦ καθ' οὓς διοικεῖ τὰ ἀνθρώπινα. ὡς γὰρ οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ, οὕτως καὶ τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ, καὶ οὐχ οἷός τε λέγειν· ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ, περὶ οὗ εἴρηται· τὸ γὰρ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ· ἅπερ εἰδὼς, οὐδαμῶς ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀνωμαλίᾳ ταράττομαι· χαίρω δὲ καὶ εὐφραίνομαι τοὺς τῆς προνοίας λόγους οὐκ ἀπὸ τῶν B κατὰ ἀνθρώπους συμπτωμάτων, ἀπὸ δὲ τῶν ἔργων τῶν χειρῶν τοῦ θεοῦ καὶ ἀπὸ τῶν ποιημάτων αὐτοῦ καταλαμβάνων. καὶ χαίρω γε καὶ ὑπερευφραίνομαι τοιούτων καταξιωθεὶς, ὧν ἐστέρηται πᾶς ἄφρων καὶ ἀσύνετος, οὐ δυνάμενος ἀπὸ τῶν ἔργων τοῦ θεοῦ, τοῖς περὶ τῆς καθόλου προνοίας λόγοις μαθητεύεσθαι.

Ἐν τῷ ἀνατεῖλαι ἁμαρτωλοὺς ὡσεὶ χόρτον, καὶ διέκυψαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅπως ἂν ἐξολοθρευθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. ὁ μὲν ἄφρων καὶ ἀσύνετος ὁρῶν ἀσεβεῖς εὐθυμουμένους, δικαίους δὲ καὶ εὐσεβεῖς κακουμένους, C οὐ συνίησι τοὺς τῆς προνοίας λόγους, ἀλλ' εὐθὺς ἐπ' ἀσεβεῖς τρέπεται λογισμοὺς, ἐκπίπτων εἰς ἀθεότητα. ἐγὼ δὲ τῷ ποιήματί σου ἐνορῶν, καὶ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου, μετὰ τῶν ἄλλων συνεῖδον, ὅτι τὸ τέλος τῶν κατὰ τὸν βίον εὐθυμούντων ἀσεβῶν ὄλεθρον περιέχει καὶ ἀπώλειαν. διὸ πολὺ πλέον περὶ τῆς θείας κρίσεως λόγους ὑπερεκπλήττομαι. ὥσπερ γοῦν χόρτος καὶ τὰ ἀπὸ γῆς ἄνθη πρὸς ὀλίγον ὡραῖα φαίνεται, καὶ θέλγει τὴν ὅρασιν, καὶ τὴν αἴσθησιν ἅπασαν, ὅσον δὲ οὐδέπω μεταβάλλει καὶ τρέπεται, φθίνει τε ῥᾷστα καὶ ἀπόλλυται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ παρὰ D τοῖς πολλοῖς θαυμαζόμενοι ἁμαρτωλοὶ, ἅμα τε ἀνέτειλαν, καὶ πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες, διέκυψαν, ἐφάνησάν τε τίνες ποτέ εἰσιν, καὶ ὁποίας προαιρέσεως. εἶτ' οὐκ εἰς μακρὸν αὐτοὺς μετῆλθεν οὐκέτι βραχὺς καὶ πρόσκαιρος ὄλεθρος, ἀλλὰ διηνεκὴς ἀπώλεια. ἐπειδήπερ ἡ σὴ δικαιοκρισία τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐφέστηκε πράγμασι, διὰ δὴ μάλιστα συγκεχωρῆσθαι τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ τοῖς ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν τὸ ἀνατεῖλαι καὶ διακύψαι ἡγοῦμαι· ὡς ἂν ἐλεγχθείη αὐτῶν ἡ προαίρεσις, οὐ καλῶς τοῖς τοῦ θεοῦ δωρήμασι κεχρημένη, διόπερ ἔκδικος αὐτοὺς ὄλε- E θρος αἰώνιος διαδέξεται.

Σὺ δὲ ὕψιστος εἰς τὸν αἰῶνα κύριε. ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου κύριε, ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἀπολοῦνται, καὶ διασκορπισθήσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. καὶ ὑψωθήσεται ὡς μονοκέρωτος τὸ κέρας μου. καὶ τὸ γῆράς μου ἐν ἐλαίῳ πίονι. καὶ ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου, καὶ ἐν τοῖς ἐπανισταμένοις ἐπ' ἐμὲ πονηρευομένοις ἐπακούσεται τὸ οὖς μου. Σὺ μὲν, φησὶν, ὦ κύριε ἀεὶ κατὰ τὰ

A *opera tua Domine! admodum excelsa factæ sunt cogitationes tuæ.* Et quî possint mortalia ratiocinia, profunda Dei explorare, & cogitationes ejus queîs humana administrat cognoscere? Quemadmodum enim nullus hominum novit quæ sunt hominis, nisi Spiritus qui in ipso est; sic quæ Dei sunt nullus novit, nisi Spiritus Dei, neque dicere potest, Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum Dei, de quo dictum est: *Nam Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei;* 1. Cor. 2. 10.
quæ cum probe norim, nullatenus de hominum inæqualitate perturbor; imo vero gaudeo & lætor, providentiæ rationem non ab humanis casibus, sed ab operibus manuum Dei & ab opificiis ejus mente concipiens. Gaudeo item & admodum lætor, iis donatus bonis, quibus insipiens quilibet & stultus privatur, nec valet ab operibus Dei, illius providentiæ in omnia rationes ediscere.

*Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & 8.
apparuerint omnes qui operantur iniquitatem;
ut intereant in sæculum sæculi.* Insipiens quidem ac stultus ille, cum videt impios homines prospere agere, justos autem & pios homines malis opprimi, providentiæ rationem non intelligit; sed statim ad impia ratiocinia vertitur, ita lapsus ut nullum esse Deum putet. Ego vero opificium tuum, & opera manuum tuarum considerans, in his deprehendi finem impiorum, qui in hac vita prospere agunt, esse interitum ac perniciem: quare multo magis divini judicii rationem admiror. Nam sicut fœnum & flores terræ ad breve tempus speciosa videntur oculosque ac sensum demulcent; sed mox mutantur ac vertuntur, facillimeque marcescunt & pereunt; eodem modo peccatores, qui penes multos in admiratione habentur, quum primum exorti fuerunt, brevi floruerunt, ac conspecti sunt; statimque apparuit quales fuerint, & quod institutum vitæ tenuerint. Nec diu postea ipsos pernicies invasit, non jam brevis & temporanea, sed perpetuum exitium. Quia enim justum judicium tuum rebus imminet humanis, ideo æstimo peccatoribus & operantibus iniquitatem concedi, ut exoriantur & prospere agant; ut eorum consilium & voluntas, Dei muneribus non bene usa, coarguatur: quamobrem ultrix eos & æterna pernicies excipiet.

*Tu autem altissimus in æternum, Domine. 9.
Quoniam ecce inimici tui, Domine, quoniam 10.
ecce inimici tui peribunt, & dispergentur omnes
qui operantur iniquitatem. Et exaltabitur sicut
unicornis cornu meum, & senectus mea in oleo 11.
pingui. Et respexit oculus meus inimicos meos, 12.
& in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.* Tu quidem, ait, Domine,

qui semper uno eodemque modo altissimus es, in excelsis manes per omne sæculum, non mutaris, non dejiceris, non verteris, non teipso melior evadis, nec iis qui in terra sunt humilibus similis es, non exiguum aut humile quidpiam sentis aut agis, sed in æternum tibi similis permanes; nos autem humiles, qui procul a virtute tua absumus, alio alioque modo ferimur & mutamur. Inimici itaque tui, Domine, qui sese vita, quæ apud te est, alienos constituerunt; ac præoptarunt inimicitias tecum, qui solus bonus es, gerere, quam amicitia frui tua, peribunt, sibique ipsi perniciei auctores erunt: quia noluerunt apud te manere amicique tui esse; sed inimicitias adversum te, opificem & servatorem suum, suscepere. Quamobrem etiamsi infinitas in hac vita pecunias, divitias & thesauros colligant; sed omnia cum animabus & corporibus ipsorum dispergentur. Ego vero qui cognitionem & amicitiam tuam amplexatus, & inimicis tuis alienus effectus sum, persuasum habeo me mutationem in melius nacturum esse, justo judicio tuo fidem habens. Itaque etiamsi in præsenti vita inglorius & vilis esse penes multos videar; sed in fine rerum exaltabor; imo potius cornu meum exaltabitur, id est, spes regni illius quod apud te me consequuturum exspecto; quæ scilicet pari modo exaltabitur atque unicornis. Nam si quis est unicornis in spiritualibus, qui te Patrem suum ut unum cornu sibi adscribit; bene novi me, perinde atque illum, exaltandum esse. Quia enim hæredes Dei, cohæredes autem Christi vocamur; spero me eodem, quo Christus, regno fruiturum esse, cum senectus mea, id est extrema vitæ meæ, exaltabitur in oleo pingui. Etiamsi enim juventutis & vigoris animæ meæ tempus in hac vita, ceu in certamine, humiliatum exerceatur; at extrema, ipsiusque animæ senectus, id est consummatio ejus, mutationem in melius obtinebit; ac oleo supereffluenti diviti & pingui, apud te misericors Deus, vivificabitur. Tunc sane oculus meus qui super peccatores contabescit, & mortalem vitam deplorat, ab inimicis meis conspicietur, eosque debitas pœnas luere videbit; qui jam apud multos gloriâ celebrantur, quorumque finis dispersioni tradetur. Tunc non modo oculus meus, sed etiam auris animæ meæ, finem audiet eorum, qui jam insurgunt adversum me & maligne agunt. Horum ergo omnium causa admiratione perculsus de providentiæ tuæ ratione, & de justo judicio abs te omnibus reddendo, ego quidem lætor & exsulto in operibus manuum tuarum; omnis autem vir insipiens & stultus non in-

A αὐτὸς καὶ ὡσαύτως ἔχων ὕψιστος ἐν ὑψηλοῖς διαμένεις τὸν σύμπαντα αἰῶνα· οὐ τρεπόμενος, οὐ ταπεινούμενος, οὐκ ἀλλοιούμενος, οὐ κρείττων σαυτοῦ γινόμενος, οὐ τοῖς ταπεινοῖς τῶν ἐπὶ γῆς ὁμοιούμενος, οὐδὲ μικρόν τι καὶ ταπεινὸν φρονῶν καὶ πράττων· ἀλλ' εἰς ἄπειρον σαυτῷ διαμένων ὅμοιος· ἡμεῖς δὲ οἱ ταπεινοὶ καὶ μακρὰν τῆς σῆς ἀπέχοντες δυνάμεως, ἄλλοτε ἄλλως φερόμεθα, καὶ μεταβαλλόμεθα. οἱ μὲν οὖν ἐχθροί σου, ὦ κύριε, ὡς ἂν ἑαυτοὺς ἀλλοτρίους καταστήσαντες τῆς παρὰ σοὶ ζωῆς, ἔχθραν τε ἀντὶ φιλίας πρὸς σὲ τὸν μόνον ἀγαθὸν ἑλόμενοι, ἀπο-
B λοῦνται, ἑαυτοῖς αἴτιοι γενόμενοι ἀπωλείας, διὰ τὸ μὴ ἐθελῆσαι σοὶ παραμεῖναι καὶ σοὶ φιλωθῆναι· ἔχθρας δὲ ἄρασθαι τὴν πρὸς σὲ τὸν ἑαυτῶν ποιητήν τε καὶ σωτῆρα. διὸ κἂν μυρία συναγάγωσιν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ χρήματα, καὶ πλοῦτον καὶ θησαυρούς, ἀλλὰ τὰ πάντα σὺν ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς καὶ αὐτοῖς σώμασι διασκορπισθήσονται. ἐγὼ δὲ ὁ τὴν πρὸς σὲ γνῶσιν καὶ φιλίαν ἀσπασάμενος, καὶ τῶν ἐχθρῶν σου ἀλλότριος γεγονώς, πέπεισμαι ὅτι τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολῆς τεύξομαι τῇ σῇ δικαιοκρισίᾳ πιστεύων· ὥστε εἰ καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον ἄδοξός τις εἶναι δοκοίην
C καὶ ταπεινὸς παρὰ τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' ἐν τῷ τέλει τῶν πραγμάτων ὑψωθήσομαι, μᾶλλον δὲ τὸ κέρας μου ὑψωθήσεται, τουτέστιν ἡ ἐλπὶς τῆς προσδοκωμένης μου παρὰ σοὶ βασιλείας, ἥτις ὑψωθήσεται τοσοῦτον, ὅσον καὶ ἡ τοῦ μονοκέρωτος. εἰ γάρ ἐστί τις ἐν νοητοῖς μονόκερως ἓν κέρας ἐπιγραφόμενός σε τὸν αὐτοῦ πατέρα, εὖ οἶδα καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἐκείνῳ ὑψωθησόμενος. ἐπεὶ γὰρ κεκλήμεθα κληρονόμοι εἶναι θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ, πέπεισμαι, φησί, τῆς αὐτῆς τῷ Χριστῷ σου βασιλείας ἀπολαύσειν, ὁπηνίκα τὸ γῆράς μου, τουτέστι τὰ ἔσχατα τῆς
D ἐμῆς ζωῆς ὑψωθήσεται ἐν ἐλαίῳ πίονι. εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τὰ τῆς νεότητος καὶ τὰ τῆς ἀκμῆς τῆς ἐμῆς ψυχῆς, ὡς ἐν ἀγῶνι τῷ παρόντι βίῳ ταπεινοῦται γυμναζόμενα, ἀλλά γε τὰ ἔσχατα καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς τὸ γῆρας, τουτέστιν ἡ τελείωσις τεύξεται τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολῆς, ἐν ἐλαίῳ περιττεύοντι καὶ πλουσίῳ καὶ πίονι, τῷ παρὰ σοὶ τῷ ἐλεήμονι θεῷ ζησομένης. τότε δὴ τότε καὶ ὁ νῦν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἐκτηκόμενός μου ὀφθαλμός, καὶ τὸν θνητὸν βίον ἀποκλαιόμενος, ἐπόψεται τοῖς ἐχθροῖς μου, ὁρῶν δίκην τὴν πρέ-
E πουσαν διδόντας, τοὺς νῦν παρὰ τοῖς πολλοῖς δοξαζομένους, ὧν τὸ τέλος διασκορπισμῷ παραδοθήσεται. τότε δὲ οὐ μόνον ὁ ὀφθαλμός μου, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ οὖς τῆς ἐμῆς ψυχῆς τὸ τέλος ἀκούσεται τῶν σήμερον ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ καὶ πονηρευομένων. τούτων δ' οὖν ἕνεκα πάντων ὑπερθαυμάζων τοὺς τῆς σῆς προνοίας λόγους, καὶ τὴν ἀποκειμένην τοῖς πᾶσι παρὰ σοῦ δικαιοκρισίαν, ἐγὼ μὲν ὑπερευφραίνομαι καὶ ἀγαλλιῶ ἐπὶ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου· πᾶς δὲ ἄφρων ἀνὴρ καὶ ἀσύνετος οὐ συνήσει

Ταῦτα δὴ δή φημι· ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐβαθύνθησαν, ἀλλὰ σφόδρα ἐβαθύνθησαν οἱ διαλογισμοί σου· καθ' οὓς διαλογισμοὺς ἀπορρήτως καὶ βαθέως διοικεῖς τὸ πᾶν, ἐπιτρέπων καὶ συγχωρῶν ἀσεβέσι μὲν κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν ἐπαίρεσθαι καὶ ὑψοῦσθαι, τοὺς δὲ εὐσεβεῖς ταπεινοῦσθαι, ὧν τὰ τέλη μαρτυρεῖ σου τῇ θαυμαστῇ καὶ πανσόφῳ διοικήσει· ἃ δὴ συνιδὼν καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος ἐξεφώνησε τό, ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματά σου, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.

νος ὁ προφήτης περὶ τῶν τοῖς ἀσεβέσι τολμω-
» μένων, εὐξάμενός τε καὶ εἰπών, ὑψώθητι ὁ κρί-
» νων τὴν γῆν, ἀπόδος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερη-
» φάνοις· ἀλλὰ καὶ ὡς ἀνακινήσας τὸν θεόν, καὶ
διεγείρας διὰ τοῦ φάναι, τὸν λαόν σου καὶ τὴν
κληρονομίαν σου ἐκάκωσαν καὶ ἐταπείνωσαν,
» καὶ εἶπον, οὐκ ὄψεται κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ
» θεὸς τοῦ Ἰακώβ· ἐμπίπλαται τῆς τοῦ ἁγίου
πνεύματος δυνάμεως καὶ ὡς πρὸς τοὺς εἰρη-
» κότας, οὐκ ὄψεται ὁ κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ θεὸς
» τοῦ Ἰακώβ, ἀποκρίνεται λέγων· καὶ πῶς, ὦ τὴν
διάνοιαν ἀληθῶς τυφλοί, οὐ δύναται μὴ ὁρᾶν,
μηδὲ ἀκούειν, ὁ τοῖς μὴ ἔχουσι ταῦτα παρε-
χόμενος. πάντως γάρ που ὁ μεταδιδοὺς ἑτέ-
ροις, πρῶτος αὐτὸς κέκτηται ταῦτα, ὧν με-
ταδίδωσιν. ἔστι δὲ ὁ λόγος κατὰ συλλογισμὸν εἰ-
ρημένος καὶ κατασκευαστικὸς τοῦ περὶ προνοίας
δόγματος. προσῆκε δὲ μάλιστα τοῖς τοιούτοις
τῶν θείων γραφῶν ἐφιστάναι τὸν νοῦν τόποις,
εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μὴ ἄλογον πίστιν προβάλλε-
σθαι ἡμῖν ὑπ᾽ αὐτῶν, μετὰ λογισμῶν δὲ
ἐναργῶν καὶ ἀποδείξεων λογικῶν τὰς τῶν δογ-
μάτων μαρτυρίας παρέχειν. μυρία δ᾽ ἂν εἴη
τοιαῦτα ταῖς ἱεραῖς βίβλοις κατεσπαρμένα.
συλλογίζεται τοιγαροῦν τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀθέους
τοὺς μὴ ἐφορᾶν τὸν θεὸν τὰ ἀνθρώπινα φάσκον-
τας. πότερα γάρ φησιν ὦ οὗτοι, αὐτομάτως
ὑπέστη τῶν ζώων ἡ φύσις, ἢ γέγονεν ἔκ τινος
αἰτίου; ὃ μὲν οὖν φάσκειν, εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυ-
χεν, ἀλόγως καὶ αὐτομάτως τὴν ἄζωον καὶ
ἄψυχον καὶ ἀνόητον ὕλην τὰ τοσαῦτα ζῶα
καὶ τὴν ἐφ᾽ ἑκάστῳ γένει τῶν ζώων τοιάνδε κατα-
σκευήν, τάς τε ἐν αὐτοῖς μορφὰς καὶ τὰ εἴδη
καὶ τὴν τοσαύτην τῶν μερῶν τε καὶ μελῶν διά-
θεσιν, τήν τε τοῦ κάλλους ποικιλίαν, καὶ τὰς
τοσαύτας διαφορὰς προενηνοχέναι, σφόδρα
μωρὸν καὶ ἠλίθιον, καὶ ἀνδρῶν ὡς ἀληθῶς τὰς
ψυχὰς νενεκρωμένων. πῶς γὰρ ὃ μὴ ζωῆς
μετέχει ζωὴν ἑτέρῳ ἂν παράσχοι; ἢ ὃ ἄψυ-
χον πῶς ἂν ψυχὴν ὑποστήσαιτο; ἢ ὃ ἄλο-
γον πῶς ἂν λογικόν τι κατασκευάσειε; πῶς
δὲ τὴν ἀρχὴν κινηθήσεται, ἢ πῶς ἕτερον κι-
νήσει ὃ ἐξ ἑαυτοῦ τὴν φύσιν ἀκίνητον; τοιοῦ-
τον δὲ ὃ τῆς γῆς στοιχεῖον, ἐξ οὗ παντοῖα προ-
ῆλθε ζώων γένη, ὀφθαλμοὺς ἔχοντα καὶ ὦτα
καὶ τὰ λοιπὰ αἰσθητήρια, ζωῆς καὶ κινήσεως
καὶ ὁρμῆς μέτοχα; ἄνθρωπος δὲ καὶ τούτων
ἐπάγεται πλέον, λογικῆς ὢν φύσεως, νοῦ τε
καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸς τυγχάνων. ἆρ᾽ οὖν ἐξ
ἀλόγου καὶ ἀψύχου στοιχείου, τὰ τοιάδε πάν-
τα ὑπέστη; ἀλλὰ καὶ τὸν μὴ βουλόμενον ὁμο-
λογεῖν αὐτὰ νικᾷ ἡ ἐνέργεια, καὶ ὁ κατὰ φύ-
σιν λογισμὸς τ᾽ ἀληθῆ λέγειν ἐκβιάζεται, ὃ
μὴ τὴν ἄψυχον ὕλην, μηδὲ τὴν ξηρὰν καὶ
ἄλογον οὐσίαν τούτων ὑπάρχειν αἰτίαν· νοῦν
δέ τινα θεῖον καὶ δημιουργικὸν εἶναι λόγον θεοῦ

A *nem scientiam? Dominus scit cogitationes ho-* 11.
minum, quoniam vanæ sunt. Postquam im-
piorum ausus ægre ferens propheta huma-
no more deflevit, ac precatus dixit, *Exalta-
re qui judicas terram, redde retributionem su-
perbis;* sed etiam Deum quasi commovit
& excitavit his verbis, Populum tuum & hæ-
reditatem tuam vexaverunt & humiliave-
runt, *& dixerunt, Non videbit Dominus, nec
intelliget Deus Jacob;* Spiritus sancti virtute
repletur, & quasi responderet iis qui dixe-
rant, *Non videbit Dominus, nec intelliget Deus*
B *Jacob,* sic loquitur: Et quomodo, ô vere men-
te cæci, potest non videre & non audire, qui
hæc non habentibus impertit? Nam is certe
qui aliis quidpiam elargitur, prior utique ha-
bet ea quæ aliis communicat. Est porro ser-
mo syllogismi ritu prolatus & concinnatus ad
providentiæ doctrinam comprobandam. Par
autem erat iis maxime Scripturæ divinæ lo-
cis animum adhibere, ut ostendatur, non ra-
tione vacuam ibi fidem nobis offerri, sed
claris ratiociniis & demonstrationibus logi-
cis doctrinæ testimonia exhiberi. Sexcenta
C autem similia in sacris bibliis conspersa sunt.
Syllogismis itaque impios & atheos confu-
tat, qui dicebant Deum humana non respi-
cere. Heus vos, inquit, animalium-ne natu-
ra per se sponte substitit, an a quadam causa
condita est? si dicatur enim temere, ac sorte
quadam, sine ratione & sponte sua vita ca-
rentem & inanimatam materiam tot anima-
lia, & singulis generibus inditam hujusmodi
constitutionem, formas item & species, ac
tantam partium & membrorum concinnita-
tem, pulcritudinis varietatem, & tot discri-
D mina producta esse; stultum certe insanum-
que fuerit illud, & hominum qui vere ani-
mâ mortui fuerint, ratiocinium. Quomodo
enim quod vitam non habet alteri imper-
tiat? aut quomodo inanimatum, animam
constituerit? aut irrationabile quomodo
quidpiam rationabile produxerit? Quo pa-
cto primùm movebitur, aut aliud movebit,
quod ex natura sua immobile sit? Hujus-
modi est terræ elementum, ex quo omnia &
varia prodiere animalium genera, quæ ocu-
lis, auribus cæterisque sensibus instructa
E sunt, vita, motu & appetitu prædita? homo
vero, iis longe præstat, cum sit naturæ ratio-
nabilis, ac mentis & scientiæ capax. Num
igitur ex ratione vacuo & inanimato ele-
mento hæc omnia substiterunt? At eum qui
hæc confiteri nolit, rei ipsius vis & efficacia
vincit, ac ipsum naturale ratiocinium vera
dicere cogit; nimirum nec inanimatam ma-
teriam, neque aridam rationeque vacuam
substantiam, horum esse causam: sed mun-
di opificem esse mentem quamdam divi-

nam & creatricem, Dei nempe Verbum, rerum omnium factorem, qui tum reliquis omnibus, tum ipſi homini ſenſus corporis indidit, & animæ humanæ ratiocinium, atque etiam mentem, qua naturam rerum conſideret; ac oculis quidem, viſibilia reſpiciat; auribus vero, in auditum cadentia audiat; cogitatione demum, intelligibilia comprehendat. Quî igitur fieri poteſt ut, qui aliis facultatem videndi, quam ex ſe non habebant, impertiit, non ipſe videat? Quî fieri poteſt ut is, qui in terreno & luteo vaſe auditum & aurem perforavit, ita ut muta & ſurda materia, ea quæ ad aurem proferuntur audiat, non ipſe melius & præſtantius aliis omnibus humanas cogitationes percipiat? Quod ſi univerſæ per orbem gentes, cum barbaræ tum Græcæ, naturali cogitationum, quas a Deo acceperunt, impulſu, quaſdam ſibi leges & conſtitutiones efformarunt; quomodo is qui talem ipſis prudentiam indidit, non arguat eos qui præter naturam ac præter ſanam mentem quid agere auſi fuerint? Unde hominibus prodiit omnis & cujuſlibet rei notitia? unde artes? unde ſcientiarum ſpeculationes? unde diſciplinarum ſermones? annon ab eo qui harumce rerum comprehenſionis facultatem in illis inſevit? Quid igitur? num is qui tali hominem natura donavit, ipſe cognitionis expers erit, ita ut ne ipſa quidem, quorum ipſe largitor eſt, cognoſcat? Verum impie cogitandi ac loquendi finem facite, ô vani homines: ac vero ſermoni obtemperantes ſcitote, eum qui plantavit aurem in hominibus, longe prius quæ dicuntur auditurum eſſe; ac eum qui oculum finxit hominibus, non modo viſurum ac geſta conſpecturum; ſed & cogitationes adhuc in mente latentes intellecturum eſſe. Hæc enim virtus eſt Dei, cognoſcentis ac diſcernentis cogitationes hominum quoniam vanæ ſunt. Revera omnis, ut apud homines exiſtimatur, veritas, omniſque illorum ſapientia, quam ex propriis ratiociniis & mortalibus cogitationibus præferunt; vana certe fuerit. Omnis quippe ſapientia & veritas penes ipſum ſolum exſiſtit, & ab ipſo iis tantum qui digni ſunt inditur.

12. *Beatus homo quem tu erudieris, Domine, &*
13. *de lege tua docueris eum, ut mitiges ei a diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea.* Ego ſupra dictis obtemperans & credens, nimirum cogitationes hominum vanas eſſe, illum ſolum beatum jure arbitror, Domine, qui ex tua ſapientia & eruditione velut ex fonte hauſit. Quomodo autem quis eruditionis tuæ particeps fuerit, niſi divinæ legis tuæ diſciplina inſtitutus? Nam ideo pietatis leges ſcripto tradidiſti, ut qui illis inſtituun-

A τὸν κοσμοποιὸν, καὶ πάντων ποιητὴν αὐτὸν, καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασι καὶ αὐτῷ ἀνθρώπῳ αἰσθήσεις δεδωκότα σώματος, καὶ ψυχῆς λογισμὸν, καὶ νοῦν πρὸς τούτοις εἰς ὃ ἐπιβάλλειν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, καὶ θεωρεῖν μὲν ὀφθαλμοῖς τὰ ὁρατὰ, ὠσὶ δὲ τὰ ἀκουστὰ ἀκούειν, λογισμῷ δὲ συνιέναι τὰ νοητά. πῶς οὖν οἷόν τε τὸν ἑτέροις τοῖς μὴ παρ' ἑαυτῶν ἔχουσι παρεσχηκότα τὴν ὁρατικὴν δύναμιν, αὐτὸν μὴ ὁρᾶν; πῶς δὲ δυνατὸν τὸν ἐν τῷ γεώδει καὶ πηλίνῳ σκεύει διατρήσαντα ἀκοὴν καὶ οὖς, ἔνθεν τὰ εἰς ὦτα ἀκούειν τὴν ἄναυδον καὶ κωφὴν ὕλην τῶν ἔξω-
B θεν φωνῶν αὐτῶν, μὴ οὐχὶ πρὸ πάντων πολὺ κρειττόνως καὶ μειζόνως τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπιβάλλειν λογισμοῖς; εἰ δὲ καὶ ὅλα ἔθνη τὰ ἐπὶ γῆς βάρβαρά τε καὶ Ἑλληνικὰ, φυσικαῖς ἐννοίαις κινούμενα, ἃς ὑπὸ θεοῦ εἰλήφασι, νόμους τινὰς καὶ διατάξεις ἑαυτοῖς διετυπώσαντο, πῶς οὐχὶ ὁ ταύτην αὐτοῖς τὴν σύνεσιν δεδωρημένος θεὸς, ἐλέγξει τοὺς παρὰ τὴν φύσιν, καὶ παρὰ τὰς ὀρθὰς ἐννοίας πράττειν τι τολμῶντας; πόθεν δὲ ἀνθρώποις ἡ περὶ παντὸς οὗτινος οὖν πράγματος γνῶσις; πόθεν αἱ τέχναι; πόθεν τῶν ἐπιστημῶν αἱ θεω-
C ρίαι; πόθεν οἱ τῶν μαθημάτων λόγοι; ἆρ' οὐκ ἀπὸ τοῦ κατασπείραντος ἐν αὐτοῖς τὴν δύναμιν τῆς τούτων καταλήψεως; τί οὖν; ὁ τοιαύτην ἀνθρώπῳ φύσιν χαρισάμενος, αὐτὸς ἐστέρηται τῆς γνώσεως, ὡς μηδὲ γινώσκειν ταῦτα, ὧν αὐτὸς τυγχάνει δοτήρ; ἀλλὰ γὰρ παύσασθε ἀσεβοῦντες, ὦ μάταιοι· ἀληθεῖ δὲ λόγῳ πειθόμενοι, γνῶτε ὅτι ὁ φυτεύσας ἐν ἀνθρώποις τὸ οὖς, πολὺ πρότερος αὐτὸς τῶν παρὰ ἀνθρώποις λαλουμένων ἀκούσεται· καὶ οὐ μόνον ὄψεται καὶ τὰ πραττόμενα ἐποπτεύσει ὁ ἐν ἀνθρώποις πλάσας ὀφθαλμὸν, ἀλλὰ καὶ
D τὰς ἐνθυμήσεις, τὰς ἔτι κατὰ διάνοιαν κρυπτομένας συνήσει. αὕτη γὰρ θεοῦ δύναμις γινώσκοντος καὶ διακρίναντος τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. ἀληθῶς γὰρ πᾶσα ἡ παρὰ ἀνθρώποις νομιζομένη ἀλήθεια, καὶ πᾶσα ἡ παρ' αὐτοῖς σοφία, ἣν ἐξ οἰκείων λογισμῶν καὶ θνητῶν ἐνθυμήσεων προβάλλονται, * μάταιος ἂν εἴη. πᾶν γὰρ σοφὸν καὶ ἀληθὲς παρ' αὐτῷ μόνῳ τυγχάνει, καὶ παρ' αὐτοῦ μόνοις τοῖς ἀξίοις δίδοται.

« Μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς κύ-
E « ριε, καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτὸν, τοῦ
« πραΰναι αὐτῷ ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν, ἕως οὗ ὀρυ-
« γῇ τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος. πεισθεὶς ἐγὼ καὶ πιστεύσας τοῖς εἰρημένοις, καὶ ὅτι οἱ διαλογισμοὶ τῶν ἀνθρώπων εἰσὶ μάταιοι, εἰκότως ἐκεῖνον μόνον μακάριον εἶναι ἡγοῦμαι, ὦ κύριε, τὸν ἀπὸ τῆς σῆς σοφίας καὶ παιδείας, ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς μεταλαμβάνοντα. πῶς δὲ μεταλάβοι ἄν τις τῆς σῆς παιδείας, ἢ τῷ νόμῳ σου τῷ θείῳ μαθητευθείς; διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐγγράφους παρέδωκας εὐσεβείας νόμους, εἰς ὃ μεταλαμ-

βάνειν

βαίνειν τῆς σῆς παιδεύσεως τοὺς μαθητευομένους αὐτοῖς. διδασκόμεθα δὲ διὰ τούτων, ὅτι τὰ συμβαίνοντα τοῖς δικαίοις λυπηρὰ, ἐπ' ὠφελείᾳ αὐτῶν γίνεται, γυμναζομένων καὶ πειραζομένων, δίκην ἀθλητῶν θεοῦ, διὰ πόνων καὶ διὰ πληγῶν ἐν ὑπομονῇ δοκιμαζομένων. διὸ οὐ χρὴ λυπεῖσθαι, οὐδὲ ἀδημονεῖν ἐπὶ τοῖς κακουμένοις κατὰ τὸν παρόντα βίον, μακαρίζειν δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ παιδευομένους· μακάριος γὰρ ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς κύριε, καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτόν. ὁ γὰρ παιδευόμενος ὑπὸ σοῦ καὶ διδασκόμενος, πραΰνεται ἐν ταῖς πονηραῖς ἡμέραις. ἐν αὐταῖς γοῦν ταῖς κακοπαθείαις, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς πειρασμοῖς τὰς ἀπὸ τοῦ νόμου σου παραμυθίας λαμβάνων θεραπεύεται, ὑπομένειν διδασκόμενος καὶ μακροθυμεῖν, ἕως οὗ ὀρυχθῇ τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος, τοῦτο γὰρ αὐτὸν περιμένει τὸ τέλος, καθάπερ ὁ σὸς νόμος διδάσκει. διὸ ταῦτα μανθάνων ἐν τοῖς τῶν πειρασμῶν καιροῖς ὁ δίκαιος, πραΰνεται καὶ θεραπεύεται, τὰς ἐκβάσεις τῶν πραγμάτων σκοπῶν, καὶ τοῦ μὲν καταπονοῦντος αὐτὸν ἁμαρτωλοῦ τὸν βόθρον εἰς ὃν ἐμπεσεῖται, ἑαυτοῦ δὲ τὰς παρὰ τῷ θεῷ ἀγαθὰς ἐλπίδας πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος.

Ὅτι οὐκ ἀπώσεται κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει, ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν, καὶ ἐχόμενοι αὐτῆς πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. διάψαλμα. ἀκολούθως μετὰ τὸ διαγράψαι τὸν ἀποκείμενον τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρον, τὰ χρηστὰ τέλη τῶν διὰ τὸν θεὸν κακουμένων ὑφηγεῖται. ἐπεὶ γὰρ διὰ τῶν ἀνωτέρω εἴρητο, τὸν λαόν σου κύριε ἐταπείνωσαν, καὶ τὴν κληρονομίαν σου ἐκάκωσαν, εἰκότως νῦν τὰ τέλη τοῦ ταπεινουμένου λαοῦ καὶ τῆς κακουμένης κληρονομίας παρίστησι λέγων· οὐκ ἀπώσεται κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει. εἰ γὰρ καὶ πρὸς βραχύν τινα καιρὸν, ἐπιτρέπει τοῖς ἀσεβέσι συγχωρῶν ταπεινοῦν καὶ κακοῦν τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἀπώσεται τὸν λαὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν κληρονομίαν καταλείψει. ποῖον δὲ λαὸν καὶ ποίαν κληρονομίαν, ἔγνωμεν ἀπὸ τῆς εἰς πρόσωπον τοῦ χριστοῦ λεγομένης φωνῆς· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. τὸν αὐτὸν δὲ λαὸν, τὸν ἐξ ἐθνῶν, καὶ Ζαχαρίας ὁ προφήτης θεσπίζει λέγων· χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών· κήρυσσε θύγατερ Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει κύριος. καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον, καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαὸν, κἀγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς θεόν. τοῦτον τοίνυν τὸν λαὸν αὐτοῦ οὐκ ἀπώσεται κύριος, οὐδὲ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ ἐγκαταλείψει, ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν. μέχρι γὰρ τούτου φυλάξει τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἐπιστρέψῃ ἡ τοῦ θεοῦ δικαιοσύνη, τὰ ἔπαθλα τῶν πόνων ἀποδώσουσα τοῖς καλῶς ἠγωνισμένοις. οἱ δὲ ἐχόμενοι

tur, eruditionis tuæ participes sint. His vero docemur tristia illa, quæ justis accidunt, ad eorum utilitatem esse: instar enim athletarum Dei, laboribus exercitantur ac tentantur, plagisque in patientia probantur. Quapropter ingruentibus in præsenti vita calamitatibus, non dolendum nec desperandum est; imo potius illos beatos æstimare convenit, quod a Deo erudiantur: nam *beatus homo quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum.* Etenim qui abs te eruditur & docetur, in diebus malis mitigatur. In ipsis quippe adflictionibus & tentationibus a lege tua consolationem nactus, hinc medelam accipit, ad patientiam & tolerantiam institutus, *donec fodiatur peccatori fovea;* hic enim illum finis exspectat, ut lex tua declarat. Quamobrem justus hæc in tentationis tempore edoctus, mitigatur ac medelam accipit, rerum eventus, atque vexantis se peccatoris foveam, in quam cadet, considerans, bonamque suam apud Deum spem præ oculis habens.

Quia non repellet Dominus plebem suam, 14.
& hæreditatem suam non derelinquet, quoad- 15.
usque justitia convertatur in judicium, & qui adhærent ipsi omnes recti corde. Diapsalma. Postquam paratam peccatori foveam descripserat, faustum eorum qui propter Deum vexantur finem enarrat. Quoniam enim supra dictum fuerat, *Populum tuum, Domine, humiliaverunt, & hæreditatem tuam vexaverunt,* merito jam humiliati populi & vexatæ hæreditatis finem declarat his verbis, *Non repellet Dominus plebem suam, & hæreditatem suam non derelinquet.* Etiamsi enim ad breve tempus impiis concedat ut populum suum humilient & vexent; at non in finem usque repellet plebem suam, & hæreditatem suam derelinquet. Quæ plebs, quæ hæreditas illa sit, novimus ex hac voce de persona Christi prolata, *Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* (Psal. 2. 8.) Hunc ipsum ex gentibus futurum populum Zacharias propheta vaticinatur dicens, *Gaude multum, filia Sion: prædica, filia Jerusalem: Ecce ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.* (Zach. 2. 10.) Hunc igitur populum suum non repellet Dominus, & hæreditatem suam non derelinquet, donec justitia convertatur in judicium. Nam eo usque populum suum hæreditatemque suam custodiet, donec justitia Dei convertat se, laborum præmia iis qui bene decertaverint redditura. Qui ve-

A ro justitiæ Dei adhærent, proxime illum stabunt, a dextris Regis constituendi; utpote qui recto & sincero corde fuerint, nec in animam quidpiam perversum aut tortuosum advexerint, in sola autem recta ac regia via incesserint.

16. *Quis consurget mihi adversus malignantes,*
aut quis stabit mecum adversus operantes ini-
17. *quitatem? Nisi quia Dominus adjuvit me, pau-*
18. *lo minus habitasset in inferno anima mea. Si*
dicebam, Motus est pes meus, misericordia tua,
Domine, adjuvabat me. Diapsalmatis distin-
ctio magnam adtulit sententiæ mutationem.
B Nam quasi priore absoluto sermone, ceu aliud exordium ducens ait, *Quis consurget mihi adversus malignantes?* Nam, inquit, ex Spiritus sancti doctrina edidicimus, Deum ultionis esse Dominum, ac redditurum esse retributionem superbis, & futurum esse ut fodiatur peccatori fovea, neque umquam eventurum ut repellat Dominus plebem suam, vel hæreditatem suam derelinquat; sed in fine rerum, quando conversus fuerit populus in judicium, redditurum esse unicui- C que secundum opera sua, ac futurum etiam ut omnes recti corde stent a dextris & prope justitiam ejus, cum ipso Domino in regno cœlorum commoraturi, per totam vitam suam cum ipso futuri. Hæc credidi, hæc credendo consolationem accepi. At interea quis hoc tempore pro me stabit contra malignantes? aut quis ultor aderit mihi contra operantes iniquitatem? Atenim vera confitendo dicam, neminem me adjutorem inter homines inventurum, unumque tantum auxiliatorem, Dominum scilicet, nacturum esse: D qui nisi mihi opitulatus esset, jam pridem a malignantibus & operantibus iniquitatem devictus, in inferno habitassem, animaque mea, & illa rationabilis ad imaginem Dei efformata substantia, mortem & infernum in domicilium sortita esset. Hæc sane passus essem, nisi adstans ipse Dominus auxiliatus mihi esset. Si quando igitur in certaminibus tentatus, infirmitate mea correptus fuerim, ita ut periculum esset ne pedes animæ meæ commoverentur; fateor me statim, ô Do- E mine, misericordiam sensisse tuam, ac ope tua fultum esse. Quæ si mihi non adfuissent, nec pedes meos sustentassent; jam olim lapsus a mea apud te statione decidissem. Nunc autem misericordia tua, Domine, fiduciam
Psal. 39. 3. mihi præstat ad hæc proferenda: *Statuisti supra petram pedes meos, & direxisti gressus meos.*

19. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* Non solum pedibus meis misericordia tua vires addidit, ut non commo-

A τῆς δικαιοσύνης τοῦ θεοῦ πλησίον αὐτοῦ στήσονται ἐν τοῖς δεξιοῖς τοῦ βασιλέως καταταγησόμενοι· ἅτε δὴ ὀρθοὶ καὶ εὐθεῖς γενόμενοι τῇ καρδίᾳ, καὶ μηδὲν τῇ ψυχῇ σκολιὸν, μηδὲ σκαμβὸν ἐπενηνεγμένοι, μόνην δὲ τὴν εὐθεῖαν καὶ βασιλικὴν ὁδὸν βεβαδικότες.

Τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένους, ἢ τίς συμπαραστήσεταί μοι ἐπὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν; εἰ μὴ ὅτι κύριος ἐβοήθησέ μοι, παρὰ βραχὺ παρῴκησεν τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου. εἰ ἔλεγον, σεσάλευται ὁ πούς μου, τὸ ἔλεός σου κύριε ἐβοήθει μοι. ἡ κατὰ τὸ διάψαλμα διαστο-
B λὴ πλείστην καὶ τῆς διανοίας ἐποιήσατο μεταβολήν. ὡς γὰρ συμπληρωθέντος τοῦ προτέρου λόγου ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς φησι, τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένους; μεμαθήκαμεν γάρ φησιν ἀπὸ τῆς τοῦ θείου πνεύματος διδασκαλίας, ὅτι θεὸς ἐκδικήσεων ἐστὶ κύριος, καὶ ὅτι ἀποδώσει ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις· καὶ ὅτι ὀρυγήσεται τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος· καὶ ὅτι οὐκ ἀπώσεται τὸν λαὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ καταλείψει· ἀλλ' ἐπὶ τέλει τῶν πραγμάτων, ἐπὰν ἐπιστρέψῃ ὁ λαὸς εἰς κρίσιν, ἀπο-
C δώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· καὶ ὡς δεξιοὶ στήσονται πλησίον τῆς αὐτοῦ δικαιοσύνης πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ σὺν αὐτῷ τῷ κυρίῳ τὰς διατριβὰς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ποιησόμενοι, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν ζωὴν αὐτῷ παραστησόμενοι. τούτοις μὲν οὖν ἐπίστευσα, καὶ πιστεύσας παρεκλήθην. ἀλλὰ τέως κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν, τίς ὑπὲρ ἐμοῦ στήσεται κατὰ τῶν πονηρευομένων; ἢ τίς ἔκδικος συμπαραστήσεταί μοι ἐπὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν; ἀλλὰ γὰρ εἴποιμ' ἂν ὁμολογῶν τἀληθῆ, μηδένα βοηθὸν ἐν ἀνθρώποις εὑρήσειν ἐμαυτῷ, ἕνα δὲ
D μόνον ἐπίκουρον κεκτῆσθαι τὸν κύριον, ὃς εἰ μὴ βεβοηθήκει μοι, πάλαι ἂν ὑπὸ τῶν πονηρευομένων καὶ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν νενικημένος τῷ ᾅδῃ παρῴκησα· αὐτῆς μου τῆς ψυχῆς καὶ τῆς λογικῆς, καὶ τῆς κατ' εἰκόνα θεοῦ γενομένης οὐσίας, τὸν θάνατον καὶ τὸν ᾅδην οἰκητήριον λαχούσης ἔχειν. ταῦτα δ' οὖν ἔπαθον ἄν, εἰ μὴ αὐτὸς ὁ κύριος παραστὰς βεβοηθήκει μοι. εἴ ποτε γοῦν πειραζόμενος ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀντελαβόμην ἀσθενείας ἐμαυτοῦ, ὡς κινδυνεύειν σαλευθῆναι τοὺς πόδας τῆς ἐμῆς
E ψυχῆς, ὁμολογῶ παραχρῆμα τοῦ ἐλέους σου κύριε αἴσθησιν εἰληφέναι, καὶ ὑπὸ σοῦ βεβοηθῆσθαι, ὡς εἰ μὴ τοῦτό μοι παρῆν ὑπεστήριζόν μου τοὺς πόδας, πάλαι ἂν ὀλισθήσας ἐκπεπτώκειν ἀπὸ τῆς παρὰ σοὶ στάσεως. νῦν δὲ τὸ ἔλεός σου κύριε, δίδωσί μοι παρρησίαν τοῦ λέγειν· ἔστησας ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, καὶ κατηύθυνας τὰ διαβήματά μου.

Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου ἐν τῇ καρδίᾳ μου, αἱ παρακλήσεις σου ηὔφραναν τὴν ψυχήν μου. οὐ μόνον τοῖς ποσί μου τὸ ἔλεός σου δύναμιν παρέσχε πρὸς τὸ μὴ σαλευθῆναι,

οὐδὲ μόνον ἡ παρὰ σοῦ βοήθεια τὴν ἐμὴν κατεκράτει ψυχὴν πρὸς τὸ μὴ παροικῆσαι τῷ ᾅδῃ· ἀλλὰ καὶ ἃς ἔφερον ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὀδύνας, αἱ παρὰ σοῦ παρακλήσεις ἐθεράπευον, ἀπορρήτῳ δυνάμει τῆς σῆς χρηστότητος παρακαλούσης μου τὴν ψυχὴν καὶ εὐφροσύνης αὐτὴν πληρούσης. οὐδὲ γὰρ μία τις ἦν παράκλησις, οὐδὲ δευτέρα, ἀλλὰ πλείους καὶ τοσαῦται, ὅσαι ἦν ἀριθμὸς τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ μου ὀδυνῶν. ἐφαμίλλως γοῦν ταῖς ἐμαῖς ὀδύναις τὰς παρὰ σοῦ μοι παρεῖχες παρακλήσεις πρὸς ἑκάστην ὀδύνην, ὥσπερ τι φάρμακον σωτήριον τὴν σὴν παράκλησιν προσφέρων· καὶ ὥσπερ πλείοσι τραύμασι, πλείους καὶ τὰς θεραπείας προσάγων. τοιούτων δὲ παρακλήσεων ὁ θεῖος ἀπόστολος ἀντιλαμβανόμενος, ἔφασκεν· εὐλογητὸς ὁ θεός, ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐν πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει, διὰ τῆς παρακλήσεως, ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ. ὅτι καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ ἐν ἡμῖν, οὕτως περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν. καὶ ἦν ἂν εἰπεῖν πρὸς ταῦτα μεταβαλόντα τὸ, οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς, τὸ, οὐκ ἄξιον τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ μου πρὸς τὰς παρακλήσεις σου κύριε, ἐφ᾽ αἷς ηὔφρανας τὴν ψυχήν μου. εἰ δὲ ἐφ᾽ ἑκάστῃ ὀδύνῃ παρακαλεῖταί τις ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ εὐφροσύνης καταξιοῦταί τις· οὐκ ἂν εὔξαιτο διὰ θεὸν πλείους ὑπομεῖναι ὀδύνας, ὡς ἂν πλειόνων τυγχάνοι παρακλήσεων, καὶ πλειόνων τῶν ἐπὶ ταύταις εὐφροσυνῶν;

Μὴ συμπαρέσεταί σοι θρόνος ἀνομίας, ὁ πλάσσων κόπον ἐπὶ πρόσταγμα; εἰκότως φησὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ μου, αἱ παρακλήσεις σου ηὔφραναν τὴν ψυχήν μου. ἐπειδήπερ οὐ πάρεστί σοι θεῷ ὄντι δικαίῳ καὶ ἀγαθῷ θρόνος ἀνομίας· πάντα γὰρ κρίσει δικαίᾳ καὶ ὀρθῷ νόμῳ διοικεῖς· διὸ πλάσσεις κόπον ἐπὶ πρόσταγμα, τουτέστι, τὸ πρόσταγμά σου κόπων καὶ καμάτων ἐστὶ ποιητικόν, διὰ τὰς μετὰ τοὺς πόνους διαδεξομένας ἀμοιβὰς τοὺς καλῶς ἀγωνισαμένους καὶ τὸν κόπον προθύμως καὶ εὐτόνως ὑπομείναντας. Θηρεύσουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου, καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάσονται. καὶ ἐγένετό μοι κύριος εἰς καταφυγήν, καὶ ὁ θεός μου εἰς βοηθὸν ἐλπίδος μου. καὶ ἀποδώσει αὐτοῖς τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, καὶ κατὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἀφανιεῖ αὐτοὺς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν. οἱ μὲν ἀσεβεῖς, φησίν, ἐπὶ τοσοῦτον τὴν τοῦ δικαίου ψυχὴν θηρεύσουσι παγίσιν αὐτὴν καὶ δικτύοις περιβάλλοντες, ἕως ὅτε καὶ μέχρι θανάτου περιελάσωσιν αὐτήν, αἷμα ἀθῷον καταδικάζοντες. οὐκ ἀρκοῦνται γὰρ ταῖς διὰ χρημάτων ζημίαις, οὐδὲ ταῖς κατὰ τοῦ σώματος τῶν δικαίων πληγαῖς τε καὶ αἰκίαις, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ψῆφον κατ᾽ αὐτῶν ἐκφέρουσιν. κἀκεῖνοι μὲν τοιοῦτοι· ἐγὼ δὲ καὶ τοιούτων κατα-

A verentur: neque tantummodo auxilium tuum animam meam occupavit, ut non habitaret in inferno; sed etiam dolores, quos in corde meo tuli, consolationes tuæ allevarunt, arcanâ clementiæ tuæ vi animam meam consolante, ipsamque gaudio replente. Non enim una consolatio, non altera tantum adfuit; sed plures, ac tot numero, quot in corde meo dolores erant. Certatim itaque pro numero dolorum, ad singulos singulas mihi consolationes tuas admovisti: quasi salutare pharmacum consolationem offerens, & quasi multis vulneribus multa B remedia inducens. Hujusmodi autem consolationes nactus divinus Apostolus dicebat: *Benedictus Deus pater misericordiarum, Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus nos consolari eos, qui in omni pressura sunt, per consolationem, qua consolamur ipsi a Deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis; sic abundat & consolatio nostra.* Atque hæc verba mutando, *Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis;* C sic dici poterat, Non est condigna multitudo dolorum meorum in corde meo, ad consolationes tuas, Domine, quibus lætificasti animam meam. Quod si in singulis doloribus quis a Deo consolationem accipiat, & lætitia, quæ a Deo est, dignetur; annon optet ac precetur multos pro Deo dolores sustinere, ut plures consolationes & plures ea de causa lætitias assequatur?

2. Cor. 1. 3.

Rom. 8. 18.

Numquid adhæret tibi thronus iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? Jure, inquit, secundum multitudinem dolorum meorum D in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam: quia tibi Deo, utpote justo & bono, non adest thronus iniquitatis; omnia quippe justo judicio & recta lege administras: ideo *fingis laborem in præcepto;* id est, præceptum tuum labores & sudores parit ob præmia, quæ post laborem strenue decertantes, alacriter & perseveranter passos, exceptura sunt. *Venabuntur in animam justi, & sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi Dominus in re-* E *fugium, & Deus meus in adjutorium spei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipsorum, & secundum malitiam eorum disperdet eos Dominus Deus noster.* Impii, ait, tamdiu animam justi venabuntur, laqueis illam & retibus circumdantes, donec sanguinem innocentem condemnantes, eam ad mortem usque deduxerint. Non enim sat illis sunt mulctæ pecuniarum, neque plagæ vulneraque corpori justorum inflicta; sed etiam mortis sententiam & calculum contra illos ferunt. Ac illi quidem ita se habent: ego vero eos, licet

20.

21.

22.

23.

ejusmodi sint, contemnere edoctus sum, & usque ad mortem cum fiducia consistere, gnarus me pro refugio Dominum habere, & pro adjutorio spei meæ Deum meum. Qui refugium meum effectus, auxiliabitur mihi; in caput vero eorum qui captant animam justi, & sanguinem innocentem condemnant, iniquitatem ipsorum retorquebit, & malitiam eorum adversus eos justi judicii tempore convertet, quando disperdet eos Dominus Deus noster: quare Deus ultionum initio psalmi dictus est.

A φέρειν μεμαθηκὼς, καὶ μέχρι θανάτου θαρσοῦς ἵστασθαι, εἰδὼς ἔχειν ἐμαυτῷ καταφυγὴν τὸν κύριον, καὶ βοηθὸν ἐλπίδος μου τὸν θεόν μου· ὃς ἐμοὶ μὲν βοηθήσει καταφυγή μου γενόμενος· τοῖς δὲ θηρεύουσι τὴν ψυχὴν τοῦ δικαίου, καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάζουσιν, ἀποδώσει τὴν ἀνομίαν αὐτῶν εἰς κεφαλὴν αὐτῶν, καὶ τὴν πονηρίαν αὐτῶν στρέψει κατ᾽ αὐτῶν ἐν τῷ τῆς δικαιοκρισίας καιρῷ· ὅτε καὶ ἀφανιεῖ αὐτοὺς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν· διὸ καὶ θεὸς ἐκδικήσεων κατ᾽ ἀρχὰς εἴρηται τοῦ ψαλμοῦ.

Vulg. habet, Laus cantici ipsi David.

Psalmus XCIV.

1. *Venite exsultemus Domino, jubilemus Deo Salvatori nostro.* Apud Hebræos nulla fertur inscriptio: & merito sane; neque enim consentaneum erat, ut vel psalmus, vel hymnus vel canticum inscriberetur, cum Judæorum quidem gentem ad exsultationem evocet, ipsis tamen interminetur iram, & præceptorum finem tristibus circumscribat. Observes porro velim, sicubi alias in Scriptura illud, *venite*, dictum sit, quomodo eos quasi ab se procul remotos ad accedendum provocet. Nota item eum vocationem semper ad bonum aliquod dirigere: ut in illo, *Venite filii, audite me*; &, *Venite adscendamus ad montem Domini*; &, *Venite ad me omnes qui laboratis*; &, *Venite benedicti Patris mei.* In hoc autem psalmo clare ad exsultationem venire provocat. Quare observes item, non recte æstimare eos, qui jugum religionis triste ac molestum esse arbitrantur: ad bona quippe & ad læta vocationem edit. His compares illud, *Discedite in ignem æternum*, & similia, quæ ratione longe contraria & diversa ab illo, *venite*, peccatoribus dicuntur. Quoniam bellorum tempore victores jubilare solent, atque altum conclamare adversus inimicos; opportune non modo gaudere & exsultare, sed etiam de parta salutari victoria jubilare præcipit. Quis autem fuerit Salvator & Deus noster, nisi Dei Verbum quod dixit, *Confidite, ego vici mundum*, atque nos ab efficaci illa dæmonum virtute, quæ nobis olim dominabatur, liberavit; cujus nomen Jesus, salutare Hebraïcè significat? Quosnam vero præcipue ad exsultationem provocet deprehendes, si consideres ea quæ sequuntur, & sic habent, *Secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri.* His enim manifeste significat filios eorum qui in deserto exacerbaverunt eum, sive populum ex circumcisione. Hos igitur evocat dicens,

Psal. 33. 12. *Esai. 2. 3.* *Matth. 25. 34.* *Ibid. 41.* *Joan. 16, 33.*

B

Ψαλμὸς ϟδʹ.

ΔΕῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ, ἀλαλάξωμεν τῷ θεῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν. οὐ φέρεται παρ᾽ Ἑβραίοις ἡ ἐπιγραφὴ, καὶ εἰκότως· οὔτε γὰρ ψαλμὸν, οὔτε ὕμνον, οὔτε ᾠδὴν εὔλογον ἦν ἐπιγράφειν, τὸν καλοῦντα μὲν τὸν Ἰουδαίων λαὸν ἐπὶ ἀγαλλίασιν, ἀπειλοῦντα δὲ αὐτοῖς ὀργὴν καὶ τὰ τέλη τῶν παραγγελμάτων ἐπὶ σκυθρωποῖς περιγράφοντα. σημείωσαι δὲ εἴ που καὶ ἀλλαχοῦ τῆς γραφῆς τὸ, δεῦτε, εἴρηται, καὶ τίνα τρόπον ὡς ἀφεστῶτας καὶ μακρὰν γεγονότας πλησιάζειν αὐτῷ καλεῖ· τηρήσεις καὶ ὅτι πάντοτε τὴν κλῆσιν ἐπ᾽ ἀγαθῷ ποιεῖται, ὡς ἐν τῷ, δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου, καὶ, δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ, δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ, δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου. ἐν δὲ τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ σαφῶς ἐπὶ ἀγαλλίασιν ἥκειν παρακαλεῖ. διὸ σημείωσαι, ὅτι μὴ καλῶς ἡγοῦνται οἱ σκυθρωποὶ καὶ ἐπίλυπον νομίζοντες εἶναι τὸν τῆς θεοσεβείας ζυγόν· ἐπ᾽ ἀγαθοῖς γὰρ καὶ φαιδροῖς ποιεῖται τὴν κλῆσιν. τούτοις παράθες τὸ, πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, καὶ τὰ ὅμοια, ἐναντίως τὸ, δεῦτε, τοῖς ἁμαρτάνουσι λεγόμενα. ἐπειδὴ ἐν τοῖς καιροῖς τῶν πολέμων οἱ νικῶντες ἀλαλάζειν εἰώθασιν, καὶ μέγα βοᾷν κατὰ τῶν πολεμίων, εἰκότως οὐ μόνον χαίρειν καὶ ἀγαλλιᾷν, ἀλλὰ καὶ ἀλαλάζειν ἐπὶ τῇ σωτηρίῳ νίκῃ προστάττει. τίς δ᾽ ἂν εἴη ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ θεὸς ἡμῶν, ἢ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ὁ εἰπὼν, θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον; ὁ καὶ ῥυσάμενος ἡμᾶς ἀπὸ τῆς πάλαι κατακρατούσης ἡμῶν δαιμονικῆς ἐνεργείας, οὗ καὶ τὸ Ἰησοῦ ὄνομα, σωτήριον Ἑβραϊκῇ φωνῇ σημαίνει· τίνας δὲ προηγουμένως ὁ λόγος ἐπὶ τὴν ἀγαλλίασιν παρακαλεῖ, εὕροις ἂν ἐπιστήσας τοῖς ἑξῆς ἐν οἷς εἴρηται, κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν. σαφῶς γὰρ διὰ τούτων δηλοῖ τοὺς υἱοὺς τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ παραπικρανάντων, δῆλον δ᾽ ὅτι τοὺς ἐκ περιτομῆς. τούτους τοιγαροῦν ἀνακαλεῖται λέγων·

δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ. θεσπίζει δ' ὅτι μὴ ὑπακούσονται τῇ κλήσει, λέγει δ' οὖν ἐπὶ τέλει, ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. ἐπεὶ οὖν ἐκεῖνοι ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ, εἰκότως ὁ ἐπιφερόμενος ἑξῆς ψαλμὸς τὰ ἔθνη πάντα καλεῖ ἐπὶ τὸ καινὸν ᾆσμα, καὶ ἐπὶ τὴν ἐν θεῷ ἀγαλλίασιν·

Προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, καὶ ἐν ψαλμοῖς ἀλαλάξωμεν αὐτῷ. ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης αὐτοῦ παρουσίας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τὸ ἔνθεον ἀποκρύψας ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, τὴν τοῦ δούλου μορφὴν περιεβάλετο· διὸ εἴρηται, ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν. ὅτι ἀπέστρεψεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ καὶ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς ἐπιστήσεται. διόπερ ὁ λόγος προτάξας τὰ εἰρημένα διὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ χρείαν ἐπὶ τῆς προτέρας αὐτοῦ παρουσίας πραχθέν, ἑξῆς ἀκολούθως τῆς δευτέρας αὐτοῦ καὶ ἐνδόξου ἐπιφανείας ὑπομιμνήσκει, παρακελευόμενος προλαβεῖν τὸ μέλλον, καὶ προφθάσαι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει. καλὸν γὰρ προφθάσαι καὶ προλαβεῖν καὶ πρὶν φανῆναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἔνδοξον, ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν ἀποκάθαρσιν ἑαυτοῖς ποιήσασθαι διὰ τῆς ἐξομολογήσεως. γένοιτο δ' ἂν ἡ ἐξομολόγησις γνησία εἰ ἐν ψαλμοῖς ἀλαλάζομεν αὐτῷ, τουτέστι διὰ τῶν ὀργάνων τῆς ψυχῆς ἅπερ ἐστὶ τὰ σώματα· δι' ὧν προσήκει τὸν καλούμενον ἀλαλαγμὸν ἐπιτελεῖν, βίῳ σώφρονι καὶ πολιτείᾳ ἐναρέτῳ τὴν τοῦ θείου πνεύματος ἁρμονίαν, καὶ τὸν ἅγιον ῥυθμὸν ἐπιδεικνυμένοις. ταῦτα δὲ προηγουμένως πρὸς τὸν Ἰουδαίων λέλεκται λαόν, προκαλουμένου αὐτοὺς τοῦ λόγου ἐπὶ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γνῶσιν· ὅμως δὲ καὶ πρὸς πάντας ἡμᾶς χρησίμως ἂν ἐφαρμοσθείη. ὅτι θεὸς μέγας κύριος καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς. τὰ παρηγγελμένα διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐν τῷ κυρίῳ καὶ σωτῆρι ἡμῶν, δηλαδὴ τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ ἐπιτελεστέον διά τε τὰ ἄλλα, καὶ διότι φύσει μέγας ὢν θεὸς καὶ μέγας τυγχάνει βασιλεύς, ἅτε μονογενὴς ὢν τοῦ θεοῦ λόγος. βασιλεὺς δὲ μέγας ἐστὶν ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἐπάνω πάντων τῶν θεῶν· ἤτοι τῶν πεπλανημένως παρὰ τοῖς ἔθνεσι νενομισμένων· ἢ τῶν Μωσεῖ παραπλησίων, ᾧ εἴρηται, τέθεικά σε θεὸν Φαραώ· ἢ θεῶν περὶ ὧν εἴρηται· θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησεν· καί, ὁ θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ τούτων ὅμοιος. διὸ καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται· ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ, ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ;

Ὅτι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ τὰ ὕψη τῶν ὀρέων αὐτοῦ εἰσιν. καὶ διὰ τοῦτο

Venite exsultemus Domino. Vaticinatur porro, eos vocationi non obtemperaturos esse: ait enim sub finem, *Semper errant corde. Ipsi vero non cognoverunt vias meas, sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Quoniam igitur illi semper errant corde; merito subsequens psalmus omnes gentes ad canticum novum, & ad exsultationem in Deo provocat.

Praeoccupemus faciem ejus in confessione, & in psalmis jubilemus ei. 2.
In primo quidem adventu suo, divinam suam occultans faciem, Dei Verbum servi formam induit: quare dictum est, *Homo in plaga constitutus, & sciens ferre infirmitatem; quoniam avertit vultum suum. Inhonoratus est, nec reputatus.* (Hesai. 53. 3.) In secundo autem adventu suo, revelata facie, cum potestate & gloria magna aderit: quamobrem Scriptura, praemissis iis quae dicta sunt in principio, quae in primo adventu ejus edenda erant, hinc consequenter secundum & gloriosum ejus adventum commemorat, jubetque futura praevertere, & faciem ejus in confessione praeoccupare. E re namque fuerit antevertere, atque gloriosum ejus vultum praevenire, & antequam gloriosa ejus facies appareat, purgationem delictorum per confessionem nobis procurare. Confessio autem sincera & germana fuerit, si in psalmis jubilemus ei, id est, per animae instrumenta, quae sunt corpora nostra: queis convenit illam, ut vocat, jubilationem per vitam honestam ac virtutis institutum persolvere, ac divini Spiritus harmoniam sacrumque concentum exhibere. Haec porro Judaeorum praesertim populo dicuntur, sermone ipsos ad Salvatoris nostri cognitionem provocante. Attamen nobis etiam omnibus haec opportune adplicentur: *Quoniam Deus magnus Dominus, &* 3.
rex magnus super omnes deos. Quae prius praecepta & mandata fuere, in Domino & Servatore nostro, scilicet in Dei Verbo, complenda sunt; tum aliis de causis, tum quia cum natura Deus magnus sit, magnus item rex fuerit, utpote unigenitum Dei Verbum. Est autem rex magnus super omnes deos; sive secundum Symmachum, *Supra omnes deos*; (Symmachi.) videlicet eos qui gentium errore dii esse putantur; sive eos, qui Moysi similes sunt, cui dictum est, *Posui te deum Pharaonis*; (Exod. 7. 1.) sive deos de quibus haec dicuntur, *Deus deorum Dominus loquutus est*; (Psal. 49. 1.) &, *Deus stetit in synagoga deorum*: (Psal. 81. 1.) nemo enim eorum ipsi similis est. Quamobrem alibi quoque dictum est, *Quoniam quis in nubibus aequabitur Domino, similis erit Domino in filiis Dei?* (Psal. 88. 7.)

Quia in manu ejus sunt omnes fines terrae, 4.
& altitudines montium ipsius sunt. Ideo ex-

sultemus & jubilemus Deo; non modo quia Dominus & Deus est & rex magnus super omnes deos; sed etiam quia fines terræ sibi subjecit & subdidit. Id enim cum petiisset a Patre, impetravit, secundum illud: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* (Psal. 2. 8.) Quod si quædam altitudines montium penes Scripturam divinam in honore habentur, verbi gratiâ, Sinaï, Choreb, Thabor, mons Sion, mons Olivarum, & si quis alius similiter; sive etiam iis contrarii & oppositi montes, qui a dæmonibus olim occupabantur, ubi gentes malignis dæmonibus quasi diis immolabant; sed hos omnes Domini & Salvatoris nostri esse docemur: ipse namque eorum opifex erat. Num forte ideo in manu ejus sunt fines terræ, quia sub manu ejus terrena dispensantur; cœlestia vero, quæ tropice altitudines montium vocantur, quid præstantius terrenis habent: quia ejus quasi
5 possessio sunt, & domicilium regni. *Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud, & aridam fundaverunt manus ejus.* Ne mireris, inquit, si fines terræ ipsius sunt, & si altitudines montium ad ipsum pertinent. Imo vero disce universum humidæ substantiæ elementum, in quo terra firmatur, ejus opificium esse: neque solum possessio, sed etiam opificium ejus est. Mare igitur, quo totum humidæ substantiæ elementum significatur, ipse fecit; aridam vero manus ipsius efformarunt: ideo fortasse quia dictum est, *Accepit Deus pulverem de terra, & efformavit hominem;* (Gen. 2. 7.) ac rursum, *Formavit Deus de terra omnes feras.* (Gen. 1. 25.) Videtur porro terræ elementum, quod sphæricum est ut aiunt, sive quadam alia ratione efformatum, verbo Dei talem accepisse formationem. Quamobrem accurate & secundum physicam rationem dictum illud est: *Et aridam formaverunt manus ejus.*

6 *Venite adoremus & procidamus & ploremus coram Domino, qui fecit nos.* Cum divinam Domini virtutem ex præcedenti doctrina sermo declarasset, ac superius dixisset, *Preoccupemus faciem ejus in confessione;* jam necessario confessionis modum aperit. Adhortantis autem more psalmum plane exorsus, non a tristioribus cœpit, sed a lætioribus: ne ii qui evocabantur, illud *procidamus & ploremus* aversarentur, si statim ab initio audissent. Nisi fortasse his verbis duos ordines significet; unum meliorem, quem primo ad laudem & exsultationem evocabat; alterum vero medelâ egentem: quamobrem, *Venite exsultemus*, in exordio dictum sit; deinde vero post ea quæ circa Domini deitatem dicta sunt, & post priorum voca-

A ἀγαλλιασώμεθα καὶ ἀλαλάξωμεν τῷ θεῷ, οὐ μόνον ὅτι κύριος καὶ θεός ἐστι καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς, ἀλλ' ὅτι καὶ ὑπηγάγετο καὶ ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο τὰ πέρατα τῆς γῆς. τοῦτο γὰρ αἰτήσας παρὰ τοῦ πατρὸς εἴληφε κατὰ τό, αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. εἰ δὲ καί τινα ἦν ὕψη ὀρέων, ἤτοι τὰ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ τετιμημένα, ὡς τὸ Σιναί, καὶ τὸ Χωρήβ, τό τε Θαβώρ, καὶ τὸ ὄρος Σιών, καὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, καὶ εἴ τι ἄλλο τούτοις παραπλήσιον· ἢ καὶ τὰ τούτοις ἐναντία,
B τὰ δὴ ὑπὸ δαιμόνων πάλαι κρατούμενα, ἐν οἷς ἐθυσίαζον ὡς θεοῖς τοῖς πονηροῖς δαίμοσι τὰ ἔθνη. ἀλλὰ καὶ ταῦτα πάντα δεδιδάγμεθα ὅτι τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἴδια τυγχάνει· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ ποιητὴς αὐτῶν. μήποτε δὲ ἐν μὲν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατά εἰσι τῆς γῆς, διὰ τὸ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα διακεῖσθαι τὰ περίγεια, τὰ δὲ ἐπουράνια, τροπικῶς ὕψη ὀρέων ὀνομαζόμενα, κρεῖττόν τι ἔχει τῶν ἐπὶ γῆς, ἐπειδήπερ αὐτοῦ ἐστιν οἷον τι κτῆμα καὶ οἰκητήριον τῆς βασιλείας. ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ θάλασσα καὶ αὐτὸς ἐποίησεν αὐτήν, καὶ τὴν ξη-
C ρὰν αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔπλασαν. μὴ θαυμάσῃς φησὶν εἰ τὰ πέρατα τῆς γῆς αὐτοῦ τυγχάνει καὶ εἰ τὰ ὕψη τῶν ὀρέων αὐτοῦ ἐστιν. ἀλλὰ γὰρ μάνθανε ὅτι καὶ τὸ πᾶν στοιχεῖον τῆς ὑγρᾶς οὐσίας, ἐφ' ᾧ ἐστερέωται ἡ γῆ, αὐτοῦ ἔργον ὑπάρχει. οὐ μόνον κτῆμα ὄν· ἀλλὰ καὶ ποίημα αὐτοῦ. τὴν μὲν οὖν θάλασσαν, δι' ἧς τὸ πᾶν στοιχεῖον τῆς ὑγρᾶς οὐσίας δηλοῦται, αὐτὸς ἐποίησεν· τὴν δὲ ξηρὰν αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔπλασαν· τάχα διὰ τὸ λέγεσθαι ἔλαβεν ὁ θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον· καὶ πάλιν, ἔπλασεν ὁ θεὸς ἀπὸ τῆς γῆς πάντα τὰ θηρία. ἔοικε δὲ τὸ
D τῆς γῆς στοιχεῖον σφαιροειδὲς ὂν ὥς φασιν, ἢ καὶ ἄλλως κατά τινα τρόπον ἐσχηματισμένον, λόγῳ θεοῦ καὶ αὐτὸ τὴν τοιάνδε πλάσιν εἰληφέναι. διὸ ἀκριβῶς καὶ κατὰ φυσικὸν λόγον εἴρηται τό, καὶ τὴν ξηρὰν αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔπλασαν.

Δεῦτε προσκυνήσωμεν, καὶ προσπέσωμεν καὶ κλαύσωμεν ἐναντίον κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. τὴν ἔνθεον τοῦ κυρίου δύναμιν διὰ τῆς προτεθείσης διδασκαλίας παραστήσας ὁ λόγος, ἀνωτέρω τε εἰπών, προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, νῦν ἀναγκαίως διασαφεῖ τὸν τρόπον τῆς ἐξομολογήσεως· πάνυ δὲ
E προτρεπτικῶς ἀρχόμενος τοῦ ψαλμοῦ, οὐκ ἐντεῦθεν ἀπὸ τῶν σκυθρωποτέρων ἤρξατο, ἀλλ' ἀπὸ τῶν φαιδροτέρων, ὡς ἂν μὴ ἀποτραπεῖεν οἱ καλούμενοι τό, προσπέσωμεν καὶ κλαύσωμεν, εὐθὺς ἐν ἀρχαῖς ἀκούσαντες. εἰ μὴ ἄρα δύο τάγματα διὰ τούτων δηλοῖ· ἓν μὲν τὸ κρεῖττον, ὃ προηγουμένως ἐπὶ τὸν αἶνον καὶ τὴν ἀγαλλίασιν καλεῖ· δεύτερον δέ, τὸ δεόμενον θεραπείας, δι' ὃ, δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα, ἐν τοῖς πρώτοις εἴρηται· εἶθ' ἑξῆς μετὰ τὰ τεθεολογημένα περὶ τοῦ κυρίου καὶ μετὰ τὴν τῶν προτέρων κλῆσιν

ἐπὶ τοὺς δευτέρους μεταβαίνει, καὶ τούτους διδάσκων ἀντὶ ὕδατος καὶ περιῤῥαντηρίων, κλαυθμῷ καὶ ἐξομολογήσει ἐπὶ τοῖς προτέροις αὐτῶν ἁμαρτήμασιν χρήσασθαι. προτρεπτικῶς δὲ * τὸ, κλαύσωμεν ἐναντίον κυρίου ἐπαγαγὼν, τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς, ἀγαθὰς ὑπέγραψεν ἐλπίδας, διδάξας ὅτι μὴ ἀλλότριοί ἐσμεν αὐτοῦ, ἀλλ' ἔργον αὐτοῦ καὶ ποίημα αὐτοῦ, δι' ὃ προσήκει τὰ χρηστότερα προσδοκᾶν, ἅτε δὴ κηδομένου αὐτοῦ τοῦ ἰδίου ποιήματος. ἔτι πρὸς τούτοις διὰ τοῦ, προσπέσωμεν καὶ κλαύσωμεν ἐνώπιον κυρίου, διδάσκει μὴ ἐνώπιον ἀνθρώπων μηδὲ δι' ἀνθρώποις τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ κρυπτῷ κατὰ τὸ, ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι. καθόλου μὲν οὖν ἅπασιν ἁρμόζει τὰ παρηγγελμένα· κυρίως δὲ καὶ προηγουμένως ὁ λόγος τὸν Ἰουδαίων λαὸν ἐπὶ μετάνοια ὧν ἐτόλμησαν παρακαλεῖ. ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς λαὸς νομῆς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ. οὐ μόνον κύριος ἡμῶν ἐστιν ὡς οἰκετῶν δεσπότης, οὐδὲ μόνον ποιητὴς ὡς ἂν κτίστης ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ θεός ἐστιν ἡμῶν, ἅτε δὴ ἀγαθὸς ὢν καὶ ἵλεως. δι' ὃ καὶ φείσεται ἡμῶν καὶ ἐλεήσει ἡμᾶς, ὅτι οὐ μόνον ποίημα, ἀλλὰ καὶ κτῆμα αὐτοῦ τυγχάνομεν ὄντες, καὶ οἱ μὲν λογικώτεροι, λαὸς αὐτοῦ· οἱ δὲ ἔτι ἀτελεῖς καὶ ἀλογώτεροι, πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ· ὥστε ἐὰν ἐξομολογησώμεθα αὐτῷ καὶ προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν καὶ κλαύσωμεν ἐναντίον αὐτοῦ, ἐξάπαντος σωθησόμεθα, οἱ μὲν ὡς λαὸς αὐτοῦ, οἱ δὲ ὡς πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ. λέγεται γ' οὖν αὐτὸς εἶναι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· καὶ ἡμεῖς λέγειν διδασκόμεθα· κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει.

Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ἐν τῷ παραπικρασμῷ. ἅπαξ τότε φησὶν ἐσκληρύνατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ἀκούσαντες αὐτοῦ τῆς φωνῆς ἐπὶ τῆς ἐρήμου. ὁρᾶτε οὖν μὴ καὶ δεύτερον ταυτὸν πράξητε, ἐὰν αὖθις τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε ἐν ἀνθρώποις σήμερον γινομένου. ὁ δὲ λόγος προηγουμένως πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς λέλεκται ἐκ προσώπου τοῦ χοροῦ τῶν προφητῶν προφερόμενος. οἳ δὴ κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν τὰ πάντα ἔλεγον πληθυντικῶς, καὶ ἑαυτοὺς συγκαταλέγοντες τοῖς καλουμένοις· δεῦτε γὰρ ἔφασκον, ἀγαλλιασώμεθα καὶ ἀλαλάξωμεν καὶ προφθάσωμεν. καὶ πάλιν, δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν καὶ κλαύσωμεν. ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος ἑτέρων εἰς πρόσωπον μὴ παραιτήσασθαι τὴν κλῆσιν παραινοῦσιν· μηδ' ἀπιστῆσαι τῇ φωνῇ τῇ σήμερον αὖθις μελλούσῃ λαλεῖν. τὸ δὲ, σήμερον, ὁ ἀπόστολος εἰς πάντα τὸν παρατείνοντα τῆς ζωῆς ἡμῶν χρόνον ἐξείληφεν, κατὰ τὸ, ἕως οὗ τὸ σήμερον καλεῖται. προτρέπει δὲ καὶ ἡμᾶς ὁ λόγος ἐντεῦθεν ἀπάρξασθαι τῶν παρηγγελμένων. εἰ γὰρ καὶ πολλή τις γέγονεν ῥᾳθυμία ἐν τῷ παρελ-

A tionem, ad secundos transeat, docens eos pro aqua & ablutione, lacrymis & confessione ad pristina peccata expianda utendum esse. Cum autem hortantis more illi dicto, *ploremus coram Domino*, addiderit, *qui fecit nos*, bonam spem adscripsit, docens nos non alienos ipsi esse, sed opus & creaturam ejus: quamobrem jucundiora exspectanda sunt; cum ipse suum curet opificium. Ad hæc vero, his verbis, *Procidamus & ploremus coram Domino*, docet non in conspectu hominum, non hominum gratiâ id agendum esse; sed in abscondito, secundum il-
B lud: *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*. Matth. 6. 4. Omnibus itaque generatim hæc præcepta conveniunt; at proprie & præcipue Judæorum populum ad facinorum suorum pœnitentiam Scriptura evocat.
7. *Quia ipse est Deus noster, & nos populus pascuæ ejus, & oves manûs ejus*. Non modo dominus noster est, ut herus domesticorum; neque solum opifex, utpote creator noster; sed etiam Deus noster est, utpote bonus & propitius. Quamobrem parcet nobis & miserebi-
C tur nostri: quia non opificium dumtaxat, sed etiam possessio ejus sumus: & rationabiliores e nobis, sunt populus ejus; ii vero qui adhuc imperfecti & minus rationabiles sunt, oves manûs ejus. Itaque si confiteamur ipsi, si adoremus, procidamus & fleamus coram illo, salutem prorsus consequuturi sumus; alii quidem ut populus; alii vero ut oves manus ejus. Ipse namque dicitur esse bonus pastor, & nos instituimur ad dicendum, *Dominus pascit me, & nihil mihi deerit*. Psal. 22. 1.

D
8. *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra in exacerbatione*. Tunc semel, inquit, audita in eremo voce ipsius obdurastis corda vestra; cavete ergo ne secundo idipsum admittatis, si rursum ejus apud homines hodie versantis vocem audiatis. Sermo autem populo ex circumcisione præsertim enuntiatur, ex persona chori prophetarum prolatus. Illi scilicet initio quidem omnia pluraliter dicebant, vocatis sese connumerantes: nam, *venite*, aiebant, *exsul-*
E *temus, jubilemus & præoccupemus*; ac rursum, *Venite adoremus, procidamus & ploremus*: in præsenti vero aliorum assumta persona, hortantur ne vocationem respuant; neque voci quæ ipsos hodie adloquutura est fidem negent. Illud porro, *hodie*, Apostolus accipit pro toto vitæ nostræ tempore; secundum illud, *Donec hodie vocatur*. Hebr. 3. 13. Hortatur autem nos Scriptura, ut hinc præcepta servandi exordium ducamus. Etiamsi enim præcedenti tempore in magna segnitie ver-

sati simus; at vel saltem ab hac die, quæ per illud, *hodie*, exprimitur, & ab hoc tempore dictis adtendere curemus: nec populum illum imitemur, qui in visione in deserto, audita Dei voce, corde obduratus est in tempore exacerbationis, cum ipsorum omnium membra in deserto prostrata sunt, quia voci Dei non obtemperaverant. Necessario itaque illa commemorat, ne nos quoque præcepta Dei hodie audientes, ac non obtemperantes, ipsum exacerbemus, obdurati corde, & non exaudientes salutaria præcepta ejus; atque ideo ipsum acerbum nobis ac severum judicem parantes. Sane, ut dixi, nobis omnibus præceptum convenit; sed secundum prius allatam rationem, populo ex circumcisione illa dicuntur, quorum hæc sententia fuerit: Cum semel olim vocem Dei in deserto audissetis, exacerbastis eum, obdurato tempore Moysis corde vestro; verum quia ipsum Dei Verbum in mundo apparens, hominibus iterum loquuturum, atque apud vos novi Testamenti mysteria declaraturum est; cavete ne iterum corda obduretis ut priscè obdurastis, neve rursum eum exacerbetis, si denuo vocem ejus audieritis, neque hac in re patres vestros imitemini, ne vos vero Sabbato & requie ejus orbetis: quam requiem dabit ipsum Dei Verbum, postquam regnum suum acceperit, in ipsoque requiescet, omnesque quotquot ipsum receperint, ad eam ipsam quietem admittet: ac sanctum verumque Sabbatum iis impertiet qui secum & penes se, illo digni erunt.

9. *Secundum diem tentationis in deserto, ubi*
tentaverunt me patres vestri, probaverunt me
10. *& viderunt opera mea. Quadraginta annis*
offensus fui generationi huic: & dixi, Semper
11. *errant corde. Ipsi vero non cognoverunt vias*
meas, sicut juravi in ira mea, si introibunt
in requiem meam. Quomodo Deum tentaverint, non illorum olim Judæorum patres tantum, ut quispiam æstimaverit, sed etiam hodiernorum, qui audita voce Dei obdurantur; apud Moysen habetur, & in LXXVII. psalmo plerumque dictum est, ac similiter in CV. ut túte si perquiras deprehendes. Quoniam igitur his juravit Deus, exacerbantes illos non ingressuros esse in requiem ipsius, quam paucis sermo descripsit; sollicite nobis curandum est ne in paria incidamus. Nam eadem ipsa nos excipient, si vocem Dei nunc & in præsenti adhuc tempore nos evocantem audientes, corda obduremus: nos quippe ira Dei invadet, ac quiete illa apud ipsum & cum ipso sumen-

A σόντι χρόνῳ· ἀλλὰ κἂν ἀπὸ τῆς σήμερον καλουμένης ἡμέρας καὶ ἀπὸ ἐνεστῶτος καιροῦ σπουδάσωμεν προσέχειν τοῖς εἰρημένοις· καὶ μὴ ζηλώσωμεν τὸν λαὸν ἐκεῖνον, ὃς ἀκούσας φωνῆς θεοῦ ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν ἔρημον ὀπτασίας, ἐσκληρύνθη τὴν καρδίαν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ παραπικρασμοῦ, ὁπηνίκα πάντων αὐτῶν τὰ κῶλα κατεστρώθη ἐν τῇ ἐρήμῳ, διὰ τὸ παρακοῦσαι τῆς φωνῆς τοῦ θεοῦ. ἀναγκαίως οὖν ἐκείνων ὑπομιμνήσκει, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς τῇ σήμερον ἡμέρᾳ τῶν τοῦ θεοῦ παραγγελμάτων ἀκούοντες καὶ παρακούοντες παραπικραίνωμεν αὐτὸν σκληρυνόμενοι τὰς καρδίας, καὶ B μὴ ὑπακούοντες τοῖς σωτηρίοις παραγγέλμασιν, καὶ διὰ τοῦτο πικρὸν αὐτὸν καὶ ἀπότομον κριτὴν ἑαυτοῖς κατασκευάζοντες. καὶ πρὸς πάντας μὲν οὖν ἡμᾶς ὡς ἔφην ἁρμόζει τὸ παράγγελμα, κατὰ δὲ τὸν προηγούμενον λόγον πρὸς τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν ταῦτα λέγεται, τὴν αὐτὴν ἔχοντα διάνοιαν· ἅπαξ ποτὲ ἤδη πρότερον ἐπὶ τῆς ἐρήμου τῆς φωνῆς ἀκούσαντες τοῦ θεοῦ, παρεπικράνατε αὐτὸν σκληρύναντες ἑαυτῶν τὰς καρδίας ἐπὶ Μωσέως, ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ ὁ αὐτὸς τοῦ θεοῦ λόγος μέλλει δεύτερον ἀνθρώποις λαλεῖν ἐπιφανεὶς τῷ βίῳ, καὶ παρ᾽ ὑμῖν αὐτοῖς διδάσκειν τὰ τῆς C καινῆς διαθήκης μυστήρια, ὁρᾶτε μὴ πάλιν σκληρύνητε ἑαυτοὺς ὡς τὸ πρὶν ἐσκληρύνατε, μηδὲ αὖθις αὐτὸν παραπικράνητε, ἐὰν αὖθις τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μηδὲ τοὺς πατέρας ὑμῶν κατὰ τοῦτο μιμήσησθε ὅπως μὴ στερήσητε αὐτοὺς τοῦ ἀληθινοῦ σαββατισμοῦ καὶ τῆς καταπαύσεως αὐτοῦ, ἣν καταπαύσει αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, τὴν οἰκείαν ἀπολαβὼν βασιλείαν, καὶ ἐν αὐτῇ ἀναπαυσόμενος, πάντας τε τοὺς παραδεχομένους αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν ἀνάπαυλαν ὑποδεξόμενος, καὶ τὸ ἅγιον καὶ τὸ ἀληθὲς αὐτοῦ σάββατον παρέξων τοῖς ἀξίοις τῆς παρ᾽ αὐτῷ καὶ σὺν D αὐτῷ ἀναπαύσεως.

Κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ἐδοκίμασάν με καὶ ἴδον τὰ ἔργα μου. τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα τῇ γενεᾷ ταύτῃ, καὶ εἶπα, ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. ὅπως ἐπείρασαν τὸν θεὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ οἱ πατέρες οὐχὶ τῶν πάλαι Ἰουδαίων μόνον ὡς ἂν ὑπολάβοι τις, ἀλλὰ τῶν καὶ σήμερον, ἀκουόντων μὲν τῆς φωνῆς τοῦ θεοῦ, σκληρυνομένων δὲ, κεῖται παρὰ Μωσεῖ, καὶ ἐν ο΄. [illegible] καὶ ζ΄. ψαλμῷ E πολλάκις εἴρηται καὶ ἐν ρε΄. ἅπερ καὶ αὐτὸς ἐπιζητήσας εὑρήσεις. ἐπεὶ τοίνυν διὰ ταῦτα ὤμοσεν ὁ θεὸς μὴ εἰσελεύσεσθαι τοὺς παραπικράναντας εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, ἣν ὁ λόγος διὰ βραχέων παρέστησεν, προσεκτέον καὶ ἡμῖν καὶ μεριμνητέον μὴ τοῖς ὁμοίοις περιπεσεῖν. τὰ αὐτὰ γὰρ καὶ ἡμᾶς διαδέξεται, εἰ τῆς τοῦ θεοῦ φωνῆς εἰς ἔτι καὶ νῦν κατὰ τὴν σήμερον ἡμέραν ἀνακαλουμένης ἡμᾶς ἀκούοντες σκληρύνωμεν τὰς ἑαυτῶν καρδίας· διαλήψεται γὰρ καὶ ἡμᾶς ὀργὴ θεοῦ καὶ ἀποπεσούμεθα τῆς παρ᾽ αὐτῷ καὶ σὺν αὐτῷ ἀνα-

Ο Κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοί· ὁ καθήμενος ἐπὶ χερουβίμ, σαλευθήτω ἡ γῆ. Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις ὁ ψαλμός, εἷς δὲ καὶ αὐτὸς τυγχάνει τῶν εὐαγγελιζομένων τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν. ἐπεὶ μὲν γὰρ τῷ βασιλεύειν ἁπάντων τὸν ὅλων θεὸν, οὐδένα ἄν τις ὀργίζεσθαι φαίη, ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ βασιλείᾳ φησὶν ὁ παρὼν λόγος ὀργίζεσθαι λαούς· φησὶ δὲ τοὺς ἐκ περιτομῆς καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀπιστοῦντας αὐτῷ. τίς δέ ἐστιν ὁ κύριος διασαφεῖ λέγων ἑξῆς· ὁ καθήμενος ὑπὲρ χερουβίμ. δάκνει γὰρ τοὺς ἀπίστους καὶ λυπεῖ ὁ ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἐθνῶν ζῆλος· οὐ γὰρ συνῆκαν τὰς περὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ προφητικὰς φωνάς. σαλευθήτω ἡ γῆ. οἵ τε γὰρ πάλαι πολλὰ δυνάμενοι δαίμονες ἐξησθένησαν, ὡς πάσας αὐτῶν τὰς δυνάμεις σαλευθῆναι, καὶ παυθῆναι τὰς ἐνεργείας. οἵ τε τὴν γῆν οἰκοῦντες ἄνθρωποι, μεταβαλόντες, τῆς πατρῴας πλάνης τὸν ὄλεθρον ἐπέγνωσαν, τὸν θεὸν λόγον αὐτῶν κύριον ἐπιγραψάμενοι. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπιστοῦντες αὐτῷ, μεγάλως ἐσαλεύθησαν, κινούμενοι καὶ καταπληττόμενοι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ τὴν δύναμιν. τὸ δὲ, καθήμενος, ὡς πρὸς ἀνθρώπους διαλεγόμενος εἴρηκεν. ἡ γὰρ ἀσώματος φύσις ἀπερίληπτος καὶ ἀπερίγραφος. Κύριος ἐν Σιὼν μέγας, καὶ ὑψηλός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς λαούς. Σιὼν ἑρμηνεύεται σκοπευτήριον· οὕτω δὲ ὀνομάζειν ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ πᾶν τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα, τῶν τὰ ἐπουράνια σκοπούντων τοῦτον δηλουμένων τὸν τρόπον, ὁποῖος ἦν λέγων ὁ ἀπόστολος· σκοπούντων ἡμῶν οὐ τὰ ἐπίγεια, ἀλλὰ τὰ ἐπουράνια. παρὰ τούτοις οὖν μέγας ἐστὶν ὁ κύριος.

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ ὀνόματί σου τῷ μεγάλῳ, ὅτι φοβερὸν καὶ ἅγιόν ἐστι. νῦν μὲν ὀργίζονται λαοὶ ἐπὶ τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν βασιλείᾳ· ἔσται δέ τις καιρὸς, ἐν ᾧ καὶ αὐτοὶ ἐξομολογήσονται τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τῷ μεγάλῳ, ὅτε πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς εἰς δόξαν πατρός. καὶ τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ. ἡ τοῦ βασιλέως τιμή τε καὶ ἀρετὴ εἰκότως μετὰ κρίσεως τοῖς μὲν ἐπίφοβον ποιεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, τοῖς δὲ ἅγιον. εἰ γὰρ οἱ

B

Psalmus ipsi David. XCVIII. 1.

Dominus regnavit, irascantur populi, qui sedet super Cherubim, moveatur terra. Hic psalmus apud Hebræos titulo caret: Lectio Hebraici exempl. estque unus ex iis qui Christi regnum annuntiant. Cum enim nemo irasci se dicat quod Deus universorum in omnes regnum obtineat; de Christi tamen regno ait præsens sermo populos irasci, videlicet populos ex circumcisione & ex gentibus, qui in C ipsum non credunt. Quis sit autem Dominus, mox declarat dicens, *Qui sedet super Cherubim.* Mordet enim infideles, ipsisque dolet gentium pro salute studium: siquidem propheticas de regno ejus voces non intellexerunt. *Moveatur terra.* Dæmones enim, qui olim plurimum valebant, infirmati sunt; ita ut omnes eorum virtutes commotæ sint, & operationes cessaverint. Homines quoque terram incolentes, resipiscentes, paterni erroris perniciem agnoverunt, Deum Verbum sibi Dominum adscribentes. D Imo vero qui in eum increduli fuerunt, vehementer commoti sunt, vi doctrinæ ejus concussi atque perculsi. Illud autem, *qui sedet*, quasi homines alloquens ait. Natura quippe incorporea incomprehensa & incircumscripta est. *Dominus in Sion magnus, & excelsus super omnes populos.* 2. Sion significat speculam; sic autem appellare divina Scriptura solet omne religiosum institutum, atque hoc modo indicantur ii qui cœlestia speculantur, qualis erat Apostolus qui ait: *Non speculantibus nobis terrena, sed cælestia.* 2 Cor. 4. 18. Apud illos enim magnus est Deus.

E

Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est. 3. Nunc quidem irascuntur populi adversus regnum Salvatoris nostri: erit porro tempus quo ipsi quoque nomini magno ejus confitebuntur, *quando omne genu flectetur cælestium, atque terrestrium; & omnis lingua confitebitur, quia Dominus Jesus in gloria Patris.* Philip. 2. 10. *Et honor regis judicium diligit.* 4. Honor & virtus Regis cum judicio, aliis quidem nomen ejus terribile, aliis vero sanctum merito efficit. Si enim

qui legem ejus transgrediuntur, per ipsam transgressionem illum inhonorant, qui divinam legem exsequuntur, vice versa, per ejus exsequutionem regem ipsum qui legem dedit honore adficiunt, judicium ejus diligentes: scientes justum esse judicium ejus, ac se divina præmia consequuturos esse, quia secundum voluntatem ejus pie & juste vitam egerunt.

5. *Tu parasti directiones, judicium & justitiam in Jacob tu fecisti. Exaltate Dominum Deum nostrum,* &c. Nemo, inquit, existimet hic alium dominum gloria celebrari, quam Deum qui legem dedit in deserto. Tu enim, inquit, Domine, cujus regnum vaticinamur, idem ipse es qui populo ex circumcisione judicium & justitiam præcepisti, secundum statutam ipsis legem, justificationes & judicia complectentem. Tu autem ipse parasti directiones, retributionis tempore iis reddendas qui judicium & justitiam custo-
6. dierint. *Moyses & Aaron in sacerdotibus ejus, & Samuel inter eos qui invocant nomen ejus.*
7. *Invocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos, in columna nubis loquebatur ad eos, custodiebant testimonia ejus, & præcepta quæ dedit illis.* Il-
Joan. 5. 46. lud, *Si crederetis Moysi, crederetis utique mihi, de me enim ille scripsit,* ejusdem sententiæ est atque illa quæ jam tractamus. Nam eumdem, inquit, & non alium Dominum, qui jam Deus prædicatur, Moyses, Aaron & Samuel, ac si quis alius, sive prophetarum, sive sacerdotum, invocabant. Et hic erat ipsum Dei Verbum, jam apud omnes populos excelsum & apud universas gentes gloria adfectum, quod illos olim exaudiebat, & in columna nubis loquebatur ad eos. Neque alio modo memorati viri tantam dignitatem nacti sunt, nisi quia testimonia ejus & præceptum, quod dedit illis, custodiebant. Sic itaque ille per novum testamentum præcepta & mandata atque testimonia nobis dedit, quæ si custodiamus, paria & ipsi obtinebimus.

8. *Domine Deus noster tu exaudiebas eos, tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinventiones eorum.* Tu, inquit, Dominus & Deus noster, omnium rex, qui a nobis prædicaris, ipse eras qui Moysem & Aaronem exaudiebas, ac tantam illis addebas fiduciam, cum te exacerbanti populo propitium redderent, quique illos multa benevolentia dignabare. Etiamsi enim in quasdam infirmitates laberentur, utpote homines, quemadmodum Moyses in incredulitatem circa aquam, & Aaron in conflationem vituli; tu ut optimi patris optimus filius, propitius ipsis eras, ac mortali infirmitati veniam concedebas. *Et ulciscens in omnes*

παραβαίνοντες αὐτοῦ τὸν νόμον, δι' αὐτοῦ τοῦ παραβαίνειν ἀτιμάζουσιν αὐτόν· οἱ κατορθοῦντες τὸν θεῖον νόμον δι' αὐτοῦ τοῦ ἐνεργεῖν κατὰ ταὐτὸν τιμῶσι τὸν νομοθετήσαντα αὐτὸν βασιλέα, ἀγαπῶντες τὴν παρ' αὐτοῦ κρίσιν, ἐπιστάμενοι δίκαιον τὸ κρίμα αὐτοῦ, καὶ ὅτι τεύξονται θείων ἀμοιβῶν, κατὰ τὸ βούλημα αὐτοῦ, εὐσεβῶς καὶ δικαίως πολιτευσάμενοι.

Σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητας, κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν Ἰακὼβ σὺ ἐποίησας. ὑψοῦτε κύριον τὸν θεὸν, καὶ τὰ ἑξῆς. μηδεὶς, φησὶ, νομιζέτω ἕτερον εἶναι τὸν ἐνταῦθα δοξολογούμενον κύριον τοῦ θεοῦ τοῦ νομοθετήσαντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. σὺ γὰρ, φησὶ, κύριε, οὗ τὴν βασιλείαν θεσπίζομεν, αὐτὸς ὢν τυγχάνεις, ὁ καὶ τῷ ἐκ περιτομῆς λαῷ κρίσιν καὶ δικαιοσύνην διαταξάμενος κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς νομοθεσίαν, δικαιώματα καὶ κρίματα περιέχουσαν. σὺ δὲ αὐτὸς καὶ εὐθύτητας ἡτοίμασας κατὰ τὸν τῆς ἀνταποδόσεως καιρὸν ἀποδοθησομένας τοῖς φυλάττουσι τὴν κρίσιν καὶ τὴν δικαιοσύνην. Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ, καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ἐπεκαλοῦντο τὸν κύριον, καὶ αὐτὸς εἰσήκουεν, ἐν στύλῳ νεφέλης ἐλάλει πρὸς αὐτούς. ἐφύλασσον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, καὶ τὰ προστάγματα ἃ ἔδωκεν αὐτοῖς. τὸ, εἰ ἐπιστεύσατε Μωσῇ, ἐπιστεύσατε ἂν ἐμοὶ, περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε, τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας καὶ τὰ προκείμενα. τοῦτον γὰρ τὸν κύριον, καὶ οὐχ ἕτερον φησὶ, τὸν ἐν τῷ παρόντι θεολογούμενον καὶ Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν καὶ Σαμουὴλ, καὶ εἴ τις ἕτερος εἴτε προφητῶν, εἴτε ἱερέων ἐπεκαλοῦντο. καὶ οὗτος ἦν αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ νῦν ἐπὶ πάντας τοὺς λαοὺς ὑψηλὸς ὑπάρχων, καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι δοξαζόμενος, ὁ κἀκείνων εἰσακούων καὶ λαλῶν αὐτοῖς ἐν στύλῳ νεφέλης. οὐκ ἄλλως δὲ τῆς τοσαύτης ἀξίας ἔτυχον οἱ δηλωθέντες, εἰ μὴ ὅτι ἐφύλαττον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, καὶ τὸ πρόσταγμα ὃ δέδωκεν αὐτοῖς. οὕτως οὖν καὶ ἡμῖν διὰ τῆς καινῆς διαθήκης ὁ αὐτὸς προστάγματα καὶ ἐντολὰς, καὶ μαρτύρια ἔδωκεν, ἅπερ εἰ φυλάττοιμεν, τῶν ἴσων καὶ αὐτοὶ καταξιωθησόμεθα.

Κύριε θεὸς ἡμῶν σὺ ἐπήκουες αὐτῶν, σὺ εὐίλατος ἐγίνου αὐτοῖς, καὶ ἐκδικῶν ἐπὶ πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν. σὺ, φησὶν, ὁ ἡμέτερος κύριος καὶ θεὸς ὁ τῶν ὅλων βασιλεὺς, ὁ ὑφ' ἡμῶν κηρυττόμενος, αὐτὸς ἦσθα ὁ καὶ τῶν ἀμφὶ Μωσέα καὶ Ἀαρὼν ὑπακούων, καὶ τοσαύτης ἐκείνοις μεταδιδοὺς παῤῥησίας, ἱλεουμένοις σε ὑπὲρ τοῦ παροργίζοντος λαοῦ, καὶ πολλῆς αὐτοὺς ἀξιῶν εὐμενείας. εἰ γὰρ καὶ τισὶν ἀσθενείαις περιέπιπτον ὡς ἄνθρωποι, ὡς Μωϋσῆς ἐπὶ τῇ ἀπιστίᾳ τοῦ ὕδατος, καὶ Ἀαρὼν ἐπὶ τῇ μοσχοποιΐᾳ, σὺ ὡς πανάγαθου πατρὸς πανάγαθος υἱὸς, ἵλεως αὐτοῖς ἐγίνου, συγγνώμην νέμων τῇ θνητῇ ἀσθενείᾳ, καὶ ἐκδικῶν ἐπὶ πάντα τὰ ἐπιτη-

„ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν. εἰ καὶ ἔδοξαί τι, φησὶν, ἁμαρτάνειν ὡς ἄνθρωποι, ἀλλ' ἐπαίδευες αὐτοὺς ἐν οἷς παιδείας ἐδέοντο. ἠλέγχετο γὰρ ἐπὶ τῷ μόσχου ἁμαρτήσας Ἀαρὼν, καὶ Μωϋσῆς ἐπὶ τοῦ ὕδατος τῆς ἀντιλογίας.

„ Ὑψοῦτε κύριον τὸν θεὸν ἡμῶν, καὶ προσ-
„ κυνεῖτε εἰς ὄρος ἅγιον αὐτοῦ, ὅτι ἅγιος κύριος
„ ὁ θεὸς ἡμῶν. μηδὲν ταπεινὸν, φησὶ, καὶ ἀνθρώπινον περὶ τοῦ κυρίου φρονεῖτε, ἀλλ' ὑψοῦτε αὐτὸν ὑψηλὰ περὶ αὐτοῦ δοξάζοντες, καὶ τὸ προσῆκον αὐτῷ προσονέγκατε σέβας. ὄρος δὲ ἅγιον πάλαι μὲν τὸ Σιὼν ἐκαλεῖτο· νῦν δὲ τῆς θεογνωσίας τὸ ὕψος, οὕτω γὰρ καὶ
„ Ἡσαΐας καὶ Μιχαίας ἐθέσπισαν, ἔσται ἐν ταῖς
„ ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου, τουτέστιν ἡ τοῦ θεοῦ γνῶσις πᾶσι δήλη γενήσεται· οἶδε γὰρ καὶ ὁ ἀπόστολος νοητὸν ὄρος
„ Σιὼν, προσεληλύθατε γὰρ ὄρει Σιὼν καὶ
„ πόλει θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. προστετάγμεθα τοίνυν κατὰ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ὑπὸ θεοῦ γνῶσιν προσφέρειν αὐτῷ προσκύνησιν ὃς καὶ κύριος ἡμῶν ἐστιν ὡς δούλων, καὶ θεὸς ὡς πλάστης. ἀλλ' οὕτω μὲν πνευματικώτερον τὸν ψαλμὸν νοήσαιμεν.

A *adinventiones eorum.* Etiamsi, inquit, utpote homines, in aliquo peccare viderentur; tu castigabas eos, cum castigatione opus erat. Nam de conflato vitulo Aaron redarguebatur, & Moyses apud aquam contradictionis.

Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto ejus, quoniam sanctus Dominus Deus noster. Nihil, inquit, humile & humanum de Domino sentite; sed excelsa de illo cogitantes ipsum exaltate, ipsique debitum exhibete cultum. Mons autem B sanctus olim Sion vocabatur, nunc vero divinæ sublimitas cognitionis; ita enim Hesaias & Michæas vaticinati sunt, *Erit in novissimis diebus manifestus mons Domini;* id est, Dei cognitio aperta omnibus erit. Nam ipse quoque Apostolus montem Sion spiritualem agnovit: ait quippe, *Accessistis ad montem Sion, & civitatem Dei viventis, Jerusalem cælestem.* Jubemur itaque pro collata nobis a Deo cognitione ipsi adorationem offerre: qui Dominus noster est, quia nos servi ejus sumus; & Deus item est, utpote opifex. Atque ita spirituali more psalmum intelligamus.

Hesai. 2. 2.
Hebr. 12. 22.

Ψαλμὸς εἰς ἐξομολόγησιν. Ϟθ'.

„ ΑΛαλάξατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ. τουτέστι τὰ ἐπὶ γῆς ἔθνη· καὶ διὰ τούτων κέκληνται ἐπὶ ἐξομολόγησιν τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων, ἐν οἷς ἐκαλινδοῦντο ὅτε τῇ εἰδωλολατρείᾳ προσεῖχον πλάνῃ. διὸ ἐπιγέγραπται
„ ψαλμὸς εἰς ἐξομολόγησιν. δουλεύσατε τῷ κυρίῳ
„ ἐν εὐφροσύνῃ. ὑποβαλόντες ἑαυτοὺς τῷ αὐτοῦ ζυγῷ. ὅμοιον γάρ ἐστι τὸ δουλεύειν αὐτῷ τῷ δουλεύειν φωτὶ, καὶ δουλεύειν ζωῇ καὶ ἀληθείᾳ, καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἁγιασμῷ· πάντα
„ γὰρ ταῦτά ἐστιν ὁ κύριος. εἰσέλθετε ἐνώπιον
„ αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει. εἰ δέ τις μὴ δουλεύοι αὐτῷ ἐν εὐφροσύνῃ, μὴ τολμάτω παρεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ, ἀνίπτοις ποσὶ παραβάλλων
„ εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ. γνῶτε ὅτι κύριος
„ αὐτός ἐστιν ὁ θεός· αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς, καὶ
„ οὐχ ἡμεῖς, λαὸς αὐτοῦ καὶ πρόβατα νομῆς
„ αὐτοῦ. ὅταν γὰρ γνῶμεν ὅτι αὐτὸς θεός ἐστιν, αὐτὸς ὁ κύριος, τὸ τηνικάδε αὐτοῦ τῷ γινώσκειν ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσεληλυθότες, καὶ ποιητὴν ἑαυτῶν ὁμολογήσομεν αὐτόν. ὅτι δὲ οὐχ ἡμεῖς ἑαυτοὺς ποιοῦμεν, κἂν αἴτιοι δοκῶμεν τυγχάνειν τῆς τῶν παίδων γενέσεως, δῆλον ἐντεῦθεν· ἐκ πατρὸς γὰρ καὶ μητρὸς γενόμενοι Ἰὼβ καὶ Δα-
„ βὶδ, φασὶν ἑκάτεροι, αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με
„ καὶ ἔπλασάν με, καὶ πρὸς Ἱερεμίαν αὐτὸς ὁ θεὸς,
„ πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαι
„ σε. τῇ γυναικὶ ἐσφαλμένως λεγούσῃ τῷ ἀνδρὶ,

C *Psalmus in confessionem. XCIX.* 1.

Jubilate Domino omnis terra. Id est, gentes 2.
quæ in terra sunt: quæ his verbis ad pristinorum peccatorum confessionem evocantur, in quibus quando idolorum errori deditæ erant, volutabantur. Quamobrem psalmus inscriptus est, *In confessionem. Servite Domino in lætitia*, ipsius jugo vos submittentes. Perinde namque est servire ipsi, atque servire luci, & servire vitæ, veritati, justitiæ & sanctitati: hæc quippe omnia D Dominus est. *Introite in conspectu ejus in exsultatione.* Si quis autem non serviat ipsi in lætitia, ne audeat conspectui ejus se sistere, illotis pedibus ad Ecclesiam ejus accedens. *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos, populus ejus & oves pascuæ ejus.* Cum enim novetimus ipsum Deum, ipsum Dominum esse, 3.
tunc per illam cognitionem in conspectum ejus ingressi, ipsum opificem nostrum esse confitebimur. Quod enim non nos ipsi nos faciamus, etsi auctores videamur esse gene-
E rationis liberorum, hinc palam est, quod ex patre & matre geniti Job & David, ambo tamen dicant, *Manus tuæ fecerunt me & plasmaverunt me:* ac Jeremiæ ipse Deus ait, *Antequam te formarem in utero, novi te.* Nam uxorem, quæ errore ducta viro suo dicebat,

Psal. 118. 73.
Job. 10. 8.
Jer. 1. 5.

Gen. 30. 1. Vulgata, alioquin morior.

Aut da mihi liberos, sin minus occide me, vir, A cum sapiens esset, docte increpat his verbis, *Numquid pro Deo ego tibi sum, qui privavit te fructu ventris?* Etiamsi enim patres videantur liberos procreare; at Deus illos efficit: ac ille quidem causa est, illi vero cooperantur; utpote qui jussui ejus primitus dato obsecundent. Quamobrem multi etsi liberos suscipere peroptent, non possunt tamen.

Symmachi.

Symmachus vero ait, *Ipse fecit nos, non exsistentes. Nos autem populus pascuæ ejus & oves manus illius.* His vero non dominatum modo suum: sed etiam providentiam B suam indicavit: non solum enim Dominus noster est; sed etiam pastor cum sit, bona nobis pascua offert. *Nos autem populus ejus*, utpote regis; oves autem ejus, utpote pastoris: populus sunt, qui meliores & rationabiliores; oves autem, qui iis inferiores sunt, & irrationabiliorem ordinem obtinent, neque divinorum oraculorum periti

Psal. 118. ult.

sunt; secundum illud, *Erravi sicut ovis quæ periit.* Cæterum cum omnium Deus & conditor sit, omnia vocat, omnia sibi propria

Psal. 35. 7.

efficit. *Homines* quippe *& jumenta salvat* C *Deus;* illos quidem, ut populum suum; illa vero, ut oves manus suæ.

A ἢ δὸς μοι τέκνα, εἰ δὲ μή, ἀπόκτεινόν με, σοφὸς ὢν ὁ ἀνήρ, δογματικῶς ἐπιτιμᾷ, μὴ ἀντὶ θεοῦ σοι εἰμὶ ἐγώ, ὃς ἐστέρησέ σε καρπὸν κοιλίας; εἰ γὰρ καὶ δοκοῦσιν οἱ πατέρες ποιεῖν τὰ τέκνα, ἀλλ' οὖν ὁ θεὸς ταῦτα ποιεῖ, καὶ ὁ μὲν αἴτιος, οἱ δὲ συναίτιοι, ὡς τῷ ἐξ ἀρχῆς αὐτοῦ διακονοῦντες προστάγματι. διὸ πολλοὶ καίτοι ἐπιθυμοῦντες παιδοποιεῖν, οὐ δύνανται. ὁ δὲ Σύμμαχός φησιν, αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς οὐκ ὄντας· ἡμεῖς δὲ λαὸς νομῆς αὐτοῦ καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ. διὰ τούτων οὐ μόνον τὴν δεσποτείαν, ἀλλὰ καὶ B τὴν κηδεμονίαν ἐγνώρισεν. οὐ μόνον γὰρ ἡμῶν δεσπότης ἐστίν, ἀλλὰ καὶ ποιμήν, τὴν ἀγαθὴν ἡμῖν προσφέρων νομήν. ἡμεῖς δὲ λαὸς αὐτοῦ, ὡς βασιλέως, πρόβατα δὲ ὡς ποιμένος· λαὸς οἱ κρείττους καὶ λογικώτεροι· πρόβατα, οἱ ὑποβεβηκότες, καὶ τὴν ἀλογωτέραν τάξιν ἐπέχοντες, καὶ μὴ ἐν πείρᾳ τῶν θείων ὄντες λογίων· κατὰ τὸ, ἐπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλός. πλὴν ἀλλὰ πάντων θεὸς ὢν καὶ ποιητής, πάντα καλεῖ καὶ ἐξοικειοῦται. ἀνθρώπους γὰρ καὶ κτήνη σώζει ὁ θεός. τοὺς μέν, ὡς λαὸν αὐτοῦ, τὰ δέ, ὡς C πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ.

4. *Introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis.* Commemorate, inquit, mala, in quibus prius versabamini, quando ab aliis pravis dominis abducti, procul a Domino agebatis. Quare pristinarum impietatum confessione, ceu aspergillo usi, ingredimini portas ejus cum fiducia: quia secundùm portas, id est, post principia & primos servitutis Dei ingressus, in interiora & in atria transeuntes, non ultra confessione utemini, sed D hymnis deinceps ipsi vacaturi estis. Quemadmodum enim primo in portas, deinde in aulas ingredi opus est; ita primo peccata confiteri oportet, postea vero Deum hymnis celebrare, ut linguâ per confessionem

5. purgatâ, purus hymnus offeratur. *Confitemini illi. Laudate nomen ejus, quoniam suavis est Dominus; quoniam in æternum misericordia ejus, & usque in generationem & generationem veritas ejus.* Consentaneum est, inquit, gratias agere, ac eum hymnis celebrare, qui ineffabili erga homines clementia E est usus, & qui bonis suis pollicitationibus terminum posuit. Nam quæ in proavorum generatione promiserat, ea ævo nostro implevit; & quam pollicitus erat salutem, eam vere impertiit: neque ullus finis futurus est ejus erga nos beneficii, quod est veritas, secundum illud, *Recordatus est testamenti sui in sæculum.* Aut illud, *confitemini*, sic accipiendum est, Tamquam medico animæ vulnera ipsi per confessionem dete-

Εἰσέλθετε εἰς τὰς πύλας αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ ἐν ὕμνοις. μνημονεύετέ φησι τῶν κακῶν, ἐν οἷς πρότερον ἐξητάζεσθε, ὅτε μακρὰν ἐτυγχάνετε τοῦ κυρίου ὑφ' ἑτέροις δεσπόταις πονηροῖς ἀγόμενοι. διὸ ὡς περιρραντηρίῳ χρώμενοι τῇ τῶν προτέρων ἀσεβημάτων ὁμολογίᾳ εἴσιτε εἰς τὰς πύλας αὐτοῦ θαρροῦντες, ὅτι μετὰ τὰς πύλας, τουτέστι μετὰ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς πρώτας D εἰσόδους τῆς τοῦ θεοῦ δουλείας, εἰς τὰ ἐνδότατα καὶ τὰς αὐλὰς παρελθόντες οὐκέτι χρήσεσθε τῇ ἐξομολογήσει, ἀλλ' ὕμνοις λοιπὸν τοῖς εἰς αὐτὸν σχολάσετε. ὥσπερ μέντοι εἰσιέναι δεῖ πρότερον εἰς τὰς πύλας, εἶτα εἰς τὰς αὐλάς, οὕτως ἐξομολογεῖσθαι πρότερον χρὴ τὰ ἁμαρτήματα, εἶτα ὑμνεῖν τὸν θεόν, ἵνα τῇ ἐξομολογήσει καθαρθείσης τῆς γλώττης, καθαρὸς ὁ ὕμνος προσενεχθείη. ἐξομολογεῖσθε αὐτῷ. αἰνεῖτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ E ἕως γενεᾶς καὶ γενεᾶς ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ. δίκαιον φησὶν εὐχαριστεῖν καὶ ὑμνεῖν τὸν ἀῤῥήτῳ φιλανθρωπίᾳ χρώμενον, καὶ ταῖς ἀγαθαῖς ὑποσχέσεσιν ἐπιθέντα τὸ πέρας. ἃ γὰρ ἐπὶ τῆς τῶν προγόνων ὑπέσχετο γενεᾶς, ταῦτα ἐπὶ τῆς ἡμετέρας πεπλήρωκε, καὶ ἣν ἐπηγγείλατο σωτηρίαν, ἀληθῶς ἐδωρήσατο, καὶ οὐ παύσεταί ποτε ἡ εἰς ἡμᾶς παρ' αὐτοῦ γινομένη εὐεργεσία, ἥτις ἐστὶν ἀλήθεια. κατὰ τὸ, ἐμνήσθη διαθήκης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα· ἢ τὸ, ἐξομολογεῖσθε, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἰατρῷ τὰ τῆς ψυχῆς ἀπογυμνοῦντες τραύματα δι' ἐξομολογή-

στως. θαῤῥοῦντες δὲ τοῦτο πράττετε, δόγμα ἀληθὲς περὶ αὐτοῦ μαθόντες, ὅτι ἀγαθός ἐστι καὶ πολυέλεος καὶ ἀληθινὸς, καὶ κατὰ πᾶσαν γενεὰν ἀληθείας γέμουσιν οἱ λόγοι αὐτοῦ.

A gite. Confidenter autem id agite, bona de ipso doctrina imbuti: quoniam bonus est & multæ misericordiæ & verax, & in omni generatione sermones ejus veritatis pleni sunt.

Ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ. ρ'. A

Ἔλεος καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι κύριε· ψαλῶ καὶ συνήσω ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ, πότε ἥξεις πρός με; ἤτοι τὸν σὸν ἔλεον καὶ τὴν σὴν κρίσιν ᾄσομαι, τὸν τρόπον διεξιὼν καθ' ὃν πέφυκας, οὐ πρῶτον κρίνειν, ἔπειτα ἐλεεῖν· ἀλλὰ πρῶτον ἐλεεῖν, ἔπειτα κρίνειν καὶ μετὰ φιλανθρωπίας καὶ ἐλέους ποιεῖσθαι τὰς ἀποφάσεις. ἢ ἐγὼ αὐτὸς ἔλεος ποιῶν καὶ κρίσιν ἐπὶ τοὺς πλησίον, θαῤῥῶ παρελθεῖν ἐπὶ τὸ ᾄδειν σοι καὶ ψάλλειν. συνιεὶς γοῦν ὅπως χρὴ τοῦτο ποιεῖν, τὰς ἐμαυτοῦ ὁδοὺς ἀμώμους καὶ ἀμέμπτους φυ- B λάττω, πεπεισμένος τοῦτον τὸν τρόπον ἀρεσκόντως σοι δι' ἔργων ἀγαθῶν ψάλλειν. λοιπὸν οὖν ἧκε πρός με ὦ κύριε, ἕτοιμον εὑρήσων παρ' ἐμοὶ μονήν. ἐπειδὴ γὰρ πάντα μοι τὰ καλὰ παρεσκεύασται, περιμένω τί πότε ἥξεις πρός με. διεπορευόμην ἐν ἀκακίᾳ καρδίας μου, ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου μου. οὐ προεθέμην πρὸ ὀφθαλμῶν πρᾶγμα παράνομον, ποιοῦντας παραβάσεις ἐμίσησα. οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων χηματιζόμενοι κατὰ τὰς ἀγορὰς σεμνοὶ φαίνονται καὶ ἐπιεικεῖς· ἐν δὲ ταῖς ἑαυτῶν οἰκίαις οὐκέτι κρύπτοντες τὸν ἑαυτῶν τρό- C πον, ἐλέγχονται φαῦλοί τινες ὄντες. ἐγὼ δέ φησιν, ἐν ἀκακίᾳ καρδίας μου ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου μου ἐπορευόμην, οὐκ ἔχων ἔσωθεν ἐκ τῆς καρδίας μου ἐξιόντας διαλογισμοὺς πονηρούς. οὐδέποτε γοῦν κατὰ προαίρεσιν τι ἥμαρτον· εἰ δὲ καί τι συνέβη ἀνθρώπινον, ἀλλ' οὐ προθεμένου μου τοῦτο ἐγίνετο.

Οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή. τὰ τοῦ διαβόλου βουλεύματα, ἅτε μηδὲν εὐ- D θὲς ἔχοντα, σκαμβά τε ἐστὶ καὶ διεστραμμένα, ἅπερ οὐδέποτε ἐν τῇ καρδίᾳ εἰσδέδεγμαι φησίν· εἰδὼς δὲ ὅτι ὁ κολλώμενος δικαίῳ δίκαιος ἔσται, πάντα διάστροφον ἄνδρα παρῃτούμην συνάπτεσθαί μοι καὶ κολλᾶσθαί μοι. ὃ γὰρ εὐθὺ τῷ στρεβλῷ συναφθῆναι οὐ δύναται ὡς ἀνάρμοστον. ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ οὐκ ἐγίνωσκον. ὁ τέλειος καρδίαν σκαμβὴν οὐκ ἔχων, εἰς ἣν ἐνεργεῖν ὁ πονηρὸς δύναται, τοῦ θεοῦ πεπλήρωται· ὥστε τὸν πονηρὸν μὴ ἔχοντα τόπον παρ' αὐτῷ, ἐκκλίνειν ἀπ' αὐτοῦ· ἐκκλίνοντος δέ φησιν οὐκ ἐγίνωσκον E τῷ μὴ αἴσθησιν παρουσίας αὐτοῦ ἐσχηκέναι. οὐ γὰρ ἐνθύμημα ἢ ἔργον τι αὐτοῦ ἔσχον παρ' ἐμοί. νοήσεις δὲ ταῦτα, καὶ περὶ ἀνθρώπου πο-

Psalmus ipsi David. C. 1.

Misericordiam & judicium cantabo tibi, Domine: psallam & intelligam in via immaculata, quando venies ad me? 2.
Id est, misericordiam tuam & judicium tuum cantabo, modum explicans quo soles, non primùm judicare, deinde misereri; sed primum misereri, postea judicare, ac cum clementia & misericordia sententiam ferre. Quare ego ipse, cum misericordiam & judicium erga proximum exerceam, au- B deo accedere ad canendum & psallendum tibi. Gnarus itaque quo pacto id peragere opus sit, vias meas inculpatas & immaculatas custodio, persuasum habens hoc modo me tibi placiturum per bona opera psallendo. In posterum igitur, ô Domine, ad me venias, paratam apud me mansionem reperturus: quandoquidem omnia apud me bona parata sunt, exspectantem quando venies ad me. *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ: non proponebam ante oculos rem injustam, facientes prævarica-* C *tiones odivi.* Plerique ex hominibus ementita specie in foro graves & probi videntur esse; domi vero, non occultatis moribus, improbi esse deprehenduntur. Ego vero inquit, *perambulavi in innocentia cordis mei, in medio domus meæ,* nullas in me habens cogitationes malas ex corde prodeuntes. Num-
quam enim ex adfectu peccabam: sed si 3.
quid mihi humanitus acciderit, id non ex proposito meo factum est.

Non adhæsit mihi cor pravum. Diaboli 4.
D consilia, utpote quæ rectum nihil habeant, prava sane & perversa sunt, quæ numquam ait, in corde admisi: gnarus vero, cum qui adhæret justo justum fore, omnem perversum me contingere ac mihi adhærere abnuebam. Nam rectum curvo coaptari nequit, utpote quod quadrare nequeat. *Declinante a me maligno non cognoscebam.* Vir perfectus, qui cor perversum non habet in quod possit malignus operari, Deo repletur; ita ut malignus, cum locum apud eum non reperiat, decli- E net ab eo: declinante autem illo, inquit, non cognoscebam, quia præsentiæ ejus sensu destitutus eram, qui nec de illo cogitabam, nec opus cum illo habebam. Hæc porro intelliges quoque de homine maligno,

quia nec cum accederet, nec cum discederet, sentiebam, ita pestiferos homines vilipendebam, ac non nosse simulabam: nec enim dignabar amicus eorum esse. Num quia superbus es? Nequaquam, ait; sed sciens illud, corrumpunt mores bonos colloquia prava, cum malis societatem non inibam. *1. Cor. 15. 33.*

5. *Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar.* Cùm hominem, inquit, tum cogitationem mihi aliquid mali contra quempiam suggerentem, ex corde pellebam ut canem clam mordentem. Nam vir probus, qui in omnibus fidenter agere solet, sicut ea quæ clam aguntur, utpote confusione digna, aversatur; ita secreto contra quempiam vel dicere aliquid vel audire non sustinet: nam id improbi & illiberalis esset: nec ejusmodi res periculo vacat, cum Scriptura dicat: *Ne ames detrahere, ne de medio tollaris;* & *Nolite detrahere invicem, fratres, ne sub judicium cadatis.* *Prov. 20. 13. Jac. 4. 11.* Quid sit detrahere, quasi exemplo declarandum est: non enim de aliquo clam obloqui quoquo modo, illud est detrahere. Plerumque enim de aliquo tunc absente male loquimur, non quod detrahere ipsi velimus; sed dolentes quod is forsasse improbus sit: atque hæc narrare studemus iis, qui perinde atque nos ex dilectionis adfectu de illo curant & solliciti sunt. Qui igitur sic contra absentem loquitur, nequaquam maledicus est: (nam maledicus non ita agit;) sed cum voluptate contra quemdam loquitur, non moleste ferens quod ille talia patrarit; sed de ea re lætatur. Ejus namque gesta malevolis recenset, qui ea retegere & renuntiare possunt aliis bene multis. Quid sibi vult autem illud quod adjicitur, *secreto;* cum palam sit quamlibet obtrectationem secreto fieri? Vel id dicit quod agitur; aut ita distinguendum est: obtrectatorum quosdam contra præsentes coram obloqui; hi porro convitiatores & contumeliosi assueto more vocantur; sed tamen quia contra quempiam loquuntur, detractores fuerint; alii vero clam & absentibus iis, quibus maledicitur, obloquuntur. Eum vero, qui hujus ordinis sit, se pellere sanctus ille vir dicit, non autem eos qui coram conviciantur. Is enim in quem maledicta conjiciuntur, vel præsens sese purgabit; vel se talem esse convictus, pudore adficietur. Potest item distingui obtrectatio clam edita ab accusatione coram judice facta. Etenim ipsa quoque in genere obloquutio dici potest; sed quæ clam non fiat. Fructus itaque sanctæ mentis fuerit malignos aversari; extremæ vero malitiæ argumentum contra fratrem obloqui; idque clam neque in conspectu; ne qui accusatur

νηρού, ὅτι οὐδ᾽ ὅτε προσῄλθεν οὐδ᾽ ὅτε ἀνεχώρει αἴσθησιν ἐλάμβανον, οὕτως ἐν οὐδενὶ μέρει ἐποιούμην τοὺς λοιμοὺς καὶ οὐδὲν εἰδέναι προσεποιούμην· οὐ γὰρ ἠξίουν εἶναι φίλος αὐτῶν. ἆρα ὡς ὑπερήφανος; οὐδαμῶς φησίν· ἀλλ᾽ εἰδὼς ὅτι φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί, οὐ συνδιετιθέμην τοῖς πονηροῖς.

Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τὸν πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον. καὶ ἄνθρωπόν φησι καὶ λογισμὸν ὑποβάλλοντά τι πονηρόν μοι κατά τινος ἐξέβαλον ἐκ τῆς καρδίας μου, ὡς κύνα λαθροδήκτην. ὁ γὰρ σπουδαῖος ἐν πᾶσι τῷ παρρησίαν ἔχειν ἀγαπῶν, ὥσπερ τὰ λάθρα δρώμενα τῆς αἰσχύνης εἶναι ἄξια, παραιτεῖται, οὕτω καὶ τὸ λέγειν ἢ ἀκούειν κατά τινος κρύβδην οὐκ ἀνέχεται· κακοήθους γὰρ καὶ ἀνελευθέρου τὸ χρῆμα· ἐπήρτηται δὲ κίνδυνος τῷ πράγματι, τῆς γραφῆς λεγούσης, μὴ ἀγάπα καταλαλεῖν, ἵνα μὴ ἐξαρθῇς, καί, μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων ἀδελφοί, ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε. τί δέ ἐστι τὸ καταλαλεῖν ὡς ἐν τύπῳ παραδοτέον· οὐ γὰρ τὸ ὁπωσοῦν λέγειν περί τινος καὶ λάθρα ἐκείνου, καταλαλεῖν ἐστι· πολλάκις γοῦν ἀγορεύομέν τινα κακῶς ἀπόντα, οὐ καταλαλεῖν αὐτοῦ βουλόμενοι, ἀλλὰ λυπούμενοι διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἴσως φαῦλον· πειρώμεθα δὲ λέγειν τὰ περὶ αὐτοῦ τοῖς ὡσαύτως ἡμῖν κηδεμόσιν αὐτοῦ καὶ φροντίζουσιν ἀπὸ διαθέσεως φιλικῆς. ὁ οὖν οὕτω λέγων κατὰ ἀπόντος, οὐ κατάλαλός ἐστιν· ἀλλὰ σπουδὴν ἔχει σὺν ἡδονῆς κατ᾽ ἐκείνου λέγειν, οὐκ ἀχθόμενος ἐπὶ τῷ τοιαῦτα ἐκεῖνον πεποιηκέναι, ἀλλὰ καὶ χαίρων. λέγει γοῦν ἐκείνοις τὰ περὶ αὐτοῦ τοῖς μισοῦσιν αὐτόν, καὶ φανερῶσαι δυναμένοις δι᾽ ἐπαγγελίας ἑτέροις πλείοσι τὰ περὶ αὐτοῦ. τί δὲ βούλεται προσκείμενον τό, λάθρα, φανεροῦ ὄντος, ὅτι πᾶσα κατηγορία λάθρα γίνεται; ἢ αὐτὸ λέγει τὸ ὄν, ἢ διαιρετέον οὕτω, ὅτι τῶν κατηγορούντων τινάς, οἱ μὲν κατὰ πρόσωπον παρόντας κατηγοροῦσι, λοίδοροι δὲ οὗτοι καὶ ὑβρισταὶ συνήθως καλοῦνται. ὅμως οὖν τῷ κατά τινος λέγειν κατάλαλοι ἂν εἶεν· οἱ δὲ λάθρα καὶ ἀπόντων τῶν κατηγορουμένων, λέγουσι κατ᾽ αὐτῶν. τὸν ταύτην οὖν ἔχοντα τὴν τάξιν ἐκδιώκειν ὁ ἅγιος λέγει, οὐ τοὺς εἰς πρόσωπον διαλοιδορουμένους. ἐκεῖνος γὰρ καθ᾽ οὗ αἱ βλασφημίαι ἢ παρὼν ἀπολογήσεται, ἢ ἐλεγχθεὶς ἐπὶ τῷ τοιοῦτος εἶναι, αἰσχυνθήσεται. δυνατὸν ἀντιδιαστέλλεσθαι τὴν λάθρα γινομένην καταλαλιάν, πρὸς τὴν ἐπὶ κριτῶν κατηγορίαν. καὶ γὰρ αὕτη τῷ γένει καταλαλιά, ἀλλ᾽ οὐ λάθρα γινομένη. καρπὸς μὲν οὖν διανοίας ἁγιωτέρας τὸ παραιτεῖσθαι τοὺς πονηρούς· ἐσχάτης δὲ πονηρίας ἀπόδειξις, τὸ καταλαλεῖν ἀδελφοῦ, καὶ τοῦτο λάθρα, ἀλλὰ μὴ εἰς πρόσωπον, ἵνα μὴ παρὼν ἀπολο-

ἀπολογήσηται ὁ κατηγορούμενος· ὡς ὅ γε ἐφ' ἡμῶν ἑτέρου καταλαλῶν, οὗτος οὐδὲ ἡμῶν καταλαλεῖν ἐφ' ἑτέρων ἀφέξεται. ὅθεν χρὴ τὸν τοιοῦτον ὡς κοινὸν ἐχθρὸν εἰκότως ἐλαύνεσθαι, ὡς τὸν ἐν παραδείσῳ μιμούμενον δράκοντα, ὃς τοῦ θεοῦ καταλαλήσας τὴν Εὔαν ἠπάτησεν. ἡμεῖς δὲ μήτε λέγωμεν κακῶς, καὶ τοῖς λέγουσιν ἀκοὴν μὴ παρέχωμεν· ἀκοὴν δὲ φησὶ ματαίαν μὴ παραδέξῃ· οὐκ εἶπε, μὴ πιστεύσῃς, ἀλλά, μὴ παραδέξῃ. διὸ καὶ ὁ προφήτης, ἐξεδίωκον, φησί, τὸν καταλαλοῦντα· οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐπίστευον, ἤ, οὐ παρεδεχόμην τὰ λεγόμενα· ἀλλὰ καὶ ὡς ἐχθρὸν ἀπήλαυνον. εἰπὲ πρὸς τὸν καταλαλοῦντα, ἔχεις ἐπαινέσαι τινά, διοίγω τὰς ἀκοάς, ἵνα δέξωμαι τὰ μύρα· κακῶς θέλεις εἰπεῖν, ἀποφράττω τὴν εἴσοδον τοῖς ῥήμασιν, οὐ γὰρ ἀνέχομαι κόπρον καὶ βόρβορον δέχεσθαι. ἐπιστόμιζε τὸν καταλαλοῦντα ἐν ἀκοαῖς σου, ἵνα μὴ διπλῆν ἁμαρτίαν σὺν αὐτῷ ἁμαρτάνῃς, καὶ σαυτὸν ὀλεθρίῳ πάθει ἐθίζων, κἀκεῖνον κατὰ τοῦ πλησίον φλυαρεῖν οὐκ ἀνακόπτων. μὴ δῴης τὴν ἀκοήν σου τῇ γλώσσῃ τοῦ καταλάλου, μηδὲ τὴν γλῶσσάν σου τῇ ἀκοῇ τοῦ φιλοψόγου, ἡδέως λαλῶν ἢ ἀκούων κατὰ τοῦ πέλας· ἵνα μὴ ἐκπέσῃς τῆς ἀγάπης, καὶ ἀλλότριος εὑρεθῇς τῆς αἰωνίου ζωῆς. διαφέρει δὲ τὸ κατακρῖναι, τὸ ἐξουδενῶσαι, καὶ τὸ καταλαλῆσαι· καταλαλῆσαι γάρ ἐστι τὸ εἰπεῖν κατά τινος, οἷον, ὅτι ἐψεύσατο ὁ δεῖνα, ἢ ὠργίσθη, ἢ ἐπόρνευσεν, ἤ τι τοιοῦτον. ἐλάλησε γὰρ ἐμπαθῶς τὸ ἁμάρτημα τοῦ ἀδελφοῦ· κατακρῖναι δέ ἐστι τὸ εἰπεῖν, ὅτι ὁ δεῖνα ψεύστης ἐστί, πόρνος, ὀργίλος· ἰδοὺ γὰρ κατέκρινεν αὐτὴν τὴν διάθεσιν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ἀπεφήνατο καθ' ὅλου τοῦ βίου αὐτοῦ λέγων, ὅτι ποιόσδε ἐστίν· ἄλλο γάρ ἐστι τὸ εἰπεῖν, ὠργίσθη, καὶ ἄλλο τό, ὀργίλος ἐστίν. ἐξουδενῶσαι δέ ἐστι, τὸ οἱονεὶ βδελύσσεσθαι τὸν πλησίον, καὶ σικχαίνεσθαι ὡς ἀηδῆ τινα, ὃ καὶ τοῦ κατακρῖναι ὀλεθριώτερον.

Οὐ κατῴκει ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας μου ποιῶν ὑπερηφανίαν. ἄνω μὲν περὶ φίλου ὑπερηφάνου ἔλεγεν· ἐνταῦθα δὲ περὶ ὑπηρέτου φησίν, ὅτι οὐδένα τῶν ὑπερηφανίᾳ χρωμένων συνοικεῖν ἔχειν ᾑρούμην, οὐδὲ πρωτείων καὶ παρρησίας ἠξιοῦτο παρ' ἐμοί, ὡς τοῦ ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας παρρησίαν καὶ ἐλευθερίαν ἔχοντος· ἐν ὄψεσι γὰρ δεσπότου ὁ τοιοῦτος. ποιεῖν δὲ ὑπερηφανίαν ἐστὶ τὸ μετὰ ἀλαζονείας ἐνεργεῖν, λέγοι δ' ἄν, καὶ ὅτι οὐ κατῴκει ἐν τῇ καρδίᾳ μου λογισμὸς ὑποβάλλων ὑπερηφανίαν. λαλῶν ἄδικα οὐ κατεύθυνεν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν μου. συντόμως εἰπεῖν, πᾶσαν ἀδικίαν ἀπεστρεφόμην, οὐδὲ τὴν μέχρι λόγων ὑπομένων· ὁ γὰρ

A sese purgare valeat; ita ut qui coram nobis alii maledicit, ne quidem a nobis vellicandis coram aliis abstineat. Quamobrem hujusmodi hominem ut communem hostem repellere consentaneum fuerit; utpote qui illum olim in paradiso draconem imitetur, qui contra Deum obloquens, Evam seduxit. Nos autem nec maledicamus, nec maledicentibus aurem præbeamus. *Auditum*, inquit, *vanum ne excipias*: non ait, ne credas; sed, *ne excipias*. Ideo propheta dicit, *Detrahentem persequebar*; neque ait, Non cre-
B debam ei, vel, Dicta ejus non admittebam; sed ut inimicum pellebam. Dic detrahenti, Si quempiam laudare vis, aures aperiam, ut unguenta excipiam; sin maledicere velis, verbis tuis aditum intercludam, neque enim fimum & lutum excipere sustinebo. Os fræna detrahenti ad aures tuas, ne cum illo duplicis peccati reus evadas, cum & tu exitioso mori assuescas, & illum a susurris contra proximum non absterreas. Ne autem tuam linguæ detrahentis præbeas, neque linguam tuam auribus vituperia amantis: dulcia loquare & audias de proximo, ne a
C caritate excidas, & a vita æterna alienus inveniare. Differunt autem inter se condemnare, despicere & detrahere. Nam detrahere est contra aliquem verba facere, verbi gratia dicere, Ille homo mentitus est, aut, in iram prorupit, aut, mœchatus est, aut quid simile; is enim peccatum fratris sui ex animi motu revelavit. Condemnare, id est dicere, Talis homo mendax est, mœchus, iracundus: nam ut vides ipsum animi ejus adfectum & usum damnavit, ac contra totam vitam ejus sententiam tulit, dicens eum illo
D modo adfectum esse. Aliud quippe est dicere, In iram prorupit; aliud vero, Iracundus est. Despicere autem est quasi detestari proximum, & quasi odiosum illum exsecrari: quod etiam ipsa condemnatione perniciosius est.

Non habitabat in medio domus meæ qui faceret superbiam. 7.
Superius quidem de amico superbo loquutus est; hic autem de famulo loquitur, aitque, Neminem eorum qui superbe agerent domesticum mihi deligebam,
E neque concedebam ut apud me primas tenerent & fidenter agerent: quia scilicet is qui in medio domus est fiduciam & libertatem obtinet: nam hujusmodi homo in oculis domini versatur. Superbiam vero facere, est cum arrogantia se gerere. Dixerit item, Non habitabat in corde meo cogitatio superbiam suggerens. *Qui loquebatur iniqua, non dirigebat in conspectu oculorum meorum.* Ut compendio dicam, omnem injustitiam aversabar, neque vel verborum tenus eam

ferebam: nam qui loquebatur iniqua nihil promovebat, neque bene rem gerebat in conspectu meo, nec ea quæ in animo haberet perficiebat.

8. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Hic exactam, stabilem & sobriam justitiæ rationem describit: nam ait, neque ira, neque ebrietas cædem mihi suggerebat: ira quippe etiamsi hesterna die me inflammabat; at diuturnitate noctis mitigata fuerat; ebrietas vero licet gravis vespertinis horis adfuisset, somno tamen discussa fuerat. Pura itaque manu & mente contra eos qui in Deum peccaverant instructus & armatus eram, neque ex vino neque ex ira animo ac sententiâ decipiebar. Peccatores autem non solum per universam terram, sed eos etiam qui in ditione mea erant occidebam: neque simul omnes, sed modo illum, mox alium. Verum nemini puto non manifestum esse hæc ænigmatice dicta fuisse; neque enim ea est dicti sententia, me ineuntibus singulis diebus humano sanguine manus fœdasse meas: id enim præterquam quod detestandum esset, nullatenus credibile est. Quomodo enim singulis matutinis omnes peccatores terræ manu propria conficere potuisset? Neque enim unus omnes superare valuisset, cum, ut verisimile est, magna esset peccatorum multitudo: ac si eos in bello vicisset, uno in matutino omnes interfecisset, neque singulis matutinis ipsos propria manu interemisset. Quid itaque significet illud? Adtentius & prudentius dicta intelligamus, ne prophetica oracula mendacii accusemus, quod nefas esset. Civitas Dom. est humanæ structuræ compositio; peccatores autem terræ ii sunt de quibus Salvator ait, *Ab intus ex corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem.* Hos autem peccatores ex terra ortos, id est, ex terrena carne prodeuntes, dum singulæ de Deo cogitationes exoriuntur, ex propria structura tollit qui sese purgat. Matutinum autem & diluculum in anima est, quoties salutaris dogmatis ortus accidit, quo omnes cogitationes, quæ operantur iniquitatem, de medio tolli oportet. Nisi enim primi animæ motus ad malitiam exscindantur, necessarium est cupidines ad opus procedere. Exempli causa, peccator terræ est cogitatio fornicationem suggerens, quæ efficit ut quis mulierem respiciat ad concupiscendum eam: hæc porro nisi in anima occidatur, ac ratione ceu gladio scindente & adfectus tollente cædatur, idque

Matth. 15. 19.

A λαλῶν ἄδικα οὐδὲν ἤνυεν, οὐκ εὐωδοῦτο ἐνώπιόν μου, οὐ κατώρθου ἃ ἐσπούδαζεν.

Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτενον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀδικίαν. Τὸ ἀκριβὲς καὶ ἀπλανὲς καὶ νηφάλιον τῆς δίκης παρίστησιν, ὅτι οὔτε θυμός φησιν, οὔτε μέθη τὴν ἀναίρεσιν ὑπετίθετο· ὁ μὲν γὰρ θυμὸς εἰ καὶ τῇ χθὲς ἡμέρᾳ παρώξυνεν, ἀλλὰ διὰ τοῦ μήκους τῆς νυκτὸς ἐμαλάσσετο, B ἡ δὲ μέθη κἂν ὀψίας πολλὴ προσεγίνετο, διὰ τοῦ ὕπνου ἰκμάδος ἐλεπτύνετο. καθαρᾷ οὖν καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ κατὰ τῶν εἰς θεὸν ἁμαρτανόντων ἐξωπλιζόμην, μήτε τῆς ἐξ οἴνου γνώμης, μήτε τῆς ἐκ θυμοῦ σφαλλούσης τὸν λογισμόν. τοὺς δὲ ἁμαρτωλοὺς ἀπέκτενον, οὐχ ἁπλῶς ἁπάσης τῆς γῆς, ἀλλὰ τῆς ὑπ' ἐμέ· καὶ πάντας δὲ οὐχ ἅμα, ἀλλὰ νῦν μὲν τοῦτον, νῦν δὲ ἐκεῖνον. μᾶλλον δὲ τοῦτο παντί που δῆλον, ὅτι ἐν αἰνίγματι κεκαλυμμένως εἴρηται· οὐ γὰρ ὅτι καθ' ἑκάστην ἀρχὴν τῆς ἡμέρας αἵματι ἀνθρώπων C τὰς χεῖρας ἐμολυνόμην, οὐ τοῦτο φησὶν ὁ λόγος. τοῦτο γὰρ πρὸς τῷ ἐναγεῖ, ἔτι καὶ τὸ ἀπίθανον ἔχει. πῶς γὰρ πάντων ἠδύνατο καθ' ἑκάστην πρωΐαν αὐτόχειρ γίνεσθαι τῶν ἁμαρτωλῶν τῆς γῆς; οὐ γὰρ περιγίνεσθαι πάντων δυνατὸν ἕνα, πολλῶν τῶν ἐξαμαρτανόντων εἰς τὸ εἰκὸς ὄντων, καὶ εἰ πολέμῳ αὐτῶν κατεκράτησεν, ἐν μιᾷ ἂν ἀπέκτεινε πρωΐᾳ τοὺς σύμπαντας, ἀλλ' οὐχὶ καθ' ἑκάστην πρωΐαν αὐτόχειρ αὐτῶν ἐγίνετο. τί οὖν τοῦτό ἐστι; συνετώτερον τῶν λεγομένων ἀκούσωμεν, ἵνα μὴ κατηγορήσωμεν ἐπὶ ψεύδει D τῶν προφητικῶν λογίων, ὃ μὴ θέμις. πόλις τοῦ κυρίου ἡ σύστασίς ἐστι τῆς ἀνθρωπίνης κατασκευῆς· ἁμαρτωλοὶ δὲ γῆς, περὶ ὧν φησιν ὁ σωτήρ, ὅτι ἔσωθεν ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχονται λογισμοὶ πονηροί, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαί, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι. ταῦτά ἐστι τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. τούτους δὴ τοὺς ἐκ τῆς γῆς ἁμαρτωλούς, τουτέστι τοὺς ἐκ τῆς γηΐνης σαρκὸς προϊόντας, καθ' ἑκάστην ἔννοιαν τὴν περὶ θεοῦ ἐξαφανίζει ἐκ τῆς ἰδίας συστάσεως ὁ ἑαυτὸν ἐκκαθαίρων. πρωΐα οὖν καὶ ὄρθρος ἐν ψυχῇ E καθ' ἑκάστην ἀνατολὴν σωτηρίου δόγματος γίνεται· ἐν ᾗ ἐξαφανίζεσθαι δεῖ πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν λογισμούς. εἰ γὰρ μὴ τὰ πρῶτα πρὸς πονηρίας κινήματα τῆς ψυχῆς ἐκτμηθείη, ἀνάγκη εἰς ἔργον προχωρῆσαι τὰς ἐνθυμήσεις· οἷον γῆς ἁμαρτωλός ἐστιν, ὁ τὴν μοιχείαν ὑποβάλλων λογισμὸς ὅστις ἐνεργεῖ τὸ ἐμβλέψαι γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς· οὗτος ἐὰν μὴ ἀποτμηθῇ ἐκ τῆς ψυχῆς, οἱονεὶ ξίφει τινὶ τῷ τμητικῷ λόγῳ καὶ ἀφανιστικῷ τῶν παθῶν, καὶ τοῦ-

γίνηται ἐν πρωΐᾳ, τουτέστι κατὰ τὴν εἰς τὸ φανερὸν ἀποκάλυψιν· πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστι· μετὰ τὴν ἐν καρδίᾳ μοιχείαν, καὶ ἐπὶ τὴν μείζονα ταύτης ἁμαρτίαν προάξει τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὴν διὰ τοῦ σώματος ἐνέργειαν αὐτὸν ἐκκαλούμενος. τοῦτο οὖν λέγει Δαυΐδ, ὅτι τοὺς ἁμαρτωλοὺς καὶ ἐμπαθεῖς λογισμοὺς τοὺς ἐκ τοῦ γεώδους σώματος φυομένους ταῖς ἑωθιναῖς προσευχαῖς καὶ τῇ πρὸς θεὸν προσεδρίᾳ ἐκόλαζον· καὶ τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως καὶ τῇ δι' ἐξομολογήσεως φανερώσει, διέκρινον καὶ ἐξωλόθρευον τὰ τοῦ σώματος πάθη, καὶ τοὺς ἀνομοῦντας λογισμοὺς ἐκ τῆς καρδίας μου. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ πόλις τοῦ κυρίου, ὡς οἶκος τοῦ ἁγίου πνεύματος κατὰ τὸ· οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις· ἀγαπᾷ κύριος τὰς πύλας Σιὼν ὑπὲρ πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακώβ. δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ ἡ πόλις τοῦ θεοῦ. οὐκοῦν ἐπειδὴ πληγή ἐστιν ὡς ἀληθῶς κατὰ τῶν ἀρετῶν ἡ τῆς κακίας εὐημερία, καλῶς ἔχει τὸν προφητικὸν ζηλώσαντας λόγον πρωΐαν ἑαυτοῖς ποιεῖν, διὰ τὸ ἀποκτεῖναι πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως κυρίου, ψυχὴ δὲ ἡ πόλις, πάντας τοὺς λογισμοὺς τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, ὧν ὁ ὄλεθρος, ζωὴ γίνεται τῶν ἀμεινόνων, κατὰ τὸ, ἐγὼ ἀποκτενῶ καὶ ζῆν ποιήσω· πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι· καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἐξελεῖται ἐκ τῶν χειρῶν μου. νεκρουμένων γὰρ τῶν μελῶν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ὑπωπιαζομένου τε καὶ δουλαγωγουμένου τοῦ σώματος, αἱ ἐκ τῆς σαρκὸς τῶν ἁμαρτημάτων ἀφορμαὶ, οὐχ οἷαί τέ εἰσιν ἐγεῖραι λογισμοὺς τῇ ψυχῇ τοὺς σπεύδοντας δι' ἡδονῆς ἀπόλαυσιν τὴν ἀνομίαν ποιεῖν· καὶ λοιπὸν ζῶσι τὰ κρείττονα. δεῖ τοίνυν ἡμᾶς μὴ μόνον παθῶν εἶναι σωματικῶν φονευτὰς, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ ψυχὴν ἐμπαθῶν λογισμῶν, ὀλετῆρας. ἁμαρτωλοὶ γὰρ γῆς τὰ τοῦ σώματος πάθη, ἐργαζόμενοι δὲ ἀνομίαν ἐκ πόλεως κυρίου ἐξολοθρευόμενοι, οἱ τῆς ψυχῆς οἱ ἀνομοῦντες λογισμοί. κατὰ δὲ τὸ ῥητὸν, ἀπέκτεινον φησὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς, χάριν τοῦ ἐξολοθρεῦσαι τοὺς παρανομοῦντας, ἵνα τὴν ἀποτομίαν τῆς κολάσεως ἡ παρανομία βλέπουσα, συσταλῇ καὶ ἀφανισθῇ. ἡ δὲ πρωΐα τὸ σπουδαῖον δηλοῖ κατὰ τὸ τάχος· νόμιμος δὲ ἡ τῶν πονηρῶν ἐξαίρεσις· ἐξάρατε γὰρ, φησὶ, τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν.

in matutino efficiatur, scilicet cum primum illa palam deprehenditur: (nam quidvis conspicuum lux est,) post illam in corde fornicationem, ad gravius etiam peccatum illa hominem deducet; id est, ad corporeum opus evocabit. Id itaque dicit David, Peccatores illos & cogitationes adfectusque ex terreno corpore ortos, matutinis orationibus, & assiduis ad Deum emissis precibus castigabam, ac luce cognitionis, declarationeque per confessionem edita, corporeos adfectus & impias cogitationes discernebam, exque corde meo exterminabam. Hoc quippe est civitas Dom. utpote domus Spiritus sancti, secundum illud: *Fundamenta ejus in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob. Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei.* Psal. 86. 2. Igitur quia malitiæ prosperitas vere plaga vitiorum est; consentaneum est, ut propheticum æmulantes dictum, matutinum nobis constituamus, quo interficiamus omnes peccatores terræ, & disperdamus de civitate Domini, quæ est anima, omnes cogitationes operantes iniquitatem; quarum exitium meliorum vita est, secundum illud, *Ego occidam, & vivere faciam; percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manibus meis possit eruere.* Deut. 32. 39. Nam mortificatis membris quæ sunt super terram, & subacto in servitutemque redacto corpore, carnales ad peccata impetus, cogitationes in anima excitare nequeunt, quæ pro voluptate fruenda ad iniquitatem exercendam incitent: ac sic demum ea vivunt quæ meliora sunt. Opus itaque est nos non modo corporeorum adfectuum interfectores, sed & pravarum animæ cogitationum exterminatores esse. Nam peccatores terræ sunt corporis adfectus; operantes vero iniquitatem, qui de civitate Dom. disperduntur, iniquæ animi cogitationes. Secundum autem dictum illud, Interficiebam, ait, peccatores, ut iniquos exterminarem; quo iniquitas immanitatem supplicii conspicata cohiberetur & de medio tolleretur. Matutinum porro diligentiam denotat. Pravorum autem exterminium legitimum est: nam, *Auferte*, inquit, *malum ex vobis.* 1. Cor. 5. 13.

1. *Oratio pauperi, cum anxius fuerit, & in conspectu Domini effuderit precem suam. CI.*

2. *Domine exaudi orationem meam, & cla-*
3. *mor meus ad te veniat. Non avertas fa-*
ciem tuam a me, &c. Quoniam titulus sic ha-
habet, *Oratio pauperi, cum anxius fuerit, &*
in conspectu Domini effuderit precem suam;
hic pauperem intelligas, si ipsum cum illo,
qui beatus prædicatur, compares, secun-
Matth. 5. 3. dum illud, *Beati pauperes spiritu, quoniam*
ipsorum est regnum cælorum. Afflicto item
Luc. 6. 21. pauperi illud aptaveris, *Beati flentes & lu-*
gentes, quoniam ipsi consolabuntur. Quisquis
enim Deo addictus est, & qui in vitæ rebus
pauper, apud Deum autem dives est, dolens
contristatur, aut secundum Symmachi in-
Symmachi. terpretationem, *tristitia detinetur,* de mali-
tia & interitu plurimorum: cujusmodi erat
Mich. 7. 2. is qui dicebat, *Hei mihi, quia periit pius de*
terra, & in hominibus non est qui recte agat:
omnes ad sanguinem judicant, singuli proxi-
mum suum tribulant tribulatione; & qui di-
Psal. 13. 3. cebat, *Non est qui faciat bonum.* Cæterum
pauper qui de iis contristatur & dolet, mor-
bo suo medelam excogitat: hæc autem e-
rat oratio ad Deum, quam solam habebat
consolationem, qua animam expandens su-
am, & omnes cogitationes suas in conspectu
Dei offerens, dicitur in conspectu Dom. ef-
Symmachi. fundere supplicationem suam, sive, *loquelam*
suam, secundum Symmachum. Imo etiam
is qui secundum Deum pauper est; id est,
prophetarum chorus, dolore plenus de prio-
ris populi ruina, Dominum adit, supplica-
tiones cum jejunio & lacrymis pro populo
emittens; ut ipse quoque populus miseri-
cordiam consequatur.

In quacumque die tribulor inclina ad me
Hesai. 26. 16. *aurem tuam.* Hic dicatur illud Hesaiæ, *Do-*
mine in tribulatione recordati sumus tui, in
tribulatione parva, disciplina tua nobis. Ante
adflictionis tempus divinis precibus vacan-
dum est, neque solum in adversis tempori-
bus. Hic itaque vir sanctus rogat, non ut ad-
flictione careat, id enim fieri nequit; sed ut
adflictus ne superetur, & ut spe gaudens æ-
Rom. 5. 4. rumnas ferat in iisque glorietur: *Tribulatio*
enim per patientiam & probationem, spem ge-
nerat. Exaudi me, inquit, in quacumque die
tribuler; inclina ad me mansuetam aurem
tuam. Deus autem aurem inclinare dicitur,
quasi humana vis & clamor ad celsitudinem
deitatis ejus pertingere nequeat: quapro-

A Προσευχὴ τῷ πτωχῷ, ὅταν ἀκηδιάσῃ, καὶ ἐναντίον κυρίου ἐκχέῃ τὴν δέησιν αὐτοῦ. ρα'.

Κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, καὶ ἡ κραυγή μου πρὸς σὲ ἐλθέτω. μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπειδὴ ἡ ἐπιγραφὴ ἔχει, προσευχὴ τῷ πτωχῷ, ὅταν ἀκηδιάσῃ, καὶ ἐναντίον κυρίου ἐκχέῃ τὴν δέησιν αὐτοῦ, νοήσεις τὸν ἐνταῦθα λεγόμενον
B πτωχὸν, συμβάλλων αὐτὸν τῷ μακαριζομένῳ, κατὰ τὸ μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ἁρμόσειε δ' ἂν τῷ ἀκηδιῶντι πτωχῷ καὶ τὸ μακάριοι οἱ κλαίοντες καὶ πενθοῦντες ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται. πᾶς γὰρ ὁ τῷ θεῷ ἀνακείμενος, πτωχεύων ἐν τοῖς τοῦ βίου πράγμασι, παρὰ δὲ θεῷ πλουτῶν, ἀκηδιᾷ λυπούμενος, ἢ ἀθυμίᾳ κατὰ τὴν τοῦ Συμμάχου ἑρμηνείαν, κατέχεται ἐπὶ τῇ τῶν πολλῶν κακίᾳ καὶ ἀπωλείᾳ· οἷος ἦν ὁ λέγων· οἴμοι ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει. πάντες εἰς αἵματα δι-
C κάζονται, ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ ἐκθλίβουσιν ἐκθλιβῇ. καὶ ὁ εἰπών· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα. πλὴν ἐπὶ τούτοις ὁ πτωχὸς ἀκηδιῶν καὶ ἀθυμῶν, φάρμακον τοῦ πάθους θεραπευτικὸν προξενεῖ ἑαυτῷ· τοῦτο δὲ ἦν ἡ πρὸς τὸν θεὸν εὐχὴ, ἣν μόνην εἶχε παραμυθίαν, δι' ἧς ἐξαπλῶν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ σύμπαντας ἑαυτοῦ τοὺς λογισμοὺς προσφέρων ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, λέγεται ἐνώπιον κυρίου ἐκχέειν τὴν δέησιν αὐτοῦ, ἢ τὴν λογοποιίαν ἑαυτοῦ, κατὰ τὸν Σύμμαχον. ἀλλὰ καὶ ὁ κατὰ θεὸν πτωχὸς, τουτέστιν ὁ τῶν προφητῶν χορὸς, λύπης πεπληρω-
D μένος ἐπὶ τῇ τοῦ προτέρου λαοῦ καταστροφῇ, προσέρχεται τῷ κυρίῳ, τὰς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἀναπέμπων δεήσεις μετὰ νηστείας καὶ δακρύων, ὅπως ἂν καὶ αὐτὸς ὁ λαὸς οἰκτειρηθῇ.

Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ θλίβωμαι κλῖνον πρός με τὸ οὖς σου. ἐνταῦθα εἰρήσθω τὸ τοῦ Ἡσαΐου· κύριε ἐν θλίψει ἐμνήσθημέν σου, ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν. χρὴ δὲ ἄρα καὶ πρὸ τοῦ θλίβεσθαι, ταῖς ἱκετηρίαις σχολάζειν, καὶ μὴ μόνον ἐν τοῖς περιστατικοῖς καιροῖς. ὁ μέντοι ἅγιος εὔχεται οὐχ ὅπως μὴ θλίβῃ, ἀδύνατον γὰρ τοῦτο, ἀλλ' ὅπως θλιβόμενος μὴ ἡττηθῇ, καὶ ὅπως τῇ ἐλ-
E πίδι χαίρων ὑπομένῃ τὰς θλίψεις καὶ καυχώμενος ἐν αὐταῖς. ἡ γὰρ θλίψις τὴν ἐλπίδα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ δοκιμῆς γεννᾷ. ἐπάκουσον οὖν μου φησὶν ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ θλίβωμαι, ἐπικλίνας μου τὴν φιλάνθρωπον ἀκοήν. κλίνειν δὲ ὁ θεὸς τὸ οὖς αὐτοῦ λέγεται, ὡς οὐκ ἐφικνουμένης τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεώς τε καὶ κραυγῆς φθάνειν ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς αὐτοῦ θεότητος. διόπερ αὐ-

τὸς συγκαταβάσεως τῆς αὐτοῦ μεγαλειότητος ὑποκλίνει τὴν ἀκοὴν τοῖς καταξιουμένοις εἰσακούεσθαι. τὸ δὲ, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ θλίβωμαι, ἀντὶ τοῦ, μὴ νῦν μόνον, ἀλλὰ παρ᾽ ὅλην ζωήν, πλέον δὲ ἐν θλίψεσι· τότε γὰρ μάλιστα χρεία βοηθείας. ἢ τάχα οὐχ ὡς περὶ μελλούσης θλίψεως, ἀλλ᾽ ὡς ἐνεστώσης εἴρηται. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἐπεὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα ἧς οὐκ ἔστιν ὑπενεγκεῖν τὴν βαρύτητα, κάμφθητι καὶ ταχεῖαν δὸς τὴν βοήθειαν. ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ταχὺ ἐπάκουσόν μου. καὶ τί τὸ κατεπεῖγον, αἰτία δὲ τίς, ἢ ποία τῆς ταχύτητος; ὅτι ἐξέλιπον αἱ ἡμέραι μου ὡσεὶ καπνός. τὸ ὀλιγοχρόνιον καὶ ἀνυπόστατον διὰ τοῦ καπνοῦ δηλοῖ. καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν. ἐπλήγην ὡσεὶ χόρτος, καὶ ἐξηράνθη ἡ καρδία μου, ὅτι ἐπελαθόμην τοῦ φαγεῖν τὸν ἄρτον μου. ἀπὸ φωνῆς τοῦ στεναγμοῦ μου ἐκολλήθη τὸ ὀστοῦν μου τῇ σαρκί μου. τὰ συμβάντα τῷ λαῷ οἰκειοποιεῖται ὁ προφητικὸς χορός, ἢ καὶ ὁ Δαυίδ, καὶ δείκνυσιν ὅτι πᾶσα δύναμις αὐτῶν, δι᾽ ἧς συνειστήκει τὰ τῆς κατὰ νόμον λατρείας, διεφθάρη καὶ ἀπώλετο. ἦν δὲ ταῦτα ἡ ἀρχιερωσύνη, ὁ ναός, αἱ διὰ τῶν θρεμμάτων θυσίαι, καὶ ἡ αὐτονομία τοῦ ἔθνους. ὑψηλότερον δὲ ὁ κατὰ θεὸν πτωχὸς πρῶτον αὐτοῦ κατόρθωμα διδάσκει τὸ ἐκλελοιπέναι καπνοῦ δίκην τὰς τῆς προσκαίρου ζωῆς ἡμέρας αὐτοῦ, ἀδόξως καὶ ἀφανῶς αὐτὰς διεξάγοντος. νοήσεις δὲ τοῦτο ἀφ᾽ ὧν ὁ Ἰὼβ φησίν· ὅτε ηὔγει ὁ λύχνος ὑπὲρ κεφαλῆς μου· ὅτε ἤμην ὑλώδης λίαν. ηὔγει αὐτῷ ὁ λύχνος τότε ἐν εὐθηνίᾳ ὑπάρχοντι· ὅτε δὲ πάντα αὐτοῦ τὰ ὑπάρχοντα διαπεπτώκει, εἴποι ἂν καὶ αὐτός· ὅτι ἐξέλιπον ὡσεὶ καπνὸς αἱ ἡμέραι μου. τοιοῦτος δέ ἐστιν ὁ κατὰ θεὸν πτωχός, ἀδόξως καὶ ἀφανῶς τὰς ἡμέρας αὐτοῦ τῆς προσκαίρου ζωῆς διεξάγων. εἶτα ἀσιτίαις ἑαυτὸν καὶ κακώσεσιν ὑποβάλλων ἐν λιμῷ καὶ δίψει κατατρύχει καὶ καταφρύγει. καὶ ἐπεὶ πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου, μαραίνων ἑαυτοῦ τὴν σάρκα φησίν, ἐπλήγην ὡσεὶ χόρτος.

Ὁ δὲ ἀληθὴς στεναγμός, ὃς καὶ φωνὴν ἔχει ἀκουομένην παρὰ θεοῦ, τήκει τὸ σῶμα, καὶ τῆς σαρκὸς ἐργάζεται νέκρωσιν, ὥστε τὸν ἔσω ἀνακαινοῦσθαι ἄνθρωπον. ἐπιβάλλοις δὲ καὶ ὧδε· ἐκλείπει καπνὸς πυρὸς σβεννυμένου ὑφεστηκὼς εἰς ὅσον ἐνεργεῖ τὸ πῦρ ᾧ αὐτὸς παρακολουθεῖ. ἵν᾽ οὖν φησὶ καὶ αἱ ἡμέραι μὴ ἐκλείπωσιν· οὐ γάρ μοι πρὸς καλοῦ ἔσται τὸ σβεσθῆναι τὸ φῶς ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ποιητικὸν τῶν ἡμερῶν μου, παράγαγε τὰ θλιβερά. εἰ γὰρ ἐπιμένοιεν, αἴτια γενήσονται τῆς ἐκλείψεως τῶν ἡμερῶν μου, ἀλλὰ καὶ τὰ ὀστᾶ μου ἔτι μᾶλλον συμφρύξοιεν παραμένοντα, τουτέστι, τὰς εὐτόνους καὶ στερροτάτας τῆς ψυχῆς δυνάμεις, αἳ καὶ συμφρύγονται

A pter ipse a magnitudine sua sese demittens, aurem inclinat iis, quos exaudire dignatur. Illud autem, *In quacumque die tribulor;* ac si diceret, Non nunc tantum, sed toto vitæ meæ tempore, maximeque in tribulationibus: tunc enim præcipue auxilio est opus. Aut fortasse non quasi de futura tribulatione, sed de præsenti dictum est. Ea enim ejus sententia est, Quia talis hæc dies est, ut ejus gravitatem ferre non valeam, flectere & promtum auxilium præstito. *In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me.* Ecquid tantum urget? quæ vel qualis causa
B sa velocitatis? *Quia defecerunt sicut fumus*
dies mei: temporis brevitatem & instabili- 4.
tatem per fumum significat. *Et ossa mea*
sicut cremium aruerunt. Percussus sum ut fæ-
num & exaruit cor meum, quia oblitus sum 5.
comedere panem meum. A voce gemitus mei
adhæsit os meum carni meæ. Quæ populo ac- 6.
ciderunt ut sibi propria enarrat propheticus chorus, vel etiam ipse David: declaratque universam eorum virtutem, qua legalis cultus consistebat, periisse ac pessum ivisse. Hæc
C porro erant sacerdotium, templum, pecorum sacrificia, gentis jus & libertas. Sublimiori vero sensu, qui secundum Deum pauper est, primum suum facinus enuntiat, nempe quod temporaneæ vitæ dies sui instar fumi defecerint, cum inglorius & obscurus ipsos transegerit. Hoc autem intelliges ex his quæ Job ait: *Quando lucebat lucerna su-* Job. 29. b.
per caput meum, quando eram materialis nimis. Lucebat ipsi lucerna tunc in abundantia exsistenti: quando vero cunctis facultatibus exciderat, dixerit etiam ipse, *Quia de-*
anima a tumultibus liberatur, in cœlum A transfertur, vinculis corporis solvitur, alis instruitur, levior efficitur, adfectus deponit, morbos exuit. Nam si ex prudentis viri colloquio, quis lucrum reportans abscedit, cogita quantum virtutis metet ex Dei colloquio. Hymnus ergo est colloquutio cum Deo. Quomodo autem hæc Deo jucunda fuerit? Si vita sit pura, si anima philosophetur. Nam si totam diem orando transfigas, dum vitæ ratio orationi repugnat, non facile exaudiaris; non modo tu ipse, sed etiam quivis alius qui pro te precetur. Hæc porro dico, non B ut ne oremus neque psallamus; sed ut post psalmos de vita & conversatione nostra solliciti simus. Hac item ratione versiculum hunc explices: multi quæstus causa perverse judicia ferunt, sed & antequam per accuratum examen & perquisitionem, qua de re agatur intelligant, temere singulis sententiis assensum præbent. At ea dialecticæ natura est, ut rerum naturas accurate distinguendi, similia cognoscendi, & quæ ad se pertineant discernendi, facultatem præstare posse putetur. Quamobrem David cum C se divina dialectica instructum esse cognosceret, dicebat: *Jucundum sit tibi eloquium meum*, sive dialectica mea. Nam dialectica eorum qui altercandi ac contendendi animo res aggrediuntur, non jucunda, sed potius exasperans est. Quod autem sermo æquitatem spectans, jucundus Deo sit, ipse

Cant. 4.11. in cantico adfirmat, *Favum distillant labia tua, soror mea sponsa: mel & lac sub lingua tua.* Quod vero qui frigida & futilia verba loqui solet, injucundus sit, id psalmodia de-

Psal. 5.11. clarat, cum ait, *Sepulcrum patens est guttur* D *eorum. Ego vero delectabor in Domino.* Precor, inquit, ut hymnus & eloquium istud, jucundissimum Deo videatur. Id enim si fiat, hinc egô hilaritatem consequar, & delectabor in Domino, id est, in cultu, in adoratione, in præceptis ejus, quod talis mihi Dominus sit. Nam quæ sub aspectum cadunt pulcra quidem sunt, cœlum delectat, sol lætificat, terra semina plantasque profert; at ego plus delector in creatore, quam in his omnibus. Hæc mihi voluptas, hæc lætitia, hæ deliciæ, hæc infinita bona mihi E sunt.

35. *Deficiant peccatores a terra & iniqui ita ut non sint.* In illo videlicet tempore, quo au-

Matth. 25.41. dient, *Discedite a me maledicti in ignem æternum, paratum diabolo & angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare; sitivi, & non potastis me; hospes eram, & non*

A ἀπαλλάττεται ψυχή, εἰς τὸν οὐρανὸν μεθίσταται, τῶν συνδέσμων τοῦ σώματος ἀπολύεται, πτεροῦται, κουφοτέρα καθίσταται, ἀποτίθεται τὰ πάθη, ἀποδύεται τὰ νοσήματα. εἰ γὰρ ἀνθρώπῳ τις συνετῷ καὶ νοῦν ἔχοντι διαλεγόμενος, ἀπὸ τῆς ὁμιλίας τι κερδάνας ἀπέρχεται, ὁ πρὸς τὸν θεὸν ὁμιλῶν, ἐννόησον πόσην καρπώσεται τὴν ἀρετήν. ἄρα ὕμνος τοῦτό ἐστιν ἡ πρὸς θεὸν ὁμιλία. πῶς δ' ἂν αὕτη ἡδυνθείη τῷ θεῷ; εἰ βίος εἴη καθαρός, εἰ ψυχὴ φιλοσοφοῦσα. ὅταν γὰρ πᾶσαν ἀναλώσεις τὴν ἡμέραν εὐχόμενος, τῆς πολιτείας B ἀντιπραττούσης, οὐκ ἀκουσθήσῃ ῥᾳδίως, οὐ μόνον αὐτός, ἀλλ' οὐδ' ἕτερος ὑπὲρ σοῦ τοῦτο ποιῶν. ταῦτα δὲ λέγω, οὐχ ἵνα μὴ προσευχώμεθα, οὐδ' ἵνα μὴ ψάλλωμεν, ἀλλ' ἵνα μετὰ τὸ ψάλλειν καὶ βίου καὶ πολιτείας ἐπιμελώμεθα. νοήσεις δὲ τὸν στίχον καὶ οὕτως· πολλοὶ κατὰ συναρπαγὴν παρηλλαγμένας τὰς κρίσεις ἐκφέρουσι, πρὸ καταλήψεως τῆς ἐξ ἱκανοῦ λόγου, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐρευνηθέντος, ἐγγινομένης, ἀβασανίστως κατὰ προπέτειαν ταῖς περὶ ἑκάστου δόγματος ῥιπτοῦντες συγκαταθέσεις. ἡ δὲ τῆς διαλεκτικῆς φύσις, μάλιστα πεπίστευται C ταῦτα παρέχειν δύνασθαι, διαιρεῖν ἀκριβῶς τὰς τῶν πραγμάτων φύσεις καὶ τὰ ὅμοια γνωρίζειν, καὶ τὰ ἑαυτῆς διακρίνειν. διόπερ συνειδὼς ἑαυτῷ τὴν θείαν διαλεκτικὴν ἔχοντι, ἔλεγεν ὁ Δαυὶδ τό, ἡδυνθείη σοι ἡ διαλογή μου. ἡ γὰρ τῶν ἐριστικῶς καὶ φιλονείκως ἐπεμβαινόντων τοῖς πράγμασι διαλεκτική, οὐχ ἡδεῖα, ἀλλὰ παραπικραίνουσα τίς ἐστιν. ὅτι μὲν οὖν ἡδὺς θεῷ λόγος ὁ εἰς ὀρθότητα βλέπων, αὐτὸς ἐν τῷ ᾄσματι λέγει· κηρίον ἀποστάζουσι χείλη σου ἀδελφή μου νύμφη, μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου. ὅτι δὲ ὁ ψυχρολογεῖν D εἰωθὼς ἀηδής, ἡ ψαλμῳδία παρίστησι· τάφος γάρ φησιν ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν. ἐγὼ δὲ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ κυρίῳ. εὔχομαι φησὶ ταύτην μου τὴν ὑμνῳδίαν καὶ διάλεξιν ἡδίστην ὀφθῆναι τῷ θεῷ. τούτου γὰρ γινομένου, ἐγὼ τὴν ἐντεῦθεν εὐθυμίαν καρπώσομαι, καὶ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ κυρίῳ, τουτέστιν ἐπὶ τῇ λατρείᾳ, ἐπὶ τῇ προσκυνήσει καὶ τοῖς ἐπιτάγμασι τοῖς αὐτοῦ, ἐπὶ τῷ τοιοῦτον ἔχειν δεσπότην. καλὰ μὲν γὰρ καὶ τὰ ὁρώμενα, καὶ τέρπει ὁ οὐρανός, καὶ εὐφραίνει ὁ ἥλιος, καὶ γῆ ἀνίησι σπέρματα καὶ φυτά· ἀλλ' ἐγὼ τούτων πάντων ἐπὶ τῷ E ποιήσαντι πλέον εὐφραίνομαι. τοῦτό μοι τρυφή, τοῦτό μοι εὐφροσύνη, τοῦτο ἡδονή, τοῦτο τὰ μυρία ἀγαθά.

Ἐκλίποισαν ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἄνομοι ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτούς. ἐν ἐκείνῳ δηλονότι τῷ καιρῷ, ἀκούσονται γάρ, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. ἐπείνασα γάρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνός, καὶ οὐ

περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με· καὶ οὐκ ἔσονται ἐν τῇ μερίδι τῶν εὐλογούντων τὸν θεόν. Ἀλλ' ἐρεῖ τις τυχόν, ἆρ' οὖν ὁ μακάριος προφήτης κατεύχεται τῶν ὄντων ἐν ἁμαρτίαις, καὶ πάντας ἀπόλλεσθαι καὶ ἀφανισθῆναι βούλεται; καίτοι μᾶλλον ἐχρῆν ἅγιον ὄντα καὶ πνευματοφόρον ὑπερεύχεσθαι τῶν ἠσθενηκότων· ἄκουε λοιπόν, ἐρῶ γὰρ διὰ βραχέων· πρὸ μὲν τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας, ἅπαντες ἦμεν ἐν ἁμαρτίαις, κατεκράτει τῆς ὑπ' οὐρανὸν ὁ σατανᾶς, οὐκ ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἦν ἕως ἑνός· πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν. Ἕλληνες μὲν γὰρ οἱ τῶν εἰδώλων προσκυνηταί, τοὺς τῆς ἐπιεικείας οὐκ ᾔδεισαν τρόπους, τῆς εὐζωΐας τὴν ὁδὸν οὐκ ἠπίσταντο· μᾶλλον δὲ οὐδὲ αὐτὸν ἐγίνωσκον ὅλως τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ σωτῆρα Χριστόν. Ἰουδαῖοι δὲ πάλιν εἶχον μὲν νόμον, τὸν παιδαγωγόν· ἀλλ' οὐκ ἦν ἐν νόμῳ δικαιωθῆναι τὸν ἄνθρωπον. οὐκοῦν ἅπαντες ἦμεν ἐν ἁμαρτίαις, ἀνομίας ἦν πλήρης ἡ γῆ. ἐπειδὴ δὲ ἐπέφανεν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, ἐξέλιπον οἱ ἁμαρτωλοί, ἐκλελοίπασιν οἱ ὄντες ἐν ἀνομίαις. πῶς ἢ τίνα τρόπον; δεδικαίωκε γὰρ ἅπαντας, ἀπήλλαξε τῶν πεπλημμελημένων, ἐλευθέρους ἀπέφηνε καὶ διεσμηγμένους. οὐκοῦν ὀλίγοι γεγόνασιν οἱ ἐν ἁμαρτίαις, πολλοὶ δὲ λίαν, οἱ δεδικαιωμένοι· ὥστε ἐνταῦθα οὐ τὴν οὐσίαν ἀφανισθῆναι εὔχεται, οὔτε τοῖς ἀνθρώποις πανωλεθρίᾳ παραδοθῆναι· ἀλλὰ τὴν πονηρίαν ἐκλιπεῖν ἁμαρτωλούς, ὥστε μὴ εἶναι ἁμαρτωλούς, ἀλλὰ μεταπεισθῆναι, μὴ ὑπάρχειν ὁ ἄνομος· ἀλλὰ μεταβληθῆναι. τοιαύτας γὰρ αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης τὰς δεήσεις ἀναφέρουσι. καὶ νῦν τοίνυν ὁ Δαυὶδ τὸ θεῖον κάλλος κατὰ τὸν ἀπόρρητον πλοῦτον, ὡς ἐνῆν ἀνθρωπείᾳ φύσει διεξελθών, πάντας ἀνθρώπους ἱμείρεται τῆς αὐτῆς μεταλαχεῖν γνώσεως, καὶ τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν παντελῶς ἐκλεῖψαι συμμορίαν ἱκετεύει, οὐκ αὐτοὺς ἀπολέσθαι παρακαλῶν, ἀλλὰ μεταβληθῆναι δεόμενος, καὶ παύσασθαι αὐτῶν τὸ στῖφος ἀντιβολῶν, μεταταξαμένων καὶ μεταμαθόντων τὰ θεῖα. ὥστε μάτην οἱ ἐριστικοὶ εἰς συνηγορίαν τῆς ἑαυτῶν πικρίας τὰς τοιαύτας φωνὰς παρατίθενται· τὸν Δαυὶδ ἐκλείπειν τὸν ἁμαρτωλὸν ποθοῦντα, καὶ αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν τῶν ἐχθρῶν κατευχόμενον· τὸν Ἱερεμίαν ἰδεῖν τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ἐκδίκησιν ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιθυμοῦντα, τὸν Ὠσηὲ μήτραν ἀτεκνοῦσαν καὶ μαστοὺς ξηροὺς δοθῆναι τοῖς ἐχθροῖς, δεόμενον· καὶ πολλὰ τοιαῦτα σποράδην ἐγκείμενα ταῖς θείαις γραφαῖς ἀναλέγονται, συνιστάμενοι τὸ δεῖν τῶν ἐναντίων κατεύχεσθαι καὶ τῆς ἑαυτῶν πικρίας συνεργὸν ποιεῖσθαι τὴν τοῦ θεοῦ ἀγαθότητα·

Ἀλλ' οὐδεὶς τῶν ἀληθῶς ἁγίων, ὧν αἱ ῥήσεις κατὰ θείαν οἰκονομίαν εἰς νουθεσίαν τῶν

A *collegistis me; nudus, & non cooperuistis me; infirmui & in carcere, & non visitastis me:* & non erunt in portione eorum qui Deo benedicunt. At quis forte dicat: Ergone b. Propheta imprecatur iis qui in peccatis sunt, omnesque vult perire ac destrui? At decuit potius virum sanctum ac spiritualem pro infirmantibus precari. Cæterum audi, paucis enim absolvam: Ante Servatoris adventum omnes in peccatis eramus, terræ imperabat Satanas, non erat qui faceret bonum, non erat usque ad unum: omnes declinaverant,
B simul inutiles facti erant. Nam Græci quidem idolorum cultores, æquitatis modum ignorabant, bonæ vitæ callem nesciebant; imo potius omnium rerum opificem & Salvatorem Christum nullatenus cognoscebant. Judæi item legem quidem habebant pro pædagogo: at non poterat ex lege homo justificari: omnes igitur in peccatis eramus, terra iniquitate plena erat. Postquam autem apparuit unigenitum Dei Verbum, & factum est homo, tunc defecerunt pecca-
C tores, defecerunt ii qui in iniquitate versabantur. Quomodo aut qua ratione? omnes quippe justificaverat, a sceleribus liberaverat, omnes liberos, puros ac tersos effecerat. Hinc ergo sequitur paucos in peccatis remansisse, multos autem justificatos esse. Itaque hic non naturam destrui rogat, neque homines funditus exitio tradi; sed precatur, ut peccator malitiam deserat, ut non ultra peccator sit; sed immutetur, ne sit iniquus, sed resipiscat. Sanctorum quippe animæ non pro seipsis tantum, sed pro universo
D orbe orationes efferunt suas. Nunc igitur David, arcanas divinæ pulcritudinis divitias, quoad humanæ facultatis erat, explorans, omnes homines paris notitiæ consortes esse peroptabat, peccatorumque sortem omnino deficere precabatur; non ut pereant postulans, sed ut resipiscant, utque eorum cœtus, postquam pristinam divinorum notitiam posuerunt & abjecerunt, deleatur. Vane igitur contentiosi illi in obdurationis suæ patrocinium hujusmodi voces opponunt;
E quod David videlicet deficere peccatorem exoptet, ac infamiam confusionemque inimicis imprecetur; quod Jeremias ultionem a Deo adversariis suis inflictam videre cupidus sit; quod Osee, ut infœcunda vulva mammæque aridæ inimicis dentur supplicet: ac similia bene multa in divinis Scripturis passim posita colligunt, ut hinc evincant, inimicis imprecari fas esse, atque sic acerbitatis suæ Dei bonitatem vindicem faciant.

Verum nemo eorum qui vere sancti sunt, quorum dicta ex divina dispensatione ad

posterorum institutionem conscripta fuere, ad malum quodpiam studium suum contulisse demonstrabitur; sed totus eorum scopus ad improbitatis in humana natura versantis emendationem respicit. Quemadmodum is qui precatur non esse infirmos, non esse pauperes, non hominum destructionem, sed infirmitatem paupertatemque aboleri expetit; ita singuli sanctorum quod naturæ adversatur de medio tolli postulant.
35. Nam cum psalmista ait, *Deficiant peccatores a terra & iniqui, ita ut non sint*, peccatum & iniquitatem deficere precatur. Non enim homo homini inimicus est; sed motus voluntatis ad malitiam, quod natura conjunctum erat ad inimicitiam deduxit. Malum igitur deficere precatur: at homo non malum quidpiam est. Quomodo enim malum boni similitudo fuerit? Ita quamvis infamiam & confusionem inimicis precetur, hic tibi adversariorum, qui in occulto humanam naturam oppugnant, cœtum declarat. Quod autem dæmonibus non hominibus imprecetur, ipsa orationis forma comprobat:
Psal. 39. 14. *Confundantur*, inquit, *qui quærunt animam meam, ut auferant eam. Convertantur retrorsum & erubescant qui volunt mihi mala. Ferant confestim confusionem suam qui dicunt mihi, Euge, euge. Exsultent & lætentur in te omnes qui quærunt te Domine, & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.* Soli quippe dæmones animæ insidiantur: animæ autem insidiæ sunt alienatio a Deo ob pravum animi adfectum. Ut ergo in hæc non incidat, adversariis infamiam precatur. Illud vero nihil aliud est, quam victoriam sibi de adversariis postulare: inimici vero sunt animi adfectus. Sic Jeremias zelo religionis instructus, rege & populo idola colentibus, non peculiarem quemdam animi morbum curat, sed pro communi hominum supplicationem Deo offert, rogans ut contra impios impetum faciat, & sic omnes homines ad meliorem frugem revocentur. Et Osee malitiam tunc apud Israëlitas sese multiplicantem, infœcunditati damnat, & acerbas peccati mammas exsiccari expetit, ut ne malum apud homines vel gignatur vel alatur. Ac si quis alius apud sanctos viros similis sermo, iræ speciem præferens, deprehenditur, ad hanc prorsus mentem respicit; scilicet malum eliminat, hominem vero non adterit.

Quod si quis alia ratione Davidis dicta intelligere velit, ita ut propheta eos qui in impietate vivunt exsecrationi subjiciat; ita queque inveniet prophetiam cum Apostolica doctrina quadrare. Paulus quippe Co-
1. Cor. 16. 22. rinthiis scribens, hoc modo claudit: *Si quis*

A ἐφεξῆς ἀνεγράφησαν, ἐπί τινι κακῷ τὴν σπουδὴν ἔχων ἐπιδειχθήσεται, ἀλλὰ πᾶς αὐτοῖς ὁ σκοπὸς τῶν λόγων πρὸς διόρθωσιν τῆς ἐμπολιτευομένης τῇ φύσει κακίας βλέπει. ὥσπερ τοίνυν ὁ εὐχόμενος μὴ εἶναι νοσοῦντας, μὴ εἶναι πτωχεύοντας, οὐ τῶν ἀνθρώπων ἀναίρεσιν, ἀλλὰ τῆς νόσου καὶ τῆς πτωχείας ἀφανισμὸν ἐπιθυμεῖ γενέσθαι· οὕτω καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστος τὸ τῇ φύσει πολέμιον, εἰς ἀφανισμὸν ἐλθεῖν εὔχονται. ὅταν γὰρ ὁ ψαλμῳδὸς εἴπῃ ἐκλίποισαν ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ἄνομοι, ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτούς, τὴν
B ἁμαρτίαν ἐκλιπεῖν καὶ τὴν ἀνομίαν εὔχεται. οὐ γὰρ ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ πολέμιος, ἀλλ' ἡ κατὰ κακίαν τῆς προαιρέσεως κίνησις εἰς ἐχθροῦ τάξιν τὸ τῇ φύσει συνημμένον κατέστησε. τὸ κακὸν τοίνυν ἐκλιπεῖν εὔχεται· ὁ δὲ ἄνθρωπος κακὸν οὐκ ἔστι. πῶς γὰρ ἂν εἴη κακὸν τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ὁμοίωμα; οὕτως κἂν αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν τῶν ἐχθρῶν κατεύχηται, δείκνυσί σοι τὸ στῖφος τῶν ἐναντίων, ἐκ τοῦ ἀοράτου τῇ ἀνθρωπίνῃ προσπολεμούντων ζωῇ. ὅτι δὲ οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ δαιμόνων κατεύχεται, δηλοῖ τῆς εὐχῆς τὸ εἶδος.
C αἰσχυνθήτωσαν γάρ φησιν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου, τοῦ ἐξᾶραι αὐτήν. ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ θέλοντές μοι κακά. κομισάσθωσαν παραχρῆμα αἰσχύνην αὐτῶν οἱ λέγοντές μοι, εὖγε, εὖγε. ἀγαλλιάσαντο καὶ εὐφρανθείησαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε, κύριε, καὶ εἰπάτωσαν διαπαντός, μεγαλυνθήτω ὁ κύριος, οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου. μόνοι γὰρ οἱ δαίμονες εἰς ψυχὴν ἐπιβουλεύουσι. ψυχῆς δὲ ἐπιβουλή, θεοῦ ἀλλοτρίωσις, διὰ τῆς ἐμπαθοῦς γινομένης διαθέσεως. ὡς ἂν οὖν μὴ τοῦτο πάθοι, αἰσχύνην τῶν ἀντιπαλαιόντων εὔχεται. τοῦτο δὲ
D οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἑαυτῷ νίκην κατὰ τῶν πολεμίων ἐπεύξασθαι· οἱ δὲ πολέμιοι τὰ πάθη εἰσίν. οὕτως Ἱερεμίας ζῆλον τῆς θεοσεβείας ἔχων, εἰδωλολατροῦντος τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ λαοῦ, οὐκ ἴδιόν τι θεραπεύει πάθος, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων προσάγει τῷ θεῷ τὴν δέησιν, τῇ κατὰ τῶν ἀσεβησάντων ὁρμῇ ἅπαν σωφρονισθῆναι ἀξιῶν τὸ ἀνθρώπινον· καὶ Ὠσηὲ δὲ πολυγονοῦσαν τότε τὴν κακίαν ἐν τοῖς Ἰσραηλίταις, τῇ ἀτεκνίᾳ καταδικάζει, καὶ τὰς πικρὰς θηλὰς τῆς ἁμαρτίας ξηρανθῆναι βούλεται, ὡς
E ἂν μήτε τίκτοιτο ἐν τοῖς ἀνθρώποις τὸ κακόν, μήτε τρέφοιτο. καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος ἐν τοῖς ἁγίοις εὑρεθῇ λόγος θυμοῦ ἔμφασιν ἔχων, πρὸς τὴν τοιαύτην πάντως διάνοιαν βλέπει, ἢ ἐξορίζει τὸ κακόν· οὐκ ἐπιτρίβει τὸν ἄνθρωπον.

Εἰ δέ τις ἑτέρως τὰ τοῦ Δαυὶδ νοεῖν βούλεται, ὡς τοῦ προφήτου τοὺς δυσσεβείᾳ συζῶντας ἀραῖς ὑποβάλλοντος· καὶ οὕτως εὑρήσει τῇ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ τὴν προφητείαν συμβαίνουσαν. Παῦλος γὰρ Κορινθίοις ἐπιστέλλων, τοιοῦτον ἀκροτελεύτιον τέθεικεν· εἴ τις οὐ

φιλεῖ τὸν κύριον Ἰησοῦν ἤτω ἀνάθεμα. ἴδιον γὰρ τῶν θερμῶς ἀγαπώντων, τὸ μισεῖν τοὺς μισοῦντας τὸν ἀγαπώμενον. τάχα δὲ καὶ τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν διὰ τούτων ὁ Δαυὶδ σημαίνει κατάστασιν, ὅτε καὶ εὐφρανθήσεσθαι τὸν κύριον ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ λέγει, ἐκλιπόντων τῶν ἁμαρτωλῶν ἀπὸ τῆς γῆς. πῶς γάρ τις ἐξ ἁμαρτίας ὀνομασθήσεται, τῆς ἁμαρτίας οὐκ οὔσης; ταῦτα εὔχου καὶ σύ, ἄνοιξον κύριε τὴν πλουσίαν σου χεῖρα, εἰς χορηγίαν πνευματικῆς εὐεργεσίας· ἵνα ἡ πικροτάτη καὶ ἀπηνής μου ψυχή, πλησθῇ χρηστότητος. ἀπόστειλον τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον, καὶ ἀνακαίνισον τὴν κατεφθαρμένην μου γῆν, ἵνα τότε εὐφρανθῶ ἐπὶ τοῖς ἔργοις σου, τῶν δαιμονικῶν μαγγανευμάτων ἐκλιπόντων ἀπὸ τῆς καρδίας μου.

Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον. ἐνταῦθα καταλύσας τὸ πᾶν εἰς δοξολογίαν, εἰς εὐφημίαν τῷ αὐτῷ στίχῳ συγκλείει τὸν ψαλμόν, ἀσφαλῆ μετὰ τοῦ θεμελίου τὸν ὄροφον ἐπιθεὶς τοῦ λόγου, καὶ τοῦ προοιμίου ἐοικὸς τὸ τέλος ἐπαγαγών. σὺ γάρ, φησιν, ὦ ψυχή, ἐνδελεχῶς τὸν σὸν ὕμνει δημιουργὸν καὶ σωτῆρα. αὐτὸς γὰρ καὶ τοῦ τῶν πονηρῶν ἀποστήσει κλήρου, καὶ τῶν ἁγίων ἀξιοῦσθαι ποιήσει· καὶ ἀρχὴν τοῦ λόγου καὶ τέλος, τὴν εἰς αὐτὸν εὐλογίαν ποιοῦ. εὐλογία γὰρ θεοῦ διηνεκὴς εἰς εὐζωίαν ῥυθμίζει τὸν ἡμέτερον βίον.

A *non amat Dominum Jesum, anathema sit.* Nam eorum qui ardenter amant proprium est, odisse eos qui dilectum odio habent. Fortasse item statum qui post resurrectionem futurus est, hic David significat, quando dicit lætari Dominum in operibus suis, deficientibus peccatoribus a terra. Quomodo enim quis a peccato denominetur, si peccatum non fuerit? Hæc tu quoque precare, Aperi, Domine, divitem manum tuam ad spiritualis beneficii dispensationem; ut amarissima & crudelis anima mea impleatur B bonitate: mitte Spiritum sanctum tuum, & renova corruptam terram meam; ut tunc læter in operibus tuis, diabolicis præstigiis in corde meo deficientibus.

Benedic anima mea Domino. Omnibus cum laude absolutis, in eodem versiculo psalmum benedictione claudit, ac post jactum fundamentum, sermoni tectum imposuit; ac proœmio congruentem finem induxit. Tu enim, inquit, ô anima, opificem ac Salvatorem tuum assidue hymnis cele- C brato. Ipse namque te a sorte improborum amovebit, & sanctorum consortio dignam efficiet. Tum in exordio tum in fine sermonis ipsi benedictionem emittas. Nam assidua Dei benedictio, ad rectum institutum vitam concinnat nostram.

Ἀλληλούια. ρδʹ.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ, καὶ ἐπικαλεῖσθε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἀπαγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔργα αὐτοῦ. ᾄσατε αὐτῷ καὶ ψάλατε αὐτῷ, διηγήσασθε πάντα τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. τῶν ἐπιγεγραμμένων ἀλληλούια πρῶτος ὁ παρὼν τυγχάνει ψαλμός. ἔστι δὲ τὸ ἀλληλούια παρακέλευσις μυστικὴ πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ ὑμνῳδίαν τὴν ἀκοὴν ἐπεγείρουσα, ἵνα τοιοῦτον ᾖ τούτου τὸ σημαινόμενον, αἰνεῖτε τὸν κύριον. ἐν οἷς γὰρ μέρεσι τῆς ἁγίας γραφῆς αὕτη πρόσκειται ἡ φωνή, ἡ λέγουσα, αἰνεῖτε τὸν κύριον, διὰ τοῦ ἀλληλούια ἐν ταῖς Ἑβραϊκαῖς φωναῖς τὸ τοιοῦτον σημαίνεται. τὸ μὲν ἀλληλού, αἶνος νοεῖται, ὃς εἰς θεὸν τὴν ἀναφορὰν ἔχει· τὸ δὲ ἴα, ἓν τῶν ἑρμηνευτικῶν τῆς φύσεως τῆς θείας ἐστὶν ὄνομα. ὅλον δὲ κοινῇ τὸ, ἀλληλούια, αἶνος θεοῦ ἑρμηνεύεται. ὅταν τοίνυν τοῦτο τὸ ῥῆμα προγεγραμμένον ᾖ τῆς ψαλμῳδίας, νοητέον ἂν εἴη τὸ δεῖν πάντως τὸ ὑποκείμενον εἰς δοξολογίαν ἄγειν θεοῦ. οὕτω καὶ τοῖς τελευταίοις μάλιστα τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν αἱ πολλαὶ τῶν τοιούτων ἐπιγραφαὶ εὑρίσκονται, δι᾽ ὧν ἐστιν ἐννοεῖν ὅτι τοῖς ἤδη πρὸς τὸ τέλειον φθάσασι τῆς κατ᾽ ἀρετὴν πολιτείας, καὶ διὰ τῶν προλαβόντων τῆς ψαλμῳδίας τμημάτων κατὰ τὴν νοηθεῖσαν ἐπ᾽ αὐτῶν θεωρίαν ἐκκαθαρθεῖσιν, ἁρμόζει τὸ αἰνεῖν τὸν θεόν, καὶ

Alleluia. CIV.

D *Confitemini Domino, & invocate nomen ejus, annuntiate inter gentes opera ejus.* 1.
Cantate ei & psallite ei, narrate omnia mirabilia ejus. 2.
Hic psalmus primus eorum est qui *Alleluia* inscribuntur. Est autem Alleluia adhortatio mystica ad Deum laudandum aurem excitans; ita ut hæc sit ejus significatio, *Laudate Dominum*. Nam in quibus sanctæ Scripturæ partibus hæc vox adponitur, *Laudate Dominum*, Hebraïcis verbis per *Alleluia* exprimitur. Lectio Hebraici exempl. Per illud enim *Allelu*, laus intelligitur, quæ ad Deum refertur: illud autem *ia*, unum est ex nominibus E queis divina natura significatur. Totum vero *Alleluia* explicatur *laus Dei*. Cum itaque hoc nomen inscriptum in psalmodia reperitur; tunc intelligendum est id quod subjungitur ad laudem Dei provocare. Sic in postremis maxime libri psalmis, multi hujusmodi tituli reperiuntur: queis intelligere licet eis, qui ad virtutis perfectionem jam devenerunt & qui a præcedentibus psalmodiæ partibus, secundum sententiam purgati sunt, Dei laudes convenire: atque

ea conditione illos esse qua Angelorum natura esse creditur. Nullam enim aliam eorum occupationem didicimus esse, quam Deum laudare; neque iis qui in virtute perfecti sunt alia cura & studium est, quam ut efficiant totam vitam suam Dei laudem esse. Quoniam igitur ii psalmi qui inscriptionem habent, *Alleluia*, omnes fere in postrema psalmodiæ parte deprehenduntur, hinc intelligere licet, sublimi illi adscensui, qui in psalmis reperitur, præeminere postremam psalmodiæ partem, in qua ut plurimum, laus Dei, sive adhortatio ad Deum laudandum frequentatur. In hoc ergo psalmo Apostolis præcipit Spiritus sanctus, ut omnia mirabilia, quæ in suo adventu fecit Dominus, populo ex gentibus patefaciant; itemque narrent quæ beneficia prisco illi populo exhibuerit; & quam vicem singulis eorum gestis reddiderit. Insuper hic promissionum a Deo patriarchis factarum mentio habetur, & quanta ipsorum gratia nepotibus eorum bona concessa fuerint. Horum quippe commemoratio est ad beneficio donatos avitæ virtutis studio inflammandos satis. Postea vero docet novum populum, scilicet ex gentibus, se ingratam illam gentem divinâ providentiâ non injuste spoliasse, ut pariter ex justitia sententiæ contra illos latæ, viso ingrati animi præmio, moneantur ne in eadem qua Judæi via incedant; sed in recto calle insistant.

Confitemini Domino, & invocate nomen ejus. Cum Scriptura soleat duplici sensu confessionem proferre, ac modo hac voce peccatorum denuntiationem, modo gratiarum actionem significet; hic secundum utramque rationem, ad vitam cum virtute agendam instituimur. Nam confessio, a malis hominem semovet, & iis alienum efficit: gratiarum autem actionis studium, apud beneficum auget gratiam erga eos qui grato animo beneficia nacti sunt. Hortatur itaque sermo ad hymnos gratiarum actionis efferendos, & ad divina beneficia narranda. Nam illud, *invocate*, Symmachus, *prædicate vertit*: alius autem interpres ait, *Et invocate in nomine ejus.* Magnum quidpiam subindicans. Atenim si confessus fueris, ait, & peccata deposueris, nomen ejus cum fiducia invocando magna edere opera valebis. Neque sine causa primo confiteri, postea invocare exoptat; sed ut per confessionem purgati, ex puro instrumento hymnum offeramus.

Symmachi.

Alterius interpretis.

Annuntiate inter gentes opera ejus. Hæc laus, quam tractamus, historiam compen-

A ἐν τούτοις εἶναι, ἐν οἷς καὶ ἡ τῶν ἀγγέλων φύσις εἶναι πεπίστευται. οὔτε γὰρ ἐκείνων μεμαθήκαμεν ἀσχολίαν ἄλλην τινὰ πλὴν τῆς αἰνέσεως τοῦ θεοῦ, οὔτε τοῖς κατ᾽ ἀρετὴν τελείοις ἕτερόν τι σπουδάζεται, ἢ τὸ τὴν ζωὴν ἑαυτοῦ αἶνον εἶναι θεοῦ παρασκευάσαι. ἐπεὶ τοίνυν οἱ τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντες τοῦ ἀλληλούϊα, πάντες σχεδὸν τῷ τελευταίῳ τμήματι τῆς ψαλμῳδίας εὑρίσκονται, σαφῶς ἐστι κατανοῆσαι, καὶ ὅτι πάσης ὑπέρκειται τῆς ὑψηλῆς διὰ τῶν ψαλμῶν ἀναβάσεως τὸ τελευταῖον τμῆμα τῆς ψαλμῳδίας, ἐν ᾧ τὸ πλεῖστον θεοῦ αἶνός ἐστιν, ἤτοι εἰς τὸ αἰνεῖν τὸν θεὸν παρακέλευσις.
B προστάττει μέντοι ἐν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ ἐξ ἐθνῶν λαῷ φανερὰς ποιῆσαι πάσας τὰς θαυματουργίας, ἃς πεποίηται ἐπὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας ὁ κύριος· ναὶ μὴν καὶ ὅσα εὐεργέτησε τὸν πάλαι λαόν, καὶ οἷον ἀνθ᾽ οἵου ἐποίησεν. ἔτι δὲ ἐν τούτῳ καὶ μνήμη τῶν πρὸς τοὺς πατριάρχας ὑπὸ τοῦ θεοῦ γεγενημένων ὑποσχέσεων, καὶ τῶν δι᾽ ἐκείνους ὑπ᾽ αὐτοῦ παρασχεθέντων ἀγαθῶν τοῖς ἐκείνων ἐκγόνοις. ἱκανὴ γὰρ τούτων ἡ μνήμη, τοὺς τοσούτων εὐεργεσιῶν ἀπολαύσαν-
C τας εἰς ζῆλον τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς ἐρεθίσαι. διδάσκει δὲ κατὰ ταὐτὸ καὶ τὸν νέον λαόν, ἤγουν τοὺς ἐξ ἐθνῶν ὡς οὐκ ἀδίκως τὸν ἀχάριστον ἐκεῖνον λαὸν τῆς οἰκείας κηδεμονίας ἐγύμνωσεν, ὡς ὁμοῦ ἐκ τῆς κατ᾽ ἐκείνων ἐξενεχθείσης ψήφου τὸ δίκαιον καταμάθοιεν, καὶ τῆς ἀχαριστίας ὁρῶντες τὰ ἐπίχειρα, μὴ τὴν αὐτὴν Ἰουδαίοις βαδίζοιεν, ἀλλὰ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ὁδεύοιεν.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ καὶ ἐπικαλεῖσθε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. διπλῆς οὔσης ἐν τῇ γραφικῇ συνηθείᾳ τῆς κατ᾽ ἐξομολόγησιν σημασίας, καὶ
D νῦν μὲν τὴν ἐξαγόρευσιν, αὖθις δὲ τὴν εὐχαριστίαν ἐνδεικνυμένης, ἐνταῦθα κατ᾽ ἀμφοτέρας τὰς ἐννοίας πρὸς τὸν κατ᾽ ἀρετὴν βίον χειραγωγούμεθα· ἥτε γὰρ ἐξαγόρευσις, χωρισμόν τινα καὶ ἀλλοτρίωσιν τῶν κακῶν ἀπεργάζεται, τό, τε πρὸς τὴν εὐχαριστίαν πρόθυμον πλεονάζει, καὶ τὴν παρὰ τοῦ εὐεργέτου χάριν, ἐπὶ τῶν εὐαισθήτως δεχομένων τὰς εὐποιίας. παρακελεύεται τοίνυν ὁ λόγος, τὴν εὐχαριστήριον ὑμνῳδίαν προσφέρειν, καὶ διηγεῖσθαι τὰς θείας εὐεργεσίας. τὸ γάρ, ἐπικαλεῖσθε, κηρύσσετε, ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· ἕτερος δὲ ἑρμηνευτής
E φησί, καὶ ἐπικαλεῖσθε ἐν ὀνόματι αὐτοῦ. μέγα τι αἰνιττόμενος. ἂν γὰρ ἐξομολογήσῃ φησί, καὶ ἀποθῇς τὰ ἁμαρτήματα, δυνήσῃ μετὰ παρρησίας τὸ ὄνομα αὐτοῦ καλέσας, μεγάλα ἐργάσασθαι ἀγαθά. οὐ μάτην δὲ ἐξομολογεῖσθαι πρότερον, καὶ δεύτερον ἐπικαλεῖσθαι βούλεται· ἀλλ᾽ ἵνα καθαροὶ διὰ τῆς ἐξαγορεύσεως γενόμενοι, ἐκ καθαροῦ ὀργάνου τὸν ὕμνον προσενέγκωμεν.

Ἐπαγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔργα αὐτοῦ. ὁ μετὰ χεῖρας αἶνος, τὴν ἱστορίαν ἐπιτέμνεται,

τὴν ἀπὸ Ἀβραὰμ καὶ ἐπὶ ἔξοδον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τὴν ἀπὸ Αἰγύπτου ἣν καὶ ἐπαγγέλλειν τοῖς ἔθνεσι τὸ θεῖον πνεῦμα παρακελεύεται· ὥστε διὰ τούτων δῆλον ἐστὶν ὡς οὐχ ὑπὲρ Ἰουδαίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν πραγματεύεται, τοῦ πνεύματος τοὺς τῶν ἐθνῶν διεγείροντος κήρυκας εἰς τὸ ζητεῖν τὸν κύριον καὶ κηρύττειν τὰ περὶ αὐτοῦ διηγήματα. καὶ ταῦτα μεθ' ὕμνων, φησὶ γοῦν, ᾄσατε αὐτῷ καὶ ψάλατε αὐτῷ· διηγήσασθε πάντα τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. βούλεται ἀπαγγελθῆναι τοῖς ἔθνεσιν ὡς ἀγνοοῦσι καὶ μηδέπω μεμαθηκόσιν, ὁποίας πάλαι προτέρας εὐεργεσίας ὁ θεὸς τῷ προτέρῳ λαῷ παρέσχετο, καὶ ὅπως μυρίων ἀγαθῶν παρὰ τοῦ θεοῦ τετυχηκότες, παρέβησαν ἀσεβήσαντες, καὶ ὡς διὰ τὰς παρανομίας αὐτῶν, τῆς θείας ἐπισκοπῆς ἐκπεπτώκασι. κελεύει δὲ καὶ ἑρμηνέας γίνεσθαι καὶ σαφηνιστὰς τῶν ἐν τοῖς θείοις λογίοις ἀπορρήτων· ἅπερ ἂν εἴη τὰ θαυμάσια αὐτοῦ· καὶ ἁπλῶς ὑμνῳδίαις αὐτὸν ἀμείβεσθαι καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ γενόμενα τοὺς ἀγνοοῦντας διδάξαι θαυμάσια.

Ἐπαινεῖσθε ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· εὐφρανθήτω καρδία ζητούντων τὸν κύριον. ζητήσατε τὸν κύριον, καὶ κραταιώθητε· ζητήσατε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διαπαντός. ἔπαινος γὰρ καὶ δόξα τοῖς τὴν ἀρετὴν τοῦ θεοῦ διηγουμένοις. ὁ δὲ Ἀκύλας ἀντὶ τοῦ, ἐπαινεῖσθε, καυχᾶσθε τέθεικε. παρακελεύεται δὲ ὁ λόγος τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς διαδόχοις αὐτῶν, μὴ ἐπὶ πλούτῳ, μὴ ἐπὶ ῥώμῃ, μὴ ἐπὶ δυναστείᾳ, μέγα φρονεῖν ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ γνώσει καὶ προμηθείᾳ καὶ τῷ καλεῖσθαι χριστιανοῖς. τοῦτο παρεγγυᾷ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος, ὁ καυχώμενος γάρ, φησι, ἐν κυρίῳ καυχάσθω. οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν ἐκεῖνος δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ κύριος συνίστησιν. ταῦτα καὶ Ἱερεμίας καὶ ἡ σοφωτάτη Ἄννα διέξεισι· μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ μὴ καυχάσθω ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, καὶ μὴ καυχάσθω ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ· ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος, συνιεῖν καὶ γινώσκειν, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ κύριος ὁ ποιῶν ἔλεος καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. εὐφρανθήτω καρδία ζητούντων τὸν κύριον· τουτέστιν ἐπικαλουμένων αὐτὸν εἰς βοήθειαν, ἢ δι' ἀρετῆς πρὸς αὐτὸν ὁδευόντων, οἷς καὶ εὑρίσκεται. διδάσκει δὲ πόσον ὄφελος ἐκ τοῦ ἐξομολογεῖσθαι γενήσεται. ὃ γὰρ ἐζητήσατε, φησι, τοῦτο συμβήσεται ὑμῖν, ἡ περὶ τὸν νοῦν εὐφροσύνη· τῆς γὰρ εἰς θεὸν ἐλπίδος αὕτη καρπός. θέα δὲ ὅπως ἀπὸ ἐξομολογήσεως ἤρξατο, καὶ κατέληξεν εἰς εὐφροσύνην. ἀρχὴ μὲν γὰρ τῆς κατὰ θεὸν προκοπῆς ἐξομολόγησις· τέλος δὲ ἡ κατὰ θεὸν εὐφροσύνη· πλεῖστα δὲ τὰ μεταξὺ τούτων. δεήσει τοίνυν πρῶτον ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ διὰ γνησίας μετανοίας, καὶ καρπῶν πρεπόντων τῇ ἐξομολογήσει· ἔπειτα βελτιωθέντας θαρρεῖν καὶ ἐπικαλεῖσθαι

dio narrat a tempore Abrahami ad exitum filiorum Israël ex Ægypto; quam gentibus annuntiare jubet Spiritus divinus; ita ut his declaret non Judæorum modò, sed etiam gentium utilitatem curari: Spiritu scilicet præcones gentium excitante ad quærendum Dominum, & ad prædicandâ ejus opera. Idque cum hymnis agendum docet, ait enim: *Cantate ei & psallite ei, narrate omnia mirabilia ejus.* Vult gentibus, utpote ignorantibus ac nondum edoctis, annuntiari quanta olim beneficia Deus prisco populo impertierit; ac quomodo illi infinita à Deo munera consequuti, impie transgressi sint; qua item ratione ob iniquitates suas à Dei providentia lapsi sint. Jubet autem eos & interpretes & explanatores esse arcanorum quæ divina eloquia complectuntur: quæ sane mirabilia ejus fuerint: ac præcipit ut hymnis ipsi vicem rependant, & ab se patrata mirabilia ignorantibus aperiant.

Laudamini in nomine sancto ejus: lætetur cor quærentium Dominum. 3.
Quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem ejus 4.
semper. Laus enim & gloria iis est; qui Dei virtutem enarrant. Aquila vero loco illius, *laudamini*, interpretatur, *gloriamini.* (Aquila.) Præcipit autem sermo Apostolis eorumque successoribus, ut ne in divitiis, in robore, in potentia, altum sapiant; sed in veri Dei cognitione & providentia, ac in eo quod Christiani vocentur. Hoc item jubet divinus Apostolus, dum ait, *Qui gloriatur, in Domino glorietur: non enim qui seipsum commendat ille probatus est; sed quem Dominus commendat.* (2. Cor. 10. 18.) Idipsum Jeremias, id sapientissima Anna pronuntiant, *Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in divitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligendo & cognoscendo, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam & justitiam in terra.* (Hierem. 9. 23.) *Lætetur cor quærentium Dominum;* id est, invocantium eum ad opem, sive virtute ad eum tendentium, a quibus etiam invenitur. Docet autem quanta utilitas ex confessione proveniet. Nam quod quæsivistis, ait, id accidet vobis; videlicet animi lætitia: illa quippe spei Deo repositæ fructus est. Animadverte autem quomodo à confessione inceperit, & in lætitiam desinat. Nam profectûs secundum Deum initium confessio est; finis autem lætitia secundum Deum: plurima vero sunt in medio horum posita. Oportet igitur homines primo confiteri Domino per sinceram pœnitentiam, ac per fructus confessioni congruentes: deinde vero ad meliora profectos confidere

& invocare nomen ejus: sicque ubi post confessionem iuvocaverint eum, divinis charismatibus donari; sub hæc his acceptis, opera quæ didicerunt omnibus annuntiando, aliis quoque utiles esse: ac præter hæc omnia, utpote lætitia illa, quæ secundum Deum est, dignatos, cantare ei & psallere ei: secundum hæc, explanatores esse arcanorum, quæ in divinis sermonibus continentur; hinc, utpote qui hæc omnia recte peregerint, laudari in nomine ejus; demum post hæc omnia animâ lætari, quæ cor dicitur. Hæc porro quæ Dominum quæsivit, tum ex ipsa perquisitione, tum quod quærendo reperiat, ea quæ secundum Deum est lætitia fruatur.

Isthæc vero omnia æstimo ad personam Apostolorum a Spiritu sancto referri. Nam illud, *Annuntiate in gentibus opera ejus*, non aliis dicere convenit quam illis. Sermonis porro veritatem ipse rerum eventus testificatur. Etenim ii soli in gentibus quæ suâ operâ universorum Deum cognoverunt, opera Dei annuntiaverunt, quas gentes superius novam generationem & populum qui creatur nuncupavit. Eum itaque qui Dominum quæsiturus est, opus est primò per sinceram pœnitentiam & per fructus ejusdem confiteri: nam qui talis est, Deum quærere, & quærendo invenire potest. Nam si cum de lapidibus pretiosis agitur, peritis est opus, & si urinatores multa scientia egent; multo magis cum de Deo agitur. Multa enim impedimento sunt quominus inveniatur, negotiorum tumultus, carnis insultus, animarum morbi, dæmonum insidiæ, animi segnities; si his omnibus liberemur, quamprimum ipsum inveniemus, malitiam ponemus, & virtutem amplexabimur. Hæc quippe via est illò tendens. Quid ergo est illa inquisitio? frequenter illum cogitare & animo versare: nam qui quærit, in ipsa mente quod quærit habet.

Quærite Dominum & confirmamini: quærite faciem ejus semper. Quid est Dominum quærere? quæ ad illum pertinent sapere, de illo semper cogitare, eum in mente semper versare, numquam cum eo per orationem & bona opera conversandi finem facere. Qui autem ipsum inquirunt, invicti & insuperabiles erunt. Cum igitur sermo gentium præcones incitasset ut Dominum alacriter exquirerent, nunc magis magisque confirmat illos dicens, *Confirmamini*, id est, ne molliter in illo quærendo agatis. Sic autem ipsos alloquitur, ut robore ac virtute indigentes, quò illos ad jussum peragendum confirmet: erat porro illud, ut gentibus prædicarent, Græcis & Barbaris, secundum illud,

A τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ οὕτως μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν ἐπικαλουμένοις καταξιοῦσθαι τῶν παρὰ τοῦ θεοῦ χαρισμάτων. εἶτα τούτων τυχόντας ἑτέρους ὠφελεῖν διὰ τοῦ ἀπαγγέλλειν εἰς ἅπαντας, ἅπερ μεμαθήκασιν ἔργα αὐτοῦ. καὶ ἐπὶ τούτοις ὡς ἂν καταξιωθέντας τῆς κατὰ θεὸν θυμηδίας, ᾄδειν αὐτῷ καὶ ψάλλειν· καὶ μετὰ ταῦτα σαφηνιστὰς γίνεσθαι τῶν ἐν τοῖς θείοις λογίοις ἀπορρήτων· εἶτ' ἤδη κατωρθωκότας τὰ τοσαῦτα ἐπαινεῖσθαι ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. καὶ τέλος μετὰ πάντα, εὐφραίνεσθαι κατὰ διάνοιαν, καρδίαν ὀνομαζομένην.
B αὕτη τὸν κύριον ἐκζητοῦσα, ἐξ αὐτῆς τῆς ζητήσεως καὶ τῆς ἐπιγινομένης τῇ ζητήσει εὑρέσεως, ἀπολαυέτω τῆς κατὰ θεὸν εὐφροσύνης.

Ταῦτα δὲ πάντα ἡγοῦμαι εἰς πρόσωπον τῶν ἀποστόλων ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀναφέρεσθαι. τὸ γὰρ, ἀπαγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔργα αὐτοῦ, οὐκ ἄλλοις ἁρμόζει λέγεσθαι, ἢ αὐτοῖς. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ τὸ ἀποτέλεσμα· μόνοι γὰρ ἀπήγγειλαν τοῦ θεοῦ τὰ ἔργα ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς δι' αὐτῶν τὸν τῶν ὅλων θεὸν ἐπεγνωκόσιν, οὓς ἀνωτέρω καινὴν
C γενεὰν καὶ λαὸν κτιζόμενον προσηγόρευσε. δεῖ τοίνυν τὸν μέλλοντα ζητεῖν τὸν κύριον, ἐξομολογεῖσθαι πρότερον δι' εἰλικρινοῦς μετανοίας, καὶ τῶν ταύτης καρπῶν· ὁ γὰρ τοιοῦτος, καὶ ζητεῖν δύναται, καὶ ζητῶν εὑρεῖν. εἰ γὰρ ἐπὶ λίθων τιμίων, τῶν εἰδότων χρεία, καὶ ἐπὶ κολυμβητῶν πολλῆς τῆς ἐπιστήμης δεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ θεοῦ. πολλὰ γὰρ ἐστι τὰ κωλύοντα αὐτὸν εὑρεῖν, καὶ πραγμάτων ὄχλος, καὶ σαρκὸς ἐπαναστάσεις, καὶ νοσήματα ψυχῶν, καὶ δαιμόνων ἐπιβουλαὶ, καὶ ῥαθυμία γνώμης. κἂν ἀπαλλαγῶμεν τούτων ἁ-
D πάντων, ταχέως αὐτὸν εὑρήσομεν, καὶ τὴν κακίαν ἀποδυσόμεθα, καὶ τὴν ἀρετὴν ἑλώμεθα. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἐκεῖ φέρουσα ὁδός. τί οὖν ἐστι ζήτησις; τὸ συνεχῶς ἐκεῖνον ἐννοεῖν καὶ λογίζεσθαι· ὁ γὰρ ζητῶν ἐπὶ διανοίας ἔχει τὸ ζητούμενον.

Ζητήσατε τὸν κύριον καὶ κραταιώθητε· ζητήσατε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διαπαντός. τί ἐστι τὸ ζητεῖν τὸν κύριον; τὸ τὰ ἐκείνου φρονεῖν, τὸ ἀεὶ αὐτὸν λογίζεσθαι, τὸ ἀεὶ ἐν διανοίᾳ ἔχειν, τὸ μηδέποτε παύεσθαι ὁμιλοῦν-
E τα αὐτῷ διὰ τῆς προσευχῆς καὶ τῶν ἀγαθῶν πράξεων. ἄμαχοι δὲ οἱ ζητοῦντες ἔσονται καὶ ἀήττητοι. παρορμήσας μέντοι ὁ λόγος τοὺς τῶν ἐθνῶν κήρυκας ἐπὶ τὸ προθύμως ἐκζητῆσαι τὸν κύριον, ἔτι μᾶλλον αὐτοὺς ἐπιῤῥώννυσι λέγων. κραταιώθητε, τουτέστι, μὴ χαυνοῦσθε εἰς τὸ ζητεῖν αὐτόν. τοῦτο δὲ προσφωνεῖ αὐτοῖς, ὡς δεομένους κράτους καὶ δυνάμεως εἰς τὸ ἰσχῦσαι τὸ προστεταγμένον ποιῆσαι. ὅπερ ἦν τὸ ἔθνεσι κηρύξαι, Ἕλλησί τε καὶ Βαρβάροις, κατὰ τὸ, κύριος δώσει

δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. διδάσκων δὲ πῶς δεῖ τὸ ζητεῖν ποιεῖν, καὶ ὅτι οὐχ ἅπαξ ἢ δίς, ἀλλὰ παρὰ πάντα τὸν βίον, τὴν ἄνωθεν ἐπικουρίαν προσήκει ζητεῖν καὶ τὴν ὠφέλειαν καρποῦσθαι. ἐπήγαγε, ζητήσατε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διὰ παντός. οὐ τρίτον τοῦ ἐνιαυτοῦ, κατὰ τὸν ὑπὸ Μωσέως δοθέντα νόμον ἐνώπιον αὐτοῦ φαινόμενοι, ἀλλὰ παρὰ πάντα τὸν βίον. πρόσωπον δὲ ἐνταῦθα τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ φησί, τὴν ἐπισκοπήν, τὴν πρόνοιαν, τὴν κηδεμονίαν, τὴν βοήθειαν, τὴν συμμαχίαν, τὴν εὔνοιαν τὴν περὶ αὐτόν. τὸ γὰρ τῆς οὐσίας πρόσωπον οὐδεὶς ὄψεται καὶ ζήσεται. πρόσωπον δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ υἱός.

Μνήσθητε τῶν θαυμασίων αὐτοῦ ὧν ἐποίησεν, τὰ τέρατα αὐτοῦ καὶ τὰ κρίματα τοῦ στόματος αὐτοῦ· εἴτε τῶν ἐν τῇ παλαιᾷ γραφῇ, εἴτε τῶν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις. ταῦτα γὰρ δεήσει ὑμᾶς τοὺς τῶν ἐθνῶν κήρυκας εἰς πάντα τὰ ἔθνη διαδοῦναι· ἐπεὶ μὴ πρότερον αὐτὰ παρά τινος ἄλλου μεμαθήκασιν. ὅσα τοίνυν ἐνανθρωπήσας ὁ λόγος διεπράξατο τοῖς παλαιοῖς ὁμοῦ συνάψαντες, μνήσθητε παραδοῦναι τοῖς ἔθνεσιν. ἐνταῦθά μοι δοκεῖ τὴν ὁδὸν δεικνύναι δι' ἧς δυνατὸν καὶ ζητεῖν καὶ εὑρεῖν τὸν θεόν. τίς δὲ ἡ ὁδός; τὸ διηνεκῶς ἐπὶ μνήμης φέρειν τὰ παράδοξα αὐτοῦ ἔργα, καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰς ἐντολάς· διὸ ἐπάγει, τὰ τέρατα αὐτοῦ, καὶ τὰ κρίματα τοῦ στόματος αὐτοῦ. τέρατα μὲν, τὰς θεοσημείας λέγων· κρίματα δὲ, τὰς ἀποφάσεις, τὰς ἐντολάς, ἢ τὰ ἐνδίκως καὶ κρίσει δικαίᾳ ὑπὸ τοῦ θεοῦ γεγενημένα θαύματα. ποῖα δὲ τέρατα εἰπέ μοι; τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, τὰ μετὰ τὴν Αἴγυπτον, τὰ πρὸ τῆς Αἰγύπτου, τὰ μετὰ τὴν παρουσίαν τὴν αὐτοῦ. πάντα γὰρ ταῦτα θαυμαστὰ καὶ παράδοξα πράγματα, καὶ ἀκολουθίαν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνοντα. ἢ τέρατα μὲν, τὰ γεγενημένα θαύματα, ὡς τὸ περιπατῆσαι ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ νεκρὸν ἀναστῆσαι, καὶ τὰ τοιαῦτα· κρίματα δὲ τοῦ στόματος αὐτοῦ, τοὺς λόγους οὓς ἔλεγεν, ἐλαύνων τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας, ἢ καὶ τὰς ἐντολὰς τῆς καινῆς διαθήκης. μᾶλλον δὲ ἐνταῦθά μοι δοκεῖ κρίματα τοὺς νόμους λέγειν, τοὺς ἐν οὐρανῷ, τοὺς ἐν γῇ, τοὺς ἐν θαλάσσῃ. οὐ γὰρ δὴ μόνος ἄνθρωπος ἔλαβε νόμον, ἀλλὰ τὰ ὁρώμενα ἅπαντα· ἡ θάλασσα, τὸ μὴ ὑπερβαίνειν τοὺς αἰγιαλούς· τὰ ὄρη, τὸ πεπῆχθαι, ἡ γῆ, τὸ ἑστάναι, ὁ ἥλιος, τὸ τρέχειν, ἡ σελήνη, τὴν ἰδίαν εὐταξίαν, ὁ ποικίλος τῶν ἀστέρων χορός, ἡ φύσις τῶν σωμάτων, ἡ τῶν φυτῶν, ἡ τῶν ἀλόγων, ἡ τῶν ἄλλων ἁπάντων· οἰκείοις γὰρ ἅπαντα διοικεῖται νόμοις. καὶ ταῦτα ἅπαντα ἐπιτάγμασι γέγονεν, ἅπερ δηλοῦται διὰ τοῦ στόματος. ὅσα τοίνυν τὸ στόμα αὐτοῦ ἔκρινεν, εἴτε διὰ τῆς παλαιᾶς, εἴτε διὰ τῆς νέας διαθήκης, ἔκρινε, ἐπισυνάψατε, φυλάττειν ὡς νόμους βασιλικοὺς τὰ κρίματα αὐτοῦ τοῖς ἔθνεσι παραγγέλλοντες. νοήσεις δὲ κρίματα, τὰ

Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. Psal. 67. 12. Docetque quo pacto quærere illum oporteat, & quod non semel aut bis, sed per totam vitam, supernum auxilium exquirere opus sit, atque hinc utilitatem capere. Subsumit deinde, *Quærite faciem ejus semper.* Non ter in anno, ut in lege Moysis ferebatur in conspectum ejus venientes; sed per totam vitam. Faciem vero hic vocat ejus adventum, visitationem, providentiam, curam, auxilium, commilitium, benevolentiam. Nam substantiæ ejus faciem nemo videbit & vivet. Facies item ejus est Filius.

5. *Mementote mirabilium ejus quæ fecit, prodigia ejus & judicia oris ejus;* sive illa quæ in veteri Scriptura, sive illa quæ in Evangeliis memorantur. Hæc enim opus erit vos gentium præcones omnibus gentibus tradere; quando illæ ea a nemine antehac edidicerunt. Quæcumque igitur Dei Verbum incarnatum peregit, cum antiquis conjuncta, gentibus tradere memineritis. Hic videtur mihi viam ostendere qua possimus Deum quærere & invenire. Quænam illa via? Perpetuo in memoria volvere mirabilia ejus opera, leges & præcepta: quare subdit, *Prodigia ejus & judicia oris ejus.* Prodigia quidem divina signa dicens; judicia vero, decreta & præcepta, sive ea, quæ ad ultionem justo judicio a Deo patrata sunt, mirabilia. Quæ prodigia dic mihi? Quæ in Ægypto, quæ ante & post profectum in Ægyptum, quæ post adventum ejus. Hæc quippe omnia admiranda & stupenda opera sunt, quæ humanum captum superant. Sive prodigia quidem, edita miracula, ut ambulare supra mare, mortuos suscitare, & similia; judicia autem oris ejus, verba quæ dicebat cum impuros dæmones ex hominibus pelleret; vel præcepta novi Testamenti. Imo potius hoc loco videtur mihi judicia vocare leges, quas sive in cœlo, sive in terra, sive in mari posuit. Neque enim solus homo legem accepit; sed omnia visibilia; mare, ne oras transgrederetur; montes, ut figerentur, terra ut staret, sol ut curreret, luna proprium ut ordinem servaret; varius ille stellarum chorus, corporum, plantarum, brutorum natura, ut & aliorum omnium, legem accepit: universa quippe suis legibus administrantur. Et hæc omnia præceptis facta sunt, quæ ore declarantur. Quæcumque ergo os ipsius, sive per vetus, sive per novum Testamentum judicavit, ea connectite, gentibus præcipientes, ut judicia ejus quasi regias leges custodiant. Judicia porro intelli-

gas ea, quæ justo calculo mirabiliter edita A
sunt. Nam quia ea quæ in Ægypto gesta
sunt narraturus est, justitiam ultionis de
Ægyptiis sumtæ docere antevertit. Opor-
tebat enim omnes, qui in terra sunt, homi-
nes, ejus judiciis subditos, neque gesta e-
jus, neque judicia ejus ignorare. Quibus
judiciis non solum Judaïcam gentem, sed
etiam omnes in terra homines vocatione
sua dignari decrevit.

6. *Semen Abraham servi ejus, filii Jacob e-*
7. *lecti ejus. Ipse Dominus Deus noster.* Quo-
Rom. 9. 6. niam, *non omnes qui ex Israël, ii sunt Is-* B
raëlitæ, neque qui, semen sunt Abrahæ, omnes
filii; jure quidem Salvator noster Judæis
qui ex semine Abrahæ esse gloriabantur,
Joan. 8. 37. dixit: *Scio quia semen Abrahæ estis;* & ite-
Ibid. 39. rum, *Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ fa-*
cite; ita ut quidam filii sint Abrahæ per
imitationem, qui & electi vocantur; cum
aliqui semen tantùm ejus sint, atque ideo
minime electi: non enim semen electum
dicitur, sed filii. Semen vero sunt servi ejus.
Cum itaque discipuli Servatoris, gentium
præcones effecti, utrumque obtinerent, ut- C
pote qui & servi essent & electi; ideo dictum
est ad eos: *Semen Abraham servi ejus, filii*
Jacob electi ejus. Huic autem dicto, *Electi*
Luc. 6. 13. *ejus,* compares illud, *Hos duodecim elegit Je-*
Joan. 6. 71. *sus, & Apostolos nominavit;* & illud, *Nonne*
ego vos duodecim elegi? Electorum vero præ-
stantiam intelligimus ex illo, *Multi vocati,*
Matth. 20. 16. *pauci vero electi. Ipse Dominus Deus noster,*
in universa terra judicia ejus. Non ignoran-
dum, inquit, ipsum esse Dominum Deum
nostrum, qui providentiâ suâ universum
mundum divinis judiciis administrat; ita ut D
nihil sine judicio, nihil sine Dei providen-
tia eveniat.

8. *Memor fuit in sæculum testamenti sui, ver-*
9. *bi quod mandavit in mille generationes. Quod*
disposuit ad Abraham, & juramenti sui ad I-
10. *saac, & statuit illud Jacob in præceptum, &*
11. *Israël in testamentum æternum: dicens, Tibi*
dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis
12. *vestræ. Cum essent numero brevi, paucissimi*
13. *& incolæ in ea. Et pertransierunt de gente in*
14. *gentem, & de regno ad populum alterum. Non* E
reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro
15. *eis reges. Nolite tangere Christos meos, & in*
prophetis meis nolite malignari. Si accurate
perpendas quod illud verbum fuerit, quod
mandavit, in multas generationes perva-
dens: non enim numerum annorum, sed
perpetuum subindicat numerus hujusmodi,
ut v. g. septies, *Sterilis peperit septem,* id est,
multos; &, *Septies cadet justus & resurget;*
hac ratione illud Abrahæ dictum compe-
Gen. 12. 3. ries, *Et benedicentur in te omnes gentes terræ.*

A δικαίᾳ ψήφῳ θαυματουργηθέντα. ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ μέλλει διηγεῖσθαι, προδιδάσκει τῆς Αἰγυπτίων τιμωρίας τὸ δίκαιον. ἔδει γὰρ πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους ὑποκειμένους τοῖς αὐτοῦ κρίμασι μὴ ἀγνοεῖν μήτε τὰ ἔργα αὐτοῦ μήτε τὰ κρίματα αὐτοῦ *. δι' ὧν κριμάτων οὐ μόνον τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους ἔκρινε τῆς αὐτοῦ κλήσεως καταξιῶσαι.

Σπέρμα Ἀβραὰμ δοῦλοι αὐτοῦ, υἱοὶ Ἰακὼβ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ. αὐτὸς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν.
B ἐπεὶ μὴ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραὴλ· μηδὲ ὅσοι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα, εἰκότως μὲν ὁ σωτὴρ ἡμῶν τοῖς ἐκ σπέρματος εἶναι Ἀβραὰμ αὐχοῦσιν Ἰουδαίοις ἔλεγεν· οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε, καὶ πάλιν, εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ποιεῖτε· ὡς τινῶν τέκνα μὲν ὄντων τοῦ Ἀβραὰμ διὰ μιμήσεως, οἳ καὶ ἐκλεκτοὶ εἰρῆνται· τινῶν δὲ σπέρμα μόνον ὄντων αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλεκτῶν οὐκ ὄντων. οὐ γὰρ τὸ σπέρμα ἐκλεκτὸν ἐλέχθη, ἀλλ' οἱ υἱοί. τὸ δὲ σπέρμα δοῦλοι αὐτοῦ. ἐπεὶ τοίνυν οἱ τοῦ σωτῆ-
C ρος μαθηταὶ, οἱ τῶν ἐθνῶν γενόμενοι κήρυκες, ἀμφότερα εἶχον, ἅτε καὶ δοῦλοι ὄντες καὶ ἐκλεκτοί· ὅθεν πρὸς αὐτοὺς λέλεκται· σπέρμα Ἀβραὰμ δοῦλοι αὐτοῦ, υἱοὶ Ἰακὼβ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ. πρὸς δὲ τὸ, ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ, παραθήσεις τὸ, τούτους τοὺς δώδεκα ἐξελέξατο ὁ Ἰησοῦς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε· καὶ τὸ, οὐκ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην; τὸ δὲ ἐξαίρετον τῶν ἐκλεκτῶν νοήσομεν ἀπὸ τοῦ· πολλοὶ κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. αὐτὸς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, ἐν πάσῃ τῇ γῇ τὰ κρίματα αὐτοῦ. οὐκ ἀγνοητέον, φησὶν, ὅτι αὐτός ἐστι κύριος ὁ θεὸς ἡ-
D μῶν, ὃς προνοίᾳ τὸν σύμπαντα κόσμον θείοις κρίμασι διοικεῖ, ὡς μηδὲν ἀκρίτως, μηδὲ ἄνευ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας γίγνεσθαι.

Ἐμνήσθη εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ, λόγου οὗ ἐνετείλατο εἰς χιλίας γενεάς, ὃν διέθετο τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τοῦ ὅρκου αὐτοῦ τῷ Ἰσαάκ· καὶ ἔστησεν αὐτὸν τῷ Ἰακὼβ εἰς πρόσταγμα, καὶ τῷ Ἰσραὴλ εἰς διαθήκην αἰώνιον· λέγων, σοὶ δώσω τὴν γῆν Χαναὰν, σχοίνισμα κληρονομίας ὑμῶν. ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἀριθμῷ βραχεῖς, ὀλιγοστοὺς καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ. καὶ διῆλ-
E θον ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος, καὶ ἐκ βασιλείας εἰς λαὸν ἕτερον. οὐκ ἀφῆκεν ἄνθρωπον ἀδικῆσαι αὐτοὺς, καὶ ἤλεγξεν ὑπὲρ αὐτῶν βασιλεῖς. μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. ἐπιστήσας ἀκριβῶς τίς ἦν ὁ λόγος ὃν ἐνετείλατο εἰς πολλὰς γενεὰς ἐξικνούμενον, οὐ γὰρ ἐτῶν ἀριθμὸν, ἀλλὰ τὸ διηνεκὲς αἰνίττεται καὶ τὸ πλῆθος ὡς τὸ ἑπτάκις, στεῖρα ἔτεκεν ἑπτὰ, τουτέστι πολλὰ, καὶ, ἑπτάκις πεσεῖται ὁ δίκαιος, καὶ ἀναστήσεται· εὑρήσεις αὐτὸν εἰρημένον οὕτως πρὸς Ἀβραὰμ, καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς.

καὶ, ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου. εὕροις δ᾽ ἂν τὰ παραπλήσια καὶ τῷ Ισαὰκ ἐπηγγελμένα καὶ ὁμοσθέντα περί τε τῆς γῆς καὶ τοῦ πληθυσμοῦ τοῦ σπέρματος. ταῦτα δὲ μετὰ πλείστας ὅσας γενεὰς ἐπληροῦτο διὰ τῆς ἐπιφανείας χριστοῦ τοῦ ἐκ σπέρματος Αβραὰμ, γενομένου σωτῆρος ἡμῶν. εἰς ἔτι τε νῦν ἐνεργεῖ καὶ διαμένει ἡ ἐπαγγελία, μέχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ. οὕτως οὖν μετὰ μακρὸν αἰῶνα, καὶ μετὰ πλείστας σφόδρα γενεάς, τὰς γὰρ χιλιάδας ἀντὶ τῶν πολλῶν παρείληφε, καὶ ταύτας ἐπλήρου τὰς πρὸς τοὺς πατριάρχας ἐπαγγελίας, διὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὴν τοῦ Αβραὰμ εὐλογίαν δεδωρημένος.

Καὶ ἐκάλεσε λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, πᾶν στήριγμα ἄρτου συνέτριψεν. ἐν τούτοις ὁ λόγος καὶ ἄλλο τι λεληθὸς τοὺς πολλοὺς διδάσκει. τὴν γὰρ αἰτίαν τοῦ κληθῆναι δίκην ἐμψύχου ζώου τὸν λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν, λέγω δὴ τὴν ἐνεργητικὴν δύναμιν τοῦ λιμοῦ, καὶ τοῦ συντριβῆναι πᾶν στήριγμα ἄρτου παρίστησιν, ἵνα καὶ φανῇ που ἄρτος μὴ στηρίζοι τοὺς ἐμπιπλαμένους ἐξ αὐτοῦ· κατὰ τὸ, ἄρτος στηρίζει καρδίαν ἀνθρώπου. τοῦτο γὰρ ἐστὶν ὃ μάλιστα συμβαίνει ἐν τοῖς λιμοῖς, κατ᾽ ὀργὴν θεοῦ γεγενημένοις, τὸ καὶ τοὺς ἐσθίοντας μὴ στηρίζεσθαι.

Ἀπέστειλεν ἔμπροσθεν αὐτῶν ἄνθρωπον, εἰς δοῦλον ἐπράθη Ιωσήφ. ἐταπείνωσαν ἐν πέδαις τοὺς πόδας αὐτοῦ, σίδηρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, μέχρι τοῦ ἐλθεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ. πάντα ταῦτα ὑπέμενε μέχρι τοῦ ἐλθεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ, ὃν ἐπὶ τοῖς ὁράμασιν ἰδὼν ἐξεῖπε τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς φήσας, ἑωρακέναι αὐτὸν δράγματα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ὁμοίως ἀναλέγοντας, ἔπειτα τὰ ἐκείνων τὸ ἑαυτοῦ προσκεκυνηκέναι δράγμα· ὁμοίως δὲ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἕνδεκα ἀστέρας προσκυνῆσαι αὐτόν. μέχρι τοῦ ἐλθεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ. τὸ λόγιον κυρίου ἐπύρωσεν αὐτόν. τὸ, λόγιον κυρίου ἐπύρωσεν αὐτὸν, ὅμοιον τῷ, οὐχὶ διὰ τοῦ θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστιν; οὐκ ἂν γὰρ, ἔλυσε τοὺς ὀνείρους τῷ Φαραὼ, μὴ τοῦ θεοῦ παρασχόντος τὸ δύνασθαι συνιέναι αὐτούς. ἀπέστειλε βασιλεὺς καὶ ἔλυσεν αὐτὸν, ἄρχων λαοῦ καὶ ἀφῆκεν αὐτόν. κατέστησεν αὐτὸν κύριον τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ ἄρχοντα πάσης τῆς κτήσεως αὐτοῦ, τοῦ παιδεῦσαι τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ ὡς ἑαυτὸν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους αὐτοῦ σοφίσαι. ὅτε αὐτάρκως ἐπυρώθη ὑπὸ τῶν πειρασμῶν ὁ Ιωσήφ· τότε θεοῦ ὑποβαλόντος τῷ Φαραὼ, ὃν καὶ βασιλέα καὶ ἄρχοντα νῦν ὁ λόγος καλεῖ, λύεται τῶν δεσμῶν, καὶ ἄρχων τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως καὶ πάσης τῆς κτήσεως αὐτοῦ καθίσταται. ἐξήνεγκε γὰρ αὐτὸν, ὡς μὲν εἴποι ἂν ὁ πολὺς ἄνθρωπος, διὰ τὸ συναγαγεῖν τὰ γεννήματα τῆς εὐθηνίας, καὶ φυλάξαι αὐτὰ εἰς καιρὸν τοῦ λιμοῦ.

A Et, *benedicentur in semine tuo omnes tribus* Gen. 22. 18.
terræ. Et multiplicans multiplicabo semen tuum. Similia item Isaaco promissa reperias jurejurando confirmata, tam de terra, quam de multiplicatione seminis. Hoc porro post plurimas generationes impletum est in adventu Christi ex semine Abrahæ oriundi. Et ad hoc usque tempus viget & permanet promissio, donec plenitudo gentium ingressa fuerit. Hic itaque diuturnum post ævum, & post multas exactas generationes, nam hic millenas pro plurimis accepit, illas patriar-
B chis datas promissiones per Salvatorem nostrum Jesum, ac per ejus doctrinam implevit, omnibus gentibus Abrahæ promissionem impertiens.

Et vocavit famem super terram, omne fir- 16.
mamentum panis contrivit. In his sermo aliud
quidpiam, multis occultum, edocet. Causam enim cur famem, instar animalis cujusdam, vocaverit super terram; id est, virtutem famis effectricem, & cur omne firmamentum panis contriverit, hic declarat; ut
C patefaciat quo in casu panis non firmet eos qui illo replentur, secundum illud, *Panis cor hominis confirmat.* Id enim maxime tempore famis evenit, ex ira Dei immissum, ut scilicet qui comedunt non confirmentur.

Misit ante eos hominem, in servum venum- 17.
datus est Joseph. Humiliaverunt in compedi- 18.
bus pedes ejus, ferrum pertransiit anima ejus, donec veniret verbum ejus. Hæc omnia pertulit, donec veniret verbum ejus, quod cum in visionibus accepisset patri & fratri-
D bus suis renuntiavit, dicens vidisse seipsum fratresque suos manipulos colligentes, ac illorum deinde manipulos suum manipulum adorasse, similiter quoque solem & lunam
atque undecim stellas ipsum adorasse. *Do-*
nec veniret verbum ejus. Eloquium Domini 19.
inflammavit eum; illud, *Eloquium Domini inflammavit eum,* simile est huic: *Nonne per Deum declaratio illorum est?* Neque enim, ait, somnia Pharaoni explicasset, nisi Deo
dante ipsa intellexisset. *Misit rex & solvit* 20.
eum, princeps populi & dimisit eum. Consti- 21.
E *tuit eum dominum domus suæ, & principem*
omnis possessionis suæ, ut erudiret principes e- 22.
jus, sicut semetipsum, & senes ejus sapientiam doceret. Cum a tentationibus ceu igne satis probatus fuisset Joseph; tunc Deo suggerente Pharaoni, qui & rex & princeps hic vocatur, a vinculis solvitur, atque domus regis & omnis possessionis ejus princeps constituitur. Extulit enim eum, ut complures dixerint, ut fructus ad abundantiam colligeret, & ad tempus famis eos custodiret.

Hic autem sermo docet, non tam ob frugum custodiam ad principatum evectum fuisse, quam ad utilitatem animæ eorum qui per ipsum docendi & instituendi erant. Erant autem hi principes Pharaonis & seniores. Quibus utilem institutionem adeptis, verisimile erat omnes quoque subditos profectûs hujusmodi consortes futuros esse.

23. *Et intravit Israël in Ægyptum, & Jacob*
24. *accola fuit in terra Cham. Et auxit populum*
suum vehementer, & firmavit eum super inimicos ejus. Quis intravit, nisi Israël? Et quis accola fuit in terra Cham, nisi Jacob? His autem cum ipse pater tum filii ejus declarantur. Cum enim non solus Jacob intraverit; sed etiam septuaginta animæ cum eo, secundum illud, *In septuaginta animabus descendit Israël in Ægyptum*; idcirco & filii & pater prædictis verbis significantur. *Et auxit populum suum vehementer, & firmavit eum super inimicos ejus.* Nec aucti nec firmati fuissent, nisi Josephum patronum nacti essent, & ab Ægyptiis honorem accepissent, qui Josephi gratiâ ipsi deferebatur.

Act. 7. 14.

25. *Convertit cor eorum ut odirent populum*
26. *suum, & dolum facerent in servos suos. Misit*
Moysen servum suum, Aaron quem elegit sibi.
27. *Posuit in eis verba signorum suorum, & pro-*
28. *digiorum suorum in terra Cham. Misit tene-*
bras & obscuravit, quia exacerbaverunt ser-
29. *mones ejus. Convertit aquas eorum in san-*
30. *guinem & occidit pisces eorum. Edidit terra*
eorum ranas in penetralibus regum ipsorum.
31. *Dixit & venit cynomyia & cinyphes in omni-*
32. *bus finibus eorum. Posuit pluvias eorum gran-*
dinem, ignem comburentem in terra ipsorum.
33. *Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum, &*
34. *contrivit omne lignum finium eorum. Dixit, &*
venit locusta & bruchus, cujus non erat nume-
35. *rus, & comedit omne fœnum in terra eorum,*
36. *& comedit omnem fructum terræ eorum. Et*
percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum. Quemadmodum primò Josephum permisit in servitutem redigi, ac compedibus ferroque humiliari; deinde vero post datum virtutis experimentum, ad regnum evexit; sic etiam nunc cum vellet populum providentia sua dignari, ipsum primo tentationibus tradidit, ut postmodum diceretur illud: *Et ingemuerunt filii Israël, & exclamaverunt ad Dominum Deum suum, & ascendit clamor eorum ad Deum ab operibus: & exaudivit Deus gemitum eorum, & recordatus est Deus testamenti sui ad Abraham & Isaac & Jacob. Et respexit Deus filios Israël, & cognitus est illis.* Quia vero dictum est, *convertit cor eorum*, scilicet Ægyptiorum; *ut odi-*

Exod. 2. 23.

A ὁ δὲ παρὼν λόγος διδάσκει οὐ τοσοῦτον τῆς τῶν καρπῶν φυλακῆς ἕνεκα εἰς τὴν ἀρχὴν προήχθαι, ὅσον τῆς κατὰ ψυχὴν ὠφελείας τῶν μελλόντων ὑπ' αὐτοῦ σοφίζεσθαι καὶ παιδεύεσθαι. ἦσαν δὲ οὗτοι ἄρχοντες Φαραὼ καὶ πρεσβύτεροι· ὧν ὠφελουμένων, εἰκὸς ἦν καὶ τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας τῆς παρ' αὐτῶν μετασχεῖν βελτιώσεως.

Καὶ εἰσῆλθεν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον, καὶ Ἰακὼβ παρῴκησεν ἐν γῇ Χάμ. καὶ ηὔξησε τὸν λαὸν αὐτοῦ σφόδρα, καὶ ἐκραταίωσεν αὐτὸν ὑπὲρ B τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. τίς δὲ εἰσῆλθεν, ἀλλ' ἢ Ἰσραήλ; καὶ τίς παρῴκησεν ἐν γῇ Χάμ, ἀλλ' ἢ Ἰακώβ; δηλοῦνται δὲ διὰ τούτων αὐτός τε ὁ πατὴρ καὶ οἱ τούτου παῖδες. ἐπεὶ γὰρ οὐ μόνος εἰσῆλθε Ἰακώβ, ἀλλὰ καὶ ἑβδομήκοντα ψυχαὶ σὺν αὐτῷ, κατὰ τὸ ἐν ἑβδομήκοντα ψυχαῖς κατέβη Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον· διὰ τοῦτο καὶ οἱ παῖδες καὶ ὁ πατὴρ ἐδηλώθησαν διὰ τῶν προκειμένων. καὶ ηὔξησε τὸν λαὸν αὐτοῦ σφόδρα, καὶ ἐκραταίωσεν αὐτὸν ὑπὲρ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. οὐκ ἂν ηὐξήθησαν οὐδὲ ἐκραταιώθησαν, εἰ μὴ ἔτυχον προστάτου Ἰωσήφ, καὶ τῆς παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις C τιμῆς διὰ τοῦ Ἰωσὴφ αὐτοῖς παρασχεθείσης.

Μετέστρεψε τὴν καρδίαν αὐτῶν τοῦ μισῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ, τοῦ δολιοῦσθαι ἐν τοῖς δούλοις αὐτοῦ. ἐξαπέστειλε Μωϋσῆν τὸν δοῦλον αὐτοῦ, Ἀαρὼν ὃν ἐξελέξατο ἑαυτῷ. ἔθετο ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους τῶν σημείων αὐτοῦ, καὶ τῶν τεράτων αὐτοῦ ἐν γῇ Χάμ. ἐξαπέστειλε σκότος καὶ ἐσκότασεν, ὅτι παρεπίκραναν τοὺς λόγους αὐτοῦ. μετέστρεψε τὰ ὕδατα αὐτῶν εἰς αἷμα, καὶ ἀπέκτεινε τοὺς ἰχθύας αὐτῶν. ἐξῆρψεν ἡ γῆ αὐτῶν βατράχους ἐν τοῖς ταμιείοις τῶν βασιλέων αὐτῶν. εἶπε καὶ ἦλθε κυνόμυια καὶ σκνῖπες ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐ- D τῶν. ἔθετο τὰς βροχὰς αὐτῶν χάλαζαν, πῦρ καταφλέγον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν. καὶ ἐπάταξε τὰς ἀμπέλους αὐτῶν καὶ τὰς συκᾶς αὐτῶν, καὶ συνέτριψε πᾶν ξύλον ὁρίων αὐτῶν. εἶπε καὶ ἦλθεν ἀκρὶς καὶ βροῦχος, οὗ οὐκ ἦν ἀριθμός, καὶ κατέφαγε πάντα χόρτον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, καὶ κατέφαγε πάντα τὸν χόρτον τῆς γῆς αὐτῶν. καὶ ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, ἀπαρχὴν παντὸς πόνου αὐτῶν. ὥσπερ τὸν Ἰωσὴφ πρότερον συγχωρεῖ δουλεῦσαι, καὶ πέδαις καὶ σιδήρῳ ταπεινωθῆναι· εἶτα μετὰ ταῦτα δοκιμὴν δεδωκότα τῆς οἰκείας ἀρετῆς, προάγει ἐπὶ βασιλείαν E οὕτω καὶ νῦν βουλόμενος τῆς αὐτοῦ ἐπισκοπῆς καταξιῶσαι τὸν λαόν, πρότερον αὐτὸν πειρατηρίοις ἐκδίδωσιν, ἵν' ὕστερον λεχθῇ τό· καὶ ἐστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον τὸν θεὸν αὐτῶν, καὶ ἀνέβη ἡ βοὴ αὐτῶν πρὸς τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν ἔργων. καὶ εἰσήκουσεν ὁ θεὸς τὸν στεναγμὸν αὐτῶν· καὶ ἐμνήσθη ὁ θεὸς τῆς διαθήκης αὐτοῦ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. καὶ ἐπεῖδεν ὁ θεὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ, καὶ ἐγνώσθη αὐτοῖς. ἐπειδὴ δὲ εἴρηται ὅτι μετέστρεψε τὴν καρδίαν αὐτῶν, δηλονότι τῶν Αἰγυπτίων, τοῦ μισῆσαι τὸν

λαὸν αὐτοῦ, ἐρεῖς ὅτι δικαίως ἔπραξεν ὁ θεός. ἐπειδὴ γὰρ ἐν πολλῇ γεγονότες ἀνέσει καὶ ἐλευθερίᾳ καὶ τιμῇ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις, εἰς λήθην ἦλθον τοῦ πατρῴου θεοῦ, ἐξέδωκαν δὲ ἑαυτοὺς ταῖς τῶν Αἰγυπτίων εἰδωλολατρείαις· διὰ τοῦτο δικαίως αὐτοῖς ἐπανέστησε τοὺς Αἰγυπτίους, ἐπειδὴ πεποιθότες ἑαυτοῖς κατωλιγώρησαν τοῦ θεοῦ, ὅπως θλιβέντες ὑπ᾽ αὐτῶν μάθωσι μὲν μὴ προσέχειν ἐκείνοις, μηδὲ τῇ πολυθέῳ αὐτῶν δεισιδαιμονίᾳ, ἐπιστρέψωσι δὲ ἐπὶ τὸν θεὸν τῶν πατέρων αὐτῶν.

Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ, καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν. εὐφράνθη Αἴγυπτος ἐν ἐξόδῳ αὐτῶν, ὅτι ἐπέπεσεν ὁ φόβος αὐτῶν ἐπ᾽ αὐτούς. ὁ θεὸς προστάττει τῷ λαῷ διὰ Μωσέως, σκυλεῦσαι τοὺς Αἰγυπτίους ὡς νενικημένους, καὶ μισθὸν παρ᾽ αὐτῶν εἰσπράξασθαι τῆς μακροχρονίου δουλείας, ἧς αὐτοὺς κατεδουλώσαντο. καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν. ὃ γὰρ πολλῷ παραδοξότερον τοῦτο ἦν, ὅτι μετὰ τὸν πόνον, μετὰ τὴν πλινθείαν, μετὰ τὴν τοσαύτην ταλαιπωρίαν καὶ τὰς μάστιγας, οὐδὲ εἷς ἦν ὁ ἀσθενῶν, καὶ τοῦτο τοσούτων πληγῶν ἐν Αἰγύπτῳ κατενεχθεισῶν. τοῦτο καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς τὴν ἀκολουθίαν ὑπερέβαινεν.

Διεπέτασε νεφέλην εἰς σκέπην αὐτοῖς, καὶ πῦρ τοῦ φωτίσαι αὐτοῖς τὴν νύκτα. διελθὼν τὰς κατὰ τῶν Αἰγυπτίων μάστιγας, ἀκολούθως μεταβαίνει ἐπὶ τὰς γενομένας τῷ Ἰσραὴλ εὐεργεσίας· ὁμοῦ μὲν καὶ ἡμᾶς προτρέπων φεύγειν τὸν Αἰγύπτιον τρόπον, ὡς ἂν μὴ τοῖς ἴσοις περιπέσωμεν· εὔχεσθαι δὲ εἶναι τῆς μερίδος τοῦ θεοῦ, ᾗ παρέσχε τὰς ἐξ αὐτοῦ εὐεργεσίας· ὁμοῦ καὶ ὧν ἠξιώθησαν παραδόξων θεοῦ οἱ ἐκ περιτομῆς μνημονεύων, εἰς ἔλεγχον μὲν τοῦ αὐτῶν ἐκείνων τρόπου, ἀπολογίαν δὲ τῆς μετὰ ταῦτα αὐτῶν ἀποβολῆς.

Ἤτησε καὶ ἦλθεν ὀρτυγομήτρα, καὶ ἄρτον οὐρανοῦ ἐνέπλησεν αὐτούς. διέρρηξε πέτραν καὶ ἐρρύησαν ὕδατα, ἐπορεύθησαν ἐν ἀνύδροις ποταμοί· ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς Ἀβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. καὶ ὁ Μωσῆς δὲ ἐν δευτερονομίῳ πρὸς αὐτούς φησι· μὴ εἴπῃς, διὰ τὰς δικαιοσύνας μου ἐξήγαγέ με κύριος ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἀλλὰ διὰ τὸν ὅρκον ὃν ὤμοσε κύριος τοῖς πατράσιν ὑμῶν. καὶ γνώσῃ σήμερον ὅτι οὐχὶ διὰ τὰς δικαιοσύνας σου, κύριος ὁ θεός σου δίδωσί σοι τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν ταύτην κληρονομῆσαι, ὅτι λαὸς σκληροτράχηλος εἶ. καὶ ἐξήγαγε τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐν εὐφροσύνῃ. ἕκαστον γὰρ τῶν γενομένων εἰς θαῦμα μέγιστον ἦν, καὶ πολλὴν εἶχε τὴν παραδοξοποιΐαν, τὸ ἀπαλλαγῆναι μεθ᾽ ἡδονῆς τῶν ὠθούντων ἐκείνων, καὶ μετ᾽ εὐπορίας ἁπάσης, τὸ ἐν ὑγείᾳ καθαρᾷ (*sic*). καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς χώρας ἐθνῶν, καὶ πόνους λαῶν κατεκληρονόμησαν. οὐ γὰρ δὴ μόνον τῶν προτέρων ἀπηλ-

rent populum ejus; dicas Deum hoc jure fecisse. Quia enim in multa licentia, libertate & honore apud Ægyptios fuerant, in oblivionem Dei patrii sui venerunt, ac sese cultui Ægyptiorum idolorum dediderunt. Quamobrem jure Ægyptios adversus illos excitavit, quia sibi ipsis fidentes Deum neglexerant; ut ab iis adflicti, edifcerent; neque ipsis, neque multorum numinum superstitioni hærendum esse; atque ad Deum patrum suorum sese converterent.

Et deduxit eos cum argento & auro, & non 37.
erat in tribubus eorum infirmus. Læta est 38.
*Ægyptus in profectione eorum, quia incubuit
timor eorum super eos.* Deus per Moysem populo præcipit, ut Ægyptios tamquam victos spolient, ac diuturnæ apud illos servitutis, qua illos oppresserant, præmium expetant. *Et non erat in tribubus eorum infirmus.* Quodque multo mirabilius erat, post tantum laborem, post laterum coctionem, post tantam miseriam & tot verbera, ne unus quidem infirmus erat: idque tantis plagis Ægypto illatis. Hoc utique naturæ ordinem transscendit.

Expandit nubem in protectionem eorum, & 39.
ignem, ut luceret eis per noctem. Recensitis Ægyptiorum plagis, consequenter transit ad beneficia Israëli collata: simul nos admonens ut Ægyptiacos mores fugiamus, ne in paria incidamus; precemurque ut in portione Dei adscribamur, cui beneficia sua impertiit: itemque commemorans, quantis Dei mirabilibus dignatus sit populus ex circumcisione; ut eorum mores coarguat, justamque abjectionis eorum causam commonstret.

Petiit, & venit coturnix, & panibus cæli 40.
replevit eos. Dirupit petram & fluxerunt a- 41.
quæ, manarunt in inaquosis flumina. Quoni- 42.
*am memor fuit verbi sancti sui, quod habuit
ad Abraham servum suum.* Sic item Moyses
illos in Deuteronomio alloquitur: *Ne di-* Deut. 9. 4.
*cas, Propter justitias meas eduxit me Dominus de terra Ægypti, sed propter jusjurandum quod juravit Dominus patribus vestris. Et cognosces hodie quia non propter justitias tuas, Dominus Deus tuus dat tibi terram bonam hanc ad possidendum, quia populus duræ cervicis
es. Et eduxit populum suum in exsultatione, &* 43.
electos suos in lætitia. Singula enim quæ contigerunt admiratione digna erant, & prodigiis plena, ut quod ipsis pellentibus cum voluptate liberarentur, quod cum abundantia rerum, quod cum perfecta sanitate. *Et* 44.
dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt. Non enim solum a pristinis li-

beravit, sed etiam aliena ipsis tradidit, ne-
45. que permisit ut labori vacarent, *Ut custo-*
diant justificationes ejus, & legem ejus requi-
rant. Hæc promisit, quia custodierant justificationes ejus. Talis quippe Deus est, ut misericordiam suam diligentibus se in millibus exhibeat. His autem illorum nepotibus talia præstitit & largitus est: cohortans & concitans eos ad custodiendas justificationes ipsius & legem ipsius exquirendam. Sed quia tot dignati bonis, prædicta non custodierunt, tunc ablata ab ipsis gratia est, nec modo terram amiserunt, sed etiam a Deo lapsi sunt, ac gentium & inimicorum servi sunt effecti.

A λάξεν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἑτέρων ἔδωκεν αὐτοῖς, οὐδαμοῦ πονεῖν συγχωρῶν, ὅπως ἂν φυλάξωσι τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἐκζητήσωσι. Ταῦτα ἐπηγγείλατο ἐπειδὴ ἐφύλαξαν τὰ δικαιώματα αὐτοῦ. τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ θεός, ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. τούτοις δὲ τοῖς ἐκείνων ἀπογόνοις τὰ τοιαῦτα παρέσχε καὶ ἐχαρίσατο, προτρέπων αὐτοὺς καὶ παρορμῶν εἰς τὸ φυλάττειν τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, καὶ τὸν νόμον αὐτοῦ ἐκζητεῖν. ἀλλ' ὅτι τῶν τοσούτων ἠξιωμένοι οὐκ B ἐφύλαξαν τὰ εἰρημένα, τὸ τηνικαῦτα ἤρθη ἀπ' αὐτῶν ἡ χάρις, καὶ οὐ μόνον τὴν γῆν ἀπώλεσαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ θεοῦ ἐκπεπτώκασι, δοῦλοί τε τῶν ἐθνῶν καὶ πολεμίων γεγόνασι.

Alleluia. CV.

Ἀλληλούϊα. ρέ.

1. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quo-*
2. *in sæculum misericordia ejus. Quis loque-*
tur potentias Domini, auditas faciet omnes lau-
3. *des ejus? Beati qui custodiunt judicium, & fa-*
4. *ciunt justitiam in omni tempore. Memento no-*
stri Domine in beneplacito populi tui, visita
5. *nos in salutari tuo. Ad videndum in bonitate*
electorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ,
ut lauderis cum hæreditate tua. Hic quoque psalmus laudem hymnumque in Deum continet, quare inscriptus est, *Alleluia*, quod explicatur, *Laudate Dominum.* Statim autem a principio præcipit iis qui a peccatis aguntur, ut ad Dei Filium tamquam ad medicum & servatorem accedant, atque propria confitentes peccata, animæ vulnera ipsi detegant. Qui vero id sincere præstat, ac delicta pristina deflet, id ut non verbis tantum, sed animo quoque & operibus peragat, a psalmista instituitur. Hortatur porro ad alacriter confitendum, annuntiando, *Quoniam bonus* est Dominus, *quoniam in sæculum misericordia ejus.* Idcirco ait promto animo confitemini; quia & ipse ad clementiam paratus est, gnarus res præsentis sæculi misericordia egere, utpote quæ mortales & fluxæ sint.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ ὅτι χρηστός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ κυρίου, ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ; μακάριοι οἱ φυλάσσοντες C κρίσιν, ποιοῦντες δικαιοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ. μνήσθητι ἡμῶν κύριε ἐν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου, ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου. τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι σου τῶν ἐκλεκτῶν, τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν εὐφροσύνῃ τοῦ λαοῦ σου, τοῦ ἐπαινεῖσθαι μετὰ τῆς κληρονομίας σου. αἶνον καὶ ὕμνον πρὸς τὸν θεὸν καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς περιέχει· διὸ ἐπιγέγραπται, ἀλληλούϊα· ὅπερ ἑρμηνεύεται, αἰνεῖτε τὸν κύριον. προστάττει δὲ εὐθὺς ἀρχόμενος τοῖς ἁμαρτημάτων ὁρμωμένοις, ὥσπερ ἰατρῷ καὶ σωτῆρι προσιέναι τῷ θεραπευτικῷ τοῦ θεοῦ υἱῷ, καὶ τὰ τραύ- D ματα τῆς ψυχῆς ἀπογυμνοῦν αὐτῷ διὰ τὸ ἐξομολογεῖσθαι τὰς οἰκείας ἁμαρτίας. ὁ δὲ τοῦτο πράττων γνησίως, καὶ ἀποκλαιόμενος ἐφ' οἷς ἥμαρτε πρότερον, ὅτι μὴ λόγοις μόνοις τοῦτο πρᾶξαι, ἀλλὰ τῇ διαθέσει καὶ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι, παρὰ τοῦ ψαλμῳδοῦ κομίζεται τὴν εἰσήγησιν. προτρέπει δὲ προθύμως ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν, διὰ τοῦ ἐπαγγέλλεσθαι ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. διὰ ταῦτα γάρ, φησί, προθύμως ἐξομολογεῖσθε, ὅτι καὶ αὐτὸς ἕτοιμός ἐστιν εἰς φιλανθρωπίαν, εἰδὼς E ὅτι ἐλέου δεῖται τὰ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πράγματα, θνητὰ ὄντα καὶ ἐπίκηρα.

6. *Peccavimus cum patribus nostris, injuste e-*
gimus, iniquitatem fecimus. Non soli, inquit, peccavimus; sed si quis jam inde a priscis temporibus explorer, genus nostrum peccatis semper deditum fuisse deprehendet. Cum enim a Moyse tot miracula ederentur, non intellexerunt; sed salutem nacti, & ab Ægyptiorum servitute liberati, non cognoverunt, quod non justitiæ suæ causa, neque quod ipsi Dei providentia dig-

Ἡμάρτομεν μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν. οὐ μόνοι φησὶν ἡμάρτομεν· ἀλλ' εἴ τις ἐξετάσειεν ἄνωθεν ἀπὸ τῶν προτέρων χρόνων, εὕροι ἂν ἀεὶ καὶ ἐκ τοῦ παντὸς ἁμαρτητικὸν τυγχάνον τὸ ἡμέτερον γένος. τοσούτων γὰρ θαυμασίων διὰ Μωσέως ἐπιτελουμένων, οὐ συνῆκαν, ἀλλὰ καὶ σωτηρίας τυχόντες, καὶ τῆς ὑπ' Αἰγυπτίοις δουλείας ἐλευθερωθέντες, οὐκ ἔγνωσαν ὅτι οὐ διὰ τὰς αὐτῶν δικαιοσύνας, οὔτε διὰ τὸ εἶναι ἐπι-

σκέπης θεοῦ ἀξίους, διὰ δὲ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τούτων τετυχήκασι.

Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν Αἰγύπτῳ οὐ συνῆκαν τὰ θαυμάσιά σου, οὐκ ἐμνήσθησαν τοῦ πλήθους τοῦ ἐλέους σου. καὶ παρεπίκραναν ἀναβαίνοντες ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Ταῦτα μὲν ὁ πρὸ τούτου διείληφε ψαλμός, ἐπετέμνετο δὲ αὐτὸς καὶ τὰς ἐπὶ τῆς ἐρήμου παραδοξοποιΐας, μηδὲν κατηγορήσας τοῦ λαοῦ. ὁ δὲ παρὼν ἐπαναλαμβάνει τὴν διήγησιν, καὶ πάσας τοῦ λαοῦ τὰς δυσσεβείας διέξεισιν. ἔστι δὲ καὶ ὁ πᾶς λόγος τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ κατηγορικός. καὶ παρεπίκραναν ἀναβαίνοντες ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. προσελθόντες Μωσῇ καὶ φήσαντες, ὄφελον μὲν ἀπεθανόμεν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ἢ ἐπὶ τῆς ἐρήμου ταύτης, καὶ, παρὰ τὸ μὴ εἶναι μνήματα ἐν Αἰγύπτῳ ἐξήγαγες ἡμᾶς, θανατῶσαι ἐν τῇ ἐρήμῳ; τί τοῦτο ἐποίησας ἡμῖν ἐξαγαγὼν ἐξ Αἰγύπτου; οὐ τοῦτο ἦν τὸ ῥῆμα ὃ ἐλαλήσαμεν πρὸς σὲ ἐν Αἰγύπτῳ λέγοντες, πάρες ἡμᾶς, ὅπως δουλεύσωμεν τοῖς Αἰγυπτίοις; κρεῖσσον γὰρ ἡμᾶς δουλεύειν τοῖς Αἰγυπτίοις, ἢ ἀποθανεῖν ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ. καὶ ὅσον μὲν ἐπ᾽ αὐτοῖς πικρὸν αὐτοῖς ἀντὶ χρηστοῦ τὸν θεὸν κατεστήσαντο. ὁ δὲ ἀγαθὸς θεὸς πλουτῶν ἐλέῳ καὶ φιλανθρωπίᾳ, πάλιν ἔσωζεν αὐτοὺς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, τοῦ γνωρίσαι τὴν δυναστείαν αὐτοῦ· ὅπως μὴ εἴπωσιν οἱ ἀσεβεῖς, ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν; διὰ τοῦτο παρέσχεν αὐτοῖς καὶ τότε τὴν σωτηρίαν, πανταχόθεν αὐτοὺς συνελαύνων ἐπὶ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν. οἱ δὲ νικηθέντες πρὸς μὲν ὀλίγον ἐπίστευσαν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, διελθόντες τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν.

Καὶ ἐπετίμησε τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐξηράνθη, καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ἀβύσσῳ ὡς ἐν ἐρήμῳ. ὁ ἐπιτιμήσας τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ πᾶσι θεὸς ἀνωμολόγηται. εἰ οὖν καὶ Ἰησοῦς κλονουμένῃ ἐπιτάσσει τῇ θαλάσσῃ, πᾶσι θεὸς ἀνωμολόγηται, ἵνα ἐκ τρικυμίας ἢ κλύδωνος γαλήνη γένηται. θεὸς ὢν αὐτὸς ὁ ἐπιτιμήσας τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ καὶ ξηράνας αὐτήν, ὡς διοδεύσιμον αὐτὴν γενέσθαι, τὴν πάλαι θάλασσαν καὶ ἄβυσσον διὰ τὸ τῶν ὑδάτων πλῆθος οὕτω καλουμένην.

Καὶ ἔσωσεν αὐτοὺς ἐκ χειρὸς μισοῦντος, καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐκ χειρὸς ἐχθροῦ. ἐκάλυψεν ὕδωρ τοὺς θλίβοντας αὐτούς, εἷς ἐξ αὐτῶν οὐχ ὑπελείφθη. ζητήσει τις ἂν περὶ τῶν ἐπιμίκτων Αἰγυπτίων, τῶν διελθόντων τὴν θάλασσαν, καὶ εἰς τὴν ἔρημον ἅμα τῷ λαῷ γενομένων. πρὸς ὃν ἐροῦμεν ὅτι μὴ τῶν θλιβόντων ἦσαν τὸν Ἰσραήλ· περὶ δὲ τῶν θλιβόντων εἴρηται τό, εἷς ἐξ αὐτῶν οὐχ ὑπελείφθη. ὁ δὲ ἐπίμικτος λαὸς Αἰγύπτιος μὲν ἦν, πιστεύων δὲ ταῖς Μωϋσέως φωναῖς, σωτηρίας ἔτυχεν.

Καὶ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ ᾖσαν τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ. ἐτάχυναν, ἐπελάθοντο τῶν ἔργων αὐτοῦ, οὐχ ὑπέμειναν τὴν βουλὴν αὐ-

A ni essent, sed ob magnitudinem misericordiæ ipsius, hæc consequuti sint.

Patres nostri in Ægypto non intellexerunt 7.
mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Et irritaverunt adscendentes in mare Rubrum. Hæc quidem præcedens psalmus enarravit, mirabilia vero in deserto patrata compendio retulit, nullamque in populum accusationem instituit. Hic vero psalmus resumit narrationem, omnesque populi impietates commemorat. Totusque sermo Judaïcæ gentis accusatio
B est. *Et irritaverunt adscendentes in mare Rubrum;* cum ad Moysen accedentes dicerent, Utinam mortui essemus in Ægypto, aut in hac solitudine; &, *An quia sepulcra* Exod. 14. 11.
non erant in Ægypto eduxisti nos, ut interficeres in solitudine? Quid hoc fecisti nobis educens ex Ægypto? Nonne hic erat sermo, quem loquuti sumus ad te in Ægypto dicentes, Dimitte nos ut serviamus Ægyptiis? Melius est enim nos servire Ægyptiis, quam mori in solitudine hac. Et, quantum in ipsis quidem situm erat, Deum sibi ex clemente acer-
C bum efficiebant. At bonus Deus, misericordia & mansuetudine dives, rursus *salvavit* 8.
eos propter nomen suum, ut notam faceret potentiam suam; ne impii dicerent, *Ubi est Deus eorum?* ideo ipsis salutem tunc impertiit: undique illos ad salutem compellens. Illi autem victi ad modicum tempus verbis ejus crediderunt, postquam mare Rubrum transierant.

Et increpuit mare Rubrum & exsiccatum 9.
est, & deduxit eos in abysso sicut in deserto. Qui increpuit mare Rubrum, ab omnibus
D Deus habitus & declaratus est. Cum ergo Jesus agitato mari imperat, apud omnes in confesso fuit ipsum esse Deum, ut ex tempestate & procella, tranquillitas exsisteret. Idem quippe Deus est qui increpavit mare Rubrum & exsiccavit illud, ita ut pertransiri posset id, quod olim ob multitudinem aquarum mare & abyssus vocabatur.

Et salvavit eos de manu odientis, & rede- 10.
mit eos de manu inimici. Operuit aqua tribu- 11.
lantes eos, unus ex eis non remansit. Quærat quispiam, de promiscuis Ægyptiis qui ma-
E re transierunt, & una cum populo in deserto versabantur. Cui respondebimus, eos non ex numero opprimentium Israëlem fuisse. De tribulantibus autem dictum est, *Unus ex eis non remansit.* Promiscuus vero populus, Ægyptius quidem erat, sed cum Moysis vocibus crederet, salutem est consequutus.

Et crediderunt verbo ejus, & cantave- 12.
runt laudem ejus. Cito fecerunt, obliti sunt o- 13.
perum ejus, non sustinuerunt consilium e-

jus. Cum Moyse & Aaron in exitu canticum cecinerunt; sed quamprimum & statim immutati, obliti sunt operum ejus.

14. *Et concupierunt concupiscentiam in deserto,*
15. *& tentaverunt Deum in inaquoso. Et dedit*
eis petitionem ipsorum, & misit saturitatem in
16. *animas eorum. Et irritaverunt Moysen in castris, Aaron, sanctum Domini.* Quando tentaverunt Deum in inaquoso, etsi tentationibus ille non pateat, cum injuriarum immemor sit, non ultus eos, dedit eis petitionem ipsorum. Quinetiam cum exacerbarent eum adscendentes in mare Rubrum, tunc ostendit eis potentiam suam: cum autem irritaverunt Moysen & Aaron in castris, tunc aperta est terra, & deglutivit eos: non oportebat enim famulos ipsius contemni. Sed quia bonitas & severitas penes illum sunt; primo benignitatem exhibuit illis; cum autem nihil prodesset eis, consequenter ultricem medelam ipsis adhibet:
17. quare subdit: *Aperta est terra, & deglutivit*
18. *Dathan, & operuit super caput Abirom. Et exarsit ignis in synagoga eorum, flamma combussit peccatores.* Moysem itaque irritaverunt Dathan & Abiron dicentes: *Num Moysi soli loquutus est Deus, nonne etiam nobis?* Aaronem vero Core & cœtus illius, ignem alienum, & sacrificia Deo loco Sacerdotum offerre ausi, irritaverunt. Sed eos qui contra Moysen loquuti fuerant, Dathan scilicet cum toto genere suo hians terra deglutivit, & operuit super congregationem Abiron; Core autem & eos qui cum illo incensa sua oblaturi erant, flamma de tabernaculo prodiens combussit.
19. *Et fecerunt vitulum in Choreb, & adora-*
20. *verunt sculptile, & mutaverunt gloriam suam*
in similitudinem vituli comedentis fœnum.
21. *Obliti sunt Deum qui salvavit eos, qui fecit*
22. *magna in Ægypto, mirabilia in terra Cham,*
23. *terribilia in mari Rubro. Et dixit ut disperderet eos, nisi Moyses electus ejus stetisset, in*
confractione in conspectu ejus, ut averteret i-
24. *ram ejus ne disperderet eos, & pro nihilo ha-*
25. *buerunt terram desiderabilem. Non crediderunt verbo ejus, & murmuraverunt in tabernaculis suis, non exaudierunt vocem Domini.*
26. *Et elevavit manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto, &*
27. *ut dejiceret semen eorum in nationibus, & dispergeret eos in regionibus.*
28. *Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum.*
29. *Et irritaverunt eum in adinventionibus suis & multiplicata est in*
eis ruina. Et stetit Phinees & placavit, & ces-
30. *savit quassatio. Et reputatum est ei in justi-*
31. *tiam, in generationem & generationem usque in sempiternum.* Exstat in Numeris historia

A τοῦ. σὺν τῷ Μωϋσῇ καὶ Ἀαρὼν τὴν ᾠδὴν τὴν ἐν τῇ ἐξόδῳ παραυτίκα καὶ παραχρῆμα μεταβαλλόμενοι ἐπελάθοντο τῶν ἔργων αὐτοῦ.

Καὶ ἐπεθύμησαν ἐπιθυμίαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐπείρασαν τὸν θεὸν ἐν ἀνύδρῳ. καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν, ἐξαπέστειλε πλησμονὴν εἰς τὰς ψυχὰς αὐτῶν. καὶ παρώξυναν τὸν Μωϋσῆν ἐν τῇ παρεμβολῇ, τὸν Ἀαρὼν τὸν ἅγιον κυρίου. ὅτε μὲν τὸν θεὸν ἐπείρασαν ἐν ἀνύδρῳ, ἀπείραστος, ὢν ἀμνησίκακος, οὐκ ἀμειψάμενος αὐτοὺς ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν. ἀλλὰ B καὶ ὅτε παρεπίκραναν ἀναβαίνοντες ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ τότε ἐγνώρισεν αὐτοῖς τὴν δυναστείαν αὐτοῦ· ὅτε δὲ παρώργισαν τὸν Μωϋσῆν καὶ τὸν Ἀαρὼν ἐν τῇ παρεμβολῇ, τὸ τηνικαῦτα ἠνοίχθη ἡ γῆ, καὶ κατέπιεν αὐτούς· οὐκ ἔδει γὰρ καταφρονηθῆναι τοὺς θεράποντας. ἀλλὰ καὶ ἐπειδὴ χρηστότης ἐστὶ καὶ ἀποτομία παρ' αὐτῷ, πρῶτα τὰ τῆς χρηστότητος αὐτοῖς παρέσχετο· ὡς δὲ οὐκ ὤναντο δι' αὐτῆς, ἀκολούθως καταλλήλῳ, μετέρχεται αὐτοὺς φαρμάκῳ κολαστηρίῳ· ἠνοίχθη ἡ γῆ καὶ κατέπιε Δαθάν, καὶ ἐκάλυψεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Α- C βειρών. καὶ ἐξεκαύθη πῦρ ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν, φλὸξ κατέφλεξεν ἁμαρτωλούς. Μωϋσῆν μὲν οὖν παρώργισαν οἱ περὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν εἰπόντες· μὴ Μωϋσεῖ μόνῳ λελάληκεν ὁ θεός, οὐχὶ καὶ ἡμῖν; τὸν δὲ Ἀαρὼν Κορὲ καὶ ἡ συναγωγὴ αὐτοῦ πῦρ ἀλλότριον προσαγαγεῖν, καὶ θυσίας τῷ θεῷ ἐν χώρᾳ τῶν ἱερέων τολμήσαντες, παρώργισαν· ἀλλὰ τοὺς μὲν καταλαλήσαντας τοῦ Μωϋσέως, τὸν Δαθὰν πανγενῆ ἀνοιχθεῖσα ἡ γῆ κατέπιε καὶ ἐκάλυψεν ἐπὶ τὴν συναγωγὴν Ἀβειρών· τὸν δὲ Κορὲ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μέλλοντας D προσφέρειν τὰ θυμιατήρια αὐτῶν, φλὸξ ἀπὸ τῆς σκηνῆς προελθοῦσα κατέφλεξεν.

Καὶ ἐποίησαν μόσχον ἐν Χωρήβ, καὶ προσεκύνησαν τῷ γλυπτῷ, καὶ ἠλλάξαντο τὴν δόξαν αὐτοῦ ἐν ὁμοιώματι μόσχου ἐσθίοντος χόρτον. ἐπελάθοντο τοῦ θεοῦ τοῦ σώζοντος αὐτούς, τοῦ ποιήσαντος μεγάλα ἐν Αἰγύπτῳ, θαυμάσια ἐν γῇ Χάμ, φοβερὰ ἐπὶ θαλάσσης ἐρυθρᾶς. καὶ εἶπε τοῦ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς, εἰ μὴ Μωϋσῆς ὁ ἐκλεκτὸς αὐτοῦ ἔστη ἐν τῇ θραύσει ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ τοῦ μὴ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς, καὶ ἐξουδένωσαν γῆν ἐπιθυμητήν. οὐκ ἐπί- E στευσαν τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ ἐγόγγυσαν ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν, οὐκ εἰσήκουσαν τῆς φωνῆς κυρίου. καὶ ἐπῆρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' αὐτούς, τοῦ καταβαλεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ τοῦ καταβαλεῖν τὸ σπέρμα αὐτῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ διασκορπίσαι αὐτοὺς ἐν ταῖς χώραις. καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγώρ, καὶ ἔφαγον θυσίας νεκρῶν. καὶ παρώξυναν αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν, καὶ ἐπληθύνθη ἐν αὐτοῖς ἡ πτῶσις. καὶ ἔστη Φινεὲς καὶ ἐξιλάσατο, καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις· καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἕως τοῦ αἰῶνος. κεῖται ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς ἡ ἱστορία,

ὅπως

ὅπως λαβὼν ὁ Φινεὲς τὴν σιρομάστην διέπειρε τὴν Μαδιανῖτιν ἅμα τῷ σὺν αὐτῇ πεπορνευκότι, καὶ ἐκόπασε παραχρῆμα ἡ κατ' αὐτῶν ὀργὴ ἅμα τῇ τοιαύτῃ πράξει. παρίστησι δὲ ὁ λόγος, πόσον ἰσχύει παρὰ θεῷ ἑνὸς ἀνδρὸς δικαιοσύνη, ὡς κοπάσαι τὴν ὀργὴν, καὶ ἀνακρουσθῆναι τὴν κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων θραῦσιν, διὰ τὸν Φινεὲς ὑπὲρ τοῦ θεοῦ ζῆλον.

Καὶ παρώργισαν αὐτὸν ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας· καὶ ἐκακώθη Μωϋσῆς δι' αὐτοὺς, ὅτι παρεπίκραναν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. καὶ διέστειλεν ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ, οὐκ ἐξωλόθρευσαν τὰ ἔθνη ἃ εἶπε κύριος αὐτοῖς. καὶ ἐμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἔμαθον τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ ἐδούλευσαντο τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν, καὶ ἐγενήθη αὐτοῖς εἰς σκάνδαλον. καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις. καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῷον, αἷμα υἱῶν αὐτῶν καὶ θυγατέρων, ὧν ἔθυσαν τοῖς γλυπτοῖς Χαναάν. καὶ ἐφονοκτονήθη ἡ γῆ ἐν τοῖς αἵμασι, καὶ ἐμιάνθη ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν, καὶ ἐπόρνευσαν ἐπὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν. καὶ ὠργίσθη θυμῷ κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. εἰ διὰ ταῦτα πάντα ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, πῶς ἀνωτέρω εἴρηται· τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν σου, τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν τῇ εὐφροσύνῃ τοῦ ἔθνους σου, τοῦ ἐπαινεῖσθαι μετὰ τῆς κληρονομίας σου; ἀλλ' ὅρα εἰ μὴ σαφῶς καὶ τὴν βδελυχθεῖσαν κληρονομίαν τοῦ προτέρου λαοῦ παρέστησεν ὁ λόγος, καὶ περὶ ἑτέρας κληρονομίας θεσπίζει, ὡς καὶ περὶ ἑτέρου λαοῦ μεθ' οὗ εὔχεσθαι καταριθμηθῆναι διδάσκει.

Καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν, καὶ ἐκυρίευσαν αὐτῶν οἱ μισοῦντες αὐτούς. οὐ παραδίδωσι δὲ κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἐὰν μὴ πρότερον βδελύξηται αὐτόν· βδελύσσεται δὲ αὐτὸν διὰ τὰς προλελεγμένας πράξεις. ἐπειδὰν δὲ ὁ κύριος παραδῷ, τίς οὐ δύναται τῶν αὐτοῦ κυριεύειν; καὶ ἔθλιψαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν, καὶ ἐταπεινώθησαν ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῶν· πλεονάκις ἐρρύσατο αὐτούς. αὐτοὶ δὲ παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν, καὶ ἐταπεινώθησαν ἐν ταῖς ἀνομίαις αὐτῶν. αὐτὸς μὲν φησὶν ἐρρύετο, χρηστὸς ὢν αὐτοῖς καὶ γλυκὺς γενόμενος· οἱ δὲ παρεπίκραινον, πικρὸν ἑαυτοῖς ποιοῦντες αὐτόν· καὶ πάλιν αὐτὸς ἔσωζεν οἷα σωτήρ· οἱ δὲ ἀπώλλυντο, ἔργοις ἀπωλείας ἑαυτοὺς περιπείροντες· καὶ τοῦτο πλεονάκις ἐγίνετο, ἕως οὗ αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἐταπείνωσαν ἐν ταῖς αὐτῶν ἀνομίαις.

Καὶ εἶδε κύριος ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, ἐν τῷ αὐτὸν εἰσακοῦσαι τῆς δεήσεως αὐτῶν. καὶ ἐμνήσθη τῆς διαθήκης αὐτοῦ, καὶ μετεμελήθη κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ. καὶ ἔδωκεν αὐτοὺς εἰς οἰκτιρμοὺς ἐναντίον πάντων τῶν αἰχμαλωτευσάντων αὐτούς. καὶ τοῦτο ἐπληροῦτο, ὅτε ἐνέβαλεν ὁ θεὸς εἰς τὴν καρδίαν Κύρου τοῦ βασιλέως, καὶ μετὰ ταῦτα Δαρείου

A quomodo accepta Phinees hasta Madianitidem, & simul illum qui cum ea rem habebat, transfixerit: quo edito facinore statim ira Dei placata illis est. Hic porro declaratur quantum apud Deum valeat unius viri justitia; ita ut ob Phineæ pro Deo zelum ira frangeretur, & quassatio peccatores invadens averteretur.

Et irritaverunt eum ad aquam contradi- 32.
ctionis, & vexatus est Moyses propter eos, quia 33.
exacerbaverunt spiritum ejus. Et distinxit in 34.
B *labiis suis, non disperdiderunt gentes, quas*
dixit Dominus illis. Et commixti sunt inter 35.
gentes, & didicerunt opera eorum, & servie- 36.
runt sculptilibus eorum, & factum est illis in
scandalum. Et immolaverunt filios suos & fi- 37.
lias suas dæmoniis. Et effuderunt sanguinem 38.
innocentem, sanguinem filiorum suorum & fi-
liarum suarum; quas sacrificaverunt sculptili-
bus Chanaan. Et infecta est terra in sanguini-
bus, & contaminata est in operibus eorum, & 39.
fornicati sunt in adinventionibus suis. Et ira- 40.
tus est furore Dominus in populum suum, & abo-
minatus est hæreditatem suam. Si propter hæc
C omnia abominatus est hæreditatem suam, cur supra dictum est, *Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, ut lauderis cum hæreditate tua?* At perpende num aperte sermo abominatam prioris populi hæreditatem declaret, ac de alia hæreditate vaticinetur; ut & de alio populo quicum annumerari optandum esse docet.

Et tradidit eos in manus inimicorum, & 41.
dominati sunt eorum qui oderunt eos. Non
tradit Dominus populum suum, nisi prius
D abominetur ipsum: ipsum autem abominatur ob memorata opera. Cum autem ipse
Dominus tradiderit, quis non possit popu-
lis ad ipsum pertinentibus dominari? *Et tri-*
bulaverunt eos inimici eorum, & humiliati 42.
sunt sub manibus eorum: sæpe liberavit eos.
Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo: 43.
& humiliati sunt in iniquitatibus suis. Ipse quidem ait, bonus cum esset ac mitigaretur, liberabat eos; illi vero exacerbaverunt eum, acerbum sibi constituentes: ac rursus ille, utpote servator, eruebat eos; illi vero
E peribant, exitii operibus sese confodientes: idque sæpe factum est, donec se ipsi humiliaverunt in iniquitatibus suis.

Et vidit Dominus cum tribularentur, cum 44.
audiret deprecationem eorum. Et memor fuit 45.
testamenti sui, & pœnituit eum secundum mul-
titudinem misericordiæ suæ. Et dedit eos in 46.
misericordias in conspectu omnium qui cepe-
rant eos. Hoc implebatur, quando immisit Deus in cor Cyri regis, & postea Darii

& Artaxerxis, ut cum Judaïca gente benigne agerent, secundum ea quæ in Esdræ Scriptura feruntur. Quinetiam nunc Romano imperio parentes miserationibus, Deo auctore, donantur: non quod digni sint; sed ob misericordiæ ejus magnitudinem. *Et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ.* Pœnitentiam autem vocat castigationis cessationem. Deus quippe pœnitentiæ adfectum habere nequit: neque modo his, modo illis placita edit; sed sapienter omnia moderans, & castigationes inducit, & clementiam exhibet.

47. *Salvos nos fac, Domine Deus noster, & con-*
grega nos de nationibus, ut confiteamur nomini
48. *sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Bene-*
dictus Dominus Deus Israël, a sæculo & usque
in sæculum, & dicet omnis populus, fiat fiat.
Docentur rogare ut de gentibus congregentur; ut vel sero tandem a dispersione liberati in unum conveniant. Quod Judæi quidem in præsenti vita futurum esse somniant, cum unctus ipsis aderit. Nos autem jam Salvatore nostro hominibus illucescente, multitudinem animarum ex omnibus gentibus in dies sub Dei Filio congregatarum videmus: quæ hic præparantur ad meliorem congregationem in regno cœlorum habendam, quam vere sanctam fore promittit. *Benedictus Dominus Deus Israël a sæculo & usque in sæculum. Et dicet omnis populus, fiat, fiat.* Congruenter Apostolo dicenti. *In omni gratias agite,* jam sermo docet, semper Domino benedicendum esse, sive misereatur, sive castiget, sive salutem impertiat.

1. Thess. 5. 18.

A καὶ Ἀρταξέρξου φιλανθρώπως χρήσασθαι τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, κατὰ τὰ ἐν τῇ γραφῇ τοῦ Ἔσδρα φερόμενα. ἀλλὰ καὶ εἰς ἔτι νῦν τῇ ἀρχῇ τῶν Ῥωμαίων δουλεύοντες ἐν οἰκτιρμοῖς τυγχάνουσι, τοῦ θεοῦ τοῦτο αὐτοῖς δεδωρημένου· οὐχ ὅτι ἦσαν ἄξιοι, ἀλλὰ πάλιν διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους. καὶ μετεβλήθη κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ. μεταμέλειαν δὲ καλεῖ τῆς παιδείας τὴν παῦλαν. ὁ γὰρ θεὸς τῆς μεταμελείας οὐκ ἔχει τὸ πάθος, οὐδὲ νῦν μὲν τούτοις, νῦν δὲ ἐκείνοις ἀρέσκεται, ἀλλὰ σοφῶς ἅπαντα πρυτανεύων, καὶ παιδείας ἐπάγει καὶ B φιλανθρωπίας ὀρέγει.

Σῶσον ἡμᾶς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ἐπισυνάγαγε ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐθνῶν, τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου τῷ ἁγίῳ, τοῦ ἐγκαυχᾶσθαι ἐν τῇ αἰνέσει σου. εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός, γένοιτο, γένοιτο. διδάσκονται εὔχεσθαι τυχεῖν τῆς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συναγωγῆς, ἵν' ἤδη ποτὲ τῆς διασπορᾶς ἀπαλλαγέντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθῶσιν· ὅπερ Ἰουδαῖοι μὲν φαντάζονται μέλλειν ἔσεσθαι ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἐπιστάντος αὐτοῖς τοῦ ἠλειμμένου. ἡμεῖς C δὲ ἤδη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιλάμψαντος ἀνθρώποις, ὁρῶμεν ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν τὸ πλῆθος τῶν ὁσημέραι ὑπὸ τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν ἐπισυναγομένων ψυχῶν, ἐντεῦθέν τε παρασκευαζομένων ἐπὶ τὴν κρείττονα ἐπισυναγωγὴν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, ἥν τινα ἀληθῶς ἁγίαν ἐπαγγέλλεται. εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός, γένοιτο, γένοιτο. ἀκολούθως τῷ ἀποστόλῳ φήσαντι, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε, καὶ νῦν ὁ λόγος διδάσκει, πάντοτε εὐλογεῖν τὸν κύριον, καὶ ἐφ' οἷς ἐλεεῖ καὶ ἐφ' οἷς παιδεύει, καὶ ἐφ' οἷς σώζει.

Alleluia. CVI.

D

1. *CONfitemini Domino quoniam bonus, quo-*
2. *niam in sæculum misericordia ejus. Di-*
cant qui redemti sunt a Domino, quos redemit
3. *de manu inimicorum, & de regionibus congrega-*
vit eos a solis ortu & occasu, ab Aquilone &
4. *mari: erraverunt in solitudine, in inaquoso.*
Domino confitendum est, sive ipsi ut medico peccata nostra declarando; sive pro beneficiis in nos collatis gratias agendo, utpote qui curationis ejus pignus obtineamus: quoniam non modo bonus est; sed etiam per totum præsens sæculum misericordiam suam extendit. *Dicant qui redemti sunt a Domino, quos redemit de manu inimicorum & de regionibus congregavit eos.* Gentium vocatio per Salvatorem nostrum ad rem deducta, congruenter in præsenti

Ἀλληλούϊα. ρϛʹ.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ ὅτι χρηστός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. εἰπάτωσαν οἱ λελυτρωμένοι ὑπὸ κυρίου, οὓς ἐλύτρωσεν ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν, καὶ ἐκ τῶν χωρῶν συνήγαγεν αὐτούς, ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν καὶ βορρᾶ καὶ θαλάσσης, ἐπλανήθησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν ἀνύδρῳ. τῷ κυρίῳ ἐξομολογεῖσθαι δεῖ κατά τε τὸ ὁμολογεῖν τὰ ἑαυτῶν πλημμελήματα ὡς ἰατρῷ, κατά τε τὸ εὐχαριστεῖν αὐτῷ ἐπὶ ταῖς εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίαις, τὸ ἐχέγγυον τῆς παρ' αὐτοῦ θε- E ραπείας ἔχοντας· ὅτι μὴ μόνον χρηστός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ παρατείνει τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς πάντα τὸν παρόντα αἰῶνα. εἰπάτωσαν οἱ λελυτρωμένοι ὑπὸ κυρίου, οὓς ἐλυτρώσατο ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν, καὶ ἐκ χωρῶν συνήγαγεν αὐτούς. εἰκότως καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν, ἡ διὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἔργον χωρήσασα, προφητεύεται μετὰ

τὴν ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, τὴν διὰ τοῦ πρὸ τούτου ψαλμοῦ δηλωθεῖσαν· ἐν ᾧ μετὰ τὸν μακρὸν κατάλογον τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἐλέγετο· καὶ ὠργίσθη κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ· καὶ ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. οὓς ἐλυτρώσατο ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν· τοὺς πάλαι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων τῶν ἀνθρώπων, τουτέστι τοῦ διαβόλου καταδεδουλωμένους. καὶ ἀπὸ χωρῶν συνήγαγεν αὐτούς· ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ βορρᾶ καὶ θαλάσσης. ἐπισυνάγει δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν ἐκ παντὸς ἔθνους· πᾶσαν γὰρ τὴν οἰκουμένην διὰ τῶν τεσσάρων ἐδήλωσε κλιμάτων. ἐκ τούτων γὰρ ἔθνος καινὸν καὶ κληρονομία τοῦ θεοῦ νέα συνέστη. εἰκὸς μὲν οὖν τινα νομίσαι τὴν τῶν Ἰουδαίων ἐκ τῶν ἐθνῶν συναγωγὴν διὰ τοῦ παρόντος δηλοῦσθαι ψαλμοῦ, ὡς μελλόντων τῶν καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης Ἰουδαίων ἀποχωρίζεσθαι τῶν ἐθνῶν, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀλλοδαπὴν διατριβῆς ἀπαλλάττεσθαι, συνάγεσθαι δὲ ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν γῆν. τοιαῦτα γὰρ εἰς ἔτι καὶ νῦν παῖδες Ἰουδαίων φαντάζονται. ἀλλ᾽ ἐπεὶ μὴ ταῦτα περὶ αὐτοὺς τοῖς ἔργοις ὁρᾶται γεγενημένα, ἤδη που χιλίοις ἐγγὺς ἔτεσι τῆς ἀπὸ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας αὐτῶν, μηδενὸς τοιούτου περὶ αὐτοὺς πραχθέντος· ὥρα τῇ τῶν πραγμάτων ἐκβάσει τοὺς λόγους ἐφαρμόττειν, καὶ ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ἀνάγειν τὴν προφητείαν.

Ἐπλανήθησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ, ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου οὐχ εὗρον. πεινῶντες καὶ διψῶντες, ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἐν αὐτοῖς ἐξέλιπεν. ἡμεῖς μὲν οἱ πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοσεβείας καὶ ἐν ἀκάρπῳ ἀνύδρῳ τε καὶ ἀγόνῳ ζωῇ πάλαι πρότερον πεπλανημένοι, ὅτε ἦμεν ἔθνη ἄλογα, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ἀπαγόμενοι, οἱ μηδέποτε ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου εὑρόντες ὅτε ἦμεν ἀλλότριοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ· οἱ μεμισημένοι πάλαι, ἐν λιμῷ καὶ δίψει τὴν ψυχὴν ἐκλείποντες, διὰ τὸ ἐστερῆσθαι λογικῆς καὶ ἐπουρανίου τροφῆς ποτοῦ τε πνευματικοῦ, κατὰ τὸ, ἐξαποστελῶ οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον κυρίου. καὶ σαλευθήσονται ὕδατα ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἕως τῆς θαλάσσης, καὶ ἀπὸ βορρᾶ ἕως ἀνατολῶν, περιδραμοῦνται ζητοῦντες τὸν λόγον κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὕρωσιν· διὸ καὶ ἐν ἐρήμῳ τῶν ἀρετῶν ὄντες ἐπλανώμεθα, ποδηγὸν καὶ ἡγεμόνα μὴ ἔχοντες, ᾧ ἑπόμενοι εὑρεῖν οἷοί τε ἦμεν μετὰ τὴν ὁδὸν, πόλιν εὖ διατεταγμένην ἱερῷ νόμῳ, ἐν ᾗ κατοικεῖν ἠδυνάμεθα μὴ ἀναχωροῦντες· αὕτη δέ ἐστιν ἀρετὴ καὶ θεοῦ σοφία. καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἐρρύσατο αὐτούς. τῶν ἐθνῶν ἁπάντων πλανωμένων ἐν γῇ ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ, καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῶν ἐκλειπούσης ἐξ ἀτροφίας σωτηρίων λόγων, ἐβόων πρὸς τὸν θεὸν ἱκετεύοντες, κοινὸν ἅπασι καταπεμφθῆναι σωτῆρα. καὶ ἐ-

A post Judaïcæ gentis repudiationem, quæ in præcedenti psalmo enarrata fuit, prænuntiatur: in quo post longum impietatum ipsorum catalogum dictum est: *Et iratus est Dominus in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam. Quos redemit de manu inimicorum:* eos nempe qui ab inimicis & hostibus hominum, diabolo scilicet, in servitutem redacti fuerant. *Et de regionibus congregavit eos a solis ortu usque ad occasum, ab Aquilone & mari.* Congregat autem eos in Ecclesiam suam ex omni gente: universum B quippe orbem per quatuor climata designavit. Ex his namque gens nova & hæreditas Dei nova constitit. Consentaneum itaque est quamdam existimare Judæorum ex gentibus synagogam hoc significari psalmo, quasi Judæi per totum orbem a gentibus semovendi, ab alienæ terræ incolatu liberandi, & in Judæam congregandi sint: nam id hactenus Judæi somniant. Sed quia hæc non ipso opere facta deprehenduntur, cum elapsis jam a captivitate Babylonica annis prope mille, nihil hujusmodi in illorum gratiam per- C actum sit; restat ut rerum eventui hæc verba accommodemus, & ad gentium vocationem prophetiam reducamus.

Erraverunt in solitudine & in inaquoso, viam civitatis habitaculi non invenerunt: esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. 5.
Nos scilicet qui ante divinum Servatoris nostri cultum, in vita infrugifera, inaquosa sterilique olim errabamus, cum gentes irrationabiles essemus, atque ad muta idola abduceremur: qui numquam viam civitatis habitaculi inveneramus, cum alieni essemus a civitate D Israëlis, cum nullam spem haberemus & athei in mundo essemus: qui olim odio eramus, in fame & siti animo deficientes, quod rationabili & cœlesti cibo spiritualique potu privati essemus, secundum illud, *Emittam non famem panis, neque sitim aquæ; sed famem audiendi verbum Domini.* Amos 8. 11. *Et commovebuntur aquæ a mari usque ad mare, & ab Aquilone usque ad orientem; circuibunt quærentes verbum Domini, & non invenient;* idcirco in deserto virtutum existentes errabamus, ducem ac principem non nacti, E quem sequentes decursâ viâ reperire possemus civitatem sacra lege rite constitutam, in qua habitare possemus, numquam inde recessuri: hæc autem est virtus & Dei sapientia. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos.* 6.
Gentes omnes cum in deserto & inaquoso errarent, atque anima earum ex penuria salutarium verborum deficeret, clamabant ad Deum supplicantes, ut communis omnibus Servator mitteretur: *Et cla-*

maverunt ad Dominum cum tribularentur. A
Captivis condolentes, ac erga sitientes &
præ cibi penuria animo deficientes miseri-
cordia moti, clamabant ipsi & vociferaban-
tur ad Dominum, pro suis singuli depre-
cantes.
7. *Et deduxit eos in viam rectam, ut irent in*
8. *civitatem habitationis. Confiteantur Domino*
misericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis homi-
num. Illi siquidem erraverunt in terra de-
serta & inaquosa, hac prima ægritudine,
erroris scilicet, laborantes. Hinc in se-
cundum malum delapsi, viam civitatis, B
in qua habitarent, non invenerunt: ac ter-
tium ipsos malum invasit, quia esuriebant
& sitiebant, ita ut anima eorum in ipsis
deficeret. Benignus autem Deus ac bonus
Salvator, primo quidem deduxit eos in
viam rectam; deinde docuit eos quo pa-
cto in via ad civitatem habitaculi ducen-
te, graderentur. Ecqua vero illa recta via
fuerit, nisi salutaris sermo Evangelicus, qui
solus nos ad cœlestem ducit civitatem;
in qua constituti, habitaculum nostrum re-
periemus? *Confiteantur Domino misericordiæ* C
ejus, & mirabilia ejus filiis hominum: præ-
dicantes omnibus filiis hominum, ut omnes
de gratia Dei in nos collata, deque ejus mi-
sericordia certiores effecti, ad salutem pro-
peremus nostram.
9. *Quia satiavit animam inanem, & animam*
10. *esurientem replevit bonis, sedentes in tenebris*
& umbra mortis, vinctos in mendicitate &
11. *ferro. Quia exacerbaverunt eloquia Domini, &*
consilium Altissimi irritaverunt. Umbram
mortis si idololatriam & impias actiones
dixeris, neutiquam aberres. Hæ quippe D
sunt quæ nos a vera vita semovent. In his
porro antea versabamur, quando Deum exa-
cerbabamus, & consilium Altissimi irrita-
bamus. Nam cum oportuisset ex magnitu-
dine & pulcritudine creaturarum opificem
universorum contemplari, & sempiternam
ejus virtutem divinitatemque ex creatione
mundi intelligere; nos contra quasi cæci in
tenebris & umbra mortis degentes, ac se-
cundum rationabiles animæ virtutes com-
pediti & excæcati, mutavimus gloriam in-
corrupti Dei in similitudinem imaginis cor- E
rupti hominis, & volucrum, & quadrupe-
dum, & reptilium.
12. *Et humiliatum est in laboribus cor eorum:*
infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret. Ingens
quippe illud facinus soli Verbo Dei reserva-
batur, de quo sub hæc dicitur: *Misit Ver-*
bum suum, & sanavit eos, & eripuit eos de in-
13. *teritionibus eorum. Et clamaverunt ad Domi-*
num cum tribularentur: & de necessitatibus
14. *eorum liberavit eos. Et eduxit eos de tenebris*

κέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτούς. τοὺς ἐγκεκλεισμένους αὐτοὺς ὑπερπάσχοντες καὶ ὑπεραλγοῦντες αὐτῶν καὶ διψώντων καὶ τὴν ψυχὴν ἤδη δι' ἀτροφίαν ἐκλειπόντων, ἐβόων αὐτοὶ καὶ ἐκέκραζον πρὸς κύριον, ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἕκαστος πρεσβεύοντες.

Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν, τοῦ πορευθῆναι εἰς πόλιν κατοικητηρίου. ἐξομολογησάσθωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. οἱ μὲν γὰρ ἐπλανήθησαν ἐν γῇ ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ, τοῦτο πρῶτον νόσημα νενοσηκότες τὸ τῆς πλάνης· καὶ δευτέρῳ κακῷ περιπεσόντες ὁδὸν πόλεως κατοικητηρίου αὐτῶν οὐχ εὗρον· καὶ τρίτον δὲ αὐτοὺς περιέσχε κακόν, ἐπειδὴ ἦσαν πεινῶντες καὶ διψῶντες, ὡς τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἐκλείπειν ἐν αὐτοῖς. ὁ δὲ φιλάνθρωπος θεὸς καὶ ἀγαθὸς σωτὴρ, πρῶτον μὲν ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν· ἔπειτα ἔδειξεν αὐτοῖς πῶς χρὴ βαδίζειν τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν τοῦ κατοικητηρίου. καὶ τίς ἂν εἴη ἡ εὐθεῖα ὁδὸς, ἢ ὁ σωτήριος λόγος ὁ εὐαγγελικὸς, ὁ μόνος ἡμᾶς ἄγων εἰς τὴν ἐπουράνιον πόλιν· ἐν ᾗ γενόμενοι τὸ κατοικητήριον ἡμῶν εὑρήσομεν; ἐξομολογησάσθωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. κηρύσσοντες εἰς πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅπως οἱ πάντες τὴν χάριν τὴν εἰς ἡμᾶς γεγενημένην καὶ τὰ ἐλέη τοῦ θεοῦ μαθόντες, σπεύσωμεν ἐπὶ τὴν αὐτῶν σωτηρίαν.

Ὅτι ἐχόρτασε ψυχὴν κενὴν, καὶ ψυχὴν πεινῶσαν ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καθημένους ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, πεπεδημένους ἐν πτωχείᾳ καὶ σιδήρῳ. ὅτι παρεπίκραναν τὰ λόγια τοῦ κυρίου, καὶ τὴν βουλὴν τοῦ ὑψίστου παρώξυναν. σκιὰν θανάτου οὐκ ἂν ἁμάρτοις λέγων τὴν εἰδωλολατρείαν καὶ τὰς ἐν ἀθεότητι πράξεις. αὗται γάρ εἰσιν αἱ χωρίζουσαι ἡμᾶς τῆς ἀληθινῆς ζωῆς. ἐν ταύταις δὲ ἦμεν πρότερον, διὰ τὸ παραπικραίνειν τὸν θεὸν, καὶ τὴν βουλὴν τοῦ ὑψίστου παροξύνειν. δέον γὰρ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων τὸν δημιουργὸν τῶν ὅλων θεωρεῖν, καὶ τὴν ἀΐδιον αὐτοῦ δύναμιν καὶ θειότητα ἀπὸ κτίσεως κόσμου νοεῖν, ἡμεῖς δὲ οἷα τυφλοὶ ἐν σκότῳ καὶ σκιᾷ θανάτου διάγοντες, καὶ τὰς λογικὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις πεπεδημένοι καὶ πεπηρωμένοι, ἐνηλλάττομεν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν.

Καὶ ἐταπεινώθη ἐν κόποις ἡ καρδία αὐτῶν, ἠσθένησαν καὶ οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν. ἐτηρεῖτο γὰρ τὸ μέγα τοῦτο κατόρθωμα μόνῳ τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ, περὶ οὗ ἑξῆς εἴρηται· ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς. καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ σκότους

καὶ σκιᾶς θανάτου, καὶ τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διέρρηξεν. πῶς γὰρ οὐκ ἦμεν ἐν ἀνάγκαις, πονηροῖς δαίμοσι καὶ πνεύμασιν ἀκαθάρτοις δεδουλωμένοι; ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος καὶ ἐλεήμων θεὸς, ταῖς τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν τε καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν εὐχαῖς ἐπακούσας βοώντων ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς αὐτὸν, οὐ μόνον ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ τούτων, ἀλλὰ καὶ τούτων τὰ δεσμὰ διέρρηξεν. δηλοῖ δὲ τοῦτο τὴν ἄφθονον τῶν ἁμαρτωλῶν ἄφεσιν, ἧς κατηξίωσεν ἡμᾶς ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χάρις.

Ἐξομολογησάσθωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι συνέτριψε πύλας χαλκᾶς, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν. ἀντελάβετο αὐτῶν ἐξ ὁδοῦ ἀνομίας αὐτῶν, διὰ γὰρ τὰς ἀνομίας αὐτῶν ἐταπεινώθησαν. καὶ νῦν τὸ αὐτὸ λέγεται ἐπὶ ταῖς δευτέραις εὐεργεσίαις αὐτοῦ. ἡγοῦμαι δὲ διὰ τούτων τὴν μέχρι θανάτου κατάπτωσιν τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν δηλοῦσθαι· δι' ἃς καὶ μέχρι θανάτου ἔδεησε τῷ λυτρωτῇ πάντων καὶ σωτῆρι κατελθεῖν. ἔνθα γενόμενος μόνος τῶν πώποτε ὁ Χριστὸς τοῦ θεοῦ, τὰς ἐξ αἰῶνος σιδηροδέτους πύλας, καὶ τὰς μηδενὶ θνητῷ ἀνοιχθείσας, καὶ διὰ τοῦτο χαλκᾶς γενομένας, συνέτριψε, καὶ τοὺς τούτων ἀρρήκτους μοχλοὺς συνέκλασεν.

Πᾶν βρῶμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν, καὶ ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου. διὰ κακοεξίαν τῶν ἀποστρεφομένων πᾶσαν λογικὴν καὶ ψυχῶν σωτήριον τροφὴν, εἰκότως ἀποσταλεὶς ὁ τοῦ θεοῦ μονογενὴς υἱὸς, μέχρι τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν ἔφθασε, σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας, χεῖρα σωτηρίας ὀρέξας καὶ τοῖς μέχρι τούτου καταπεπτωκόσι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναβοήσασι. καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς. ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. ἐξομολογησάσθωσαν τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. καὶ θυσάτωσαν αὐτῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐξαγγειλάτωσαν τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει, οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ποιοῦντες ἐργασίαν ἐν ὕδασι πολλοῖς. μνημονεύσας ὁ λόγος τῆς ἀφίξεως τοῦ λυτρωτοῦ καὶ σωτῆρος, δι' οὗ τὰ προλελεγμένα πάντα κατώρθωται· ἑξῆς συνάπτει τὴν περὶ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ προφητείαν. αὐτοὶ γὰρ ἦσαν οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις, ῥητῶς καὶ κατὰ λέξιν· ὥσπερ οὖν ἡ θεία γραφὴ τῶν εὐαγγελίων μαρτυρεῖ. τοιγαροῦν τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἅμα αὐτοῖς ἡ παροῦσα προφητεία τὴν μνήμην σφόδρα ἀκολούθως συνῆψε τῇ τοῦ θεοῦ λόγου εἰς ἀνθρώπους παρουσίᾳ. αὐτοῖς τοιγαροῦν τούτοις καὶ τὰ νέα μυστήρια τῆς καινῆς διαθήκης πράττειν παρεκελεύετο, λέγων· καὶ θυσάτωσαν θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐξαγγειλάτωσαν τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει.

A *& umbra mortis, & vincula eorum disrupit.* Nam quomodo in necessitatibus non fuerimus, cum malignis dæmonibus & spiritibus immundis serviremus? At benignus & misericors Deus sanctorum prophetarum ac religiosorum virorum pro nobis ad se clamantium preces exaudiens, non modo nos ab illis eripuit, verum etiam eorum vincula disrupit. Hoc porro declarat uberem peccatorum remissionem, qua nos Salvatoris nostri Jesu Christi gratia dignatus est.

Confiteantur Domino misericordiæ ejus, & 15.
B *mirabilia ejus filiis hominum: quia contrivit* 16.
portas æreas, & vectes ferreos confregit. Sus- 17.
cepit eos de via iniquitatis eorum, propter in-
justitias enim suas humiliati sunt. Idipsum
jam ob posteriora ejus beneficia repetitur. Æstimo autem humanarum animarum ad mortem usque lapsum his indicari; quarum causa opus fuit ut Redemtor & Salvator omnium ad mortem usque descenderet. Quo cum solus ex omnibus venisset Christus Dei, portas illas, quæ a sæculo ferro occlusæ erant, & nulli mortalium apertæ fue-C rant, atque ideo ex ære conflatæ fuerant, contrivit, & unà earum vectes, antea infractos, confregit.

Omnem escam abominata est anima eorum, 18.
& appropinquaverunt usque ad portas mortis.
Ob malum adfectum eorum, qui rationabilem & animabus salutarem escam aversabantur, merito missus unigenitus Dei filius, carne & humana natura suscepta, ad portas usque mortis profectus iis, qui eousque deciderant & ad ipsum clamave-
rant, salutis manum porrexit. *Et clamave-* 19.
D *runt ad Dominum cum tribularentur, & de*
necessitatibus eorum liberavit eos. Misit ver- 20.
bum suum & sanavit eos, & eripuit eos de in-
teritionibus eorum. Confiteantur Domino mi-
sericordia ejus, & mirabilia ejus filiis homi- 21.
num. Et sacrificent ei sacrificium laudis, & an-
nuntient opera ejus in exsultatione, qui des- 22.
cendunt mare in navibus, facientes operationem 23.
in aquis multis. Cum Redemtoris & Servatoris adventum commemorasset, per quem prædicta omnia edita fuerant; deinde adjicit de Apostolis ipsius vaticinium. Ipsi E namque erant qui descendebant mare in navibus, idque vere & ad literam, quemadmodum divina Evangeliorum Scriptura testificatur. Apostolorum itaque ipsorumque comitum mentionem admodum congruenter hæc Scriptura Dei Verbi ad homines adventui subjunxit. Atenim illis ipsis nova novi Testamenti mysteria peragere præcepit dicens: *Et sacrificent sacrificium laudis, & annuntient opera ejus in exsultatione.*

25. *Dixit & stetit spiritus procellæ, & exal-* A
26. *tati sunt fluctus ejus. Adscendunt usque ad*
cælos & descendunt usque ad abyssos, anima
27. *eorum in malis tabescebat. Turbati sunt, com-*
moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eo-
28. *rum devorata est. Et clamaverunt ad Domi-*
num cum tribularentur, & de necessitatibus
29. *eorum eduxit eos. Et percussit procellam, &*
stetit in auram, & siluerunt fluctus ejus.
Hæc prophetice prænuntiata reipsa & ad literam impleta sunt. Nam cum discipuli Matth. 8. 24. Salvatoris nostri cum ipso navigarent, *motus*, inquit, *magnus factus est in mari, ita* B *ut navicula operiretur fluctibus.* Illi vero procumbentes dicebant ei, *Domine salva nos, perimus.* Ille vero dum dixisset, *Quid timidi estis modicæ fidei? increpavit ventos & ma-*
30. *re, & facta est tranquillitas magna. Et lætentur quia siluerunt, & deduxit eos in portum*
31. *voluntatis suæ. Confiteantur Domino misericordia ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.*
32. *Exaltent eum in Ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum.* Deducti sunt in portum voluntatis ejus: qua de causa hic quarto jubentur Domino confiteri, C & misericordias ejus in ore ferre. Præcipit item omnibus hominibus ut annuntient
33. mirabilia ejus. *Posuit flumina in desertum,*
34. *& exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem a malitia inhabitantium*
35. *in ea. Posuit desertum in stagna aquarum, &*
36. *terram sine aqua in exitus aquarum. Et habitare fecit illic esurientes, & constituerunt ci-*
37. *vitates habitationis. Et seminaverunt agros & plantaverunt vineas, & fecerunt fructum pro-*
38. *ductionis. Et benedixit eis & multiplicati sunt*
39. *nimis, & jumenta eorum non minoravit. Et* D *pauci facti sunt, & vexati sunt a tribulatione*
C ἁμαρτιῶν ὁμολογίαν σημαίνει, ἔστι δὲ ὅτε εὐχαριστίαν παρίστησιν. αὐτίκα δ' οὖν ἐν εὐαγγελίοις αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν λέγει· ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. ναὶ ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ οὐδεὶς γινώσκει τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ τίς ἐστιν ὁ πατὴρ εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. ἐν βουλῇ τῶν ἁγίων καὶ συναγωγῇ. μεγάλα τὰ ἔργα κυρίου, ἐξεζητημένα εἰς πάν-
D τα τὰ θελήματα αὐτοῦ. οὐκέτι σκολιῶν ἀνδρῶν, οὐδὲ διεστραμμένων, ἀλλ' ἀγαθῶν καὶ εὐθειῶν ψυχῶν τὸν εὐχαριστήριον ὕμνον δώσω σοι τῷ ἐμαυτοῦ πατρί. σημαίνει δὲ διὰ τούτων τὴν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἱδρυθεῖσαν διὰ τῆς αὐτοῦ χάριτος ἐκκλησίαν. βουλὴν δὲ εὐθέων ὠνόμασε τὰ τάγματα τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἁγίων· συναγωγὴν δὲ δεύτερον τάγμα μετὰ τὴν βουλὴν τῶν εὐθέων σημαίνει, ὃ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ δεύτερον τοῦ πλήθους ἄθροισμα.

Ἐξομολόγησις καὶ μεγαλοπρέπεια τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶ-
E να τοῦ αἰῶνος. μνείαν ἐποιήσατο τῶν θαυμασίων αὐτοῦ ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων ὁ κύριος, τροφὴν ἔδωκε τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. μνησθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκης αὐτοῦ, ἰσχὺν ἔργων αὐτοῦ ἀνήγγειλε τῷ λαῷ αὐτοῦ τοῦ δοῦναι αὐτοῖς κληρονομίαν ἐθνῶν· ἔργα χειρῶν αὐτοῦ ἀλήθεια καὶ κρίσις. πισταὶ πᾶσαι αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ, ἐστηριγμέναι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, πεποιημέναι

μέναι ἐν ἀληθείᾳ καὶ εὐθύτητι. λύτρωσιν ἀπέστειλε τῷ λαῷ αὐτοῦ, ἐνετείλατο εἰς τὸν αἰῶνα διαθήκην αὐτοῦ. ἅγιον καὶ φοβερὸν τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου. μήποτε ἐπεὶ ὁ φοβούμενος οὔτε τελειοῦται, ἡ μὲν εἰσαγωγὴ διὰ φόβου κατορθοῦται, τὸ δὲ τέλος δι' ἀγάπης. ἡ γὰρ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον. τοιοῦτος δ' ἂν εἴη ὁ ἐξ ὅλης καρδίας καὶ ψυχῆς καὶ δυνάμεως ἀγαπῶν κύριον τὸν θεόν. σύνεσις δὲ ἀγαθὴ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν· ἡ αἴνεσις αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. καὶ ἡ σύνεσις τότε ἀγαθὴ τυγχάνει, ὅτε ἔργοις ἐπιτελεῖται. διὸ τὴν σύνεσιν οὐχ ἁπλῶς ἀγαθὴν εἶπεν, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν. ἡ αἴνεσις αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. τέλος γὰρ τῶν μακαρίων τὸ πρὸς τὸν θεὸν εἶναι, καὶ παρεστάναι αὐτῷ, καὶ μόνῃ τῇ αὐτοῦ θεολογίᾳ καὶ αἰνέσει σχολάζειν.

A *facta in veritate & æquitate. Redemtionem* 9.
misit populo suo, mandavit in æternum testamentum suum. Sanctum & terribile nomen ejus: initium sapientiæ timor Domini. Num 10.
forte, quoniam qui timet non perfectus est, initiatio per timorem, consummatio per dilectionem efficitur? nam *perfecta caritas foras mittit timorem.* Talis autem fuerit quis- Joan. 4. 18.
quis ex toto corde, tota anima & virtute Dominum Deum diligit. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Laudatio ejus manet in sæculum sæculi.* B Tunc bona intelligentia est, quando operibus completur: quare non dixit tantum intelligentiam bonam, sed etiam omnibus facientibus eam. *Laudatio ejus manet in sæculum sæculi.* Finis enim beatorum est, ut apud Deum sint, & ipsi adsistant, solique ejus theologiæ & laudi vacent.

Ἀλληλούϊα. ρια΄.

Μακάριος ἀνὴρ ὁ φοβούμενος τὸν κύριον, ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ θελήσει σφόδρα. δυνατὸν ἐν τῇ γῇ ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ, γενεὰ εὐθέων εὐλογηθήσεται. δόξα καὶ πλοῦτος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. οὕτως εἴωθε καλεῖν πάντα τὸν ἐξ ἐθνῶν προσιόντα τῷ θεῷ. παρίσταται δὲ τοῦτο ἀπὸ τοῦ διεσταλμένως μετὰ τὸν Ἰσραὴλ καὶ μετὰ τὸν οἶκον Ἀαρών, καὶ μετὰ τὸν οἶκον Λευΐ, τοὺς φοβουμένους τὸν κύριον ἐπὶ τὸν ὕμνον τοῦ θεοῦ καλεῖσθαι, ὡς ἐν ἑτέροις εἴρηται. τίνες γὰρ ἂν εἶεν μετὰ τούτους οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον, ἀλλ' ἢ οἱ ἐξ ἐθνῶν ἀλλόφυλοι καὶ ἀλλογενεῖς; οὐκοῦν ἐν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ, οὐκ ἄλλος τις ἂν εἴη ὁ μακαριζόμενος τοῦ ἐξ ἐθνῶν προσεληλυθότος τῷ θεῷ λαοῦ· ὅν τινα ὀνομάζει φοβούμενον τὸν κύριον. οὐ μὴν ἤδη που μακάριος ὁ τοιοῦτος, εἰ μὴ καὶ τὸ ἑξῆς αὐτῷ ἐποιεῖτο· τουτέστι τὸ ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ θέλειν σφόδρα, ἀσφαλῶς δὲ τὸ θέλειν κέκτηται, ὡς ἂν μὴ ἐπάναγκες μηδὲ παρὰ προαίρεσιν φυλάττοιτό τις τὰς ἐντολάς, ἀλλ' ἐθελοντής, καὶ μετὰ τοῦ στέργειν σὺν πάσῃ προθυμίᾳ καὶ γνησίως ἀγαπᾶν τὴν τῶν ἐντολῶν τοῦ θεοῦ φυλακήν.

Ἐξανέτειλεν ἐν σκότει φῶς τοῖς εὐθέσιν, ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων καὶ δίκαιος. ὁ μακαριζόμενος τὸ οἰκεῖον φῶς οὐ διαλείπει, ἐξανατέλλων οὐ πᾶσι, τὴν διδασκαλίαν δὲ τοῖς εὐθέσιν αὐτοῦ, καὶ τὸ τῆς γνώσεως φῶς ἔνδον ἐν τῇ τῶν εὐθέων γενεᾷ παρέχων, καὶ τοὺς εὐθεῖς φωτίζων. χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτείρων καὶ κιχρῶν. οὐκ ἀποκλείει τὰ ἑαυτοῦ σπλάγχνα, ἀλλὰ μεταδίδωσι τῶν ὑπαρχόντων τοῖς δεομένοις, διὰ τὸ φυλάττειν ἐντολὴν τὴν λέγουσαν· τίς ἄρα πιστὸς καὶ φρόνιμος οἰκονόμος, ὃς ἐν καιρῷ δώσει τὸ σιτομέτριον τοῖς συνδούλοις; μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖ-

Alleluia. CXI.

C *Beatus vir qui timet Dominum, in man-* 1.
datis ejus volet nimis. Potens in terra 2.
erit semen ejus, generatio rectorum benedicetur. Gloria & divitiæ in domo ejus, & justi- 3.
tia ejus manet in sæculum sæculi. Ita solet appellare omnes qui ex gentibus ad Deum accedunt. Id vero declaratur ex eo, quod distincte post Israëlem, post domum Aaronis, & post domum Levi, timentes Dominum ad hymnum Dei provocentur, ut alibi dicitur. Post illos enim quinam illi Dominum timentes esse possint, nisi ex genti-
D bus peregrini & alienigenæ? Itaque in psalmo quem tractamus, non alius fuerit populus qui beatus prædicatur, ab eo qui ex gentibus ad Deum accessit: quem appellat timentem Dominum. Neque tamen ille statim beatus, nisi quæ sequuntur fecerit; id est, ut mandata ejus valde cupiat, ac voluntatem firmiter teneat; nec coactus, aut præter animi adfectum mandata custodiat, sed libens & cum alacritate complectatur, ac sincere diligat mandatorum Dei observationem.

E *Exortum est in tenebris lumen rectis, mise-* 4.
ricors & miserator & justus. Is qui beatus prædicatur, proprium lumen non deserit, doctrinam suam non omnibus, sed rectis exoriri faciens, ac lumen cognitionis intus in rectorum generatione præbens, ac rectos illuminans. *Jucundus vir qui miseretur &* 5.
commodat. Non occludit viscera sua, sed bona sua egentibus impertit: quia hoc præceptum implet, *Quis est fidelis & prudens* Luc. 12. 42.
œconomus, qui in tempore conservis dabit tritici mensuram? Beatus ille servus quem cum

veneris Dominus ejus, inveniet sic facientem.
Vere dico vobis, quoniam super omnia bona sua
constituet eum. Dispones sermones suos in ju-
6. *dicio, quia in æternum non commovebitur.* Ta-
lis, inquit, homo, & qui talia agit, neque ca-
det, neque commovebitur a sua supra pe-
tram statione. Non enim principum minas
reformidabit, non pertimescet eos, qui in
tempore calamitatis se conturbare ac con-
fundere conantur.

In memoria æterna erit justus, ab auditione
7. *mala non timebit.* Non ex verbis mendacii,
quæ veritatem quidem præferunt, sed con-
tra Dei cognitionem sese exserunt, sinistri
quidpiam patietur, utpote fundatus supra
petram, quem nihil separare possit a carita-
te Dei, quæ est in Christo Jesu. *Paratum*
8. *cor ejus sperare in Domino, confirmatum est*
cor ejus: non commovebitur donec despiciat
inimicos suos. Ideo, inquit, non commove-
bitur; sed neque *ab auditione mala* timebit,
quia *paratum cor ejus* est *sperare in Domino.*
Symmachi. Quod Symmachus vertit, *Firmum cor ejus*
sine sollicitudine in Domino. Ideo hujusmo-
di tumultus despicit: neque modo inimi-
cos non pertimescit; verum etiam eorum
cladem, ob spem in Deo locatam, exspe-
ctat.
9. *Dispersit dedit pauperibus, justitia ejus ma-*
net in sæculum sæculi, cornu ejus exaltabitur
10. *in gloria. Peccator videbit & irascetur, denti-*
bus suis fremet & tabescet: desiderium pecca-
toris peribit. Quoniam totus hic sermo de
iis qui fide initiati sunt, & de populo ex
gentibus, qui per divinam doctrinam Dei
cultum suscepit, pronuntiatus est, conse-
quenter etiam memorat eos ex circumci-
sione, qui profectum gentium indigne fe-
runt. Quare dictum est, *Peccator videbit &*
irascetur, dentibus suis fremet & tabescet; quia
iniquus quidem legem accepit, sed eam
transgressus est. Hujusmodi autem est quis-
quis ex circumcisione ob salutem nostram
dentibus suis fremit. Imo etiam idipsum
usu venit gentilibus qui infideles sunt, ac
de profectu suorum, qui ad divinam vitæ
rationem translati sunt, infremunt. Cæte-
rum utrique ordines, de iis qui in Christo
perfecti sunt furentes, tabescent, ac deside-
rium eorum peribit.

A νος, ὃν ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εὑρήσει ποιοῦντα οὕτως. ἀληθῶς λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν. οἰκονομήσει τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα οὐ σαλευθήσεται. ὁ τοιοῦτός φησι καὶ τοιαῦτα πράττων, οὔτε πεσεῖται, οὔτε σαλευθήσεται τῆς ἐπὶ τὴν πέτραν στάσεως. οὔτε γὰρ ἀπειλαῖς ἀρχόντων πτήξει, οὔτε τοὺς θορυβεῖν καὶ ταράττειν αὐτὸν πειρωμένους ἐν καιροῖς περιστατικοῖς.

Εἰς μνημόσυνον αἰώνιον ἔσται δίκαιος, ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς οὐ φοβηθήσεται. οὐδ' ἐκ λό-
B γων ψευδῶν, ἐπαγγελλομένων μὲν ἀλήθειαν, ἐπηρμένων δὲ κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, πείσεταί τι δεινόν, ἅτε δὴ τεθεμελιωμένος ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ μηδενὸς αὐτὸν χωρίζοντος ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ἑτοίμη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον, ἐστήρικται ἡ καρδία αὐτοῦ, οὐ μὴ φοβηθῇ, ἕως οὗ ἐπίδῃ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. διὰ ταῦτα φησὶν οὐ σαλευθήσεται, ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς φοβηθήσεται, ἐπειδὴ ἑτοίμη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον. ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἐποίησεν· ἑδραία ἡ καρδία αὐτοῦ ἀμέριμνος
C ἐν κυρίῳ. διὰ τοῦτο τῶν τοιούτων θορύβων καταφρονεῖ, καὶ οὐ μόνον οὐ δέδιε τοὺς δυσμενεῖς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκείνων ἧτταν διὰ τὴν εἰς θεὸν ἐλπίδα περιμένει.

Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, τὸ κέρας αὐτοῦ ὑψωθήσεται ἐν δόξῃ. ἁμαρτωλὸς ὄψεται καὶ ὀργισθήσεται, τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύξει καὶ τακήσεται, ἐπιθυμία ἁμαρτωλοῦ ἀπολεῖται. ἐπειδὴ περὶ τῶν διὰ πίστεως τελουμένων ὁ πᾶς λόγος, καὶ περὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ τοῦ κατὰ τὴν θείαν διδασκαλίαν θεοσεβοῦν-
D τος, εἴρηται, ἀκολούθως μνημονεύει καὶ τῶν ἐκ περιτομῆς διαφθονουμένων ἐπὶ τῇ προκοπῇ τῶν ἐξ ἐθνῶν. διὸ λέλεκται, ἁμαρτωλὸς ὄψεται καὶ ὀργισθήσεται, τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύξει καὶ τακήσεται, ὡς τοῦ παρανόμου μὲν εἰληφότος νόμον, παραβεβηκότος δὲ αὐτόν. τοιοῦτος δὲ πᾶς ὁ ἐκ περιτομῆς, ὃς ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύχει. ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἐθνῶν ἄπιστοι ταυτὸν πάσχουσιν ἐπὶ τῇ προκοπῇ τῶν ἐξ αὐτῶν μεταβεβηκότων ἐπὶ τὴν κατὰ θεὸν πολιτείαν. πλὴν ἀμφότερα τὰ τάγματα διαπριόμενα κατὰ τῶν ἐν Χριστῷ τε-
E λειουμένων ἐκτακήσεται, τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν ἀπολλυμένης.

Ἀλληλούϊα Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου. ριβ'.

Αἰνεῖτε παῖδες τὸν κύριον, αἰνεῖτε τὸ ὄνομα κυρίου. εἴη τὸ ὄνομα κυρίου εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. πάντας τοὺς διὰ τὸ φοβεῖσθαι κύριον μακαρίους γεγενημένους ἄνδρας ὑποτυπωσάμενος ὁ λόγος ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ, τόν τε βίον τῶν τοιούτων καὶ τὴν κατὰ θεὸν πολιτείαν, καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις παρὰ θεῷ τέλος ὑπογράψας ἐν τῷ προκειμένῳ, τίνες ποτέ εἰσιν οὗτοι, καὶ τίνων τυγχάνουσι παραπλήσιοι διδάσκει, παῖδας αὐτοὺς καλῶν διὰ τὸ νεαρὸν καὶ ἀρτιγενὲς τῆς κατὰ ψυχὴν ἡλικίας, καὶ τούτους ἐπὶ τὸν αἶνον καλεῖ τοῦ θεοῦ. ἀντὶ τοῦ, παῖδες, ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος δούλους ὠνόμασαν φήσαντες· ὑμνεῖτε δοῦλοι κύριον, ὑμνεῖτε τὸ ὄνομα κυρίου. δούλων γὰρ οὐδὲν διενηνόχασιν οἱ παῖδες, φόβῳ δουλείας παιδαγωγούμενοι. εἴη τὸ ὄνομα κυρίου εὐλογημένον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. ὡς ἀγνοοῦσι τοῖς παισὶν ὅπως χρὴ τὸν κύριον ὑμνεῖν τὸ προφητικὸν πνεῦμα, δίκην παιδαγωγοῦ καὶ διδασκάλου, τὰς φωνὰς αὐτοῖς παραδίδωσιν. εὐχὴ δὲ αὕτη ἐστὶν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν τῶν παίδων ἀναπεμπομένη, ὡς ἂν διαμείνῃ ἡμῖν τὸ τοῦ κυρίου ὄνομα εἰς τὸ διηνεκές, μὴ φεῦγον ἡμᾶς, ἀλλ' ἀναπαυόμενον τῷ ἡμετέρῳ βίῳ.

Ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν αἰνετὸν τὸ ὄνομα κυρίου. ὑψηλὸς ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη ὁ κύριος, ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ἡ δόξα αὐτοῦ. καὶ πότε τέλους ἔτυχεν ὁ λόγος, ἀλλ' ἢ μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; πρὸ γοῦν ταύτης ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ μόνῃ ἐλέγετο γνωστὸς εἶναι θεός, καὶ ἐν μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ, τῶν ἔξω τῆς Ἰουδαίας ἐθνῶν δαίμοσι καταδεδουλωμένων καὶ πνεύμασιν ἀκαθάρτοις, καὶ τοῖς τῆς εἰδωλολατρείας ἀντεχομένοις τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου μηδὲ εἰς ἔννοιαν ἥκοντος. ὅτε γε μὴν ἐπιφανεὶς αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐπὶ πάντα διεπέμψατο τὰ ἔθνη, τηνικαῦτα πληροῦται ὁ διὰ τῶν προκειμένων φωνῶν τοῖς πᾶσι παραδοθεὶς ὕμνος.

Τίς ὡς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ; διδάσκεται γὰρ διὰ τούτων ὁ νέος λαός, ὡς εἰ καὶ ἀνελήφθη ὁ κύριος ἡμῶν, καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός, ἀλλ' οὖν καὶ οὕτως πλήρης ἐστὶ πᾶσα ἡ γῆ καὶ ἀπολαύει τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ. ἆρα οὐ δοκεῖ μέγα εἶναι τὸ εἰρημένον; ἀλλ' ὅταν ἐννοήσεις περὶ τίνος εἴρηται, σφόδρα ἐστὶ καταδεές. πῶς γὰρ ἐν οὐρανοῖς κατοικεῖ ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πληρῶν, ὁ πανταχοῦ παρών, ὁ λέγων, θεὸς ἐγγίζων ἐγώ, καὶ οὐ

A *Alleluia Aggai & Zachariæ. CXII.*

Laudate pueri Dominum, laudate nomen 1.
Domini. Sit nomen Domini benedictum, 2.
ex hoc nunc & usque in sæculum. Cum in præcedenti psalmo viros omnes, qui quod timeant Dominum beati effecti sunt, repræsentaverit, ac eorum vitam & institutum secundum Deum, finem quoque quo donandi apud Deum sunt, descripserit; in præsenti quinam illi & quibusnam similes sint declarat, pueros appellans, quia quoad animæ B ætatem juvenes & recens nati sunt: hos quoque ad laudem Dei provocat. Pro illo, *Pueri*, Aquila & Symmachus, *Servi*, interpretati sunt dicentes, *Hymnis celebrate servi Dominum, hymnis celebrate nomen Domini.* (Aquilæ. Symmachi.) Pueri namque nihil a servis differunt, utpote timore servitutis instituti. *Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & usque in sæculum.* Quasi pueris ignorantibus, quomodo Dominum laudare oporteat, propheticus Spiritus instar pædagogi ac præceptoris voces tradit. Hæc porro oratio est pro nobis C pueris emissa; ut nomen Domini perpetuo nobiscum maneat, nos minime fugiens, sed in vita nostra conquiescens.

A solis ortu usque ad occasum laudabile no- 3.
men Domini. Excelsus super omnes gentes Do- 4.
minus, super cælos gloria ejus. Et quandonam hic sermo finem accepit, nisi post adventum Servatoris nostri Jesu Christi? Nam ante illum in sola Judæa Deus notus esse dicebatur, & in solo Israële magnum nomen ejus erat, dum gentes quæ extra Ju- D dæam erant, dæmonibus & impuris spiritibus subditæ, ac idololatriæ addictæ essent, cum nomen Domini ne quidem in mentem veniret illis. Quando autem ipse Dominus noster Jesus Christus adveniens, discipulos suos in omnes gentes emisit, tunc impletus est hymnus per has voces universis traditus.

Quis sicut Dominus Deus noster qui in al- 5.
tis habitat, & humilia respicit in cælo & in 6.
terra? His docetur novus populus, etiamsi E Dominus noster adsumtus est, & ad dexteram Patris sedet, attamen totam terram plenam esse & gaudere ejus inspectione. Annon illud magnum esse videatur? At si consideres de quo dictum sit, hoc longe inferius illo erit. Quomodo enim in cœlis habitat, qui cœlum & terram implet, qui ubique præsens dicit, *Deus appropinquans ego sum,* Hier. 23. 23.

Hesai. 40. 12. *& non Deus procul: qui mensus sum cœlum palmo, & terram pugillo,* qui contineo gyrum terræ? Sed quoniam tunc illi sermo cum Judæis erat; ideo fortasse hoc loquendi modo est usus, eorum sese crassitudini adtemperans: ac deinde paulatim eorum mentem erigens & adtollens, in cœlum & in terram adducit, id est, sursum & deorsum. Id vero ait ob Judæorum imbecillitatem, qui idolis dediti erant, & deos adorabant in locis ac templis inclusos. Cum ait igitur, *in cælo & in terra,* ansam præbet cogitandi eum ubique atque hic & illic esse, & omnia pervadere. Non enim ut quispiam in cœlo conclusus, procul terrena conspicit; sed ubique præsens, incomprehensus, incircumscriptus, omnibusque adstans. Viden' quo pacto paulatim auditorum mentem sublevet? Non enim ideo interrogat, ut quis de gloria Dei digna loquatur, sed pro captu hominum. Et alibi quoque cœlum dicitur esse thronus Dei, quia cœlestes virtutes istic Dei gloriam firmiter obtinent; terra vero scabellum, quia homines in terra extrema divinorum vix capere valent. Hic vero David postquam auditorem de terra erexit, ad aliud Dei virtutis argumentum progreditur dicens:

7. *Suscitans de terra inopem & de stercore eri-*
8. *gens pauperem: ut collocet eum cum principi-*
9. *bus, cum principibus populi sui; qui habitare*
facit sterilem in domo, matrem de filiis latantem. Virtutem Dei pro voluntate sua quælibet commutantem celebrat. Non solum enim, inquit, pauperem divitiis & gloria adficit; sed etiam cum principibus populi collocat, & ad imperium evehit. Magnæ quippe & inenarrabilis virtutis est parva erigere. Potest item hic versus de populo

Hesai. 25. 8. ex gentibus dici: de quo ait Propheta: *Et propterea benedicet tibi populus pauper, & civitates hominum injuria adfectorum benedicent tibi. Fuisti enim omni civitati humili adjutor, & iis qui animo deficiebant propter indigentiam, tegumentum: ab hominibus malignis erues eos: tegumentum sitientium, & spiritus hominum injuria adfectorum.* Hunc enim pauperem & populum egenum a vilibus rebus, a dedecore turbulentorum animi motuum, & a stercore gentilitiarum abominationum erigens, sedere faciet cum principibus Israëlis, qui populus ejus est. Sunt autem Apostoli principes vel patriarchæ Hebraïcæ gentis: quibuscum habitabunt quotquot ex gentibus crediderunt.

Matth. 8. 11. Idipsumque dicit Dominus: *Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac & Jacob in regno cælorum.* Est

A θεὸς πόῤῥωθεν, ὁ μετρήσας τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ καὶ τὴν γῆν δρακὶ, ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς; ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς Ἰουδαίους ἦν αὐτῷ ὁ λόγος, διὰ τοῦτο τέως οὕτω κέχρηται τῷ λόγῳ, συγκαταβαίνων τῇ παχύτητι αὐτῶν, εἶτα κατὰ μικρὸν ἀνάγων αὐτῶν τὴν διάνοιαν καὶ πτεροῦν τὴν γνώμην καὶ ἀναβιβάζων, ἠρέμα ἐπάγει ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, τουτέστι καὶ ἄνω καὶ κάτω. τοῦτο δὲ εἶπε διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν Ἰουδαϊκὴν, τὴν πρὸς τὰ εἴδωλα ἐπτοημένην, καὶ θεοὺς προσκυνοῦσαν τοὺς ἐν τόποις καὶ ναοῖς συγκεκλεισμένους. εἰπὼν γοῦν, ἐν τῷ οὐρανῷ
B καὶ ἐν τῇ γῇ, δίδωσι νοεῖν, ὅτι πανταχοῦ ἐστι, κἀκεῖ καὶ ἐνταῦθα, καὶ διὰ πάντων ἥκει. οὐ γὰρ ὡς ἄν τις ἐν οὐρανῷ συγκεκλεισμένος πόῤῥωθεν βλέπει τὰ ἐν τῇ γῇ, ἀλλὰ πανταχοῦ παρών. καὶ ἀχώρητος ὢν καὶ ἀπερίγραπτος καὶ πᾶσι παριστάμενος. εἶδες πῶς κατὰ μικρὸν πτεροῖ τὴν διάνοιαν τῶν ἀκουόντων; οὐ γὰρ ζητεῖ ὅπως ἄν τις τῆς δόξης εἴποι τοῦ θεοῦ τέως ἐπάξιον, ἀλλ' ὅπως ἐκείνοις χωρητόν. καὶ ἀλλαχοῦ δὲ θρόνος θεοῦ λέγεται ὁ οὐρανὸς ἐκ τοῦ τὰς οὐρανίας δυνάμεις παγίως ἐν αὐταῖς τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν ἐνιδρυμένην ἔχειν καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον,
C διὰ τὸ ἐπὶ γῆς τοῖς ἀνθρώποις τὰ τελευταῖα τῶν περὶ θεοῦ μόλις χωρῆσαι δύνασθαι. ἐνταῦθα δὲ ἀναστήσας ἀπὸ τῆς γῆς τὸν ἀκροατὴν ὁ Δαυὶδ, ἐφ' ἕτερον ἔρχεται τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ δεῖγμα λέγων·

Ὁ ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχὸν, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνυψῶν πένητα, τοῦ καθίσαι αὐτὸν μετὰ ἀρχόντων, μετὰ ἀρχόντων λαοῦ αὐτοῦ. ὁ κατοικίζων στεῖραν ἐν οἴκῳ, μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην. ὑμνεῖ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ, ῥᾳδίως μεταβάλλουσαν ἃ βούλεται. οὐ μόνον
D γάρ, φησι, πλουτίζει τὸν πένητα καὶ δοξάζει, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄρχουσι τοῦ λαοῦ συγκαθίστησι, καὶ εἰς ἀρχὴν ἀνάγει. μεγάλης γὰρ δυνάμεως καὶ ἀφάτου τὸ τὰ μικρὰ ἐπαίρειν. δύναται δὲ ὁ στίχος καὶ περὶ τοῦ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν λαοῦ λέγεσθαι, περὶ οὗ φησιν ὁ προφήτης· καὶ διὰ τοῦτο εὐλογήσει σε ὁ λαὸς ὁ πτωχὸς, καὶ πόλεις ἀνθρώπων ἀδικουμένων εὐλογήσουσί σε. ἐγένου γὰρ πάσῃ πόλει ταπεινῇ βοηθὸς, καὶ τοῖς ἀθυμήσασι δι' ἔνδειαν σκέπη, ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν ῥύσῃ αὐτούς· σκέπη διψώντων, καὶ πνεῦμα ἀνθρώπων ἀδικου-
E μένων. τοῦτον γὰρ τὸν πτωχὸν καὶ πένητα λαὸν, ἀπὸ τῶν χαμαιζήλων πραγμάτων ἐγείρας, καὶ τῆς ἀτιμίας τῶν παθῶν καὶ τῆς κοπρίας τῶν Ἑλληνικῶν μυσαγμάτων, καθίσει μετὰ τῶν ἀρχόντων τοῦ Ἰσραὴλ, ὄντος λαοῦ αὐτοῦ. εἰσὶ δὲ οἱ ἀπόστολοι ἄρχοντες τοῦ Ἑβραίων λαοῦ, ἢ καὶ οἱ πατριάρχαι, μεθ' ὧν κατασκηνώσουσιν οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες. καὶ τοῦτο φησὶν ὁ κύριος, πολλοὶ ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. ἔστι μὲν οὖν

ὁ λόγος καθολικός. εἰ δέ τις καὶ κατὰ ἀναγωγὴν αὐτὸν βουληθείη, ὄψεται τοῦτο πάλιν ἐπὶ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ γενόμενον. τί γὰρ τῆς ἡμετέρας φύσεως πτωχότερον; ἀλλ᾽ ὅμως αὐτὴν ἤγειρε καὶ ἀνήγαγε τὴν ἀπαρχὴν ἡμῶν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἐκάθισε τὸν ὑψηλότερον. κοπρίαν δὲ ἐνταῦθα, τὸ εὐτελὲς λέγει, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀθρόον γενομένην μεταβολήν, δεικνὺς ὅτι πάντα αὐτῷ ῥᾴδια καὶ εὔκολα. ταῦτα δὲ καὶ ἡ μακαρία Ἄννα εἴρηκε, τὸν χαριστήριον ὕμνον προσφέρουσα τῷ θεῷ· κύριος πτωχίζει καὶ πλουτίζει, ταπεινοῖ καὶ ἀνυψοῖ, ἀνιστᾷ ἀπὸ γῆς πένητα, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἐγείρει πτωχὸν, καθίσαι μετὰ δυναστῶν λαοῦ, καὶ θρόνον δόξης κατακληρονομῶν αὐτοῖς. ὁρῶμεν δὲ αὐτὰ διηνεκῶς ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ γινόμενα. οὕτω τὸν μακάριον Δαβὶδ ποιμένα ὄντα, βασιλέα πεποίηκε· οὕτω τὸν Ἰωσὴφ εἰς δουλείαν μεταπεσόντα, ἐπὶ τὸν βασιλικὸν ἐκάθισε θρόνον· οὕτω τὸν Μωσέα προβατέα γενόμενον, δημαγωγὸν ἀπέφηνε τοῦ λαοῦ, καὶ θεὸν ἐχειροτόνησε τοῦ Φαραώ· οὕτω τὰ ἔθνη τῇ δουλείᾳ τῆς ἀσεβείας δουλεύοντα καὶ τῇ κόπρῳ τῆς ἁμαρτίας καὶ βδελυγμίας ἐπικαθήμενα, τῶν τῷ Ἰσραὴλ δεδωρημένων ἠξίωσεν ἀγαθῶν· οὕτω τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν εἰς αὐτὸν καταπεσοῦσαν τὸν τοῦ ᾅδου πυθμένα, ἀνέλαβε καὶ ἀνήγαγε, καὶ ἐκάθισεν ἐπάνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι.

A itaque sermo ille universalis. Quod si quis illum anagogico more excipere velit, is deprehendet hoc ipsum in adventu Christi factum esse. Quid enim naturâ nostrâ egentius? Attamen illam excitavit primitiasque nostras extulit, atque in altissimum cœlum sedere fecit. Stercus autem hoc loco dicit vilitatem illam, & repentinam, quæ inde facta est, mutationem, omnia ipsi facilia & pervia esse declarans. Hæc & beata Anna, hymnum in gratiarum actionem Deo B offerens, dicit: *Dominus pauperem facit, & ditat; humiliat, & erigit; suscitat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem, ut sedere faciat cum optimatibus populi, & thronum gloriæ in hæreditatem ipsis tribuens.* 1. Reg. 2. 7. Hæc porro videmus passim ab universorum Deo effici. Sic beatum Davidem, qui pastor erat, regem constituit; sic Josephum in servitutem delapsum, in regio throno sedere fecit; sic Moysem, qui pastor fuerat, oratorem populi denuntiavit, & deum Pharaonis constituit; sic gentes quæ impietatis servituti C subactæ erant, & stercori peccati & abominationis insidebant, bonis Israëli collatis dignatus est; sic humanam naturam quæ in ipsum inferni profundum deciderat, recepit, reduxit, & supra omnem principatum, potestatem & dominationem sedere fecit, ac supra omne nomen, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro prolatum.

Ἀλληλούϊα. ριγ´.

D

ἘΝ ἐξόδῳ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, οἴκου Ἰακὼβ ἐκ λαοῦ βαρβάρου, ἐγενήθη Ἰουδαία ἁγίασμα αὐτοῦ, Ἰσραὴλ ἐξουσία αὐτοῦ. ὕμνος καὶ οὗτος ἐστὶ τὰς Ἰουδαίοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ παρασχεθείσας εὐεργεσίας διεξιὼν, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν διηγούμενος, καὶ τῶν εἰδώλων κωμῳδῶν τὴν ἀσθένειαν. ἁρμόττει δὲ καὶ οὗτος ὁ ὕμνος τοῖς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκόσι, καὶ τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης ἀπηλλαγμένοις· μανθάνουσι γὰρ ὅσον τὸ μέσον τῶν οὐκ ὄντων πρὸς τὸν ὄντα, καὶ ὡς εἷς ἐστὶ θεὸς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐκ λαοῦ βαρβάρου· ὁ μὲν Ἀκύλας, ἀπὸ λαοῦ ἑτερογλώσσου· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐκ λαοῦ ἀλλοφώνου, ἐκδέδωκεν. ἐγενήθη Ἰουδαία ἁγίασμα αὐτοῦ, Ἰσραὴλ ἐξουσία αὐτοῦ. πάλαι μὲν γὰρ ὅτε διὰ Μωϋσέως τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν ἐποιήσαντο οἱ ἀπὸ τοῦ προτέρου λαοῦ, βραχύ τι μόριον τῆς γῆς καὶ σφόδρα εὐτελὴς γωνία τῆς ἁπάσης οἰκουμένης, Ἰουδαία ἐξείλεκτο τῷ θεῷ, καὶ ἔθνος ἓν τὸ Ἰουδαίων. ἐπεὶ δὲ τῆς σωτηρίου ἐπιφανείας τῆς χάριτος ἁπλωθείσης καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης,

Alleluia. CXIII.

IN exitu Israël de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro, facta est Judæa sanctificatio ejus, Israël potestas ejus. 1. 2.
Hic quoque hymnus est, qui beneficia commemorat Judæis a Deo collata, atque Dei virtutem enarrat, idolorumque imbecillitatem deridet. Convenit item hic hymnus gentilibus qui crediderunt, & ab idolorum errore liberati sunt: discunt enim quantum intersit inter eos qui non sunt & eum qui E est, & quod unus idemque sit veteris & novi Testamenti Deus. Pro illo autem, *De populo barbaro*; Aquila, *De populo alterius linguæ*; Symmachus, *De populo alterius vocis*, edidit. Aquilæ. Symmachi. *Facta est Judæa sanctificatio ejus, Israël potestas ejus.* Olim namque cum prior ille populus Moyse duce transitum faceret ex Ægypto, modica quædam terræ portio, & exiguus totius orbis angulus, Judæa scilicet a Deo electa fuerat, atque una Judæorum natio. Cum autem per salutarem adventum gratia in toto orbe effusa esset, a

solis ortu usque ad occasum laudabile fuit A nomen Domini: ac excelsus non super unam Israëlis gentem, sed excelsus super omnes gentes fuit Dominus.

3. *Mare vidit, & fugit, Jordanis conversus est*
4. *retrorsum. Montes exsultaverunt sicut arietes,*
5. *& colles sicut agni ovium. Quid est tibi ma-*
re quod fugisti, & tu Jordanis, quia conversus
6. *es retrorsum? Montes exsultastis sicut arietes,*
7. *& colles sicut agni ovium? A facie Domini*
8. *mota est terra, a facie Dei Jacob, qui conver-*
tit petram in stagna aquarum, & praeruptum
in fontes aquarum. Videtur mihi rursum hic B
sermo prophetiam edere de gentium omnium vocatione. Olim namque, ait, cum populus ex Ægypto egrederetur, sola Judæa facta est sanctificatio Dei, & solus Israël sub potestate ejus erat. Et olim quidem particularis sensus maris erat, & fluminis & montium & collium: nunc vero universum terræ elementum moveatur & concutiatur; imo potius secundum Aquilam, *parturiat*, ut impleatur quod dictum est per Hesaïam prophetam: *Quis audivit talia, & quis vidit sic? Si parturivit terra* C *in die una, & nata est gens tota simul?* Nam cum vocatio gentium & Dei gratia in universum hominum orbem effundenda esset, necesse prorsus erat simulacra gentium a sæculo stabilita, commotionem & concussionem pati, & dæmones in ipsis habitantes fugere, ut populus ex gentibus per totum orbem Deo nasceretur.

Aquila. Hesai. 66. 7.

1. *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini*
2. *tuo da gloriam: super misericordia tua & ve-*
ritate tua, ne quando dicant gentes, Ubi est
3. *Deus eorum? Deus autem noster in cælo, &* D
4. *in terra omnia quacumque voluit fecit. Simu-*
lacra gentium argentum & aurum, opera ma-
nuum hominum. Hic mihi videtur Spiritus sanctus populi ex circumcisione abjectionem subindicare, atque orationes ipsis tradere ad confitendum, hæcque verba ex ipsorum persona proferre; queis declarat ipsos virtutem sibi prospicientem non ulterius habere: hisque instituuntur ad obsecrandum & dicendum, Nos quidem indigni sumus gratiâ, qua donantur omnes gen- E tes: at ne nobis hæc, facias, Domine; sed propter nomen tuum quod ab initio invocatum est super nos; neque ex justitiis nostris, sed ex misericordia & veritate tua id concedas. Nam si non miserearis, gentes dicent, *Ubi est Deus eorum?* Ne vero umquam hoc dictum proferant, concede ac tribue nobis misericordiam tuam. Etiamsi enim nos inspectio tua non amplius gubernet, sed persuasum habemus te esse in cœlo, & ea facere quæ velis.

ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν αἰνετὸν τὸ ὄνομα κυρίου, καὶ ὑψηλὸς οὐκ ἐπ' ἔθνος τὸν Ἰσραὴλ, ἀλλ' ὑψηλὸς ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη γέγονεν ὁ κύριος.

« Ἡ θάλασσα εἶδε καὶ ἔφυγεν, ὁ Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω· τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡσεὶ κριοὶ, καὶ οἱ βουνοὶ ὡσεὶ ἀρνία προβάτων. τί σοί ἐστι θάλασσα, ὅτι ἔφυγες, καὶ σοὶ Ἰορδάνη ὅτι ἐστράφης εἰς τὰ ὀπίσω; τὰ ὄρη ὅτι ἐσκιρτήσατε ὡσεὶ κριοὶ, καὶ οἱ βουνοὶ ὡσεὶ ἀρνία προβάτων; ἀπὸ προσώπου κυρίου ἐσαλεύθη ἡ γῆ, ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ Ἰακώβ, τοῦ στρέψαντος τὴν πέτραν εἰς λίμνας ὑδάτων, καὶ τὴν ἀκρότομον εἰς πηγὰς ὑδάτων. » δοκεῖ μοι πάλιν ἐντεῦθεν ὁ λόγος τὴν προφητείαν ποιεῖσθαι τῆς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων κλήσεως. πάλαι μὲν γάρ φησι, κατὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν, Ἰουδαία μόνη γέγονεν ἁγίασμα τοῦ θεοῦ, καὶ μόνος Ἰσραὴλ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ. καὶ πάλαι μὲν μερική τις γέγονεν αἴσθησις θαλάσσης, καὶ ποταμοῦ καὶ ὀρῶν καὶ βουνῶν· νῦν δὲ τὸ πᾶν στοιχεῖον τῆς γῆς κινείσθω καὶ σαλευέσθω, μᾶλλον δὲ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ὠδινησάτω, ὅπως πληρωθῇ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Ἠσαΐου προφήτου· « τίς ἤκουσε τοιαῦτα, καὶ τίς ἑώρακεν οὕτως; εἰ ὤδινε γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ ἐτέχθη ἔθνος εἰς ἅπαξ; » τῆς γὰρ κλήσεως τῶν ἐθνῶν καὶ τῆς τοῦ θεοῦ χάριτος μελλούσης χεῖσθαι καθ' ὅλης τῆς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης, ἀνάγκη πᾶσα ἦν τὰ ἐξ αἰῶνος ἱδρυμένα σεβάσματα τῶν ἐθνῶν σάλον καὶ κλόνον παθεῖν, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς δαίμονας φυγεῖν, ἵνα τῷ θεῷ γεννηθῇ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὁ ἐξ ἐθνῶν λαός.

« Μὴ ἡμῖν, κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν· ἐπὶ τῷ ἐλέει σου καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου, μήποτε εἴπωσι τὰ ἔθνη, ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν; ὁ δὲ θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν. τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα τῶν χειρῶν ἀνθρώπων. » ἐνταῦθά μοι δοκεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αἰνίττεσθαι τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ τὴν ἀποβολὴν, εὐχήν τε αὐτοῖς παραδιδόναι εἰς ἐξομολόγησιν, ἐκ προσώπου τε αὐτῶν τὰ παρόντα φάσκειν, δι' ὧν παρίσταται μηκέτι ἔχοντες τὴν ἐπισκοποῦσαν αὐτοὺς θείαν δύναμιν· δι' ὧν διδάσκονται δέεσθαι καὶ παρακαλεῖν διὰ τοῦ λέγειν· ἡμεῖς μὲν ἀνάξιοι τῆς χάριτος, ἧς κατηξίωνται πάντα τὰ ἔθνη. ἀλλὰ μὴ ἡμῖν ποιήσῃς δέσποτα, ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπικληθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μὴ ταῖς ἡμῶν δικαιοσύναις, ἀλλὰ τῷ σῷ ἐλέει χάρισαι καὶ τῇ σῇ ἀληθείᾳ. εἰ γὰρ μὴ ἐλεήσειας, ἐροῦσι τὰ ἔθνη· ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν; ἀλλ' ἵνα μήποτε τοῦτον εἴπωσι τὸν λόγον, χάρισαι ἡμῖν καὶ δώρησαι ἔλεός σου. κἂν γὰρ μὴ ἡμᾶς μηκέτι ἡ σὴ ἐπισκοπὴ διακυβερνᾷ, ἀλλὰ πεπείσμεθά σε εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ταῦτα ποιεῖν ἅπερ ἠβουλήθης.

Μὴ ἡμῖν, κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν, ἐπὶ τῷ ἐλέει σου καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου, μήποτε εἴπωσι τὰ ἔθνη, ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν; ὁ δὲ θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν. τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, στόμα ἔχουσι καὶ οὐ λαλήσουσιν, ὀφθαλμοὺς ἔχουσι καὶ οὐκ ὄψονται· ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀκούσονται· ῥῖνας ἔχουσι καὶ οὐκ ὀσφρανθήσονται· χεῖρας ἔχουσι καὶ οὐ ψηλαφήσουσι, πόδας ἔχουσι καὶ οὐ περιπατήσουσιν, οὐ φωνήσουσιν ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν. ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτά, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. οἶκος Ἰσραὴλ ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς αὐτῶν ἐστιν· οἶκος Ἀαρὼν ἤλπισεν ἐπὶ κύριον, βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς αὐτῶν ἐστιν. οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον ἤλπισαν ἐπὶ κύριον, βοηθὸς καὶ ὑπερασπιστὴς αὐτῶν ἐστιν. κύριος μνησθεὶς ἡμῶν εὐλόγησεν ἡμᾶς. εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἰσραήλ, εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἀαρών· εὐλόγησε τοὺς φοβουμένους τὸν κύριον τοὺς μικροὺς μετὰ τῶν μεγάλων. προσθείη κύριος ἐφ' ὑμᾶς, ἐφ' ὑμᾶς καὶ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς ὑμῶν. εὐλογημένοι ὑμεῖς τῷ κυρίῳ, τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ κυρίῳ, τὴν δὲ γῆν ἔδωκε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε κύριε, οὐδὲ πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς ᾅδου. ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ζῶντες εὐλογήσομεν τὸν κύριον, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος. διέσταλται καὶ ἰδίως ἀφώρισται τοῦ ριγ'. ψαλμοῦ ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων τὰ προκείμενα, ὥστε εἶναι ριδ'. ψαλμὸν τὸν μετὰ χεῖρας. ἐπειδὴ δὲ ἐγκύψας αὐτῇ τῇ Ἑβραίων βίβλῳ, τοὺς αὐτῶν χαρακτῆρας συνημμένους εὗρον καὶ τὰς λέξεις, ἐπέστησα καλῶς ἀκολουθῆσαι τῇ Ἑβραίων βίβλῳ, συνάψαι τε τοῖς προτέροις τὰ προκείμενα, ὥστε εἶναι μέρος αὐτὰ τοῦ ριγ'. ὕμνου. δοκεῖ οὖν τὰ προκείμενα ἀνηρτῆσθαι τῶν προτέρων· παιδεύονται γὰρ οἱ παῖδες οἷς ἐλέγετο· αἰνεῖτε παῖδες κύριον, τουτέστιν ὁ νέος λαός, ποῖον κύριον προσήκει αἰνεῖν· δῆλον δὲ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἐν τῇ ἐξόδῳ Ἰσραὴλ τῇ ἐξ Αἰγύπτου τὰ τοσαῦτα θαυμάσια διαπραξάμενον. ἐκείνοις οὖν ἀκολούθως οἱ αὐτοὶ διδάσκονται τοὺς πάλαι νενομισμένους αὐτῶν θεοὺς ὁποῖοί τινες ἦσαν μὴ ἀγνοεῖν ὅτι ἄψυχοι καὶ πάσης αἰσθήσεως ἐστερημένοι, ὅτι νεκρὰ καὶ κωφὰ καὶ τυφλὰ εἴδωλα, οὐδὲν ὅμοιον ἔχοντα, οὐ φημὶ τῷ μεγάλῳ καὶ παραδοξοποιῷ ποιητῇ τῶν ὅλων, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐσχάτοις τῶν ἐμψύχων, οἷς μέτεστιν αἰσθήσεως· πάντη δὲ ἄψυχος ὕλη καθέστηκεν. κἀκεῖνα μέν, λέγω δὴ τὰ ἔμψυχα ζῶα, θεοῦ λόγῳ συνέστηκεν· οἱ δὲ τῶν ἐθνῶν νενομισμένοι θεοί, ἀνθρωπίνων ἔργων ἀναπλάσματα τυγχάνουσιν.

Divisio psalmi hujus in quibusdam Hebraicis exemplaribus.

A *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomi-*
ni tuo da gloriam: super misericordia tua &
veritate tua, ne quando dicant gentes, Ubi est
Deus eorum? Deus autem noster in cælo & in
terra, omnia quæcumque voluit fecit. Simu-
lacra gentium argentum & aurum, opera ma-
nuum hominum, os habent, & non loquentur; 5.
oculos habent, & non videbunt; aures habent, 6.
& non audient; nares habent, & non odora-
bunt; manus habent, & non palpabunt, pe- 7.
des habent, & non ambulabunt, non vocifera-
buntur in gutture suo. Similes illis fiant qui 8.
B *faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Do-* 9.
mus Israël speravit in Domino, adjutor eorum
& protector eorum est. Domus Aaron speravit
in Domino, adjutor eorum & protector eo- 10.
rum est. Qui timent Dominum speraverunt
in Domino, adjutor eorum & protector eorum 11.
est. Dominus memor nostri benedixit nobis. 12.
Benedixit domui Israël, benedixit domui Aa-
ron: benedixit iis qui timent Dominum, pusil- 13.
lis cum majoribus. Adjiciat Dominus super vos, 14.
super vos & super filios vestros. Benedicti vos 15.
Domino, qui fecit cælum & terram. Cælum 16.
C *cæli Domino, terram autem dedit filiis homi-*
num. Non mortui laudabunt te, Domine, ne- 17.
que omnes qui descendunt in infernum. Sed nos 18.
qui vivimus benedicemus Domino, ex hoc nunc
& usque in sæculum. Hi versiculi in quibusdam exemplaribus a psalmo CXIII. distincti ac separati sunt; ita ut hæc CXIV. psalmum constituant. At cum inspecto Hebræorum libro, eorum dictiones & characteres conjunctos esse repererim, Hebræorum librum sequendum esse, atque prioribus hæc conjungenda esse æstimaD vi, ita ut hæc pars sint centesimi-decimi-tertii hymni. Videntur itaque hæc præcedentibus cohærere. Nam pueri illi, quibus dictum est, *Laudate pueri Dominum*, id est, novus populus, edocentur quem Dominum laudare par sit. Palam autem est eum ipsum esse, qui in exitu Israël de Ægypto tanta miracula edidit. Consequenter igitur ad illa edocentur ipsi, ne ignorent quinam fuerint illi ab se olim dii existimati, quod scilicet anima omnique sensu caruerint, fuerintque mortua, muta & cæca idola, nihil E simile habentia, non dico magno & mirabilium editori, omnium opifici, sed ne vel postremis eorum quæ anima & sensu prædita sunt: sed inanimata prorsus materia fuerint. Et illa quidem, animalia inquam animata, Dei Verbo constiterunt: at illi gentium dii, ut putabantur, humanorum operum figmenta sunt.

Alleluia. CXIV.

1. *Dilexi quoniam exaudiet Dominus vo-*
2. *cem orationis meæ, quia inclinavit au-*
rem suam mihi, & in diebus meis invocabo.
Qui olim Dominum timebat, jam a timore
profectus, & ad dilectionem Dei transgres-
sus, jure dixerit, *Dilexi:* quem porro, nisi
Dominum Deum ex toto corde, virtute at-
que anima; ita ut propter ipsum, vel ad mor-
tem usque concertet pro veritate, ac quam-
vis tentationem sustineat, quodvis pericu-
lum alacriter præ Dei amore subeat? *Quia*
inclinavit aurem suam mihi, & in diebus meis
3. *invocabo. Circumdederunt me dolores mortis,*
4. *pericula inferni invenerunt me. Tribulatio-*
nem & dolorem inveni, & nomen Domini in-
5. *vocavi. O Domine libera animam meam, mise-*
ricors & justus Dominus, & Deus noster mi-
6. *seretur. Custodiens parvulos Dominus, humi-*
7. *liatus sum, & salvavit me. Convertere anima*
mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit
8. *tibi. Quia eripuit animam meam de morte, o-*
culos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu. Hæc,
inquit, omnia propter Deum perpessus di-
lexi illum. Non enim præter voluntatem,
neque refugiendo; sed alacriter me his o-
mnibus tradidi, & hæc amplexus sum pro-
pter amorem Dei; ita ut dicere valeamus,
Psal. 43. 22. *Propter te mortificamur tota die.* Hæc quip-
pe omnia dilexi propter Dominum; ac cum
diligerem, nomen Domini invocavi.

9. *Placebo coram Domino in regione viventium.* Hic mundus vere & ipse mortalis, & morientium locus est. Quia enim rerum visibilium constitutio composita est, omne vero compositum solvitur; cum in mundo & pars mundi simus, necessario naturæ universi consortes sumus; at illic non est immutatio vel corporis vel animæ. Neque enim est cogitationis aberratio, neque sententiæ variatio, cum nulla calamitas pacatum tranquillumque cogitationum ordinem auferat. Illa item est regio viventium, ubi se maximè Deo placiturum propheta prænuntiat; ut qui a nullo extraneo ex numero viventium abscindendus sit. Illa regio est, in qua neque nox, neque somnus, mortis imago, neque cibus neque potus, infirmitatis nostræ fulcimenta, nec quidpiam eorum quæ extrinsecus molestiam creant; sed regio viventium, nec per peccatum morientium; at verâ vitâ viventium in Christo Jesu.

Ἀλληλούϊα. ριδ΄.

Ἠγάπησα ὅτι εἰσακούσεται κύριος τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, ὅτι ἔκλινε τὸ οὖς αὐτοῦ ἐμοί, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις μου ἐπικαλέσομαι. ὁ πάλαι φοβούμενος τὸν κύριον, ἤδη περικόψας ἀπὸ τοῦ φόβου, καὶ μεταβὰς ἐπὶ τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ εἴποι ἄν, ἠγάπησα· τίνα δέ, ἢ δηλαδὴ κύριον τὸν θεὸν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ δυνάμεως καὶ ψυχῆς, ὥστε ἕνεκεν αὐτοῦ καὶ μέχρι θανάτου ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ ἀληθείας, πάντα τε ὑπομεῖναι πειρασμόν, καὶ πάντα κίνδυνον ὑποστῆναι προθύμως διὰ τὴν πρὸς θεὸν ἀγάπην; ὅτι ἔκλινε τὸ οὖς αὐτοῦ ἐμοί, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις μου ἐπικαλέσομαι. περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου, κίνδυνοι ᾅδου εὕροσάν με· θλίψιν καὶ ὀδύνην εὗρον, καὶ τὸ ὄνομα κυρίου ἐπεκαλεσάμην. ὦ κύριε ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου, ἐλεήμων καὶ δίκαιος ὁ κύριος, καὶ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐλεεῖ. φυλάσσων τὰ νήπια ὁ κύριος, ἐταπεινώθην καὶ ἔσωσέ με. ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι κύριος εὐεργέτησέ σε· ὅτι ἐξείλετο τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος. πάντα γὰρ ταῦτα, φησί, διὰ τὸν θεὸν ὑπομείνας ἠγάπησα. οὐ γὰρ παρὰ προαίρεσιν, οὔτε φεύγων, προθύμως δὲ ἐμαυτὸν τούτοις ἅπασιν ἐπιδιδούς, ἔστερξα διὰ τὴν πρὸς τὸν θεὸν ἀγάπην, ὡς δύνασθαι λέγειν· ἕνεκεν σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. πάντα γὰρ ταῦτα ἠγάπησα διὰ τὸν κύριον, καὶ ἀγαπήσας τὸ ὄνομα κυρίου ἐπεκαλεσάμην.

Εὐαρεστήσω ἐνώπιον κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων. ὁ κόσμος οὗτος αὐτός τε ἐστὶ θνητός, καὶ χωρίον ἀποθνησκόντων ἐστίν. ἐπειδὴ γὰρ σύνθετος ἐστὶ τῶν ὁρωμένων ἡ σύστασις· τὸ δὲ σύνθετον ἅπαν διαλύεσθαι πέφυκεν, ἐν τῷ κόσμῳ ὄντες μέρος ὄντες τοῦ κόσμου, ἀναγκαίως τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἀπολαύομεν. ἐκεῖ δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλοίωσις, οὔτε σώματος οὔτε ψυχῆς. οὐδὲ γὰρ ἐστὶ λογισμοῦ παρατροπὴ οὐδὲ μετάθεσις γνώμης, οὐδεμιᾶς περιστάσεως τὸ εὐσταθὲς καὶ ἀτάραχον τῶν λογισμῶν ἀφαιρουμένης. χώρα ἐστὶν ἐκείνη τῶν ἔτι ζώντων, ἐν ᾗ μάλιστα εὐαρεστήσειν τῷ θεῷ ὁ προφήτης κατεπαγγέλλεται, ὡς ὑπ' οὐδενὸς μέλλων τῶν ἔξωθεν διακόπτεσθαι ζώντων. ἐκείνη χώρα ἐν ᾗ οὐκ ἔνι νύξ, οὐκ ἔνι ὕπνος τὸ τοῦ θανάτου μίμημα, οὐκ ἔνι βρῶσις, οὐκ ἔνι πόσις τὰ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ὑπερείσματα, οὐ τῶν ἔξωθέν τι περιστατικῶν· ἀλλὰ χώρα ζώντων οὐκ ἀποθνησκόντων διὰ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ ζώντων τὴν ἀληθινὴν ζωὴν τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Ἀλληλούϊα. ριε΄.

Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα, ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα. ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. τί ἀνταποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; συνῆπται. καὶ ταῦτα τοῖς πρὸ αὐτῶν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ ἀντιγράφῳ, ὥστε ἀπηρτῆσθαι τὴν ἐν αὐτοῖς διάνοιαν τῶν προλελεγμένων, καὶ μέρος εἶναι αὐτῶν. ἐπεὶ μὲν γὰρ εἰρήκει, ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου· καὶ πάλιν, εὐαρεστήσω ἐνώπιον κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων· ἐνταῦθα δὲ ἐπισυνάπτει λέγων· ἐπίστευσα διὸ ἐλάλησα. εἶναι γὰρ χώραν ζώντων ἑτέραν παρὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐπίστευσα, καὶ εἶναι τῆς ψυχῆς ἀνάπαυσιν ἑτέραν παρὰ τὴν ἐπὶ γῆς διατριβήν, ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα, ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα. ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. ἐταπείνωσα ἐμαυτόν, καὶ σφόδρα ἐκάκωσα· οὕτω γὰρ ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών, ἐκακώθην σφόδρα. τοῦτο δὲ ἐποίησα ἐπειδήπερ ἠπιστάμην ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. διόπερ ἀγωνιῶν καὶ φροντίζων, μὴ ἄρα καὶ αὐτὸς ὡς ἄνθρωπος ἀποφηνάμενος περὶ ἐμαυτοῦ καὶ εἰπών, εὐαρεστήσω ἐνώπιον κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων, ψεύσομαι, τούτου χάριν πιστεύσας τῇ μελλούσῃ ζωῇ καὶ τῇ τῆς ψυχῆς ἀναπαύσει, καὶ τῇ χώρᾳ τῶν ζώντων, καὶ διὰ τὸ πιστεῦσαι λαλήσας ταῦτα αὐτά, ἵνα μήποτε ἐκπέσω τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ψευσθῶ τῆς ἐλπίδος, ἐταπείνωσα ἐμαυτὸν σφόδρα.

Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου, πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. λογισμοὶ γὰρ ἀνθρώπων δειλοί, καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι ἡμῶν. φθαρτὸν γὰρ σῶμα βαρύνει ψυχήν, καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφρόντιδα, καὶ μόλις εἰκάζομεν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὰ ἐν χερσὶν εὑρίσκομεν μετὰ πόνου. τὰ δ' ἐν οὐρανοῖς τίς ἐξιχνίασεν; ὅμως ἐγὼ οὐχ ὡς ἄνθρωπος ἐλάλησα· ἦ γὰρ ἂν καὶ ἐψευσάμην· ἀλλ' ἐπίστευσα τοῖς τοῦ θεοῦ λόγοις, καὶ ταῖς τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίαις.

Τί ἀνταποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; ποτήριον τοῦ σωτηρίου λήψομαι, καὶ τὸ ὄνομα κυρίου ἐπικαλέσομαι. τὰς εὐχάς μου τῷ κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. ὦ κύριε ἐγὼ ὁ δοῦλος σός, ἐγὼ δοῦλος σὸς καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου. διέρρηξας τοὺς δεσμούς μου. υἱὸν παιδίσκης φησὶν ἑαυτὸν τῆς ἐκκλησίας. δεσμοὺς δὲ οἷς σειραῖς τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτημάτων κατεσφίγγετο. ἐλευθερωθεὶς δὲ τῆς ἁμαρτίας, καὶ υἱὸς τῆς σῆς παιδίσκης γενόμενος

Alleluia. CXV.

Credidi, propter quod loquutus sum, ego 10.
autem humiliatus sum nimis. Ego autem 11.
dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.
Quid retribuam Domino pro omnibus quæ 12.
retribuit mihi? In Hebraïco exemplari hæc cum præcedentibus conjuncta sunt, ita ut horum sententia cum præmissis cohæreat, & pars eorum sit. Nam cum dixisset ibi, *Convertere anima mea in requiem tuam;* ac rursum, *Placebo in conspectu Domini in regione viventium;* hic subjungit hæc verba, *Credidi, propter quod loquutus sum.* Aliam quippe esse regionem viventium præter humanam vitam credidi, esseque item animæ requiem aliam præter terrenam habitationem *credidi, propter quod loquutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Ego autem dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.* Memetipsum humiliavi, & admodum adflixi: ita enim interpretatus Symmachus est, dicens, *Adflictus sum valde.* Id vero præstiti, quod scirem, omnem hominem esse mendacem: quare contendens ac sollicitudinem gerens, ne, utpote homo, falso de me hanc sententiam protulerim, *Placebo in conspectu Domini in regione viventium.* Ideo cum futuræ vitæ & animæ requiei, necnon regioni viventium fidem habeam; & hæc loquutus sim quia credebam; ne a promissione labar, nec spe frustratus evadam, memetipsum valde humiliavi.

Lectio Hebraici exempl.

Symmachi.

Ego autem dixi in excessu meo, Omnis homo mendax. Nam ratiocinia hominum miserabilia, & fallaces cogitationes nostræ sunt: siquidem corruptibile corpus aggravat animam, & terrenum tabernaculum mentem curis gravem onerat: vixque terrena conjectare possumus, ac quæ præ manibus sunt cum labore deprehendimus. Cœlestia vero quis investigavit? Attamen ego non ut homo loquutus sum; alias enim mentitus essem: sed Dei verbis ac pollicitationibus credidi.

Quid retribuam Domino pro omnibus quæ
retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & 13.
nomen Domini invocabo. Vota mea Domino 14.
reddam coram omni populo ejus: pretiosa in 15.
conspectu Domini mors sanctorum ejus. O Do- 16.
mine ego servus tuus, ego servus tuus & fi-
lius ancillæ tuæ. Dirupisti vincula mea. Se 17.
filium ancillæ dicit, scilicet Ecclesiæ. Vincula vero erant, quibus ceu catenis peccatorum suorum constringebatur. Liberatus autem a peccato, ac filius ancillæ tuæ

Ecclesiæ scilicet effectus, gratiâ tuâ a pristinis peccatis liber evasi. *Tibi sacrificabo ho-*
18. *stiam laudis, & nomen Domini invocabo. Vo-*
ta mea Domino reddam in conspectu omnis popu-
19. *li ejus, in atriis domus Domini, in medio tui*
Jerusalem. Profectum ejus qui talia dicit significat, id est, populi ex gentibus. Per illud enim, *Tibi sacrificabo hostiam laudis,* corpori & sanguini communicabo, ait, & in horum communione nomen tuum invocabo, ac vota gratiarum actionis tibi Domino intus in medio veræ Jerusalem & in conspectu omnis populi reddam, necnon promissiones, quas aliquando feceram.

A τῆς ἐκκλησίας, τῶν προτέρων ἀπῆλθον ἁμαρτημάτων διὰ τῆς σῆς χάριτος. σοὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐν ὀνόματι κυρίου ἐπικαλέσομαι. τὰς εὐχάς μου τῷ κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἐν αὐλαῖς οἴκου κυρίου, ἐν μέσῳ σου Ἱερουσαλήμ. προκοπὴν σημαίνει τῷ ταῦτα λέγοντι, φημὶ δὲ τῷ ἐξ ἐθνῶν λαῷ. τὸ γάρ, σοὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως, τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος, φησί, μεταλήψομαι, καὶ ἐν τῇ τούτων μεταλήψει τὸ ὄνομά σου ἐπικαλέσομαι, καὶ τὰς εὐχαριστηρίους εὐχὰς σοὶ τῷ κυρίῳ ἀποδώσω ἔσοδον ἐν μέσῳ τῆς ἀληθοῦς Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ τὰς ἐπαγγελίας ἅς ποτε ἐποιησάμην.

Alleluia. CXVI.

1. *LAudate Dominum omnes gentes, laudate*
2. *eum omnes populi, quoniam confirmata*
est super nos misericordia ejus, & veritas Domini manet in æternum. Hic itaque sermo gentes omnes alienigenas & peregrinas ad laudem Dei provocat; deindeque a gentibus populos distinguens ait: *Laudent eum omnes populi.* Discrimen autem intelliges, si adtenderis prophetiæ apud Zachariam dicenti (*Zach. 2. 10.*): *Gaude & exsulta filia Sion: ecce ego venio & habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multa ad Dominum, & erunt ei in populum & ego ero eis in Deum.* Quamdiu enim gentes erant, nondum erant populus ejus; a priori autem vita conversæ, ac per lavacrum regenerationis mysteriorum Dei participes effectæ, ejus populi evadunt. Quod ad hanc usque diem per universum orbem impletur, cum infiniti populi, quasi in choros distributi, Deum prophetarum, qui penes Hebræos erant, hymnis celebrent, atque easdem lectiones, disciplinas & dogmata edoceantur. Hæc igitur, quæ ipsis oculis conspicimus, non aliter, quam per solam Salvatoris virtutem in toto gentium orbe constituta sunt.

B

Ἀλληλούϊα. ρις'.

Αἰνεῖτε τὸν κύριον πάντα τὰ ἔθνη, ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ λαοί· ὅτι ἐκραταιώθη τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. ἀνακαλεῖται τοίνυν ὁ λόγος ἐπὶ τὸν ὕμνον τοῦ θεοῦ πάντα τὰ ἀλλογενῆ καὶ ἀλλόφυλα ἔθνη. εἶτα ἀποδιαστείλας τῶν ἐθνῶν τοὺς λαοὺς ἐπιλέγει· ἐπαινεσάτωσαν αὐτὸν πάντες οἱ λαοί. νοήσεις δὲ τὴν διαφορὰν ἐπιστήσας τῇ προφητείᾳ τῇ λεγούσῃ παρὰ τῷ Ζαχαρίᾳ· χαῖρε καὶ εὐ- C φραίνου θύγατερ Σιών· ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει κύριος. καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν κύριον, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν, κἀγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς θεόν. τέως μὲν γὰρ ἔθνη τυγχάνοντα, οὔπω λαὸς ἦν αὐτοῦ, μεταβαλόντα δὲ τοῦ προτέρου βίου, καὶ μετασχόντα τῶν τοῦ θεοῦ μυστηρίων δι' ἀναγεννήσεως καὶ λουτροῦ παλιγγενεσίας γίνονται αὐτοῦ λαοί. ὃ δὴ εἰς ἔτι καὶ νῦν πληροῦται καθ' ὅλης τῆς τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης, μυριάνδρων λαῶν ὥσπερ κατὰ χοροὺς ἱσταμένων καὶ τὸν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν θεὸν ὑμνούν- D των, καὶ τὰ αὐτὰ ἀναγνώσματα, μαθήματά τε καὶ δόγματα διδασκομένων. ταῦτα γοῦν ὀφθαλμοῖς ὁρώμενα, οὐκ ἄλλως, ἢ διὰ μόνης τῆς σωτηρίου δυνάμεως καθ' ὅλης συνέστη τῆς τῶν ἐθνῶν οἰκουμένης.

Ἀλληλούϊα. ριζ.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ ὅτι ἀγαθός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. εἰπάτω δὴ ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ὅτι ἀγαθός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. εἰπάτω δὴ οἶκος Ἀαρὼν ὅτι ἀγαθός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. εἰπάτωσαν δὴ πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον ὅτι ἀγαθός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις, τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη χυθείσης, ὧν ἐθνῶν μέρος τι ἦν καὶ ὁ ἐκ περιτομῆς λαός, καὶ μέρος τὸ πρώτιστον· εἰκότως πρώτους αὐτοὺς ὁ λόγος ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν καλεῖ· ἔπειτα τοὺς ἐξ ἐθνῶν προσεληλυθότας τῷ εὐαγγελίῳ, κατὰ τὸ Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε καὶ ὑπὲρ τῆς παρουσίας αὐτῆς τοῦ χριστοῦ μάλιστα τοὺς Ἰουδαίους εὐχαριστεῖν δεῖ. εἰ γὰρ καὶ τὰ ἐναντία ὑπέμειναν· ἀλλ' οὐ παρὰ τὸν παραγενόμενον, ἀλλὰ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀγνωμοσύνην. αὐτὸς μὲν γὰρ πρὸς αὐτοὺς ἀφίκετο, καὶ συνεχῶς ἔλεγεν· οὐκ ἦλθον ἀλλ' εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ· εἰ δὲ ἀνάξιοι τῆς εὐεργεσίας ἐφάνησαν, ταῖς ἑαυτῶν λογιζέσθωσαν παρανομίαις, καὶ τῇ τῆς ἀγνωμοσύνης ὑπερβολῇ.

Ἐκ θλίψεως ἐπεκαλεσάμην τὸν κύριον, καὶ ἐπήκουσέ μου εἰς πλατυσμόν. κύριος ἐμοὶ βοηθός, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. κύριος ἐμοὶ βοηθός, κἀγὼ ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου. ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον· ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχουσι. πάντα τὰ ἔθνη ἐκύκλωσάν με, καὶ τῷ ὀνόματι κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. κυκλώσαντες ἐκύκλωσάν με, καὶ τῷ ὀνόματι κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον, καὶ ἐξεκαύθησαν ὡσεὶ πῦρ ἐν ἀκάνθαις, καὶ τῷ ὀνόματι κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. ὠσθεὶς ἀνετράπην τοῦ πεσεῖν, καὶ ὁ κύριος ἀντελάβετό μου. ἰσχύς μου, καὶ ὕμνησίς μου ὁ κύριος, καὶ ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν. φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας ἐν σκηναῖς δικαίων. ὠφελήθην δὲ καὶ ὀφθαλμοῖς παραλαβὼν τὰ τέλη τῶν ἀσεβῶν. ἔγνων γὰρ ὅτι ἐξεκαύθησαν ὡς πῦρ ἐν ἀκάνθαις, ἢ ἐσβέσθησαν ὡς πῦρ ἐν ἀκάνθαις ὡς μηκέτι με ταράττεσθαι, εἴ ποτε ὁρῶν ἀσεβεῖς ἐπαιρομένους, καὶ τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ ἐπανισταμένους. πεπαίδευμαι γὰρ ὁποῖον αὐτοὺς τέλος περιμένει.

Δεξιὰ κυρίου ἐποίησε δύναμιν, δεξιὰ κυρίου ὕψωσέ με, δεξιὰ κυρίου ἐποίησε δύναμιν. οὐκ ἀποθανοῦμαι, ἀλλὰ ζήσομαι, καὶ διηγήσομαι τὰ ἔργα κυρίου. παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ κύριος, τῷ δὲ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με. ὅτι μὴ εἰς ἄχρηστον οἱ διωγμοί, ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ

Alleluia. CXVII.

Confitemini Domino quoniam bonus, quo- 1.
niam in seculum misericordia ejus. Dicat 2.
nunc domus Israel quoniam bonus, quoniam in
seculum misericordia ejus. Dicat nunc domus 3.
Aaron quoniam bonus, quoniam in seculum mi-
sericordia ejus. Dicant nunc omnes qui timent 4.
Dom. quoniam bonus, quoniam in seculum
misericordia ejus. In his quoque, effusâ in omnes gentes evangelicâ gratiâ, quarum gentium pars aliqua, imo pars prima, erat populus ex circumcisione; merito Judæos ad confessionem primos sermo evocat: deindeque eos ex gentibus, qui ad Evangelium accesserant, secundum illud, *Judæo primum & Græco.* (Rom. 1. 16.) Si quis autem accurate rem examinaverit, etiam pro adventu Christi Judæos in primis gratias agere decet. Nam etiamsi adversa sunt perpessi, at non ab eo qui in mundum venit; sed ingrati animi pœnas luerunt. Nam ille quidem ad ipsos peregrinatus, frequenter dicebat, *Non veni nisi ad oves quæ perierunt domus Israël:* (Matth. 15. 24.) quod si hoc beneficio indigni sunt habiti, id suis iniquitatibus & ingrato nimium animo suo imputent.

De tribulatione invocavi Dominum, & ex- 5.
audivit me in latitudine. Dominus mihi ad- 6.
jutor, & non timebo quid faciat mihi homo. Do- 7.
minus mihi adjutor, & ego despiciam inimicos
meos. Bonum est confidere in Domino, quam 8.
confidere in homine. Bonum est sperare in Do- 9.
mino, quam sperare in principibus. Omnes gen- 10.
tes circuierunt me, & nomine Domini ultus
sum eos. Circumdantes circumdederunt me, & 11.
nomine Domini ultus sum eos. Circumdederunt 12.
me sicut apes favum, & exarserunt sicut ignis
in spinis, & nomine Domini ultus sum eos.
Impulsus eversus sum ut caderem, & Domi- 13.
nus suscepit me. Fortitudo mea & laus mea 14.
Dominus, & factus est mihi in salutem. Vox 15.
exsultationis & salutis in tabernaculis justo-
rum. Mihi sane profuit quod impiorum finem ipsis oculis perciperem. Novi enim eos exarsisse *sicut ignis in spinis*, aut exstinctos esse *sicut ignis in spinis*; ita ut non ulterius perturber, si videam impios sese erigentes, & in populum Dei insurgentes. Edidici quippe quinam ipsos finis exspectet.

Dextera Domini fecit virtutem, dextera 16.
Domini exaltavit me, dextera Domini fecit
virtutem. Non moriar, sed vivam, & narrabo 17.
opera Domini. Castigans castigavit me Domi- 18.
nus, & morti non tradidit me. Quod persequutiones non inutiles sint, sed ad utilita-

tem & probationem vexatorum cedant, docet his verbis, *Castigans castigavit me Dominus.* Novi enim infirmitatem meam, & a Deo mihi præstitam virtutem non ignoravi. Edidici vero cujusmodi sit dextera illa Domini, quæ inimicos depressit.

19. *Aperite mihi portas justitiæ, ingressus in*
20. *eas confitebor Domino: hæc porta Domini, ju-*
21. *sti intrabunt in eam. Confitebor tibi quoniam*
exaudisti me, & factus es mihi in salutem. Generale igitur omnium virtutum nomen justitiæ adscribitur, quas in specie dividens quispiam jure dixerit; *Aperite mihi portas justitiæ*, portas item prudentiæ, & reliquarum secundum Deum actionum. Postquam autem portas omnes prætergressus fuerit; demum in intima sanctorum, ut quispiam dixerit, perveniens, non multas, sed unam videbit portam ipsius Domini, per quam omnes justi ingredientur. Dixerit porro quispiam, hanc ultimam esse & postremam portam, ultra quam progredi non liceat. Postrema autem Domini porta fuerit con-
Matth. 5. 8. templatio ejus, secundum illud, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

22. *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes,*
23. *hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.*
24. *Hæc dies quam fecit Dominus, exsultemus &*
25. *lætemur in ea. O Domine salva quæso: ô Do-*
26. *mine bene prosperare fac quæso; benedictus qui*
venit in nomine Domini. Quoniam videbat beneficium in orbem terræ conferendum, rerumque mutationem, ac in melius conversionem, hoc bono fruentibus gratulans ait: *O Domine salva quæso; ô Domine bene prosperare fac quæso.* Id est, conserva illos qui his fruuntur, ita ut repleantur, & fructus gratiâ dignos exhibeant: facilem ipsis viam para, ut postquam hæc consequuti fuerint, a talibus bonis ne excidant.

27. *Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis.* Confitentes neminem alium quam ipsum Dominum hæc ipsis ostendisse ac exhibuisse, quare dicunt, *Benediximus vobis*, quia illuxit vestram salutem ostendens. Postquam autem oraverunt & in Spiritu sancto hæc futura prospexerunt prophetæ, beatos prædicant eos qui horum finem & effectum aliquando consequuturi sunt. *Constituite diem solemnem in condensis usque ad cornua altaris*, vos ex gentibus qui in condensis estis. Hoc autem sic Aquila in-
Aquilæ. terpretatus est, *Ligate solemnitatem in pinguibus;*
Symmachi. Symmachus vero, *Colligate in celebritate densitates, usque ad cornua altaris.* His autem præcipit, multis cimeliis domum Dei replere, atque donariis frequentibus ipsam temporibus solemnitatum coronare.

A καὶ δοκιμῇ τῶν πεπειρασμένων γεγόνασι, διδάσκει λέγων· παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ κύριος· ἔγνων γὰρ τὴν ἐμαυτοῦ ἀσθένειαν, καὶ τὴν ἐκ θεοῦ μοι παρασχεθεῖσαν δύναμιν οὐκ ἠγνόησα. ἐπαιδεύθην δὲ ὁποία τίς ἐστιν ἡ δεξιὰ τοῦ κυρίου, ἡ τοὺς πολεμίους ταπεινώσασα.

Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης, εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ· αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι ἐπήκουσάς μου, καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν. τὸ μὲν οὖν γενικὸν ὄνομα πασῶν τῶν ἀρετῶν, τῇ δικαιοσύνῃ περιγράφεται. κατ' εἶδος δὲ λοιπὸν διαιρῶν τις, εἴποι
B ἀναλόγως τὸ, ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης, καὶ πύλας φρονήσεως, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν κατὰ θεὸν πράξεων· ἐπειδὰν δὲ πασῶν παρέλθῃ τῶν πυλῶν, λοιπὸν ἐπὶ τὸ τέλος τῶν ὡς ἂν εἴποι τις ἐνδοτάτω ἁγίων ἐλθὼν, οὐκέτι πολλὰς, ἀλλὰ μίαν ὄψεται πύλην τὴν αὐτοῦ τοῦ κυρίου, δι' ἧς πάντες εἰσελεύσονται οἱ δίκαιοι. εἴποι δ' ἄν τις ταύτην τὴν ὑστάτην καὶ τελευταίαν, ἧς ἐπέκεινα οὐκέτι οἷόν τε εἶναι προσελθεῖν, ὑστάτη δὲ πύλη τοῦ κυρίου ἡ θεωρία ἂν εἴη αὐτοῦ, κατὰ τὸ, μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ
C καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται.

Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες· οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος. ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. ὦ κύριε σῶσον δή, ὦ κύριε εὐόδωσον δή. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. ἐπειδὴ εἶδε τῆς οἰκουμένης τὴν εὐεργεσίαν καὶ τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, καὶ πρὸς τὸ βέλτιον μετάστασιν, συγχαίρων τοῖς ἀπολαύουσι, φη-
D σιν, ὦ κύριε σῶσον δή· ὦ κύριε εὐόδωσον δή. τουτέστι, διάσωσον τοὺς ἀπολαύοντας, ὥστε ἐμπλησθῆναι, καὶ καρποὺς ἀξίους ἐπιδείξασθαι τῆς χάριτος, ῥᾳδίαν αὐτοῖς ποίησον τὴν ὁδὸν, ὥστε μετὰ τὸ τυχεῖν, μὴ ἐκπεσεῖν τῶν τοιούτων καλῶν.

Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐξ οἴκου κυρίου, θεὸς κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. ὁμολογοῦντες ὅτι ταῦτα αὐτοῖς οὐδεὶς ἄλλος ἢ αὐτὸς ὁ κύριος ἐπέφανέ τε καὶ ἔδειξεν· διό φασιν, εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ὅτι ἐπέφανε τὴν ὑμετέραν δείξας σωτηρίαν. ἐπευξάμενοι καὶ τὰ μέλλοντα προθεωρήσαντες τῷ
E ἁγίῳ πνεύματι τὰ προκείμενα οἱ προφῆται μακαρίζουσι τοὺς μέλλοντας τῶν ἀποτελεσμάτων ποτὲ καταξιοῦσθαι. συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου, ὑμεῖς οἱ ἐξ ἐθνῶν ἐν τοῖς πυκάζουσι. τοῦτο δὲ ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν εἰπών· δήσατε ἑορτὴν ἐν πιμελέσιν· ὁ δὲ Σύμμαχος· συνδήσατε ἐν πανηγύρει πυκάσματα, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. προστάττει δὲ διὰ τούτων πολλοῖς κειμηλίοις πληροῦν τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ, καὶ ἀναθήμασι πυκνοῖς στεφανοῦν αὐτὸν κατὰ τοὺς τῶν ἑορτῶν καιρούς.

Θεός μου εἶ σύ, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι· Θεός μου εἶ σύ, καὶ ὑψώσω σε. προστάττεται δὲ ὁ συγκροτηθεὶς ἐν Χριστῷ λαὸς ἔκ τε τοῦ Ἰσραὴλ καὶ ἐκ τοῦ οἴκου Ἀαρὼν, καὶ ἐκ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον ἐξομολογεῖσθαι καὶ λέγειν ἐν τῇ ἐξομολογήσει, τὸ, Θεός μου εἶ σύ, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι· Θεός μου εἶ σύ, καὶ ὑψώσω σε. ἐξομολογήσομαί σοι ὅτι ἐπήκουσάς μου, καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν. τίνι δὲ ταῦτα λέγει ἢ τῷ ἀνωτέρω δεδηλωμένῳ Κυρίῳ τῷ καὶ ἐκ θλίψεως ῥυσαμένῳ αὐτὸν, τῷ καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ταπεινώσαντι, τῷ καὶ τὸν λίθον τὸν ἀποβληθέντα παρὰ τῶν οἰκοδόμων ὑψώσαντι, τῷ καὶ εὐοδώσαντι καὶ σώσαντι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας. ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

A Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus 28.
meus es tu, & exaltabo te. Populus ex Israël, ex
domo Aaron & ex timentibus Dominum, in
Christo congregatus, jubetur confiteri ac
dicere: *Deus meus es tu, & confitebor tibi.*
Deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor ti-
bi, quoniam exaudisti me, & factus es mihi
in salutem. Cui porro hæc dicit, nisi Do-
mino superius declarato, qui de tribulatio-
ne ipsum liberavit, qui etiam inimicos ejus
depressit, qui reprobatum ab ædificanti-
B bus lapidem exaltavit, qui fideles suos be- 29.
ne prosperare fecit & salute donavit. *Con-*
fitemini Domino quoniam bonus, quoniam in
seculum misericordia ejus.

Ἀλληλούϊα. ριη'.

Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν τῇ ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου. μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν. οὐ γὰρ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ ἐπορεύθησαν. σὺ ἐνετείλω τὰς ἐντολάς σου φυλάξασθαι σφόδρα. ὄφελον κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοί μου τοῦ φυλάξασθαι τὰ δικαιώματά σου. τότε οὐκ αἰσχυνθῶ ἐν τῷ με ἐπιβλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντολάς σου. ἐξομολογήσομαί σοι ἐν εὐθύτητι καρδίας, ἐν τῷ μεμαθηκέναι με τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. τὰ δικαιώματά σου φυλάξω, μή με ἐγκαταλίπῃς ἕως σφόδρα. ἄμωμοι δ' ἂν εἶεν καὶ οἱ τέλειοι ἐν ὁδῷ, οὓς καὶ μακαρίους ἀποφαίνειν διδάσκεται ὁ ἐν ἀρχαῖς τυγχάνων τῶν θείων μαθημάτων· ὡς ἂν μὴ ἐπιτρίβοιτο αὐτὸς χαυνούμενος, ὡς ἤδη μακάριος· γινώσκῃ δὲ ὅτι μακρὰν ἀφέστηκε τῶν μακαριζομένων. μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν. περὶ τῶν μαρτυρίων ἤδη διηγησάμεθα, ὁδὸς δὲ τῶν μαρτυρίων τούτων, εἴη ἂν τὸ ὁδεῦσαι κατὰ τὸ βούλημα αὐτῶν, οὐκ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ μετὰ πάσης εὐφροσύνης, καθ' ὃ ὁ προφήτης φησίν· ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον ὅτ' ἂν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου.

Ἐν τίνι κατορθώσει νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, E ἐν τῷ φυλάξασθαι τοὺς λόγους σου. ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐξεζήτησά σε, μὴ ἀπώσῃ με ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου. ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι. εὐλογητὸς εἶ Κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. ἐν τοῖς χείλεσί μου ἐξήγγειλα πάντα τὰ κρίματα τοῦ στόματός σου. ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ. ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσω, καὶ κατανοήσω τὰς ὁδούς σου. ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω, οὐκ

Alleluia. CXVIII.

Beati immaculati in via, qui ambulant 1.
in lege Domini. Beati qui scrutantur te- 2.
C *stimonia ejus, in toto corde exquirent eum.*
Non enim qui operantur iniquitatem in viis 3.
ejus ambulaverunt. Tu mandasti mandata tua 4.
custodiri nimis. Utinam dirigantur viæ ad 5.
custodiendas justificationes tuas. Tunc non con- 6.
fundar, cum respexero omnia mandata tua.
Confitebor tibi in rectitudine cordis, quod di- 7.
dicerim judicia justitiæ tuæ. Justificationes tuas 8.
custodiam, non me derelinquas usquequaque.
Immaculati sane fuerint qui perfecti sunt in via, quos beatos prædicare docetur is qui in divinarum disciplinarum principiis & ru- D dimentis versatur; ne ipse inflatus nocumento adficiatur, ut jam se beatum æstimans; sed agnoscat se procul abesse ab iis qui beati prædicantur. *Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirent eum.* De testimoniis jam disseruimus: via igitur hujusmodi testimoniorum fuerit, secundum eorum mentem progredi, non ex tristitia, aut ex necessitate; sed cum omni lætitia, quemadmodum ait propheta, *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.*

In quo corriget junior viam suam, in custo- 9.
diendo sermones tuos. In toto corde meo ex- 10.
quisivi te, ne repellas me a mandatis tuis. In 11.
corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem
tibi. Benedictus es, Domine, doce me justifi- 12.
cationes tuas. In labiis meis enuntiavi omnia 13.
judicia oris tui. In via testimoniorum tuorum 14.
delectatus sum sicut in omnibus divitiis. In 15.
mandatis tuis exercebor, & considerabo vias
tuas. In justificationibus tuis meditabor; non 16.

oblivifcar fermones tuos. Jufti judicii tui fermones, inquit, memoria repetens, magnam hinc utilitatem nactus fum. Timeo autem ne aliquando in horum oblivionem veniam: quare orationem effudi; ut per totam vitam meam, & omni tempore, judicii tui memor fim; five alio modo, Univerfalis providentiæ tuæ, Domine, judicia tua noffe concupivit anima mea.

17. *Retribue fervo tuo, vivam & cuftodiam fer-*
18. *mones tuos. Revela oculos meos, & confiderabo*
19. *mirabilia tua de lege tua. Incola ego fum in ter-*
20. *ra, non abfcondas a me mandata tua. Concupivit*
anima mea defiderare juftificationes tuas in o-
21. *mni tempore. Increpafti fuperbos, maledicti qui*
22. *declinant a mandatis tuis. Aufer a me oppro-*
brium & contemtum, quia teftimonia tua ex-
23. *quifivi. Etenim federunt principes & adver-*
fum me loquebantur, fervus autem tuus exer-
24. *cebatur in juftificationibus tuis. Nam & tefti-*
monia tua meditatio mea eft, & confilia mea
juftificationes tuæ. Aliquando, inquit, exprobrabant mihi, olim cum peccata in me exftiterent; aliquando defpiciebant vilipendentes, quafi nullius pretii hominem. Ego vero feorfim fedens, ac divinis fermonibus animum adhibens, neminemque habens quicum confulerem, nullamque aliam nactus confolationem, juftificationibus tuis pro confiliariis utebar.

25. *Adhæfit pavimento anima mea, vivifica me*
26. *fecundum verbum tuum. Vias meas enuntia-*
vi, & exaudifti me, doce me juftificationes
27. *tuas. Viam juftificationum tuarum intelligere*
28. *me fac, & exercebor in mirabilibus tuis. Dor-*
mitavit anima mea præ tædio, confirma me in
29. *verbis tuis. Viam iniquitatis amove a me, &*
lege tua miferere mei. Sicut initium dormiendi eft dormitatio; fic cum anima initium peccandi facit, dormitare dicitur, dum ad peccatum quafi ad fomnum trahitur; fed ex memoria meliorum inde emergit ac excitatur. Neceffario autem prudentia muniri, & oculos meos lumine perfundi tuo poftulo ad intelligendam legem, ut omnis via iniquitatis amoveatur a me. Pro illo autem, *Viam iniquitatis amove a me*; Aquila, *Viam mendacii amove a me*, edidit; Symmachus vero, *Viam mendacem aufer a me*; ut prior expofitio vera fit. Nam precatur unufquifque, ut extra falfam quamlibet fententiam & mendacem de divinis Scripturis opinionem verfetur.

Aquilæ. Symmachi.

30. *Viam veritatis elegi, judicia tua non fum*
oblitus. Hunc quidem verfum ille tantum dicito, qui ea quæ fub adfpectum cadunt, tamquam temporanea defpicit; invifibilia autem, ut fempiterna ac fola vera, contemplatur, & ad illa feftinat. Siquidem illa ve-

ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου. τοὺς δικαιοκρισίας σου φησὶ λόγους ἀναλαμβάνων τῇ μνήμῃ τὰ μέγιστα ὠφελοῦμαι. φοβοῦμαι δὲ μήποτε τῆς αὐτῶν λήθη ἐν ἐμοὶ γένηται, διόπερ εὐχὴν ἐποιησάμην τὸ δι᾽ ἁπάσης τῆς ἐμαυτοῦ ζωῆς, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ τῆς σῆς μνημονεύειν κρίσεως· ἢ καὶ ἄλλως, τῆς σῆς καθ᾽ ὅλου προνοίας ὦ κύριε, τὰ κρίματα εἰδέναι ἐπεθύμησεν ἡ ψυχή μου.

Ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου ζήσομαι καὶ φυλάξω τοὺς λόγους σου. ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσιά σου ἐκ τοῦ νόμου σου. πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ, μὴ ἀποκρύψῃς ἀπ᾽ ἐμοῦ τὰς ἐντολάς σου. ἐπεπόθησεν ἡ ψυχή μου τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματά σου ἐν παντὶ καιρῷ. ἐπετίμησας ὑπερηφάνοις, ἐπικατάρατοι οἱ ἐκκλίνοντες ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου. περίελε ἀπ᾽ ἐμοῦ ὄνειδος καὶ ἐξουδένωσιν, ὅτι τὰ μαρτύριά σου ἐξεζήτησα. καὶ γὰρ ἐκάθισαν ἄρχοντες καὶ κατ᾽ ἐμοῦ κατελάλουν, ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου. καὶ γὰρ τὰ μαρτύριά σου μελέτη μου ἐστὶ, καὶ αἱ συμβουλίαι μου τὰ δικαιώματά σου. ποτὲ μὲν ὠνείδιζόν με, φησὶν, πάλαι εἰ τύχοι ἁμαρτήματα· ποτὲ δὲ ἐξουδενοῦν ἐξευτελίζοντες, ὡς οὐδενὸς ἄξιον λόγου. ἐγὼ δὲ κατὰ μόνας καθήμενος, καὶ τοῖς θείοις λόγοις προσανέχων, καὶ μηδένα κεκτημένος σύμβουλον, μηδ᾽ ἄλλην ἔχων παραμυθίαν, τοῖς σοῖς δικαιώμασιν ἀντὶ συμβούλων ἐχρώμην.

Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου· ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου. τὰς ὁδούς μου ἐξήγγειλα καὶ ἐπήκουσάς μου· δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. ὁδὸν δικαιωμάτων σου συνέτισόν με, καὶ ἀδολεσχήσω ἐν τοῖς θαυμασίοις σου. ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας, βεβαίωσόν με ἐν τοῖς λόγοις σου. ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ᾽ ἐμοῦ, καὶ τῷ νόμῳ σου ἐλέησόν με. ὥσπερ ἀρχὴ κοιμήσεως ἐστὶ νυσταγμός· οὕτως ποτὲ καὶ ψυχὴ ἐν ἀρχῇ γενομένη ἁμαρτημάτων, λέγεται νυστάζειν, καθελκομένη μὲν ὥσπερ εἰς ὕπνον τὸ ἁμάρτημα, ἀνανεύουσα δὲ καὶ ἐγειρομένη διὰ τῆς τῶν κρειττόνων μνήμης. ἀναγκαίως δὲ συνετισθῆναι ἀξιῶ, καὶ φωτισθῆναι τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς κατανόησιν τοῦ νόμου, ἵνα πᾶσα ὁδὸς ἀδικίας ἀποστῇ ἀπ᾽ ἐμοῦ. ἀντὶ δὲ τοῦ, ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ᾽ ἐμοῦ, ὁ μὲν Ἀκύλας ὁδὸν ψεύδους ἀπόστησον ἀπ᾽ ἐμοῦ εἴρηκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὁδὸν ψευδῆ περίελε ἀπ᾽ ἐμοῦ, ὡς ἀληθεύειν τὴν προειρημένην ἐξήγησιν. εὔχεται γὰρ ἕκαστος ἐκτὸς γενέσθαι πάσης ψευδοδοξίας, καὶ τῆς περὶ τὰς θείας γραφὰς ψευδοῦς ὑπολήψεως.

Ὁδὸν ἀληθείας ᾑρετισάμην, τὰ κρίματά σου οὐκ ἐπελαθόμην. τὸν στίχον τοῦτον ἐρεῖ μόνος ὁ καταφρονῶν μὲν τῶν βλεπομένων ὡς προσκαίρων, σκοπῶν δὲ τὰ μὴ βλεπόμενα ὡς αἰώνια, καὶ μόνα κυρίως ἀληθῆ, καὶ ἐπ᾽ ἐκεῖνα σπεύδων· ἐκεῖ ἀληθείας γὰρ ὁδὸς ...

αἱρεῖται ὁ πραγματευόμενος τὸν κάτω πλοῦτον, καὶ τὰς ἐπὶ γῆς δόξας. ὁ οὖν ἑλόμενος ὁδεύειν ὡς ἀποδέδωκα μὲν τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν, οὗτος οὐκ ἐπιλανθανόμενος τῶν κριμάτων τοῦ θεοῦ καὶ τῶν ἀνταποδόσεων αὐτοῦ, τὸ τοιοῦτον πράττει. ὁ φιλαλήθης καὶ μήποτε προφέρων ψευδῆ λόγον διὰ στόματος, εἴποι ἂν, ὁδὸν ἀληθείας ᾑρετισάμην. ἀλλὰ καὶ ὁ διὰ παντὸς πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος τὰ τοῦ θεοῦ κρίματα καὶ ἐπὶ πάσῃ πράξει μεμνημένος αὐτῶν ἐρεῖ· τὰ κρίματά σου οὐκ ἐπελαθόμην.

Ἐκολλήθην τοῖς μαρτυρίοις σου κύριε, μή με καταισχύνῃς. κεκόλληται τοῖς μαρτυρίοις ὁ ἐπὶ λόγοις τοῖς περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς, ἤ τινος τῶν γεγραμμένων παραδεδομένοις ἑνῶν ἑαυτὸν, καὶ μηδαμῶς αὐτῶν ἀφεστηκώς. οὗτος καὶ θαρρείτω κἂν πρότερον ἔργα αἰσχύνης πεποιηκὼς, ἢ καὶ αἰτείτω ἀπὸ θεοῦ ἄφεσιν, καὶ λεγέτω, κύριε μή με καταισχύνῃς. ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. διέδραμόν φησιν ἐν βραχεῖ χρόνῳ, οὐ μιᾶς ἐντολῆς, ἀλλὰ πασῶν ἐντολῶν σου τὴν ὁδὸν ἔργοις ἐπιτελῶν, καὶ αὐταῖς πράξεσι τὰ ὑπὸ τῶν ἐντολῶν σου διηγορευμένα. ὅθεν καὶ Παῦλος τετελεκὼς τοῦτο φησίν· τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα.

Νομοθέτησόν με κύριε τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου· καὶ ἐκζητήσω αὐτὴν διαπαντός. τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῦ θεοῦ αἰτεῖ, τὸ δὲ ἐπαγγέλλεται ἐξ ἑαυτοῦ συνεισοίσειν. σὺ μὲν γάρ φησιν ὦ κύριε, νομοθέτησόν με τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου· ἐγὼ δὲ τὸν τῆς ζωῆς μου ἅπαντα χρόνον ἐπιδώσω ἐν αὐτῷ εἰς διαζήτησιν αὐτῆς.

Συνέτισόν με, καὶ ἐξερευνήσω τὸν νόμον σου, καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. βούλεται ἐξερευνῆσαι τὸν νόμον τοῦ θεοῦ ὁ προφήτης ἐπιστάμενος ὅτι οὐκ ἔστι σαφὴς καὶ εὐκαταφόρητος. συνέτισόν με τοίνυν, ἵνα ζητήσω αὐτὸν μετὰ τῆς πρεπούσης ἐρεύνης καὶ ἐπιστασίας, ὡς ἐξ αὐτοῦ λαβεῖν τῶν πρακτέων καὶ θεωρητῶν τὴν χρῆσιν καὶ κατάληψιν. οὕτω γὰρ δυνήσομαι φυλάξαι αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἀνενδοιάστως αὐτῷ προσερχόμενος. εἰ δὲ συνέσεως δεῖται ἵνα μόνον ἐρευνήσῃ τὸν νόμον, τίνος δεῖται, συνέσεως ἀπὸ θεοῦ διδομένης, ἵνα εὕρῃ τὸ τέλος;

Ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου, ὅτι αὐτὴν ἠθέλησα. ἵνα εἴπῃ τὸν νόμον, ἤτοι, τὴν τρίβον. ἔστι γὰρ ἐντολῶν τρίβος. τρίβος δὲ λέγεται ἡ τετριμμένη ὁδὸς, ἣν πολλοὶ πρὸ ἡμῶν ἐπορεύθησαν τῶν δικαίων. ἐὰν δέ τις μὴ ὁδηγῷ χρήσηται τῷ δικαίῳ, οὐ δύναται ὁδεῦσαι κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ. Χριστοῦ γὰρ ἡμᾶς δεῖ γίνεσθαι μιμητὰς, καὶ αἴρειν τὸν σταυρὸν καὶ ἀκολουθεῖν ὀπίσω αὐτοῦ.

Κλῖνον τὴν καρδίαν μου εἰς τὰ μαρτύριά σου, καὶ μὴ εἰς πλεονεξίαν. ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα, ἐν τῇ ὁδῷ σου ζῆσόν

A ritatis via non est, quam eligit is qui terrenas divitias ac mundi gloriam sectatur. Qui igitur, ut diximus, in veritatis via incedere cooptavit, hic non immemor judiciorum Dei, & retributionum ejus, eo sese modo gerit. Qui veritatis amans est, & mendacia ore suo numquam profert, dixerit, *Viam veritatis elegi.* Sed etiam qui Dei judicia præ oculis semper habet & in omni opere suo eorum meminit, dicet, *Judicia tua non sum oblitus.*

Adhæsi testimoniis tuis, Domine, noli me 31.
B *confundere.* Ille testimoniis adhæret, qui sermonibus de cœlo & terra, vel quavis alia de re scripto traditis sese addicit,* & nullatenus ab iis recedit. Hic vero confidat, licet prius opera turpia perpetrarit; sive etiam postulet a Deo remissionem, & dicat,
Domine noli me confundere. Viam mandatorum 32.
tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Brevi, inquit, tempore decucurri non unius, sed omnium mandatorum tuorum viam, operibus & actionibus meis ea complens, quæ mandatis tuis enuntiantur. Quamobrem
C Paulus cum ea consummasset, ait, *Cursum* 2. Tim. 4. 7.
consummavi, fidem servevi.

Legem pone mihi, Domine, viam justifica- 33.
tionum tuarum, & exquiram eam semper. Aliud a Deo petit, aliud ex parte sua se collaturum promittit. Tu enim, inquit, Domine, legem pone mihi viam justificationum tuarum: ego autem toto vitæ meæ tempore in ejus inquisitione persistam.

Da mihi intellectum, & scrutabor legem tu- 34.
am, & custodiam illam in toto corde meo. Vult propheta legem Dei scrutari, gnarus eam
D non claram & captu facilem. Itaque da mihi intellectum, ait, ut congruenti cum examine & attentione perquiram illam; ut ex illa rerum quas vel agere vel contemplari opus est, usum captumque assequar: sic namque potero eam in toto corde custodire, ac sine dubitatione adire illam. Quod si intellectu opus sit ut legem dumtaxat scruteris, quantam a Deo intelligentiam accipere opus habes, ut finem ejus reperias?

E *Deduc me in semitam mandatorum tuorum,* 35.
quia ipsam volui. Hic semitam pro lege dicit: nam mandatorum semita quædam est. Semita autem dicitur via trita, in qua multi ante nos justi ambularunt. Si quis autem justo duce non utatur, non potest secundum præcepta Dei ambulare. Nam Christi nos imitatores esse, ac tollere crucem, ipsumque sequi oportet.

Inclina cor meum in testimonia tua, & non 36.
in avaritiam. Averte oculos meos ne videant 37.
vanitatem; in via tua vivifica me. Statue 38.

39. *servo tuo eloquium tuum in timore tuo. Am-*
puta opprobrium meum quod suspicatus sum,
40. *quia judicia tua jucunda. Ecce concupivi man-*
data tua, in justitia tua vivifica me. Omnia
ad Deum viri sancti referunt, docentes ni-
hil nos sine Deo posse. *Nisi enim in me man-*
Joan. 15. *seritis,* inquit, *nihil potestis facere.* Sed for-
tasse nonnemo dixerit: Si omnia ad Deum
referuntur, ubi est id quod meæ facultatis
est? Sin minus, ubique sane miscet ea quæ
a Deo sunt cum iis quæ in nostra sunt pote-
state. A Deo certe illud est, *Legem pone mi-*
hi, Domine, viam justificationum tuarum: no-
strarum autem partium est illud, *Et exqui-*
ram eam semper. A Deo rursum postulo, *Da*
mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, ad
me vero pertinet illud, *Et custodiam illam*
in toto corde meo. Tertio item a Deo id ex-
peto, *Deduc me in semitam mandatorum tuo-*
rum: quid autem ad me spectat? *Quia i-*
psam volui, videlicet legem supra memo-
ratam; ita ut petamus ut quæ a Deo sunt
adsint nobis, ea promittentes quæ nostræ
facultatis sunt, neque irrita illa facientes,
ne pacta cum Deo nostra violemus.

41. *Et veniat super me misericordia tua, Do-*
mine, salutare tuum secundum verbum tuum.
42. *Et respondebo exprobrantibus mihi verbum,*
43. *quia speravi in sermonibus tuis. Et ne aufe-*
ras de ore meo verbum veritatis usque valde,
44. *quia in judiciis tuis supersperavi. Et custo-*
diam legem tuam semper, in sæculum & in
45. *sæculum sæculi. Et ambulabam in latitudine,*
46. *quia mandata tua exquisivi. Et loquebar in*
testimoniis tuis in conspectu regum, & non
confundebar. Hoc pulcre quadraverit in eum
qui ad nomen Christi confitendum ante re-
47. ges & præsides ducitur. *Et meditabar in*
48. *mandatis tuis, quæ dilexi valde. Et levavi*
manus ad mandata tua quæ dilexi, & exer-
cebar in justificationibus tuis. Levare ma-
nus ad mandata, est omnem actionem ad
divina mandata spectantem edere. Utrum-
que igitur de se psalmista testificatur: at-
que una nobis præcipit ut mandata Dei
perficiamus; quinetiam ut plurimum illa
meditemur & contemplemur; ita enim id
obtinebimus, ut & ipsi accuratius exsequa-
mur, & aliis exsequendi auctores simus.

49. *Memor esto verborum tuorum servo tuo, in*
50. *quo mihi spem dedisti. Hæc me consolata est*
in humilitate mea, quia eloquium tuum vivi-
51. *ficavit me. Superbi inique agebant usque val-*
de, a lege autem tua non declinavi. Cum he-
terodoxi superbe contra legem agerent,
ut eam traducerent, ego ejus observationi
admodum adtendebam, meum erga illam
adfectum ne minimum quidem titubare
52. permittens. *Memor fui judiciorum tuorum a*

A με. στῆσον τῷ δούλῳ σου τὸ λόγιόν σου εἰς τὸν φόβον σου. περίελε τὸν ὀνειδισμόν μου ὃν ὑπώπτευσα, ὅτι τὰ κρίματά σου χρηστά. ἰδοὺ ἐπεθύμησα τὰς ἐντολάς σου, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν με. πάντα ἐπὶ τὸν θεὸν ἀναφέρουσιν οἱ ἅγιοι, διδάσκοντες ἡμᾶς ὅτι χωρὶς θεοῦ οὐδὲν δυνάμεθα. ἐὰν γὰρ μὴ ἐν ἐμοί φησι μένετε, οὐδὲν δύνασθε ποιεῖν. ἀλλ' ἴσως τις ἐρεῖ· εἰ πάντα ἀναφέρεται ἐπὶ τὸν θεὸν, ποῦ τὸ ἐπ' ἐμοί; εἰ δὲ μὴ, πανταχοῦ ἐπέπλεξε τοῖς ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὰ ἐφ' ἡμῖν. ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὸ, νομοθέτησόν με κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου. τὸ δ' ἐφ' ἡ-
B μῖν, καὶ ἐκζητήσω αὐτὴν διαπαντός. ἀπὸ θεοῦ αἰτῶ πάλιν. συνέτισόν με καὶ ἐξερευνήσω τὸν νόμον σου. τὸ δ' ἐπ' ἐμοὶ, καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ. καὶ τρίτον ἀπὸ θεοῦ αἰτῶ λέγων, ὁδήγησόν με ἐν τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου, τί τὸ ἐπ' ἐμοί; ὅτι αὐτὸν ἠθέλησα. δῆλον δὲ ὅτι τὸν ἀνωτέρω εἰρημένον νόμον, ὥστε αἰτῶμεν τὰ ἀπὸ θεοῦ προσγίνεσθαι ἡμῖν, ἐπαγγελλόμενοι καὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν καὶ μὴ ψευδόμενοι, ἵνα μὴ τὰς πρὸς θεὸν ἀθετῶμεν συνθήκας.

C Καὶ ἔλθοι ἐπ' ἐμὲ τὸ ἔλεός σου κύριε, τὸ σωτήριόν σου κατὰ τὸν λόγον σου, καὶ ἀποκριθήσομαι τοῖς ὀνειδίζουσί μοι λόγον, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ τοῖς λόγοις σου. καὶ μὴ περιέλῃς ἐκ τοῦ στόματός μου λόγον ἀληθείας ἕως σφόδρα, ὅτι ἐπὶ τοῖς κρίμασί σου ἐπήλπισα. καὶ φυλάξω τὸν νόμον σου διαπαντὸς εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. καὶ ἐπορευόμην ἐν πλατυσμῷ, ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξεζήτησα. καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην. χαριέντως ἁρμόσειε τοῦτο, τῷ ἐπὶ ἡγε-
D μόνας καὶ βασιλεῖς ἀγομένῳ ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος Χριστοῦ μαρτυρεῖν. καὶ ἐμελέτων ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου, αἷς ἠγάπησα σφόδρα. καὶ ἦρα τὰς χεῖράς πρὸς τὰς ἐντολάς σου, ἃς ἠγάπησα, καὶ ἠδολέσχουν ἐν τοῖς δικαιώμασί σου. ἆραι χεῖρας πρὸς ἐντολὰς, ἐστὶ τὸ πᾶσαν πρᾶξιν πρὸς ἐντολὰς θείας ἁρμοζομένην ἐργάζεσθαι. ἑκάτερον μὲν ὁ ψαλμῳδὸς ἑαυτῷ μαρτυρεῖ. ὁμοῦ δὲ ἡμῖν νομοθετεῖ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ θεοῦ παρέχειν τὴν κατόρθωσιν, παρέχειν δὲ καὶ τὴν ἐπὶ πολὺ μελέτην καὶ θεωρίαν· οὕτω γὰρ αὐτοί τε κατορθοῖμεν ἀκριβέστερον, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐνά-
E γειν εἰς κατόρθωσιν ἔχοιμεν.

Μνήσθητι τῶν λόγων σου τῷ δούλῳ σου, ᾧ ἐπήλπισάς με. αὕτη με παρεκάλεσεν ἐν τῇ ταπεινώσει μου, ὅτι τὸ λόγιόν σου ἔζησέ με. ὑπερήφανοι παρηνόμουν ἕως σφόδρα, ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐξέκλινα. τῶν ἑτεροδόξων ἀλαζονευομένων κατὰ τοῦ νόμου τῷ διαβάλλειν αὐτὸν, ἐγὼ σφόδρα τῆς φυλακῆς αὐτοῦ περιειχόμην, μηδὲ κατ' ὀλίγον κλονῆσαι τὴν πρὸς αὐτὸν συγκατάθεσιν ἀνεχόμενος. ἐμνήσθην τῶν κριμάτων σου ἀπ' αἰῶ-

νος

νος, κύριε, καὶ παρεκλήθην. ἀθυμία κατέσχε με ἀπὸ ἁμαρτωλῶν τῶν ἐγκαταλιμπανόντων τὸν νόμον σου. ψαλτὰ ἦσάν μοι τὰ δικαιώματά σου ἐν τόπῳ παροικίας μου. ἐμνήσθην ἐν νυκτὶ τοῦ ὀνόματός σου, κύριε, καὶ ἐφύλαξα τὸν νόμον σου. αὕτη ἐγενήθη μοι, ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα.

Μερίς μου εἶ κύριε, εἶπα φυλάξασθαι τὸν νόμον σου. ὁ ἀποταξάμενος τοῖς βιωτικοῖς πράγμασι, καὶ μηδεμίαν ἔχων μερίδα ἐπὶ γῆς, μηδ' ἐν τῷ θέλειν τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ἀρκούμενος ἀντὶ πάντων τῷ κυρίῳ, ἐρεῖ· μερίς μου κύριος· τούτῳ δὲ ἀκολουθεῖ λέγειν· εἶπα φυλάξασθαι τὸν νόμον σου, τουτέστι τὸν πνευματικόν, περὶ οὗ ὁ Παῦλος λέγει· οἴδαμεν ὅτι πνευματικός ἐστι νόμος, καὶ τὰ ἑξῆς. πῶς γὰρ οὐ φυλάξουσι τὸν νόμον ἢ τὰς ἐντολὰς τοῦ κυρίου, οἱ μερίδα αὐτὸν ἔχοντες κατὰ τοὺς Λευίτας, οἷς διηγόρευται μηδὲν κεκτῆσθαι κατὰ τὸν βίον; λέλεκται γάρ, τοῖς Λευίταις καὶ τοῖς ἱερεῦσιν υἱοῖς Ἀαρών, οὐκ ἔστι μερὶς οὐδὲ κληρονομία ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, διότι κύριος μερὶς αὐτῶν.

Ἐδεήθην τοῦ προσώπου σου ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου· ἐλέησόν με κατὰ τὸ λόγιόν σου. διελογισάμην τὰς ὁδούς σου, καὶ ἐπέστρεψα τοὺς πόδας μου εἰς τὰ μαρτύριά σου. ἡτοιμάσθην καὶ οὐκ ἐταράχθην τοῦ φυλάξασθαι τὰς ἐντολάς σου. σχοινία ἁμαρτωλῶν περιεπλάκησάν μοι, καὶ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην. μεσονύκτιον οὐκ (sic) ἐξεγειρόμην τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. μέτοχος ἐγώ εἰμι πάντων τῶν φοβουμένων σε, καὶ τῶν φυλασσόντων τὰς ἐντολάς σου. τοῦ ἐλέους κυρίου πλήρης ἡ γῆ, τὰ δικαιώματά σου δίδαξόν με. ἐὰν κατανοήσῃς τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτανόντων, τῶν ἀσεβούντων, τῶν ἀδικίαν εἰς ὕψος λαλούντων, καὶ ἴδῃς τοῦ θεοῦ τὴν μακροθυμίαν ἐπὶ τὰ τοσαῦτα ἁμαρτήματα, πῶς καὶ μετὰ τοσαῦτα πάντα ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, ἐρεῖς, τοῦ ἐλέους κυρίου πλήρης ἡ γῆ, τὰ δικαιώματά σου δίδαξόν με.

Χρηστότητα ἐποίησας μετὰ τοῦ δούλου σου, κύριε, κατὰ τὸν λόγον σου. χρηστότητα καὶ παιδείαν καὶ γνῶσιν δίδαξόν με, ὅτι ταῖς ἐντολαῖς σου ἐπίστευσα. ἀντὶ τοῦ, χρηστότητα ἐποίησας, εὐεργέτησας τὸν δοῦλόν σου, ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος. διδάσκεται δὲ ὁ τὰ θεῖα πεπαιδευμένος μὴ ἀναισθήτως ἔχειν τῆς εἰς αὐτὸν γεγενημένης τοῦ θεοῦ εὐεργεσίας, εἰδέναι δὲ ὅτι χρηστότητος θεοῦ φθανούσης εἰς αὐτόν, κατηξίωται δοῦλος χρηματίσαι θεοῦ, κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ γενόμενος.

Πρὸ τοῦ ταπεινωθῆναι ἐγὼ ἐπλημμέλησα, διὰ τοῦτο τὸ λόγιόν σου ἐφύλαξα. διὰ τὰς προτέρας φησὶ πραχθείσας ἁμαρτίας παραδοθεὶς ἐταπεινώθην, κρίσει θεοῦ ταῦτα παθών. οὐ δὴ καὶ χάριν παιδείᾳ παραδοθείς,

A *sæculo, Domine, & consolatus sum. Defectio* 53.
tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus
legem tuam. Cantabiles mihi erant justifica- 54.
tiones tuæ in loco peregrinationis meæ. Memor 55.
fui nocte nominis tui, Domine, & custodivi
legem tuam. Hæc facta est mihi, quia justifica- 56.
tiones tuas exquisivi.

Portio mea es Domine: dixi custodire le- 57.
gem tuam. Qui sæcularibus hujus vitæ re-
bus renuntiat, nullamque in terra portio-
nem habet, neque res istiusmodi concupis-
cit, sed Domino vice omnium contentus
B est, dicet, *Portio mea Dominus.* Huic autem
competit dicere, *Dixi custodire legem tuam,*
scilicet spiritualem, de qua Paulus ait: *Sci-*
mus enim quod lex spiritualis est, & cætera. Rom. 7. 14.
Quomodo enim legem & præcepta Domi-
ni non custodient, qui illum in portionem
habent, quemadmodum & Levitæ, quibus
vetitum est aliquid in vita possidere? Nam
dictum est, *Levitis & sacerdotibus filiis Aa-*
ron non est pars neque hæreditas in filiis If- Num. 18. 2
raël, quia Dominus pars eorum.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde 58.
C *meo, miserere mei secundum eloquium tuum.*
Cogitavi vias tuas, & converti pedes meos
in testimonia tua. Paratus sum, & non sum tur- 59.
batus, ut custodiam mandata tua. Funes pec- 60.
catorum circumplexi sunt me, & legem tuam 61.
non sum oblitus. Media nocte surgebam ad con-
fitendum tibi super judicia justitiæ tuæ. Par- 62.
ticeps ego sum omnium timentium te & cu- 63.
stodientium mandata tua. Misericordia Do-
mini plena est terra, justificationes tuas doce 64.
me. Si consideraveris multitudinem pec-
cantium, impie agentium, & iniquitatem
D contra excelsum loquentium, Deique in
tot peccatis tolerantiam perpenderis, quo-
modo etiam post hæc omnia oriri faciat so-
lem suum super malos & bonos, & pluat
super justos & injustos, dices, *Misericordia* Matth. 5. 45.
Domini plena est terra, justificationes tuas do-
ce me.

Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine, 65.
secundum verbum tuum. Bonitatem & disci- 66.
plinam & scientiam doce me, quia mandatis
tuis credidi. Pro illo, *Bonitatem fecisti,* Sym-
machus edidit, *Bene fecisti servo tuo.* Do- Symmachi.
E cetur autem is, qui divinis institutus est, ne
ingratus sit pro beneficio per Deum sibi col-
lato; sed sciat, bonitate Dei ad se perve-
niente, se dignum habitum fuisse qui servus
Dei vocaretur, secundum verbum ejus ta-
lis effectus.

Priusquam humiliarer, ego deliqui, propter- 67.
ea eloquium tuum custodivi. Propter prio-
ra, inquit, peccata quæ admiseram, tradi-
tus, humiliatus sum, Deique judicio id sum
perpessus. Quamobrem disciplinæ traditus,

doctrinam postulo, ut cognoscam hanc humiliationem, quæ mihi accidit, ex bonitate & disciplina evenisse mihi.

68. *Benignus es tu Domine, & in bonitate tua doce me justificationes tuas.* Opus justi est, in omnibus quæ accidunt, alacriter se habere, quod hæc a providentia dispensentur, atque vel acerbiora hilariter accipiendo Deo dicere, *Benignus es tu*; &, *Benedicam Dominum in omni tempore*, in hoc semper proposito insistendo. Pro illo, *Benignus es tu*, reliquæ editiones, *bonus es tu*, interpretatæ sunt. Scio utique, ait, neque dubito de natura tua, quod nimirum ipsa bonitas sit; sed postulo doctrinam justificationum tuarum, qua me institui rogo: nam doctrina egeo, ut sermones de superbis cognoscam.

Lectio reliquorum.

69. *Multiplicata est super me iniquitas superborum, ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.* Quanto justior quispiam est, Deoque magis adhæret, ac in eo pax Dei multiplicatur; tanto magis in eo, utpote præstantiori athleta, virtus accrescit, plus quam superborum ipsum lædere volentium; sive adversariarum virtutum, sive hominum. Hoc autem peracto, ne vel minimum quidem remissior evadit, quo minus in toto corde scrutetur mandata Dei, ut faciat ea.

70. *Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego ve-*
71. *ro legem tuam meditatus sum. Bonum mihi*
quia humiliasti me, ut discam justificationes
72. *tuas. Bona mihi lex oris tui super millia au-*
ri & argenti. Nam ante superbiam quidem, incolumes & corde vigentes erant, atque, ut ita dicam, potabiles, ut etiam lacti ad escam utilissimo compararentur; postquam autem superbiam induerunt, omnes indurati quasi e lacte in caseum commutati sunt. Pro illo autem, *coagulatum est*, Aquila dicit, *Impinguatum est quasi adeps cor eorum*: Symmachus autem, *Medullatum est sicut adeps cor eorum.* Cæterum licet illi in his versarentur, ego a proposito minime recessi; sed toto corde scrutabar mandata tua: ab eorumdem scrutatione providentiæ tuæ ac universorum administrationis notitiam captans. Atque illorum quidem cor præsenti cibo suo impinguabatur, dum ego legem tuam meditarer.

Aquilæ.

Symmachi.

73. *Manus tuæ fecerunt me & plasmaverunt me: da mihi intellectum, & discam mandata tua.* Cum Deus cœlum & terram & omnia quæ in eis sunt verbo & præcepto suo condidisset, quando venit ad hominem, dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Cuinam vero alii dicit, *Faciamus hominem*, nisi Unigenito suo & Spiritui sancto, quos jam manus appellat?

Gen. 1. 26.

A δέομαι διδασκαλίας, ὡς ἂν γνῶ ὅτι ἡ ταπείνωσις ἡ γενομένη μοι κατὰ χρηστότητα καὶ παιδείαν ἐγένετο.

Χρηστὸς εἶ σὺ κύριε, καὶ τῇ χρηστότητί σου δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. δικαίου ἔργον ἐστὶν ἐπὶ πᾶσι τοῖς συμβαίνουσιν εὐαρεστούμενον καὶ κατακληρούμενον ἀπὸ τῆς προνοίας, ἱλαρῶς δεχόμενον λέγειν καὶ ἐπὶ τοῖς πικροτέροις εἶναι νομιζομένοις, τῷ θεῷ, τό, χρηστὸς εἶ σύ, καὶ τό, εὐλογήσω τὸν κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, τῆς αὐτῆς ἐχόμενον προαιρέσεως. ἀντὶ τοῦ, χρηστὸς εἶ σύ, αἱ λοιπαὶ ἐκδόσεις, ἀγαθὸς εἶ σὺ ἡρμήνευσαν.
B οἶδα μὲν οὖν φησὶ καὶ οὐκ ἀμφιβάλλω περὶ τῆς σῆς οὐσίας, ὅτι δὴ αὐτοαγαθὸν πέφυκεν· ἀλλὰ δέομαι διδασκαλίας τῶν δικαιωμάτων σου, ἣν ἀξιῶ διδάξαι με. διδασκαλίας γάρ μοι δεῖ, εἰς τὸ γνῶναι τοὺς περὶ τῶν ὑπερηφάνων λόγους.

Ἐπληθύνθη ἐπ' ἐμὲ ἀδικία ὑπερηφάνων· ἐγὼ δὲ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐξερευνήσω τὰς ἐντολάς σου. ὅσῳ δίκαιός τις ἐστί, προστιθέμενος ἐπὶ πλεῖον τῷ θεῷ, καὶ πληθύνεται ἐν αὐτῷ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ, τοσούτῳ ὡς ἐπὶ ἀθλητὴν μείζονα, ἐπ' αὐτῷ πληθύνεται, ἡ τῶν ἀδικεῖν αὐτὸν θελόντων ὑπερηφάνων, εἴτε δυνάμεων
C ἀντικειμένων, εἴτε ἀνθρώπων. τούτου δὲ γενομένου, οὐδὲ κατὰ τὸ ποσὸν ἐνδίδωσι τοῦ μὴ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐξερευνᾶν τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ πρὸς τὸ καὶ ποιῆσαι αὐτάς.

Ἐτυρώθη ὡς γάλα ἡ καρδία αὐτῶν· ἐγὼ δὲ τὸν νόμον σου ἐμελέτησα. ἀγαθόν μοι ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου. ἀγαθός μοι ὁ νόμος τοῦ στόματός σου, ὑπὲρ χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου. πρὸ μὲν γὰρ τῆς ὑπερηφανίας εὐεκτοί τινες καὶ ἁπαλοὶ ἦσαν τὴν καρδίαν, καὶ πότιμοι ὡς τῷ γάλακτι αὐτὴν
D παραβάλλεσθαι τροφιμωτάτῳ· ἡνίκα δὲ τὴν ὑπερηφανίαν ἐνεδύσαντο πάντες, καὶ σκληρυνθέντες, οἱονεὶ ἀπὸ γάλακτος εἰς τυρὸν μεταβεβλήκασιν. ἀντὶ δὲ τοῦ, ἐτυρώθη, ὁ μὲν Ἀκύλας φησίν, ἐλιπάνθη ὡς στέαρ ἡ καρδία αὐτῶν. ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐμυαλώθη ὡς στέαρ ἡ καρδία αὐτῶν. πλὴν ἀλλ' εἰ κἀκεῖνοι ἐν τούτοις ἦσαν, ἐγὼ τῆς ἐμοὶ προκειμένων οὐκ ἀνεχώρουν, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐξερευνῶν τὰς ἐντολάς σου, ἀπὸ τῆς τούτων ἐρεύνης τὴν γνῶσιν τῆς σῆς προνοίας καὶ τῆς καθόλου διοικήσεως θηρώμενος, καὶ τῶν μὲν ἡ καρδία ἐλιπαίνετο ἐν τῇ παρού-
E σῃ αὐτοῖς τροφῇ· ἐγὼ δὲ τὸν νόμον σου ἐμελέτησα.

Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με, συνέτισόν με καὶ μαθήσομαι τὰς ἐντολάς σου. οὐρανὸν μὲν γὰρ καὶ γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς λόγῳ δημιουργήσας, καὶ προστάγματι, ὅτε ἦλθεν ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον εἶπεν· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. τίνι δὲ ἄλλῳ λέγει, ποιήσωμεν ἄνθρωπον, ἢ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι ἁγίῳ, οὓς καὶ χεῖρας νῦν ἀποκαλεῖ;

καὶ ἐν τῷ Ἰὼβ δὲ γέγραπται· αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με, μετὰ ταῦτα μεταβαλών με δεινῶς ὀλέκεις ἐπαναχαινίζων ἐπ' ἐμὲ τὴν ἔτασίν μου. οὐκοῦν αἱ χεῖρες τοῦ θεοῦ καὶ ἐποίησαν καὶ ἔπλασαν. καὶ Ὠριγένης μὲν καὶ ἕτεροί τινες τὸ, ἐποίησαν, ἐπὶ τῆς ψυχῆς εἰρῆσθαί φασιν, τὸ δὲ, ἔπλασαν, ἐπὶ τοῦ σώματος. ἄλλοι δὲ τὸ μὲν, ἐποίησαν, ἐπὶ τῆς πρώτης δημιουργίας φασὶν εἰρῆσθαι, τὸ δὲ, ἔπλασαν, ἐπὶ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀναπλάσεως.

Οἱ φοβούμενοί σε ὄψονταί με, καὶ εὐφρανθήσονται, ὅτι εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα. ἔγνων κύριε, ὅτι δικαιοσύνη τὰ κρίματά σου, καὶ ἀληθείᾳ ἐταπείνωσάς με. γενηθήτω δὴ τὸ ἔλεός σου τοῦ παρακαλέσαι με, κατὰ τὸ λόγιόν σου τῷ δούλῳ σου. ἐλθέτωσάν μοι οἱ οἰκτιρμοί σου καὶ ζήσομαι, ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μού ἐστιν. εἰ ἔλθῃ ἐπ' ἐμὲ τὸ ἔλεός σου, καὶ φθάσωσιν ἐμοὶ οἱ οἰκτιρμοί σου, οὐ καταποθήσομαι ὑπὸ τῆς ταπεινώσεως, ἀλλ' ἐγκαρτερήσας διὰ τῆς ὑπομονῆς, εὖ οἶδα ὅτι ζήσομαι. τυχεῖν δὲ τοῦ ἐλέους σου καὶ τῶν οἰκτιρμῶν σου ἀξιῶ, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τὰ παρ' ἐμαυτοῦ πάντα πληρῶν οὐ διαλιμπάνω, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ταπεινώσει τὸν νόμον σου μελετήσω.

Αἰσχυνθήτωσαν ὑπερήφανοι ὅτι ἀδίκως ἠνόμησαν εἰς ἐμέ, ἐγὼ δὲ ἀδολεσχήσω ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου. ἐπιστρεψάτωσάν με οἱ φοβούμενοί σε, καὶ οἱ γινώσκοντες τὰ μαρτύριά σου. γενηθήτω ἡ καρδία μου ἄμωμος ἐν τοῖς δικαιώμασί σου, ὅπως ἂν μὴ αἰσχυνθῶ. πάντα γὰρ τὰ ἁμαρτήματα αἰσχύνης ἐστὶν ἄξια. ἕως μὲν γὰρ καρδία ἀτελὴς τυγχάνει, πολλὴ φροντὶς καὶ ἀγωνία μή πη ἄρα καὶ ἀσθενήσῃ καὶ χείρων ἑαυτῆς γένηται· ὅτε δὲ εἰς ἄκρον φθάσῃ τῆς τελειότητος, ἐν ἕξει ἀρετῆς καταστᾶσα ἔξω γενήσεται παντὸς φόβου, οὐκέτι ἀμφιβάλλουσα μήποτε ἄρα καταισχυνθῇ.

Ἐκλείπει εἰς τὸ σωτήριόν σου ἡ ψυχή μου, εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα. σφόδρα ἀκολούθως ἑρμηνεύων τί ποτέ ἐστι τὸ σωτήριον ἐπιλέγει ἑξῆς· εἰς τὸν λόγον σου ἐπήλπισα, σημαίνων ὅτι τὸ σωτήριον ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἐστι. ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοί μου εἰς τὸ λόγιόν σου, λέγοντος, πότε παρακαλέσεις με; ὅτι ἐγενήθην ὡς ἀσκὸς ἐν πάχνῃ, τὰ δικαιώματά σου οὐκ ἐπελαθόμην. πόσαι εἰσὶν αἱ ἡμέραι τοῦ δούλου σου; πότε ποιήσεις μοι ἐκ τῶν καταδιωκόντων με κρίσιν; διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου κύριε. πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια, ἀδίκως κατεδίωξάν με, βοήθησόν μοι. παρὰ βραχὺ συνετέλεσάν με ἐν τῇ γῇ· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐγκατέλιπον τὰς ἐντολάς σου. κατὰ τὸ ἔλεός σου ζῆσόν με, καὶ φυλάξω τὰ μαρτύρια τοῦ στόματός σου. τὸ κατὰ τὸ λόγιον τοῦ θεοῦ ζῆν, τὸ σὺν εὐσεβείᾳ ζῆν ἐστιν, οὐχ ἁπλῶς τὴν αἰσθητὴν ταύτην ζωήν. τούτου γὰρ τυχὼν, ἐν εὐζωίᾳ ἔσται, ὡς φυλάσσειν τὰ μαρ-

A In Job item scribitur, *Manus tuæ fecerunt* Job. 10. 8.
me, & plasmaverunt me: postea mutatus me
dire perdis, renovans in me examen meum.
Itaque manus Dei fecerunt & plasmaverunt. Ac Origenes quidem & nonnulli alii illud, *fecerunt*, de anima dictum ait; illud vero, *plasmaverunt*, de corpore. Alii vero illud, *fecerunt*, de prima creatione dictum adfirmant; illud autem, *plasmaverunt*, de lavacro regenerationis ac reformatione.

Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur, 74.
B *quia in verba tua supersperavi. Cognovi, Do-* 75.
mine, quia æquitas judicia tua, & in verita-
te humiliasti me. Fiat misericordia tua ut 76.
consoletur me, secundum eloquium tuum ser-
vo tuo: Veniant mihi miserationes tuæ & vi- 77.
vam, quia lex tua meditatio mea est. Si adveniat mihi misericordia tua, & miserationes tuæ ad me accesserint, nequaquam absorbebor ab humiliatione; sed per patientiam perseverans, bene novi me in vita mansurum esse. Misericordiam vero & miserationes tuas consequi rogo; quia & ipse omnia
C quæ facultatis meæ sunt implere non desino, & in ipsa humiliatione mea legem tuam meditabor.

Confundantur superbi, quia injuste iniqui- 78.
tatem fecerunt in me, ego autem exercebor in
mandatis tuis. Convertantur mihi timentes te, 79.
& qui noverunt testimonia tua. Fiat cor meum 80.
immaculatum in justificationibus tuis, ut non
confundar. Omnia namque peccata confusione digna sunt. Quamdiu enim cor imperfectum exsistit, multa sollicitudo & con-
D tentio est, ne infirmetur & deterius evadat: quando autem pervenerit ad apicem perfectionis, in virtutis habitu & consuetudine constitutum, omni metu vacuum erit, neque hæsitans verebitur ne confundatur.

Deficit in salutare tuum anima mea: in 81.
verba tua supersperavi. Admodum consequenter explicans quid sit salutare illud, adjicit postea, *In verbum tuum supersperavi*, significans salutare illud esse filium Dei. *De-* 82.
fecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentis,
E *quando consolaberis me? Quia factus sum sicut* 83.
uter in pruina, justificationes tuas non sum ob-
litus. Quot sunt dies servi tui? quando facies 84.
mihi de persequentibus me judicium? Narra- 85.
verunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut
lex tua Domine. Omnia mandata tua veritas, 86.
inique persequuti sunt me, adjuva me. Paulo 87.
minus consummaverunt me in terra. Ego au-
tem non dereliqui mandata tua. Secundum mi- 88.
sericordiam tuam vivifica me, & custodiam te-
stimonia oris tui. Secundum eloquium Dei vivere, est cum pietate vitam agere, neque sensilem tantummodo vitam ducere. Nam quisquis id consequitur, bonam transiget

vitam; ita ut custodiat testimonia oris Dei: A
quæ a Verbo Dei, quod os ejus esse dixi, te-
stimonio confirmata & declarata sunt.
89. *In æternum Domine verbum tuum permanet*
90. *in cælo. In generationem & generationem ve-*
91. *ritas tua, fundasti terram, & permanet. Ordi-*
natione tua perseverat dies, quoniam omnia
serviunt tibi. Veritatem autem vocat hanc
promissionem, quam sciebat omnino futu-
ram in generationem & generationem. In
singulis quippe generationibus partes quas-
dam veritatis hominibus mittis, omnesque
mundi partes, & ea quæ sub adspectum ca- B
dunt, ordinatione tua constant, non a termi-
nis suis mota, neque sibi statutam legem
transgredientia. Causa vero horum omni-
um permansionis est, quod tu solus Domi-
nus sis universorum; reliqua autem omnia
tibi serviant, ac tamquam mancipia subje-
cta sint.
92. *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc*
forte periissem in humiliatione mea. Dictum
est, tempus tentationum ac calamitatum
humiliationem nuncupari. Viri igitur bea-
ti est fuisse in humiliatione, & non periisse: C
ut si v. g. venerim in tentationem martyrii,
si quidem antequam in eam inciderem lex
tua meditatio mihi semper fuerit, & eam
exsequutus sim; cum in humiliationem per
tentationem martyrii venero, non peribo.
Sic in omni tentatione loqui par fuerit: at
malignis cogitationibus & adversariis vir-
tutibus me impugnantibus, pereundum mi-
hi erat, nisi lex tua fulcro mihi fuisset.
93. *In æternum non obliviscar justificationes*
tuas, quia in ipsis vivificasti me. Verum me-
mor ero disciplinarum tuarum, quas in vita
edidici: per illas enim a terra in cœlum D
transiens, cum Angelis habito. Quemad-
modum enim qui ex gravi morbo medico-
rum subsidiis firmam & stabilem sanitatem
accipit, quod incolumis & bona valetudine
sit, non ideo obliviscitur medicinam, qua
ipse sanitatem consequutus est; ita iste san-
ctus a Deo justificationibus quas accepit vi-
vificatus, per omne sæculum ait se earum
minime oblitum iri; hanc reddens ratio-
nem, se in iis a Deo vivificatum esse.
94. *Tuus sum ego, salvum me fac, quoniam ju-* E
95. *stificationes tuas exquisivi. Me exspectave-*
runt peccatores, ut perderent me, testimonia tua
96. *intellexi. Omnis consummationis vidi finem,*
latum mandatum tuum nimis.
97. *Quomodo dilexi legem tuam, Domine, to-*
98. *ta die meditatio mea est. Super inimicos meos*
sapientem me fecisti mandato tuo, quia in æter-
99. *num meum est. Super omnes docentes me in-*
tellexi, quia testimonia tua meditatio mea est.
100. *Super senes intellexi, quia mandata tua qua-*

τύρια τοῦ στόματος τοῦ θεοῦ, μαρτυρηθέντα καὶ ἀποδεχθέντα ὑπὸ λόγου τοῦ θεοῦ, οὗ εἶπον αὐτοῦ στόμα εἶναι.

Εἰς τὸν αἰῶνα κύριε, ὁ λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ. εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἡ ἀλήθειά σου, ἐθεμελίωσας τὴν γῆν, καὶ διαμένει. τῇ διατάξει σου διαμένει ἡμέρα, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σά. ἀλήθειαν δὲ λέγει τὴν ἐπαγγελίαν ταύτην, ἣν εἶδε πάντως γενησομένην εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. καθ' ἑκάστην γὰρ γενεὰν μέρη τινὰ τῆς ἀληθείας ἀνθρώποις ἀποστέλλεις, καὶ τὰ σύμπαντα τοῦ κόσμου μέρη τά τε ὁρατὰ τῇ σῇ διατάξει συνέστηκεν, μὴ κινούμενα τῶν ὅρων, μηδὲ τὸν νόμον τὸν ὁρισθέντα αὐτοῖς παραβαίνοντα. αἴτιον δὲ τῆς τούτων ἁπάντων διαμονῆς τὸ σὲ μόνον κύριον εἶναι τῶν ὅλων, τὰ δὲ λοιπὰ πάντα σὰ δοῦλα, καὶ ὡς δοῦλα ὑποτέτακται.

Εἰ μὴ ὅτι ὁ νόμος σου μελέτη μου ἐστὶ, τότε ἂν ἀπωλόμην ἐν τῇ ταπεινώσει μου. εἴρηται ὡς ὁ καιρὸς τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν περιστάσεων ταπείνωσις ὀνομάζεται. μακάριος τοίνυν ἐστὶν ἀνδρὸς τὸ γενέσθαι ἐν τῇ ταπεινώσει, καὶ μὴ ἀπολέσθαι, οἱονεὶ ἐλήλυθα εἰς πειρασμὸν μαρτυρίου· εἰ μὲν ὁ νόμος τοῦ θεοῦ μελέτη μου ἦν ἀεὶ πρὸ τοῦ ἐμπεσεῖν, καὶ ἤσκουν αὐτὸν, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τὴν κατὰ τὸν πειρασμὸν τοῦ μαρτυρίου, οὐκ ἀπόλλυμαι. οὕτως ἁρμόζει καὶ ἐπὶ παντὸς πειρασμοῦ εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ τῶν πονηρῶν λογισμῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων πολεμούντων ἐμοί. εἶχον ἂν ἀπολέσθαι, εἰ μὴ ὁ σὸς νόμος ἀντιστήριγμά μου γένηται.

Εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἐπιλάθωμαι τῶν δικαιωμάτων σου, ὅτι ἐν αὐτοῖς ἔζησάς με. ἀλλὰ μεμνήσομαι τῶν μαθημάτων σου, ὧν ἔμαθον ἐν τῷ βίῳ, δι' ἐκεῖνα γὰρ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν μετελθὼν οἰκῶ μετ' ἀγγέλων. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐκ μεγάλης νόσου διά τινων ἰατρικῶν βοηθημάτων παγίαν καὶ βεβαίαν ἀναλαβὼν ὑγείαν, διὰ τὸ αὐτὸν ὑγιαίνειν καὶ εὐεκτεῖν οὐκ ἐπιλανθάνεται τῶν ἰατρικῶν ἐκείνων οἷς ἠκολούθησε τὸ οὕτως αὐτὸν μετ' εὐεξίας ὑγιαίνειν, οὕτως ὁ ἅγιος οὗτος ὑπὸ θεοῦ ζωοποιηθεὶς ἐν οἷς ἔσχε παρ' αὐτοῦ δικαιώμασιν λέγει παρ' ὅλον τὸν αἰῶνα μὴ ἐπιλανθάνεσθαι αὐτῶν, ἀποδιδοὺς τὴν αἰτίαν, τὸ ἐν αὐτοῖς τὸν θεὸν αὐτὸν ἐζηκέναι (*sic*).

Σός εἰμι ἐγὼ σῶσόν με, ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐξεζήτησα. ἐμὲ ὑπέμειναν οἱ ἁμαρτωλοὶ τοῦ ἀπολέσαι με, τὰ μαρτύριά σου συνῆκα. πάσης συντελείας εἶδον πέρας, πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα.

Ὡς ἠγάπησα τὸν νόμον σου, κύριε, ὅλην τὴν ἡμέραν μελέτη μου ἐστίν. ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς μου ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ἐμή ἐστιν. ὑπὲρ πάντας τοὺς διδάσκοντάς με συνῆκα, ὅτι τὰ μαρτύριά σου μελέτη μου ἐστίν. ὑπὲρ πρεσβυτέρους συνῆκα, ὅτι τὰς ἐντολάς σου

ἐξεζήτησα. εἰ δὲ λέγοι πού ὁ σωτὴρ, οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, καὶ τὰ ἑξῆς, λεκτέον ὅτι ταῦτ' εἴρηται τῷ σωτῆρι προσδιαστειλαμένῳ, καὶ φήσαντι, μὴ καλέσητε διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ διδάσκαλος ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὡς πρὸς ἐκεῖνον οὖν τὸν διδάσκαλον οὐκ ἔστι μαθητὴς κρείττων. οἱ δὲ ἐνταῦθα δηλούμενοι πολλοὶ διδάσκαλοι, ἕτεροι τυγχάνουσιν, ὧν πολλάκις ὁ μαθητὴς κρείττων. γίνεται δὲ πλείονος καὶ συνεχοῦς τῆς περὶ τοὺς θείους λόγους ἀσκήσεως.

Ἐκ πάσης ὁδοῦ πονηρᾶς ἐκώλυσα τοὺς πόδας μου, ὅπως ἂν φυλάξω τοὺς λόγους σου. ἀπὸ τῶν κριμάτων σου οὐκ ἐξέκλινα, ὅτι σὺ ἐνομοθέτησάς μοι. ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου συνῆκα, διὰ τοῦτο ἐμίσησα πᾶσαν ὁδὸν ἀδικίας.

Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. ὤμοσα καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. ἐπεὶ μηδενὸς ἐκβιασαμένου, οἰκείᾳ χρησάμενος ὁρμῇ καὶ προαιρέσει ἀγαθῇ, ὅρκῳ ἑαυτὸν κατεδήσατο καὶ ὤμοσε τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης τοῦ θεοῦ, εὔχεται τὸν ὅρκον αὐτοῦ ἀποδοχῆς ἄξιον παρὰ τῷ θεῷ γενέσθαι. δεῖται γὰρ πολλῆς διδασκαλίας καὶ ἡ γνῶσις τῶν κριμάτων τοῦ θεοῦ.

Ἐταπεινώθην ἕως σφόδρα κύριε, ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου. τὰ ἑκούσια τοῦ στόματός μου εὐδόκησον δὴ κύριε, καὶ τὰ κρίματά σου δίδαξόν με. ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί μου διαπαντός, καὶ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην. ἔθεντο ἁμαρτωλοὶ παγίδα μοι, καὶ ἐκ τῶν ἐντολῶν σου οὐκ ἐπλανήθην. ἡ ψυχή τινος ἐν χερσὶν αὐτοῦ ἐστιν, εἴποτε ἐν κινδύνοις γένηται, καὶ τοῦτο ἡ συνήθεια λέγει ὅτι τὴν ψυχήν μου εἶχον εἰς τὰς χεῖράς μου. ἐγὼ οὖν, φησὶν ὁ δίκαιος, καθημέραν ἀποθνήσκω, ἀεὶ κινδυνεύω διὰ τὸν λόγον σου, διὰ τὴν ἀλήθειαν, διὰ τὸν ἔλεγχον, διὰ τὴν βασιλείαν ἣν βασιλεύω, καὶ διὰ ταῦτα ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί μου διαπαντός. οὐ γὰρ ὁ κίνδυνος τοῦ θανάτου ἐποίει με ἐπιλαθέσθαι τοῦ νόμου σου. δύναται δέ τις καὶ ὑψηλότερον νοῆσαι τὸ ῥητὸν καὶ εἰπεῖν, ὅτι ἡ ψυχή μου ἐν ταῖς χερσί μου ἦν διαπαντός, ἀντὶ τοῦ, ἐν πράξεσιν ἀγαθαῖς. ἡ χεὶρ γὰρ ἐπὶ τῶν πράξεων πολλάκις παραδίδοται. εἰ δὲ ἐν ταῖς χερσί σου εἴη, νοήσομεν χεῖρας εἶναι τοῦ θεοῦ τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ, ᾗ προσεκτέον διαπαντός. ἐκληρονόμησα τὰ μαρτύριά σου εἰς τὸν αἰῶνα· ὅτι ἀγαλλίαμα τῆς καρδίας μου εἰσίν. ἔκλινα τὴν καρδίαν μου τοῦ ποιῆσαι τὰ δικαιώματά σου εἰς τὸν αἰῶνα δι' ἀντάμειψιν.

Παρανόμους ἐμίσησα, τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα. βοηθός μου καὶ ἀντιλήπτωρ μου εἶ σύ, εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα. ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ πονηρευόμενοι, καὶ ἐξερευνήσω τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ μου.

A *servi.* Quod si Salvator alicubi dicat, *Non est discipulus super magistrum*, & cætera, dicendum est hoc pronuntiatum a Salvatore fuisse, cum prius distinxisset ac dixisset: *Ne vocetis magistrum super terram: unus enim est magister vester qui est in cœlis.* Illius itaque magistri comparatione non est discipulus præstantior. Magistri autem, qui hic multi esse declarantur, alii sunt, quibus plerumque discipulus doctior est. Quod evenit ex majori & frequentiori in divinis sermonibus exercitatione.

Matth. 10. 24.
Matth. 23. 10.

B *Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua. A judiciis tuis non de-* 101.
clinavi, quia tu legem posuisti mihi. Quam 102.
dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel 103.
ori meo. A mandatis tuis intellexi, propterea
odivi omnem viam iniquitatis. 104.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lu- 105.
men semitis meis. Juravi & statui custodire ju- 106.
dicia justitiæ tuæ. Quia nullo vim inferente, sed proprio nutu & bono proposito, sese jurejurando adstrinxit, & juravit se servaturum esse judicia justitiæ Dei, rogat ut juramentum suum C acceptione dignum apud Deum evadat: nam cognitio judiciorum Dei multa doctrina eget.

Humiliatus sum usquequaque Domine: vi- 107.
vifica me secundum verbum tuum. Voluntaria 108.
oris mei beneplacita fac Domine, & judicia
tua doce me. Anima mea in manibus meis sem- 109.
per, & legem tuam non sum oblitus. Posue- 110.
